SVPER PRIMVM LIBRVM PHYSICAE AVSCVLTATIONIS ARISTOTELIS.

DE PRINCIPIIS PRIMIS NATVRALIS entis Commentaria per Quæstiones.

AVTHORE P. F. PETRO DEOÑA
Burg. Sacræ Theologiæ Prę̃sentato,
ORDINIS REDEMPTORVM SANCTAE MARIÆ de Mercede de obseruãtia, sub vigilantissimo Pastore nostro Magistro Generali Fratre Francisco Salazar.

COMPLVTI.
Ex Officina Ioannis Gratiani.
Anno. 1592.

PRAE-

SVPER PRIMVM LIbrum Physicæ, auscultationis Aristotelis.

DE PRINCIPIIS PRIMIS NATVralis entis, Commentaria per Quæstiones.

AVTHORE P. F. PETRO DE ONA BVRgensi Sanctæ Theologiæ, Presentato Ordinis Redemptorum Sanctæ Mariæ de Mercedæ de obseruantia sub vigilantissimo pastore nostro, Magistro Generali, F. Francisco Salazar.

PRAEFATIO DE INTENTIONE AVTHORIS & diuisione totius primi libri per quæstiones.

MVLTA sunt quæ Aristo. in his capitibus huius libri docuit, quę peculiariter sunt examinanda, in primo enim dixit tentandum esse determinare de ente naturali à principijs causis, & elementis, & inter hæc ab vniuersalioribus, in secundo disputauit contra Parmenidem, & Melissum ponentes vnũ principium entis naturalis, & illud infinitum immobile, &c. In tertio soluit illorum rationes notanterq; docuit quod si definitũ est substantia partes definitionis etiam debent esse substantiæ: in quarto explosus est sententiam. Anaxagoræ ponentis infinita principia, & infinitos athomos, vbi etiam notanter dixit, quod ex nihilo nihil fit, lumine solum naturæ notum, in quinto determinauit de principijs, quod sint contraria in sexto, quod sunt plura, quam vnum non tamen infinita, in septimo, quod tantum sunt tria, materi scilicet priuatio, & forma, quæ secundum rem duo sunt materia, & forma ratione vero tria, quia priuatio solo intellectu à materia secernitur, in octauo condemnauit antiquos stupide de materia prima sentientes, in vltimo verò dicta tria principia inter se comparat dicens: quod forma est, quoddam bonum, & diuinum, materia autem sicut mater. Passiuè se habet illam recipiendo priuatio tandem sicut adultera quæ machinatur malum in virum.

Placet autem per sex quæstiones, ad quæ vt ad præcipua capita particulares difficultates redduco siq; illas in articulos, diuido, vt soleo (omnia & singula dicta Aristot. examinare prima erit, de modo procedendi, & cognoscendi scientificè. Secunda, de principijs entis naturalis in communi. Tertia, particulariter de eisdem, & primo de materia. Quarta, de forma. Quinta, de priuatione. Vltima de compositione substantiali.

QVAEST. I.

De modo procedẽdi, & cognoscendi, scientificè.

QVæstio ista versatur circa caput primum, quod est velut prohemium totius philosophiæ de quâ quinque sunt videnda, primo de cognitione rerum per suas causas, secundo de cognitione scientifica per omnia genera causarum, tertio de prima cognitione, & primo cognito respectu nostri, quarto de eodem secundum se, & suam naturam, vltimo de modo procedendi peculiariter in ista scientia.

ARTICVLVS. I.

Vtrum et quomodo res ex cognitione causarũ, & principiorum cognoscatur.

HOc est, an ad habendam perfectã rei cognitionem requiratur cognitio omnium causarum, & principiorum eius, vt ait Ar. videtur, quod nõ. Primo, quia definitio traddit rei perfectam cognitionem non tamen omnes causas illius. Secundò demonstratio etiam, vt dictum est primo. Posterio. euidentem causat rei cognitionem quæ quidem nõ semper procedit per omnes causas. Tertiò, quia aliter de quantitate non esset, perfecta scientia, nam mathematicus eam considerans non cognoscit omnes eius causas cum Physicus etiam alias consideret.

Primò aduerte, quod cognitio perfecta alia est simplex illa scilicet, quæ habetur de re non componendo nec diuidendo, sed simplici quasi intuitu, & apprehensione: alia verò est cõposita quæ écontra propositiones conficiendo, & ratiocinando colligitur, de re quæ alio nomine complexa vocatur. conueniunt autem istæ duæ cognitiones in hoc, quod vtraq; habetur per principia, & causas rei differunt tamen nam si cognitio est complexa ex causis, & principijs cõplexis pendet, si simplex verò ex simplicibus: istæ autem simplices causæ aliæ sunt, intrinsicæ quæ intrant rei compositionem essentialem, tales sunt materia, & forma de quibus infra in hoc, & sequenti libro: aliæ vero sunt extrinsecæ Verbi causa Deus corpora cœlestia, & istæ aliæ sunt per se, vt commemoratæ, & efficiens, & finalis. Aliæ verò per accidens, vt Petrus. V.c. respectu Ioannis. & hic ignis, alterius ignis. Secundò considera, quod cognitio perfecta duplex est alia totalis quæ habetur de re, secundum omnia illa quæ possunt de tali recognosci, tunc enim de homine totalem habemus cognitionem quando cognoscamus eum secũdum ea quæ in illo cognosci possunt, id est, cum cognoscamus illum secundum quod cognoscibilis est, & istam cognitionem appello comprehensiuam, alia verò est, cognitio perfecta in tali genere, quando scilicet, rem aliquam cognoscimus, secundum quod est sub aliquo peculiari genere scibilis, qua ratione mathematici habent cognitionem de quantitate perfectam non quidem absolutè sed in tali genere, quatenus scilicet, abstrahit à materia intelligibili, & Philosophus naturalis de homine quatenus abstrahet á materia singulari. Tertiò notandum, quod elementum, causa, & principium (vt omnes communiter dicunt) differunt inter se ita, quod se habent sicut superius, & inferius principium enim est, vnde aliquid incipit sicque punctum principiat lineam, instans tempus & terminus à quo motus, causa verò propter hoc addit, quod dicit influxum in effectum elementum, tandem super hæc omnia addit, quod sit causa materialis

rialis rei compositionem intrans. Et in quam res vltimo resoluitur; vnde aër aqua, &c. Elementa dicuntur, & literæ dictiones: optimè autem Arist. locutus est disiunctiuè de his, non enim omnis scientia habet hæc tria, sed vnius sunt elementa, alterius causæ, &c.

Iam dico primo, ad habendam de aliqua re simplicem cognitionem totalem necessum est, omnia illius principia, causas, & elementa cognoscere siue intrinseca sint siue extrinseca patet, quia habere totalem cognitionem ex secundo notabili nihil aliud est, quam cognoscere omnia, quæ de illa re sunt cognoscibilia, hoc est, omnia quæ per se habent connexionem cum tali re, constat autem, quod tam causæ intrinsecæ, quam extrinsicæ per se principia similiter, & elementa dicunt connexionem cum tali effectu, & re causata: si ergo totaliter talis res cognoscatur omnia illa debent cognosci, notanter dixi causæ intrinsicæ, siue extrinsicæ per se, nam causæ per accidens, & quæ accidentaliter connectuntur cum effectu non est necesse, quod cognoscantur, cum impertinenter se habeant respectu effectus, V.C. ad hoc, quod imago totaliter cognoscatur non est opus cognoscere Pictorem, qui est causa efficiens imaginis esse musicum, vel poetam: quia ista per accidens se habent resp. imaginis, & respectu pictoris inquantum pictor est, & idem dicendum de propositionibus complexis ad hoc, vt totaliter cognoscantur, quod dixi de simplicibus.

Dico secundò. Ad habendam cognitionem de aliqua re perfectam: non oportet omnes eius causas, etiam intrinsecas cognoscere. patet, nam mathematicæ perfectissimè scientiæ sunt in quibus non est necesse omnes quantitatis causas traddere; sed solum quæ ad talem scientiam conducunt, & quæ quantitati conueniunt prout est in tali genere scibilis. idem dicendum de complexis si soluni habeamus de illis cognitionem in tali genere. considera tamen principia complexa alia esse omnibus scientijs communia, vt dixi in posterioribus, tale est illud, quodlibet est, vel non est. vtrum autem sit primum omnium, & vniuersalissimum dicam in metaphysica primo libro. Alia verò sunt peculiaria, peculiaris scientiæ. V.C. in scientia de homini omnis homo est animal rationale, & in scientia de ente naturali, omne constans ex contrarijs est corruptibile.

Vnde, infero verum sensum Aristo. hîc dum docet, quod omnis scientia, & cognitio procedit ex causis, &c. quod loquitur de cognitione in tali genere, & non totali, & eius ratio sic habet, omnis cognitio quæ habetur de aliquo obiecto, quod secundum quod est in tali genere scibilis habet principia causas, & elementa ab his debet procedere. Philosophia: autem naturalis procedit, ex obiecto, quod prout est scibile in tali scientia habet principia, causas, & elementa, à principijs: ergo huius generis debet procedere.

Ad argumentum. Ad primum dicendum, quod cognitio quę habetur de definitione tantum est, in suo genere non tamen totalis nec omni ex parte, vt alij dicunt, per quod etiam patet ad secundum, tertium verò petit à secundo sequentem.

ARTICVLVS. II.

Vtrum omnis cognitio scientifica, habeatur: per omnia genera causarum.

HOc est, an omnis scientia demonstret passiones de suo obiecto per quatuor genera causarũ, nam si sic profecto cognitio simpliciter, & perfecta erit semper cognitio omni ex parte totalis.

Videtur, quod non primo nam Metaphy. abstrahit à motu ergo ab efficienti patet consequẽtia, quiavt dicitur secũdo libr. huius efficiens est, vnde incipit motus confirm. quia etiam Metaphys. abstrahit à materia, ergo solum demõstrat per causam formalem, & finalem. Secundò, quia Physicus non omnes cõclusiones demonstrat per omnia genera causarum neque etiam ab elementis causis, & principijs sed ab altero solum ergo antecedens intuenti patet, præcipue cum agit de natura, & materia, & forma confirm. mathematicæ non procedunt à causa efficienti, quia abstrahũt à materia: nam omnis efficiens est circa materiam præter efficientem increatum qui ex nihilo aliquid producit, ergo non procedit etiam per causam finalem, quia finalis est cuiusgratia efficiẽs operatur, neque etiam á causa formali, quia vbi non est materia non est etiam forma.

Primo aduertendum, quod vt in posterioribus dicebam medium in demõstratione est causa passionis idem: ergo est inquirere an omnis scientia demonstret per quatuor genera causarum, & an medium demonstrationis inqualibet scientia causet omnibus modis non quidem simul sed diuisim, iam in vno genere, iam in alio: quando autem medium est definitio causa est efficiens materialis, & formalis passionis imò, & finalis nam & efficit passionem, & subiectat illam, & dat illi esse & passio ipsa producta est propter illud quamuis, vt ibidem latius aduertebam, subiectum causalitaq́ue illius respectu passionis solum est via originis, & emanationis cuiusdã, quod in rigore potius est principium quam causa. Secundò notãdum quod scientiæ procedunt in duplici materia sensibili in quam, quæ nihil aliud est quam subiectum passionis qualitatibus sensibilibus affectuũ, putà calidũ, & frigidum, &c. Et in materia intelligibili quam quidam dicunt esse qualitatẽ abstractam secundum rationem, sed in veritate faluntur, quia si sic quantitas non esset obiectum mathematicæ, sed potius figura, vel aliud accidens paret, quia obiectum mathematicæ, debet respicere materiam intelligibilem: si ergo ipsa est materia intelligibilis ipsa non erit obiectum, sed figura vel aliud accidens ipsam quantitatem respiciens est ergo materia intelligibilis ipsa sub stantia præcisa secundum rationem à qualitatibus sensibilibus, & istam respicit ipsa quantitas, vt subiectum.

Iam dico primò mathematicæ non procedunt per materiam sensibilem, cum abstrahant ab illa bene tamen per materiam intelligibilem, vnde, nec procedunt per efficientem, nollo dicere, quod quantitas à mathematico considerata careat efficienti, sed quod efficiens illius non cadit sub consideratione inthematica, & consequenter nec procedunt per causam finalẽ vbi enim nõ est efficiẽs nec finis potest esse, quia agẽs: propter finem est, vt bene probat. Secunda ratio supra facta, & Sonzin. 7. Metaphy. quæst. 15. & 16. Tabell. quæst. 1. articulo. 3. in tertio lib.

Dico secundo, & est certissimũ Physicum procedere per omnia genera causarum, vt pote per materialem, formalem finalem, & efficientem, quod demonstratur ab Arist. 2. & 4. lib. huius de Metaphysica verò Aberro. & Albert. dicunt procedere per efficientem formalem, & finalem Alex. vero solum per finalem aliter alij quorũ rationes quia faciles omitto.

Tertiò tandem dico, Metaphysicam procedere per efficiẽtem quia ad illam spectat primam causam considerare, quatenus res omnes conseruat, & producit non quidem per motum sic enim Physicum est, vt libro octauo, huius patebit: sed per quandam simplicem emanationem in ipsas tantum influendo, vnde etiam procedit per finalem, quia ex dictis vbi datur agens, datur finis & per

formalem

formalem vero omnes feré fatentur, & similiter per materialem sine dubio tenendum est, quod procedat nõ quidem per illam quæ est subiectum transmutationis in fieri, sed per illam quæ est subiectũ formæ in facto esse, & pars quid dicatis & essentiæ rei per quod patet ad obiecta res enim est clara, & facilis, & in methaphisica exprofesso tractatu libro primo.

ARTICVLVS. III.

Quod sit primo cognitum ab intellectu respectu nostri.

SInuosa satis quæstio ista varietate sententiarum, & opinionum reddita est preterquam quod ipsa in se explicatu difficilis est antea tamen quam diuersorum placita referam primo recollendum est, quod prologo ad logicam dicebam intellectum nostrum esse in principio tamquã tabula quædã rasa in qua nihil est de pictũ est. n. sine speciebus intelligibilibus quæ sunt cognitionis principia, vnde quærere quod sit primo cognitum ab intellectu idem est, quod inquirere, quid primo depingatur in hoc intellectu: quando est in principio seu via originis respectu intellectionis. Secundo notandum, quod cognitio intellectiua alia est confusa, quando scilicet totum cognoscimus non cognoscendo suas partes, vt cum Verbi gratia, turrim cognosco ignorando tamen an ex lateribus, vel lapidibus, sit conflata, sic exemplificat Philosophus. Primo c. huius alia vero est distincta cum scilicet totum cognosco suas partes. Cognoscendo exemplum patet, in supra positio. Vtraque autem duplex est vna actualis, quæ circa totum actuale versatur: idest circa totum, quod actu habet suas partes, quale est animal respectu viuentis, & sensibilis potentialis altera quæ est circa totum potentiale, illud scilicet, quod præstare habet suas partes, & in potentia quale est animal respectu suarum specierum, scilicet hominis & bruti de quibus in logica quæstionibus vniuersalibus inter has autem cognitiones ordo est, quod cõfusa præcedet distinctam, & actualis potentialem. Secundum quod substantia accidens, ipsum præcedit constituta, vt ratio potentialitatis, & totius potestatiui: sit solo beneficio intellectus, & ita necessario accidens actualis: vero prouenit ab ipsa natura, & essentia rei cum vero omnia, quæ sunt in rerum natura sint entia omnia cadunt sub intellectus obiecto, quod est ens in tota suã latitudine, vt dicitur. Tertio de anima, sed cum quælibet res. V. C. Petrus possit considerari in quantum ens, vel in quã tum substantia corpus animal Petrus dubium est, quod istorum cognoscatur. Simplici prima, sed cõfusa cognitione.

His positis moderni quidam quos affertũr, tertio sentiũt intellectum modo vniuersale modo particulari primo cognoscere, & secundum hos cessat contro uersia probant quia respectu sensus non datur primum sensatum ergo, nec respectu intellectus primũ cognitum cõfirmatur experientia qua quis in se experitur pro suo libito primo singularia de inde vniuersalia, vel é contrario & inter hæc vniuersaliora, vel minus vniuersale cognoscere.

Secunda opinio scoti in primo de inde tertio & suorum discipulorum variis in locis ponentis vniuersale primum cognitum, sed inter vniuersalia speciem, á Thomam quæ inquit ille formaliter, primo terminat actum intellectus. Probat primo, quia quod facilius abstrahitur, primo cognoscitur manifestum est autem speciem infimã V. C. homo facilius abstrahi quia minus distat á singularibus á quibus fit abstractio, ergo secundo quia phantasma, vt agens naturale producit optimum effectum quem potest optimus autẽ effectus est species, & imagò speciei infimę quia illa saltem

in representando perfectissima est cum plures gradus quidditatis repræsentet, ergo illa primo cognoscitur, tertio illud primo cognoscitur, quod fortius mouet sensum singulare autem specieispecialissimæ, cum sit magis singulare fortius mouet sensum; quia sensus singularium est ergo eius vniuersale primo ab intellectu cognoscitur, & consequẽter species, specialissima quarto, & vltimo naminter vniuersalia ens vniuersalissimum est illud autem non potest confusse actualiter cognosci, quia talis cognitio est totius non cognitis partibus ens autem non habet partes actuales cum sit conceptus simpliciter, simplex & irresolubilis, vt patet ex capite de differentia necessum est: ergo, vt species, specialissima, quæ est minus vniuersale primo cognoscatur confir. quia aliás multum tempus distaret, post cognitionem entis vsquequo species á Thoma cognoscceretur, quod est contra experientiam sequella patet, quia priùs deberemus cognoscere omnia prædicata, quæ sunt inter ens & speciem vltimam.

Vnde aduertendum vt colligitur ex ista ratione, quod Scotus non negat omnino ens esse primũ cognitum, sed dicebat, quod potest considerari sm̃ totã suã latitudinẽ, & vt sic negat de illo secũdo prout est modificatum in spcie vltima, & prout sic bene concedit quod primo cognoscatur.

Tertia vero sententia quæ est San. Thom. etiam de ente concedit in tota sua latitudine, & non solum modificatum, quod sit primum cognitum ita hic & de ente & essentia ibidem Caiet. & 1.p.q.[illegible], art.3. Valle. & Ferra.q.3. Villalpand.q.1.hic. Soncí.7. metaph.q.10. & 12. & omnes Thomistæ probant absoluté primo, quia quotiescumq; aliqua potẽtia procedit ad actum primo prorumpit in actum imperfectum quemadmodum natura humana priùs materia actuatur forma plantæ de inde forma animalis, &c. Intellectus autem potentia est in sua cognitione procedẽs ad actum cognitio autem entis imperfectissima est, nam talis cognitio confusa dicit potentiam ad cognitionem confussam speciei infimæ, nam qui cognoscit confusse eius non cognoscit confusse istã speciẽ: ergo cognitio cõfussa entis prima est. Secũdò sicut se habent complexa ad complexa ita simplicia, ad simplicia constat autem inter complexa, primum cognitum esse omnium vniuersalissimum scilicet, quodlibet est vel non est ergo inter simplicia erit ens primo cognitum cum sit vniuersalissimum. Tertiò illud vniuersale primo cognoscitur, cuius singulare facilius mouet sensum singulare autẽ entis tale est, vt experientia patet cum quis á longe aliquid videt priùs, quod sit ens deinde, quod corpus tandem, quod animal, &c. Ergo quarto primum cognitũ est illud cuius similitudo primo producitur in intellectu. Talis autem est similitudo entis ex hoc enim prouenit, quod pueri non intelligant nam licet sensus cognoscant sua obiecta tamen phantasmata, non sunt dispositá ad ministrandas species intelligibiles intellectui, per applicationem autem perfectam producitur similitudo entis: ergo tandem confirmatur pluribus locis Aristot. nam hic primo capite docet quod ab vniuersalioribus est incipiendum, quia notiora sunt, & si obijcias Aristot. primo post. capit. 2. dicentem, quod singularia sunt notiora. Respondet, quod loquitur de cognitione, tam sensitiua, quam intellectiua, sub priore autem cadit singulare, hic autem solum comparat vniuersalia interse, & si rursus obijcias Aristot. 2. post. capit. 15. vbi dicit, quod singulare facilius definitur, quam vniuersale vbi per singulare non potest intelligi, id quod habet principiũ indiuiduationis, cum tale non definiatur, intelligit ergo per definiri cognosci. Respondet, quod solum intel-

ligit

ligit cognosci distincte potentialiter, & ita sensus; id quod est minus vniuersale facilius cognoscitur potentiali cognitione, quam magis vniuersale, & ratio est quia minus vniuersale partiora inferiora continet, & ita dificilius cognoscitur, si tandem.3. obijcias Ar.2. metaphysic.c.2. dicentem vniuersalia esse cognitu difficillima, quia sunt á sensu remotissima. Respondet, quod loquitur de substantijs in materialibus non de sensibilibus vt hic agitur.

De inde probant isti autores simul, & secundæ sententiæ, quod singulare non possit primo cognosci, quia tale cognoscitur reflexe, ex Arist.3. de anima capit.4. dicente, quod quemadmodum aliquando linea reflexa est, ita intellectus reflectitur supra se in cognitione singularium cognitio autem reflexa directam supponit impossibile est ergo: quod singulare primo cognoscatur, secundo nam singulare cognoscitur denudatum ab in materialitate beneficio intellectus agentis cum enim intellectus possibilis potentia sit in materialis nequit primo, & directé materialia percipere eo autem ipso, quod denudatur, á materialitate denudatur, & a singularitate manetque communis ergo impossibile est, quod singulare primo cognoscatur.

Hæc opinio Sanct. Thom. sic probata variè intelligitur á Thomistis, quidam enim, vt Caietanus per ens primo cognitum intelligit ens concretum quidditate sensibile idest, quod est commune essentijs materialibus, nam in materialia secundum se nõ cognoscuntur á nobis, sed per analogiam ad in materialia alij vero ex Iunoribus, vt habent quidam codices exceptoriæ Complutensium explicant sic quodens concretum quidditate sensibili est primo cognitũ motioné tantum, quia tale ens solum habet pro hoc statu intellectum mouere ad cognitionem cum solum ipsum á sensibus percipiatur terminatiue vero inquiunt isti ens in tota sua latitudine primo cognoscitur idest prima cognitio terminatur ad ipsum ens, vt sic quia tale est obiectum intellectus. Tandem alij inter quos est Toletus cõnatur has duas sententias Sanct. Thom. & Scoti in concordiam reducere hac distinctione namphantasmata dupliciter possunt intellectui applicari ad productionem speciem intelligibilium vnomodo imperfecté, & sic primo producitur species intelligibilis entis aliomodo perfecte, & prout sic primo producitur species intelligibilis speciei athoma, quod euidenter patet in eo qui á longe aliquê videt primo enim cognoscit, quod sit ens deinde, quod tales in vero sit á proximatus videnti statim cognoscit, quod sit talis vnde inquit iste autor, ꝙ quia vt plurimum phantasmata imperfecte aplicãtur intellectui ideo feré sẽper primũ producitur species entis ipsumq, est primo cognitũ & hoc tm̃ intẽdit. S. Tho. primũ vero Scotus, & ita cessat questio inter ipsos. Sed Bonauentia quamuis ista forte sint vera non satisfacit quæstioni quia absoluté nõ explicat ꝙ sit primo cognitum, & ex natura sua tum etiã quia ex hoc sequeretur, quod cognitio confussa non esset simpliciter prior distincta, quia facta perfecta applicatione rei ad intellectum, tũc prior est cognitio distincta facta vero imperfecta aplicatione prior erit cõfussa vt omnes concedũt aliter ergo philosophãdũ est.

Vltima sentẽtia in hac re ponit singulare primo cognitũ quæ antiqua satis est, sed modus explicandi forte erit nobis, qui enim istam defendunt cõmuniter cõsequenter negãt intellectum agẽtem quem nos libenter concedimus pro cuius explicatione notandum est, & sic fundamentũ firmum quod ea quæ non sunt sensibilia perse non cognoscuntur per propriam speciẽ atque adeò, nec proprio & distincto cõceptu, & quidẽ ꝙ attinet ad res spirituales, & adẽtia rationis, ab omnib⁹ feré cõceditur, etiã á cõtraria

sententia, quia intellectus pendet in propositione obiecti à sensu, qui non percipit spiritualia, sed quod neque entium rationis, detur species satis probatum est in Logica, q.1. vniuersalium patetq; nā quod ex se non habet, vnde moueat non potest efficere imaginē propriam, sed quod idem sit de substanti, s materialibus tenet ipse Scot. in.1.d.3.q.1. &.3.& d.8.q.2. Herbeus, quodlibeto.3.q.12. Antonius Andreas.7. Metaph.q.4. Iandum. q.3. Tolet.3.de Ani.q.23. Et ratione ꝓbatur in nullo sensu datur species harū rerum quia non sunt sensibilia per se, neque vllus sensus potest substantiā cognoscere, vt probat D. Thom.3.p. q. 75. art.7.ad secundum, aliás per sensum distingueremus, an in hostia esset substātia panis necne: ergo neque in intellectu datur species earūdem rerum, quia pro hoc statu intellectus à sensibus pendet nec ab intellectu agente aliqua species fit nisi sit similis in representatione ei quæ est in phantasia. Dices in phantasmate etiam repręsentari subiectum accidentium cum non repræsenteretur in abstracto: sed inconcreto, sed contra quia phantasia non cognoscit subiectū nudum, sed hoc album, &c. ergo hoc idem repræsentatur, per intellectū nec possumus formare conceptum: quod sit substantia nuda repręsentata per speciem solius substantiæ, aliás materiæ, & formæ daretur propria species adde, quod angelorum, & Dei non potest dari in intellectu nostro, propria species, vt omnes concedunt: quia non cadunt sub cognitione alicuius sensus: ergo similiter erit de substātijs materialibus cum etiam non cadant per se sub aliquo sensu aliás si intellectus haberet ꝓpriā speciem substantiæ materialis posset illam proprio conceptu, concipere cum species sit ratio concipiendi rem, sed consequens est falsum: substantia enim materialis est, quid constans materia, & forma, sed neque materiæ neq; formæ habemus proprium cōceptū nā materiam cognoscimus per analogiā, ad materiā artificialē formā verò ex effectibus, per multos discursus colligimus, & tandem illā explicamus per similitudinē ad formas accidētales cōfirm. ex vi conceptus quē de subsitātia habemus nō possumus discernēre, an sit simplex vel composita: sed id explicandū est, per effectus, & proportionē ad composita accidentalia, & in homine patet cuius nō formamus minús propriū conceptum, quā aliarum substātiarū, sed illius non formamus, propriū conceptum cuius cum eius anima sit spiritualis, quam solunt in ordine, ad operationem concipimus, & rationem substantiæ non nisi per ordinē, ad accidentia explicamus, scilicet, id quod accidētibus primo substat est, substantia. Item accidentia panis in Eucharistia eodem modo sentiuntur quò aliæ res sensibiles, & in alijs rebus non magis sentitur. Subiectū accidentiū, quam ibidem, sed ibidem; ex phantasmate panis consecrati non producitur in intellectu species propria substantiæ panis, nec proprius illius conceptus, quia ibidem verè non est tali substantia: ergo neque in alijs. Tandem accidentia materialia, quæ non sunt sensibilia per se, non cognoscuntur, per propriam speciē nec distincto conceptu: ergo, &c. Nam virtutem Magnetis, & similium rerum solum ex effectu cognoscimus, & appetitum sensitiuum, & habitus in eo existentes. Vnde, infero, quod ea quæ non sunt sensibilia per se per discursus cognoscuntur, & per connotationē ad alia, V.C. substntiā materialem extransmutatione accidētiū, sicut materiā extrāsmutatione formarū, & inde colligitur, aliquid substantiæ in illis res aute spirituales per ordinem ad sensibilia. Vnde, D. Diony.7. de Diuinis Nominibus, & de cœlesti Hierarchia.cap.1. ait Deum non per se á nobis cognosci nisi ex sensibilibus D. Aug.15. de Trin.c.8. & Sancti communiter circa illud Paul. videmus, nūc per speculum, &c. in fero secundo, quod.

quod ex discursu quo res non sensibiles cognoscimus manet aliqua species in intellectu qua illas postea facilius percipimus, quod statim magis patebit.

Dico primo in intellectu via originis necessario datur primum cognitum determinate patet sicut se habet intellectus circa complexa, ita circa simplicia constat autē quod in cōplexis datur primo cognitum scilicet quodlibet est, vel non est, &c. Ergo in simplicibus quia ista ordinantur. Ad illa natura sua confr. in intellectu angeli determinatē primo cognoscitur eius essentia & natura, & in eius volūtate in volitum est seipsum diligere & similiter in voluntate nostra est bonum quodcumque ergo, & similiter in intellectu erit aliquod determinate primo cognitum.

Dico secundo, sub obiecto proprio, & proportionato intellectus etiā pro hoc statu, includitur singulare, quod cognoscitur per propriam speciem sui atque adeo directē, & propriē ita Duran. Scotus. Greg. Arim. Ricard. in. 2. d. 24. q. 3. & ex Iunioribus Tolet. 3. de anima. q. 12 Pere. 3. Phi. c. 16. 1. p. probatur in ex eo, quod intellectus propositiones de subiecto singulari conficit, & inter singulare & vniuersale discernit ergo propriē cognoscitur ab intellectu, quod autem detur: speciei propria singularis exprio ri colligitur, quia si illa nō daretur, nec daretur conceptus proprius illius. Item si datus species expressa singularis cur non impressa, quæ nec repugnat ex eō, quod representet singularitatem, neq; ex eo, quod materiam, neq; ex eo, quod vtrumq; simul cū in angelis dentur species, spirituales singularium materialiū, ex parte ergo speciei non repugnat, neque ex parte intellectus possibilis, cum enim possit formare conceptum singularis cur non poterit habere speciē illius cū magis accedat ad materialitatē quā intellectus angeli: neq; ex parte intellectus agentis, cuius virtus activa est adequata capacitati possiblis, adde in anima separata manet cognitio singulariū & actionū quas in vita fecit, vt patet ex coloquio Diuitis cum Abraham superfluum autem esset de novo adeō infundi ergo ex his euidenter colligitur. 3. p. cōclusiones, ꝙ directē cognoscatur: nā omne, quod cognoscitur per propriam speciē potest per illam directe cognosci secundo quia singulare omne sensibile est per se: ergo directē & non reflexe cognoscitur consequentia euidens est ex notabili posito, nec videtur intelligibile quo alio modo possint cognosci, & quę sit illa reflexio, & conuersio ad phātasmata, quam alij ponūt. Resp. S. Tho. 1. p. q. 14. ar. 11. ad. 1. & q. 50. artic. 2. & q. 56. artic. 1. ad. 2. & de veritate. q. 2. art. 6. quod postquam intellectus cognouit naturam in vniuersali reflectitur ad phantasma ipsum á quo res vniuersalis abstracta fuit, & per illud cognoscitur res singularis, sed contra est, quod vel cognoscitur singulare per phantasma tam quam per obiectum cognitum, vel tam quam per speciem, non primum quia aliàs prius deberet cognosci ab intellectu phantasma ipsum quam singulare representatum per ipsum quod est contra experientiam, & contra rationem intellectus, quod in re materiali, & inferioris ordinis cognoscat tamquam in obiecto præterea, quia phātasma ipsum est materiale, & singulare: ergo si ipsū cognoscitur, & in illo singulari represētatum iam aliquid singulare materiali directē cognoscitur. Item si cognoscitur singulare in phantasmate assignādū est per quā speciem intelligibile nō. n. per speciē vniuersalis, quia illa indifferens est, nec magis representat hoc quā aliud singulare, neq; etiā potest dici cū Enrico, ꝙ phantasma deseruiat intellectui per modū speciei, quia est res materialis & inferioris ordinis, nec suffic. t, quod Fonseca dicit primo metaph. c. 3. q. 3. sectione. 6. phātasma, & speciē vniuersalis cōcurrere simul ad cognitionē singularis cū. n. non sint in eadē potentia,

nec eiusdem ordinis non possunt, id præ stare, & similiter impugnatur, quod do cet Soto, hîc q. 2. art. 2. singulare cognosci ab intellectu per determinationem ad particulare phantasma alij dicunt cognosci per hoc, quod cognoscitur integra. Collectio accidentium illius, sed tunc reddit quando de accidentibus an in vniuersali, vel singulari cognoscatur si primum per illum non deuenimus in cognitionẽ huius singularis. Si secundũ habeo intentũ præterea, quia si in intellectu tantũm esset, species vniuersalis naturæ specificæ: ergo viso primo homine tunc acquireretur, species hominis, in cõmuni, & postea visis alijs nullæ de nouo aduenirent, quia essent superfluè in eodẽ subiecto, & de eodẽ prorsus obiecto, & tũc difficile est quomodo possit distinctè singulare cognoscere, quia ibidem non est conuersio ad phantasma intellectus namq; nõ habet tũc vllã speciẽ abstractã de nouo à phantasmatibus tandẽ, quia experimur nos cognoscere singularia imò, & rustici sine vlla reflexione priùs singularia, quã vniuersalia cognoscũt cur ergo est, denegãdũ intellectui, quod directè, & per propriã speciẽ illa cognoscat nõ propter perfectionem quia intellectus angeli perfectior est, nec propter imperfectionẽ, quia sensus est imperfectior, & tamẽ illa directè cognoscunt: ergo nulla est omnino ratio propter, quã id negemus intellectui, & hoc non est facile fundamentum huius conclusionis.

Dico tertiò sub obiecto proportionato intellectus includitur vniuersale, quod in principio per speciẽ singularis cognoscitur postea autẽ per speciẽ propriã. Ista videtur expressa sententia S. Th. 1 p. q. 12. ar. 9. ad. 3. & colligitur euidẽter. Primò ex fundamẽto posito nã vniuersale nõ est sensibile per se: ergo nõ cognoscitur per propriã speciẽ nec est alia nisi singularis: ergo si cognoscitur per speciẽ singularis debet cognosci in principio. 1. pars cõclusionis experiẽtia, experientia etiã cõstat cognoscitur enim homo nõ cognito Petro, neq; Paulo. Secũdò, hæc est vis intellectus supra sensum, vt proprias rerũ quidditates cognoscere possit quidditates autẽ vniuersales sunt, & cõmunis: ergo. Tertiò: secũda pars probatur, quod vniuersale in principio cognoscitur per speciẽ singularis. Secũdo: Nã posito phãtasmate Petri, intellect⁹ agẽs facit speciẽ Petri, vt sic nã habet virtutẽ ad illa efficiendã, & est naturale agens nõ impeditũ: ergo quod autẽ simul non efficiat aliã speciẽ vniuersalis patet tum quia esset superflua cũ species representãs Petrũ representet etiã hominẽ, tum etiã, quia eadẽ ratione efficeret, aliã distincta speciẽ animalis, & aliã corporis⁹ atq; adeò plures, & sine necessitate cum enim inferiori omnia, superiora contineantur species representans inferiùs est sufficiens principiũ cognoscendi omnia prædicata superiora: præterea, quia si omnium prædicatorum distinctorum species distinctè. Produceretur posset facillimè res distinctè cognosci, quantum ad omnia prædicata sua, quod est falsum cũ ignoremus plura genera & differẽtias. Tandẽ, quia si intellectus agẽs plures species, simul efficeret etiã possibilis plures actus. Simul eliceret, quia nã est ratio cur potiùs hac quã illa specie vtatur cõsequẽs autẽ est cõtra experientiã: ergo intellectus agẽs in principio tã tũ ꝓducit speciẽ rei singularis, per quã cognoscitur tã singulare quã vniuersale in illo cõtẽtũ intellectus enim cognoscẽs singulare per propriã speciẽ diuersa singularia & eiusdem speciei per diuersas species intelligit nã fuerũ abstractæ aduersis phãtasmatibus istæ autem species diuersorũ singulariũ in representatione cõueniũt in ordine ad prædicata cõmunia differũt tamẽ secundum diuersam cõtractionẽ eõsiderati: ergo intellectus individua ipsa, vt talia sunt, & postea, id quod est, illis cõmune, hoc est illorũ conuenientiam, & eodem modo cognosci genera per cõuenientiã specierum,

rum, & sic de alijs superioribus. Tertia autem pars cõclusionis quod post prædictum actum possit cognosci vniuersale per propriam, & peculiarem sui speciem nam postquam intellectus formauit cõceptum rei vniuersalis postea facile concipit illud absque memoria alicuius singularis signum: ergo est. Mansisse in intellectum talem speciem sicut multi dicunt in imaginatiua ex conceptu mõtis, & auri resultare vnicam speciẽ vtrũque representatem alias oporteret semper singularia conferre ad cognoscendum vniuersale, quod est cõtra experiẽtiam. Dico quarto: Prius cognoscitur singulare quam vniuersale itaq; primo cognitũ à nostro intellectu via originis & cognitione confusa est singulare hęc est contra opiniones supra positas, & contra Ricard. in 2. d. 24. q. 3. & Scot. in 1. d. 3. q. 2. eam tamen tenet Durand. in 2. dist. 3. q. 7. & Grego. in primo, dis. 3. q. 3. art. 1. Fonseca supra, quamuis isti vt supra dixi aliter explicentq; negant intellectum agentem sicq; facile, se expediunt ab argumentis contrariorum est tamen sententia Arist. 1. post. cap. 2. dicentis notiora nobis esse, quæ sunt sensu proximiora hæc autem singularia sunt, & 2. poste. ca. vltimo, dicit vniuersale fieri ex notitia plurium singularium: ergo prius singularia cognoscuntur. Ratione patet primo intellectus potest directe cognoscere singulare, & prima species quæ ei imprimitur est res singularis: ergo, quod primam concipitur est ipsum singulare potentias enim id primo concepit cuius speciem primo recipit nam tunc est potentia sufficienter constituta in actu primo ad cognoscendum id quod representatur per speciem. Secundó, eo ipso quod sensus cognoscit singulare potest facilime intellectus cognoscere, illud in vniuersali autẽ enim ita facilè nã priús requiritur cognitio singularium, & conuenientiæ eorum vt ab illis abstrahatur natura communis prius: ergo cõcipitur singulare, quam vniuersale confirmatur, homines insci qui nunquam viderunt nisi vnum solem non formãt conceptum solis in communi, sed tantũm concipiunt, quod vident: ergo formatur priús conceptus huius solisquã solis in communi. Tertiò cognitio nostra à sensu incipit: ergo quod faciliús sensu percipitur facilius etiam percipitur intellectu quæ ratio est Arist. 1. poste supra. Sed dices vniuersaliora sunt prius cognoscibilia minus vniuersalib' vt docet Arist. hîc: ergo, & vniuersalia singularibus. Respondeo singularia prius cognosci, quam vniuersalia cum ex illorum cognitione percipiantur cũ autem. Vniuersalium cognitio sit propria intellectus, & non pendeat, vt sic à sensibus quanta ratio fuerit vniuersalior est, magis proportionata, vt ab intellectu cognoscantur, & in cognitione quidditatiua quę est propria rationis ab vniuersalioribus prædicatis ad minus vniuersalia proceditur, & ita ordine doctrinæ, de quo loquitur, hic Arist. vniuersaliora sunt notiora absolutè autem & ordine inuentionis potius sunt minus nota, vt à secundo sequenti patebit neque idem sunt notius natura, & prius notum de quo statim. Hoc autem certum est, proprium esse sensus singularia tantum percipere id autem proprium est intellectus, & non commune cum sensu, quod vniuersalia cognoscat: sed hoc non tollit quin etiam singularia: recipiat, nec mirum cum intellectus sit potentia superior, & artricte ctonica in ratione cognoscendi, quod omnes inferiores, rationes in se præhabeat saltem eminenter.

Dico quinto, & vltimo propter reverentiam Sanct. Thom. & Doctissimorum virorum, qui illam tenent inter quos est Magister çumel, prima parte, primo tomo, quæstio. illa. 52. & 56. probabilem satis iudico sententiã, quæ dicit ens primò cognitũ esse ab intellectu recipiẽ in illa explicatione secũda scilicet ens

ens concretum quidditate ſenſibili motiue primo eſſe cognitum terminatiuè vero ens in tota ſua latitudine quiavt ſic cadit ſub obiecto adequato intellectus cum omne ens ſit intelligibile & é contra, & ratio huius explicationis illa eſt nã primo cognitũ cognitione prima cõplexa eſt ens incõmuni non ens concretum ergo, & primo cognitũ cognitione incõplexa erit ens incõmuni quia complexa fit ex incõplexa alias ſi aliud ab ente in cõmuni eſſet primo cognitũ cognitione incomplexa ex illo poſſet fieri alia cognitio cõplexa prior cognitione cõplexa entis in cõmuni quod eſt abſurdum quia nihil priùs cognoſcitur quam hoc primũ principium quodlibet eſt, vel non eſt antecedens patet quia primũ illud principiũ omnibus notũ lumine naturali de ente in cõmuni loquitur ſine vlla rectitudine ad concretũ, vel ſenſibile ergo, ſine vlla reſtrictione primo terminat actionem intellectus complexam & in complexam, & ita eſt primo cognitũ terminatiué. Quod ſi dicas motio obiecti terminatur ad terminationẽ ſed ens cõcretũ primo mouet ergo terminat primo. Reſ. ſicut nõ valet in iſta ſentẽtia ſingulare vero mouet, ergo primo intelligitur ita non valet ens cõcretũ mouet ergo terminat aduerto tñ ꝙ quãdo dico ens eſſe primo cognitũ in cõmuni nõ loquor abſolute, ſed cõparatiue hoc eſt inter rationes vniuerſales quę cognoſcũtur ab intellectu prima eſt entis in tota ſua latitudine nã ſimpliciter & abſoluté ſingulare primo, cognoſcitur neq; in alio ſenſu poſſũ intelligere S. Tho. & alios, & in iſto argumẽta nſa nõ faciũt cõtra iſtã ſententiã vnde ſolũ reſtat ad argumẽta in principio reſp.

Ad primũ patet ex dictis prohemialibus ad logicã ſenſitiuas potẽtias determinatas eſſe, & ita non habere ordinẽ in cognoſcendo dũmodo ſit intra latitudinẽ ſui obiecti voluntas autẽ & intellectus liberæ cum ſint ordinẽ habẽt in ſuis actionibus ſicq; media ſunt propter finem, & cõcluſio propter præmiſſas cõfirmatio vero procedit de ſecũda cognitione in qua iam eſt imperium voluntatis nõ de prima & ſimplici vt dictũ eſt.

Ad rationes Scoti ad primum ens ſuo modo habet partes puta ſubſtantiam & accidẽs in quas in mediate partitur quæ ſufficient ad hoc vtens in ſua latitudine primo terminat actum intellectus formaliter, quando in vniuerſali cognoſcitur in particulari vero in prima cognitione cum ſimul cognoſcatur, cũ alijs partibus indiuidui ſingularis bene potest terminare cognitionẽ cõfuſam. Ad ſecũdũ patet ex dictis qualiter prima ſpecies intellectui impreſſa, eſt ſingularis nõ ſpeciei neq; vniuerſalis. Ad tertiũ ea dẽ ratione ſingulare. i. cognoſceturquia nõ indiget abſtractione. Ad quartũ nõ ꝓcedit ratio quia nos non ponimus ens primo cognitũ prima cognitione ſednec cognitione: vniuerſali, aliquod probat quia inquolibet inferiori quiditatiue ſuper omnia cõtinẽtur ſicq; ſine mora fit trãſitus á ſuperiori ad inferius: ad alia vero quæ Scotus obijcit facile reſ. ꝙ hoc quod eſt vniuerſale, vel ſingulare non eſt obiectũ intellectus, ſed cõditio ſine qua non vnde equaliter ſe habẽt ſingularia, & vniuerſalia adde quod eius ratio non ꝓcedit ſimpliciter ſed cõparatiue. Ad arg. S. Tho. ad primũ nego, ꝙ prima cognitio qua intellectus procedit de potentia ad actum ſit entis in cõmuni abſolute, & ſimpliciter, ſed tantũ cõparatiué reſpectu aliorũ vniuerſaliũ, & ſic etiã ꝓcedit, ſecũda ratio, ad tertiũ ſimiliter patet ex dictis quarta cõcluſione: ad quartũ dictũ eſt, ꝙ ſimilitudo ſingularis primo producitur á phãtaſmatibus in intellectu ad confirmationem dicto etiã, quod vniuerſalia ſunt notiora ſunt vel ſecundum ſe, vel cõparatiué ad alia vniuerſalia. Ad illud Ariſt. lib. de anima reſpondet Gregor. in. 1. d. 3. quæſt. 3. artic. 2. negando, quod tale Ariſtot. dicat ſed oppinionem, naturæ, ait quòd anima ſenſitiua calidum, & frigidum iudicat,

eat, & quorum ratio quædam caro alio autem aut separato, aut circumflexe se habet ad ipsam cum extensa sit carni ef se discernit, vbi vult, quod anima singulare medio sensu apprehendit directè idem expresè Comment. ibi, cuius verba adducit Gregor. patet ex fundamento posit & secunda conclusione, qualiter directè singulare cognoscatur ab intellectu. Ad sextum dicendum intellectum agentem solum constitui, vt ex phantasmate materiali speciem spiritualem educat non tamen vt ex specie singulari efficiat vniuersalē hoc enim potius fit ab intellectu possibili mediā te iudicio quo iudicat vtrique singulari in esse similem naturam ex quo patet, quod abstractio per quam fieri vniuersale diximus in logica eon est opus intellectus agentis abstrahentis speciei phantasmatibus, sed potius possibilis considerantis naturam non considerationis singularibus. Vel secundo, quod sicut sol illuminando colorem qui erat visibilis in potentia reddit visibilem in actu non in mutando aliquid similitudinis, & repræsentationis obiecti semper enim species ista cum omnibus accidentibus obiectū istud repręsentat ita intellectus agens illustrando phantasmata singularia quodammodo illam spiritualicat eleuatque, vt reddantur intelligibilia in actu, & actuatiua potentiæ intellectiuæ sic enim etiam omnes concedunt, quod quanto eleuatior est potentia adhuc sensitiua tanto eleuatioribus speciebus cognoscit sicque sensus communis tenuioribus, & magis intentionalibus speciebus cognoscit obiectū quam sensus externi, sed de his libris de anima magis.

ARTICVLVS. IIII.

Quod sit primo cognitum ab intellectū secūdū se, & natura sua.

HOc est, quod sit primo cognoscibile secundum se in præsentiarum enim natura idē valet, quod rei essentia, & ab intrinseco inquiri: ergo quia prius cognoscibile secūdū suam essentiā, & quidditatem, & quantum est ex se vn de cessant illæ conditionales quas inutiliter quidam ponunt, scilicet, illud esse natura sua notius quod prius cognosceret natura se ipsa cognosceret, vel si autor naturæ cognosceret, vnum post aliud illud quod prius cognosceret esset natura sua primo cognitum in hac re certum est debentque omnes conuenire in materialia, & intelligibilia notiora esse natura sua mrterialibus, & sensibilibus, & causæ notiores effectibus, & partes quam totum vnde infero, quod quia causæ sunt ad inuicē causæ, vt dicetur secundo libr. huius ad inuicem etiam inter se notiores sunt natura sua qua ratione finis via intentionis notior est medijs econtra vero via executionis mediæ notiora sunt (quia quodammodo finem causant in esse, scilicet reali) ipso fine quod attingit Sancti Thom. 1. pa. quæs. 85. art. 3. ad primū infero secundo consequenter loquendo totum via intentionis notius est suis partibus natura sua via vero executionis, & causalitatis partes ipsæ notiores sunt toto: sunt enim causæ illius similiter omnia prædicata superiora, vt partes sunt definitionis quidditatiuē inferiorum etiā notiora esse natura sua illis quare ens quia prædicatum supremum est rerum omnium naturas intimè intrans, & constituens. Vt capite de differentia dicebam natura sua notissimum est, & ita Metaphysica, quæ omnium scientiarum nobilissima habetur, pro obiecto illud habet quod est notissimū non solum cognitione confusa, & respectu nostri modo explicato dubiem tamen est, quę sit causa, & vnde proueniat vt ista sint notiora natura sua, ad quod Magister Soto hic, & multi Thomistæ inquiunt id prouenire ex eo quod sunt magis

magis entia probant nam obiectum intellectus est ens: ergo, quo aliquo aliquid est magis cognitum, & ita magis notum natura sua. Vall. vero reijcit hunc modum dicendi, quia inquit ille non sequitur numerus est numerabilis ergo quo maior est numerus facilius numeratur. Ergo etiam si aliquid, sit magis ens, & ens sit cognoscibile, quod tale sit notius natura sua, rursus Deus est maximum ens, & tamen non est notius natura sua Cumex Aristotele libro tertio huius infinitum in quantum tale non sit cognoscibile. Vnde aliter inquit ille prouenit, quod aliquid sit notius natura sua, in hoc quod sit simplicius ens probat, quia quod est simplicius habet minus de compositione, & ita facilius per cognitionem penetratur. Tolet. vero has duas sententias cõciliat distinguens, quia cum notius dicat comparationem respectu alterius aliquid post. esse notius altero tribusmodis. Primo notius, idest magis notum, secundo notius, idest priús notum, tertio notius, idest facilius notum, nunc ergo dicit, quod si notius sumatur primo modo pro eo scilicet, quod est magis notum verum dicit Magister Soto quia eô est magis notum quod est magis ens, si vero secundo modo sumatur pro eo scilicet, quod est priús notum tunc inquit distinguendum est, rursus nam res, vel est prior in intentione vt finis, & tũc est notior in intẽtione si vero, sit prior in exe cutione, vt media tunc notior natura est in executione, si tandem sermo sit de notiori secundum facilitatem tunc, quod est facilius est notius, & ita simplicius cum sit facilius cognitu, & ita loquitur Valle, quare istæ sententiæ veræ sunt sano modo intellectæ. Hæc expositio vera est non tamen ad rem quia relinquit sub dubio, quod præcipue inquiritur scilicet quo istorum modorum loquatur Arist. cum hic dicet á notioribus quoad nos esse procedendum ad notiora natura sua.

Dicendum ergo, quod ratio propter quam aliqua dicuntur notiora natura sua non est quia sint magis entia, nec quia simplitiora, sed quia priora, ita, vt illud sit noti⁹ natura sua, quod est priús ens, patet primo ex Arist. 2. metaph. c. 2. & 1. post. c. 2. & in isto. c. & vbicumq; de hoc disputat simul ponet notiora & priora naturæ, & ita optime saluatur, quod in malitia sensibilibus causæ effectibus & partes toto notiores sine secundo ratione suadetur, idem quia ens est obiectũ intellectus ergo, quod fuerit priús ens erit priús cognoscibile ac cõsequẽs notius natura sua in prioritate, & cõfirmatur á numeratione partiũ non enim est aliquid noti⁹ natura sua, quia est magis ens nam omnes cõcedunt partes esse notiores natura toto, & media ipsosine, & tamen non sunt magis entia quã totũ, materia enim non est magis ens, quam homo neq; etiã forma similiter nõ est aliquid notius quia est simplicius vt dicit Vall. nã si sic ergo quo aliquid fieret simplicius erit notius natura sua cõstat autẽ Deum simplicissimũ esse, & tñ non est omnium notissimus imo secundũ Vall. minus notus, &c. quod res sit notior natura sua nõ prouenit ex simplicitate. Adde finis in intẽtione notior est partibus & mediis adhuc tñ in intentione nõ est simplicior illis vt videre est in cathedra ergo quo aliquid est priús ens notius est natura sua. Vnde infero, quod hæc duo nobis nota, & natura aliquando inter se coincidere, & ita propositio Arist. non vniuersaliter, sed indefinite est intelligenda nã principia in mathematicis, & sunt nobis nota & natura nota. v. g. hoc principium omne totũ est maius sua parte est notũ nobis, quia vniuersalissimum, & natura sua quia principium similiter in metaphysica illud principium quodlibet est, vel nõ est & est nobis & natura notius. De physica autẽ artic. sequẽti patebit, sed dices inter prædicata superiora, & inferiora eiusdem prædicamenti. v. g. substantiæ quæ sint nobis

nobis notiora & natura. Respõdeo, quod naturæ vniuersales possunt tripliciter considerari. primo, vt sunt quoddam totum actuale, id est, resp. eorum quæ sibi abinterinseco conueniunt. secundo, prout sunt totum potentiale. Tertiò, vt sunt partes speciei. primo modo considerata prædicata inferiora sunt notiora natura superioribus. patet, quia inferiora in prædicamento sunt perfectiora omne autem perfectiùs respectu imperfectioris induit rationẽ finis, & ita rationẽ causæ: causa autẽ ex dictis notior est effectu natura sua, & idem dicendum de istis prout sunt totum potentiale: si verò sumantur prædicata superiora quatenus intrant inferiora, vt partes notiora sunt natura sua, quia partes.

Ad argumentum. Soti, nego consequentiam. imo ideo notius, quia prius ens, non quia magis ens ex quo solum colligitur, quòd sit magis cognoscibile. Argumenta verò Vallesij non sunt contra nos, quia tamen falsò assumunt. Ad primum dico, quod non bene infert nõ enim sequitur numerus est numerabilis: ergo, quo maior est faciliùs numeratur: sed solum sequitur: ergo quo maior est magis est numerabilis. Ad secundum Aristo. solum loquitur de infinito quanto, & moli non de infinito perfectionis, qualis est Deus qui notissimus est natura sua. ad suam rationem dico, quod nõ valet consequentia, imò aliquando simplicius difficilius penetratur propter effectuum eminentiam, quam in se præhabet. cuius cognitio debet præsupponi ad suimet distinctam cognionem.

ARTICVLVS. V.

Et vltimus. De ordine seruãdo in naturali Phylosophia tradenda.

EX dictis præcedenti à secundo duplex ordo colligitur, secundũ quẽ inqualibet scientia nos ire procedi. primus est naturæ hoc est à notioribus natura quando scilicet passiones de subiecto demonstramus per causas notiores natura sua alter doctrinæ sic communiter vocatur, quando, scilicet, passiones demonstramus per causas nobis notiores. Scire enim primo post secundo est rem per causam cognoscere, &c. Dubitatur: ergo quis ordo istorum in Philosophiæ seruetur. Naturæ inquam, vel doctrinæ. res est clara breuiter dicendum, quod quando isti duo ordines coincidunt inter se in aliqua scientia vt contingit in Metaphy. & Mathematica, vt supra probatum est, ab vtroque est procedendum, quando verò non coincidunt semper debemus seruare ordinẽ naturæ, cum cognitio scientifica ex causis, & principijs rei procedat, quæ saltem natura sunt notiores, quod insinuauit Aristo. per primam propositionem qua docuit tentandum est determinare de ente naturali per principia, causas, & elementa. per secundam autem propositionem, quod scilicet ab vniuersalibus ad minus vniuersalia est procedendum docet, quòd inter ipsas causas, & principia, ad ipsarum causarum cognitionem inuestigandam ab vniuersalioribus est incipiendum, & inter ista ab illis, quæ nobis notiora sunt, vt existis cognitionem haberemus principiorum, quæ natura sua notiora sunt, vnde relinquitur, quod in nostra philosophia, vterque ordo seruandus est.

QVAESTIO II.

De quidditate principiorum entis naturalis in cõmuni.

CIrca caput secũdũ, & tertiũ solet disputari de toto & partibus de quo q. vlt. ordine naturę, & doctrinę nos dicem⁹, & forte latiꝰ, & radicitꝰ, quã soleat plures eñ difficultates scitu dignę de hoc, ibi soluẽtur circa, c. 4. latissimè à bexpositoribus agitur de maximo & minimo termino

viuentium, & non viuentium, & accidẽtium, quæ materiata profecto habent physicum petit pluraque supponit etiã per plures libros discutienda: propriusq; eius locus est in li. 6. vbi Aris. agit definitione quãtitis succesiuè cõtinuevbi etiã nos de termino permanentis (intelligibilis enim est iste sine illo) disputauimus solum ergo circa caput quintum. Sextum agendum est de principijs ẽntis naturalis in communi de quo videnda sunt quinque primum si physica naturalis possit probare sua principia contra negantes illa, secundo de contrarietate principiorum, tertio si omnibus & singulis contrarietas conueniat quarto de numero, eorum vltimo si ratio principij æqualiter in illis reperiatur.

ARTICVLVS. I.

Vtrum Philosophia naturalis possit probare principia naturalia contra negantes illa.

QVod sic suadetur primo, quia Aristot. hoc libro disputat contra negantes principia naturalia qui non possunt conuinci nisi contra eos probẽtur talia principia. Secundo, quod sint tria principia rei naturalis materia forma, & priuatio probat. Physicus, & nos à secundo tertio, ad physicum: ergo spectat talia principia, quia quæ ad physicũ spectãt probauit Aris. in hoc libro cũ permutationes id probauerit, & deduxerit. Tertio, & vltimo adhuc pater, & declaratur secunda ratio, nam motum esse principium est in Philosophia ex quo plurima in ea deducũtur probare autẽ quod sit motus probatur ad physicũ naturalẽ pertinet cum ad ipsum pertineat demonstrare passiones entis naturalis, quarum vna est motus: ergo idem quod prius notandum primo naturalia principia alia esse cognitionis tantum illa, scilicet, quæ primo objiciuntur, in philosophia naturali, & ex quibus quasi manu ducimur, ad reliqua inuestiganda sicut motum esse pluralitas entium qualitates sensibiles quæ solent principia doctrinæ vocari alia sunt principia rei ex quibus res ipsa componitur quæ non dicuntur principia cognitionis, cum aliqua eorũ sint difficillima cognitu V.c. materia prima, & priuatio propter suam paruam entitatem cum materia sit pura potẽtia, vt dicetur quæstione sequenti & priuatio sit negatio in subiecto apto vt dicetur quæstione quinta, quarũ prima indiget proportione ad firmam vt cognoscatur. Secunda verò per habitũ positiuum cognoscitur. Notandum secundo, quadrupliciter possumus philosophari, quod principia probentur. Primò quantum ad esse existentiæ, & sic dupliciter, vel demonstratione propter quid & à priori, vel demõstratione, quia à posteriori, & per inductionem dubitatur: ergo si ad physicum naturalem pertineat principia naturalia siue doctrinę, siue rei aliqua probatione, & dictis probare.

Tertio considerandum, quod principia cognitionis cum sint complexa duplicia sunt alia per se nota, & immediata, vt in Geometria. V. c. quod linea sit longitudo sine latitudine alia verò non sunt per se nota: sed dicuntur, suppositionis, vt in eadem Geometria, quod linea sit in ipso corpore, vt in posterioribus ex simplicio dicebam.

Vltimò aduerte principia per se nota & immediata alia, sunt alia secundum nos, & secundum naturam, quando neque apud nos habent aliquid notius nec secundum naturam habent causam illis priorem aqua pendeant, vt dixi de linea in primo exemplo, alia sunt immediata secundum nos tantum, quando, scilicet, quoad nos non habent aliquod notius, per quod possint probare, habent tamen secundum naturam causam

sam illis priorem à qua pendent in esse, & non incognosci, quia causa illa est illis obscurior, vt in philosophia nostra, hoc principium motus est, quæ solet vocari dignitas, quia vt in post, dicebam est omnium notissimum in tali scientia, & similiter hoc principium omne totum est maius sua parte quod est per se notum secundum nos tamen habet causam ipso obscuriorem principia autem alicuius scientiæ dupliciter potest intelligi, quod probentur consequentia proter vos illa negantes, vel Topicè, & probabiliter, vel demonstratiuè, & hoc quam aut eodem habitu scientiæ cuius sunt principia, vel alio habitu scientiæ, vt pote subalternantis, vel saltim superioris, vt est Metaphysica.

Dico primo, principia tantum cognitionis, vel doctrinæ, in philosophia naturali non possunt probari, vllo modo contra negãtes illa eodem habitu scientiæ philosophiæ, quantum ad esse existentiæ bene tamen, quoad esse essentiæ probatur prima pars talia principia in philosophia, vel in alia scientia sunt nobis primo manifesta quantum ad existentiam quia omnium prima obijciũtur inuestiganti talem scientiam: ergo, vt sic non possunt demonstrari eodẽ habitu cuius sunt principia, quia omnis demonstratio à notioribus nobis procedit. Probatur secũdo, nõ possunt demõstrari ostẽsiuè ratione dicta nec per impossibile: ergo nullo modo patet secũdũ demõstratio per impossibile est, quãdo ex aliquo falso admisso, & alio verò assumpto cõcludit aliquid manifestius falsum ex cuius destructione colligitur destructio prioris falsi admissi, vt lib. 4. Sumularũ & lib. Priorũ in Logica dictũ est, vt si aliquis dicat. V. C. hominẽ esse æquũ tunc sumpta minore vera, scilicet, Petrus est homo infertur necessario: ergo Petrus est equus cõsequẽs est plane falsum: ergo, & intecedẽs nõ pro minori, vt patet ergo pro maiori cõstat autẽ quod in philosophia naturali nõ potest dari aliquid manifestius falsum, quam negatio principiorum doctrinæ quia sicut nullũ est manifestius verum quam talia principia ita nullum est manifestius falsum, quam eorum negatio ex claritate enim veritatis in vno extremo prouenit claritatis falsitatis in opposito, vnde sicut in philosophia nullũ est clariùs hoc principio motus est, ita nec clarius falsum, quam eius negatio, & ita Arist. text. 9. aduertens nihil esse in philosophia notius nobis non probauit, sed suppossuit omnia entia moueri: ergo non possunt demonstrari per impossile. Secũda pars, constat quia hæc principia non sunt immediata, quoad essentiam, sed habent causam, vt bene hîc Iabell. motus. V. C. naturam: ergo quantum ad esse essentiæ probari possunt à naturali philosophia eodem habitu scientiæ dico eodem habitu, quia & si talia principia sunt dignitates omnino, & immediatè, quoad se, & quoad nos in tali scientia possunt habitu dialecticè probabiliter suaderi cũ logica non procedat ex principijs, sed ex communibus imò aliquando principia cognitionis licet sunt immediata, quoad nos in tali scientia si secundũ se sunt mediata, & habeant causam possunt demonstrari in subalternante aut superiori, vt est Metaphysica, qnam vt communiter dicitur, & bene principia subalternatæ sunt conclusiones subalternantis, vnde, quod illa supponit probat ista.

Dico secundo, principia naturalia essendi, vel in esse rei possunt probari á Philosophia naturali contra negantes illa eodem actu scientiæ patet talia principia sunt ex quibus esse, & fieri rei dependet, vt est materia forma & priuatio quæ de facto sunt probata ab Arist. habent enim aliquid notius se, scilicet, trãsmutationẽ formarũ ex qua, & formas sibi inuicem succedentes, & materiam vt subiectum in quo sibi succedunt, & priuationem ex qua talis transmutatio prouenit, cognoscuntur. Ad phisicum

autem spectat per ea quæ sunt notiora in sua scientia ea quæ minus nota sunt in eadem demonstrare. Secũdò primus motor est primum efficiens in esse rei in philosophia, qui tamen. 8. Phi. demonstratur à posteriori per motum eodem habitu scientiæ. Sed dices, sicut res se habẽt adeò ita ad cognoscere: ergo quæ sunt principia in esse rei sunt etiam principia cognitionis principia autem in esse rei possunt demonstrari quãtum ad existentiam saltem à posteriori, vt vidimus in secunda conclusione: ergo similiter principia cognitionis, & consequenter secunda conclusio: Priorem destruit. Respondetur, quod licet principia essendi sint principia cognoscẽdi nõ tamẽ sequitur, quod prima principia essendi sint prima principia cognoscẽdi in naturalibus, quia prima cognitio rerum naturalium non desumitur ex suis causis, & principijs, sed potiùs ex effectibus ita materia forma, &c. ex transmutatione in effectu innotescunt, & ita licet sint principia essendi non tamen doctrinæ idem dicendum de primo motore. Dices secundo ad Metaphysicam pertinet disputare contra negantes principia cognitionis philosophiæ naturalis vt Parmenides, & Melissus. Fecere negãdo notandum male ergo. Arist. hic disputat cõtra illos. Respondent Iabell. & commẽtator ex Arist. in text. 12. quod licèt isti philosophi fuerint non naturales cum naturalia principia negaberint, quia tamen de natura sunt locuti, vt de infinito materiali, de vacuo, & alijs ideo consequẽtia illos ratione petita à Metaphysica insurgit contra illos, sed dices vnde potius habet Metaphisica disputare cõtra negantes principia naturalia cognitionis, quam physica respondetur, quod quia considerat rationem communissimam entis & modos generales illius, vt vnum, & multa actus, & potentia, quibus admissis ab aduersario facilè cõtra ipsum arguitur, quando autem Aristo. ait physicum, non posse principia probare, loquitur de principijs cognitionis.

Ad argumenta patet, qualiter ex habitu methaphisico Arist. procedat cõtra negantes principia naturalia. Ad secundum dicendum, quod probat secundam conclusionem, quia materia forma, & priuatio quæ sunt principia in esse rei bene possunt à posteriori demonstrari. Ad tertium dicendum quod motum esse quantum ad existentiam est principiũ naturale cognitionis tantúm sicq; non probatur à philosopho quãtum verò ad essentiam propositio est mediata sicq; potest probari à priori, sed non hac ratione est principium naturale cognitionis tantum, quia hæc dependentia quã essentialiter habet ex causa non est primo nota in philosophia, sed tantũ eius existentia, scilicet, quod motus, & mutationes existant, sicque est principium cognitionis.

ARTICVLVS. II.

Vtrum prima principia sint contraria, & quomodo.

VIdetur, quod non primò, quia principia debent cõponere rem cuius sunt principia contraria autem nõ possunt aliquam rem cõponere, quia mutuo se destruunt: ergo principia nõ possunt esse cõtraria secũdo substantiæ nihil est cõtrariũ principia autũ rei naturalis substantia sunt cũ res naturales ex ipsis cõstituatis sit substãtia: ergo nõ sunt contraria. Tertio, in cœlo nulla est cõtrarietas in illo autẽ sunt principia naturalia cũ sit verum ens naturale: ergo. Quarto principia naturalia sunt forma, & priuatio, vt statim patebit forma autem, & priuatio priuatiuè opponuntur: ergo non contrariè, quia ex capite de oppositis in post prædicamentis oppositio cõtraria alia est ab oppositione priuatiua. Confirmatur, quia Arist. nunquam tale docuit determinatè, nam si in quinto cap. dixit, quod si principia sunt contraria:

trariæ in sexto docuit, quod principia, sunt substantiæ, & quod substantiæ nihil est, contrarium similiter in eodem quinto ca. definiens prima contraria, inquit, prima contraria esse, quæ nec fiunt ex alijs, nec ex alterutris, sed omnia fiunt ex ipsis postea verò explicans vltimam particulam dicit, quod vnum quodq; fit ex suo contrario, sed principia comprehenduntur sub illa particula vnum quodque: ergo componuntur, principia ex suis contrarijs, & ita fient ex alterutris, ideſt, vnum ex alio eadem enim est ratio de principijs, & de primis contrarijs. Tandem postquam in cap. 7. dixit, principia esse contraria sublit contraria non esse permanentia, principia vero esse permanentia: ergo non sunt contraria.

Notandum primo, quod supra dicebam articulo primo, quæstionis præcedentis, quod principium solum dicit ordinem prioris respectu principiati causa verò influxum super addit in effectũ vnde causa, & effectus semper sunt distinctè essentiæ non tamen semper principium, & principiatum, vnde etiam priuatio principium est, quia semper priori tatem dicit respectu formæ aduenientis, vt infra magis.

Secundo aduerte, quod licèt in quacũque mutatione generaliter tria reperiantur forma, scilicet, subiectum, & priuatio in præsentia tamen tantũ agit Aris. de his tribus in mutationibus substantialibus in quibus, & est materia subiectum transmutationis, & forma, V. C. hominis, & priuatio illius quæ precessit in materia de his inquam tãtum agit primo, quia tractat in ordine ad ens naturale, quod est obiectum huius scientiæ, & secundo quoniam hic tractat de primis principijs, ideſt, de primis contrarijs in mutatione autem accidẽtali. V. c. in dealbatione non sunt prima principia, quia subiectum, scilicet, paries quidealbatur. Presupponit materiã, & formam, quod si Aris. meminit principiorum mutationem accidentalem, aliquando id fecit quia faciliora sunt cognitu.

Tertiò aduertendum, quod definitio primorum contrariorum sic habet, de qua prima sentẽtia Thomistij, respõdetur ex Aris. quę nec fiũt ex alijs nec ex alterutris, sed omnia fiunt ex ipsis. Dicendum ergo, in qua particula, ex, duplicem potest importare habitudinem primam termini à quo alteram verò partium componentium exemplum primi si dicamus dies fit ex nocte exemplum secundi si dicas domus fit ex tectis duab⁹: ergo primis particulis huius definitionis ponitur particula ex tantum denotam habitudinem partium componentium ac si diceret prima contraria sunt quæ neque fiunt ex alijs nec ex alterutris tanquam ex partibus componentibus, hoc est non sunt composita, sed simplicia, quandovero dixit, sed omnia fiunt ex ipsis tunc particula ex vtrumque ordinem involuit, & termini à quo & partium componentium sicq; comprehendit materiam & formam ex quibus fit mixtum tanquam ex partib⁹ cõponentibus, & priuationem ex qua mixtum componitur tanquam ex termino à quo quia desinit, quando incipit forma, vnde infertur primo contra Themistium Aristot. hìc definisse omnia principia non tantum formam, & priuationem, sed etiam materiam nec obstat, quod postea egerit de materia, quia etiam agit de forma. Secunda expositio AEgidij falso etiam AEgidius, ait, quod particula ex semper dicit habitudinem termini à quo sed diuersimodè in secunda conditione atque in tertia, quia in secunda sumuntur contraria in abstracto qua ratione dicimus vnum non fieri ex alio in tertia vero sumitur in concreto, & ita verificatur, quod omnia etiã prima contraria fiunt ex contrarijs in concreto, & quod non fiant ex illis in abstracto falso inquam quia eodẽ modo

negat Ariſt.prima cõtraria fieri ex alterutris ac affirmat omnia fieri ex illis aliàs nihil peculiare diceret de primis contrarijs:ſed affirmat omnia alia fieri ex illis inconcreto:ergo negat illa fieri ex alterutris in concreto: nam de omnibus rebus erat certum non fieri ex contrarijs inabſtracto non ergo illud traderet,vt ſpeciale illis ea definiendo per illud imò eadem ratione omnia fiunt ex illis,& non fiunt primũ inconcreto,& ſecundũ inabſtracto:quarta ex poſitio Iabeli ſimiliter falſo Iabell. dicit ſemper particulã, ex in triplici illa cõditione dicit ſolã habitudinẽ termini à quo,& eodẽ modo,ſcilicet,incõcreto, & ita explicat prima cõtraria nõ fiunt, ex alijs,vt termino á quo aliás illa eſſẽt priora,neq; ex alterutris eadem ratione quia quod fit ex altero eſt illo poſteriꝰ ſicque non eſſent ambo prima, & omnia fiunt ex illis in termino à quo probat primo,quia ſi particula ex diceret, aliquando habitudinem partis, & aliquando termini á quo committeretur: æquiuocatio in paucis verbis.Secundó, quia omnibus contrarijs etiam ſecundis conuenit,quod nõ fiat ex alterutris vt ex partibus componentibus, quando ergo ſecunda conditione dixit Ariſ.prima cõtraria nõ fieri,ex alterutris aliud voluit ſignificare,aut nihilpeculiare de illis docuit, hæc igitur declaratio non placet licet,ſit acuta,quia prima contraria fiunt in rerum natura,& nõ ex alijs prioribus quia illa eſſent prima non iſta niſi ſecunda:ergo debent fieri ex alterutris,vt termino à quo, & conſequenter non potuit negare Ariſto.ſecundam conditionem , quod prima contraria hoc modo fiant,ex alterutris alio: ergo modo negauit,nec valet ſolutio Iabelli,quod licèt contraria, vt ſunt contraria abſolutè fiant ex alterutris: ſed iſta quia ſunt prima non fiunt aliás, quod fieret eſſet poſterius eo ex quo fieret,& ſi rurſus hoc fieret ex illo aliud eſſet prius vnde ſibi inuicem eſſent prius,& poſterius primo non valet, quia quod conuenit ſuperiori per ſe debet conuenire cuius inferiori, ſed contrarijs per ſe conuenit fieri ex alterutris , vt termino , à quo ergo, & primis contrarijs ſub illis contentis. Secundò , contraria ſunt repugnantia , inter ſe non ergo poſſunt eſſe ſimul tamen in eodem ſubiecto: ſed poſito vno alterum expellitur:ergo fit vnum ex alio vt termino à quo nihil enim aliud eſt , quod vnum ſuccedat alteri in eodem ſubiecto expellens illud , nec inconueniens Iabelli eſt,aliquod nam ſicut cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, & ita inuicem priores,& poſteriores ita principia ſunt ſibi inuicem principia,& inuicem priora, & poſteriora neque hoc tollit,quod ſint prima,quia hoc habent ex eo,quod ante illa non ſunt alia priora. Vnde,vt optimè Ferrar.hîc. §.videtur autem mihi,&c. diuerſam cauſam reddit Ariſt.primæ conditionis , quam ſecundæ,quia in prima dixit , illa non fieri ex alijs quia ſunt prima in ſecunda verò dixit non fieri ex alterutris, non quia ſint prima,ſed quia ſunt contraria , & ita neceſſarium eſt,quod diuerſimodè ſumpſerit particulam ex modo explicato . Dicendum : ergo eſt, ad rationes Iabelli ex dictis manent, ſolutæ,quia æquiuocatio ex diuerſitate cauſæ adiunctæ tollitur,& aliquid ſpeciale de illis traditur,per coniunctionẽ ſecundæ & tertiæ conditionis cum ſecunda.

Infertur ſecũdò,quod elementa non ſunt principia,nam licet omnia mixta fiant ex elementis,tamen elemãta fiũt ex alijs puta ex materia,& forma. Infertur tertiò,quod quando dicimus , q̃ prima principia non ſunt compoſita, debet intelligi compoſitione phyſica, non tamen compoſitione Metaphyſica quam optimè admittunt cum forma V.C.anima rationalis conſtat genere, & differẽtia prædicatis,ſcilicet,ſuperioribus & inferioribus licet in cõpleta ſit con-

contraria: ergo illa sunt prima, quæ nec fiunt, ex alijs nec ex alterutris, vt partibus componentibus bene tamen omnia fiunt, ex ipsis siue, vt ex partibus componentibus siue vt ex termino àquo notanter dixi prima, quia quamuis secunda contraria, vt calidum, & frigidum non fiant, ex alterutris fiunt tamen ex alijs in quo differunt à primis.

Prima Conclusio: Prima principia entis naturalis sunt contraria. Probat Arist. primo consensu omnium Philosophorum, qui omnes principia ponebant contraria, vel rarum, & densum, vel solidum, & inane vel magnũ, & paruum, vel calidum, & frigidum. Secundò probat à text. 40. vsque ad. 70. definitio primorum contrariorum conuenit primis principijs, quoniam inquantum prima non fiunt ex alijs, & inquantum contraria non ex alterutris, & tandem inquantum principia omnia fiunt ex illis, ergo, &c.

Secunda Conclusio: Prima principia entis naturalis sunt contraria contrarietate impropria patet oppositio priuatiua est impropria contrarietas forma autem, & priuatio, quæ sunt principia entis naturalis, vt à secundo sequenti demonstrabitur sunt priuatiuè opposita: ergo sunt contraria impropriè, sed contra est primo, quod Arist. ex eo probauit principia esse, plura quã duo, quia principia cum sint contraria debent ad inuicem agere & pati, & cum vnum non possit agere in aliud neque alterum ab alio pati debet necessario esse, aliud principium vt subiectũ circa, quod mutuo agant, & patiantur, agere autem: & pati, quid positiuum est priuatiuum enim nihil agit neque ab alio patitur: ergo primaprincipia propriè sunt cõtraria obstat. Secundò: Sicut in oppositione contradictoria alterum extremũ est positiuum, & alterum negatiuum ita, & in priuatiua, hac autem ratione contradictoriè opposita neque impropriè dicuntur contraria: ergo neque opposita priuatiuè debent dici contraria impropriè. Ad primum Ferrarien. respondendo, quod agere stat dupliciter primo effectiuè in genere causæ efficientis, qua ratione dicimus pictorem facere imaginem. Secundò, in genere causæ formalis, sicque albedo facit parietem album non sicut efficiens sed sicut id ad quod sequitur, esse album: ergo prima contraria solum sunt actiua in genere causæ formalis cum sint quædam formæ non quidem ponendo aliquid positiuum in subiecto, sed ab eodem mutuo se expellendo sicque de vno in alterum subiectum transmutatur, & hac ratione priuatio agit in subiectum habet enim se respectu illius ad modum formæ, quantũ ad hoc quod denominat subiectum, & sic prima cõtraria dicuntur agere, & pati. Ad secundum dicendum, quod est longè alia ratiõ, nam in oppositione contradictoria alterum extremum non solum formaliter est negatiuum: sed neque pro materiali concernit subiectum pura enim negatio tamdicitur de eo, quod est, quam de eo quod non est, vt non videS, priuatio verò pro materiali subiectum connotat determinatè positiuum, & præter hoc ferè semper coniungitur cũ forma positiua repugnanti illi, quam tollit, vel repugnantiam quæ sit vera contrarietas, sicut coniunguntur non album cum nigro, vel non vera contrarietas, sed tantúm incompossibilitas formarum positiuarum sicut non ignis coniungitur cum forma à quæ de quibus. q. 5. latiùs cum de priuationeagamus, in quibus omnibus priuatiua oppositio magis assimilatur contra alegoriè, quam contradictoriè ideò etiam communiter nomine contrarietatis solet intelligi priuatiua oppositio, quia vt bene Ferrar. q. 8. in principio priuatiua oppositio semper includitur in contraria cum vnum contrarium respectu alterius sit efficiens. & imperfectum sicut est priuatio effectus sui habitus,

& quia vicissim, se expellendo succedunt in eodem subiecto sicut faciunt contraria, vt optimè Themistius sicque vnum contrarium fit ex alio, vt termino à quo non tamen ex alio vt ex parte componente.

Ad argumenta in principio ad primũ respondet Toletus quod omnia principia eo modo componunt rem quo principiant illam, & quia tantum materia, & forma sunt principia rei in facto esse sic componunt illã in fieri vero materia forma, & priuatio simul hæc tamen solutio nulla est prorsus quia fieri rei est quædam mutatio simplex constituta, vel in genere actionis, vt est actio, vel passionis, vt passio, vel reductiué in prædicamento sui termini, ergo non potest ex illis tribus res componi, quia accidens, vt est actio, vel passio, vel modus substantiæ seu substantia reductiué vt est illa mutatio non potest componi ex duplici substantia partiali sicut est materia, & forma ex quibus solum substantia totalis coalescit. Secundò, quia expositiuo, & priuatiuo præcipuè quando sunt inter se pugnantia non potest aliquod ens per se resultare talis autem mutatio, vel fieri est aliquod ens per se vt patet: ergo non potest ex forma positiua, & eius priuatione componi sicut neque ex cæcitate, & visu aliquid componitur. Quare aliter dicendum, quod cum ratio principij sit superior ad rationem causæ, & elementi non est necesse, quod omne principiũ sit compositiuum rei cuius est, quia esse compositiuum dicit rationem elemẽti, vel causæ, & partis intrinsicæ ratio vero principij solum dependentiam in prioritate. Ad secundum tantum probat non esse proprie contraria, quæ adhuc in cœlo non reperitur, quia est in generabile quitur autem Arist. de ente generabili cui est anexa priuatio formæ in subiecto apto. Ad tertium bene probat nõ omnia tria principia esse in cœlo cum non sit priuatio sed tantum materia, & forma. Ad quartum patet ex secunda cõclusione ad confirmationem Arist. in. 5. cap. Locutus est de contrarietate largo modo in sexto vero de cõtra 10 strictè, & nullũ est substantiæ. Itẽ in sexto Arist. intẽdit, & vnũquodq; fit ex suo contrario, vt termino à quo nõ tñ vt ex parte. Tãdẽ in. 7. cap. Locutus est particulariter aliqua contraria non sunt permanentia quia forma, & negatio formæ non permanent aliqua verò, vt materia, & forma permanentia sunt, duæ autem propositiones particulares sub contrariæ oppositæ possunt esse simul veræ.

ARTICVLVS. III.

Vtrum omnia prima principia entis naturalis sint contraria.

SVpposito, quod principia sunt cõtraria consequenter dubitatur an omnia sint contraria nam á secundo sequẽti dicetur tria sunt principia naturalis entis materia, scilicet forma, & priuatio de forma & priuatione patet, quod opponantur. Solum est ergo dubium de materia, & forma ipsa nam de priuatione, & materia cum sint idem re non est cur quis dubitet in hac re sola est sententia Aquali Additionibus ad Ferrar. hic affirmantis contraria esse omnia principia, non solum priuatio, & forma sed etiam forma, & materia, ita vt dicat per vitam suam ne sic fiere, quare omnes in hoc allucinentur negando materiam forma contrariari, quia hoc, inquit, lippis est, & tonsoribus notum nec nouam esse philosophiam, sed antiquissimam conformemq; Aristi docenti inter prima principia, quæ ab ipso dicuntur prima contraria, quædam esse determinantia, & continentia, quædam verò contenta & determinabilia adhuc in sententia antiquorum in quo dicit illos quodam modo conuenire continere autem

tem formæ est sicut contineri materiæ ex Arist. 4. lib. huius similiter determinare formæ est, & determinari materiæ ex eodem primo cap. de substantia orbis, & sæpe. Secundò probatur, quia definitio contrariorum æqualiter conuenit materiæ formæ, & priuationi quia nec materia fit ex alia sicut nec forma, neque pribatio, neque ex alterutra quia non fit ex forma, aut priuatione: nec ex se inuicem sed omnia fiunt ex illa sicut ex forma, & priuatione: ergo sicut ista hac ratione sunt prima contraria, ita & materia. Tertiò materia, & forma sunt causæ contrariorum effectuum cum altera sit actus potetia altera: ergo sunt inter se contraria consequentia tenet ex Arist. 4. Metaph. & 2. de Generatione, vltimo, quia habent proprietates contrariorum, quod, scilicet, signum est in rerum natura debet aliud existere constat autem, quod nec materia sine forma neque econtra reperiuntur.

Certissimé tamẽ dicẽdũ, ꝙ sola forma, & priuatio sunt contraria nulla autẽ ratione forma, & materia patet contraria nunquã reperiũtur in eodẽ simul saltim in esse perfecto, quod dico, ꝓpter accidẽtia quæ vt cap. de qualitate dicebã Gradibus remissis se cõpatiuntur in eodẽ manifestũ est autẽ materia, & formã in esse perfecto simul cõponere ens naturale nõ ergo sunt cõtraria propriè nec impropriè, quia in tali oppositione extremũ. Alterũ est formaliter priuatiuum, & alterũ negatiuum formaliter materia autẽ, & forma sunt duo extrema formaliter positiua non ergo opponũtur priuatiuè seu contrariè impropriè, sed dicit autor iste, quod nec sunt opposita priuatiuè nec negatiuè, sed tantũ positiuè, ꝙ quidẽ multo pei' est substãtiæ nãq; vt abũdè dictũ est nihil positiuè contrariatur adde, quod potissima cõditio cõtrariorũ, vt capi. de oppositis dicitur præcipuè in cõtrarijs phisicis illa est, ꝙ mutuo se expellãt sicq; nõ valẽt idẽ cõponere, ꝙ si id cõtingat, vt in clemẽtis. Patet solũ virtute manere nõformaliter, de quo suo loco cõstat autẽ, ꝙ materia, & forma tatũ abest, ꝙ mutuo, se expellat, ꝙ formaliter cõponũt idem ens naturale sicq; in ipso manẽt confir. vnũ oppositũ, vel contrariũ non potest aliud perficere cũ natura sua illud destruat forma autẽ materiã perficit non ergo illã destruit solũ cõsequẽter principia entis naturalis in facto esse nullo modo opponũtur tandẽ, quia materia, vel cõtrariatur priuationi, vel formæ, vel vtriq;, sed neutri, quia potest esse simul, & cũ forma, & priuatione successiuè, quia forma & eius priuatio cũ sint cotraria nõ possunt esse simul sed cõtraria nequeũt simul reperiri: ergo materia illius nõ potest contrariari neq; impropriè eius verò solutio rediculà est, inquit, enim minorẽ tantũ esse veram in contrarietate positiua, & priuatiua quasi alia posit esse cõtrarietas tertia in qua cõtraria simul esse possent. secundum gradum omnino perfectum, quis enim potest cõcipere contraria aliqua nisi opposita cum contrarietas sit species oppositionis opposita autem, & nullo modo pugnantia, sed omnino simul ille capiat, qui opposita nõ opposita capere potest rursus Arist. 4. Metap. & primo de generatione, & hic tex. 70. millies colligit præter. Duo contraria debere aliud tertiũ dari, ꝙ sit subiectũ, & materia contrariorũ cũ ergo omnis contrarietas inter duo materia nõ potest illis esse contraria, sed tãtũ subiectũ contrarietatis quis autẽ dicit vnũ cõtrariũ alteriús esse subiectũ, vnde, decem tio Aquarij ex hoc prouenit, quod omnino cõfundit principia, & prima cõtraria, ꝙ est falsum licet enim omnia prima cõtraria sint prima principia nõ tamẽ ecõtra, nã aliqua sunt prima principia contraria, & aliqua non Arist. enim indefinitè docet, prima principia non omnia esse contraria, vnde cõtrariorũ definitio primorũ supponit esse cõtraria, & addit

quod non fiat, ex alijs nec ex alterutris: sed omnia fiunt, ex ipsis, & ita quamuis definitio primorum principiorum conueniat materiæ non tamen conuenit definitio primi contrarij cum non sit contrarium genus enim illius definitionis quod debet suppleri est opposita, quod solum formæ, & priuationi competit. Ad secundum licet conueniant contraria cum materia, & forma in hoc, quod est existere simul in alijs tamen differūt cum vnum perficiat aliud aliàs si ex vna conditione reliquæ colligerētur, colligeretur, etiam rectè, quod qui alienus & species sunt in rerum natura sint etiã contraria, & per hoc patet ad tertium. Ad vltimum, nõ est generaliter verum, quod causæ contrariorum debent esse contrariæ, sol enim vnus, & idem causa est diuersorum contrariorum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum principia entis naturalis sint tantum tria.

HOc est an principia substantiæ materialis corruptibilis, & simplicis, siuè in fieri, siuè in facto esse, sint tria ita, quod nec sint plura, nec pauciora, de istis enim tantum est dubium videtur, quod non primo, quia principia talia debent, esse realia, & ante opus intellectus sicut res ipsa naturalis tam in fieri, quã in facto esse est physica, & realis constat autem, quod priuatio est ens rationis ex dictis enim in Logica. q. 1. Vniuersali ens rationis triplex est negatio, scilicet priuatio, & relatio: ergo illa nõ erũt principium entis naturalis, & consequẽter non erunt tria confir. non distinguitur priuatio realiter à materia: ergo nõ potest facere diuersum principiũ à materia aliàs si distinctio rationis id valet facere etiam appetitionis materiæ ad formas erit principium cũ ratione etiã distinguatur: ab illa. Secundò de ratione primorum principiorum est, ex dictis quod semper maneant, hoc est, in omni mutatione inueniantur materia autẽ prima substantialis forma, & priuatio quæ dicuntur, prima principia rei naturalis non reperiuntur in mutatione accidentali, quando. V. C. ex nigro fit album, nam subiectum est tota substantia terminus ad quem, & à quo sunt formæ accidentales, vt pote albedo nigredo, nec aliquid plus requiritur ad mutationem, quam prędicti termini, & subiectũ: ergo. Tertiò, quidquid est causa principiũ est, quatuor autem sunt causæ rei naturalis, vt lib. sequenti dicetur: ergo, & quatuor sunt principia, sed dicẽ dũ quod causa efficiens, & finalis sunt extrinsicè sicq; solũ constituunt principia extrinseca hic autem intrinseca inquirimus contra quia sic tantum erunt duo principia materia, scilicet, & forma quia priuatio extrinsicè se habet ad ens naturale, nec in ipso manet. Quarto, & vltimo priuatio, qui est terminus à quo ponitur principiũ in fieri: sed etiã forma positiua potest esse tale principiũ & terminus à quo: ergo dices, quod forma positiua non procedit esse rei nisi per accidẽs cũ enim ignis indifferenter possit produci ex aqua, vel ligno aut quouis alio à priuatione tamẽ semper cõtra est, quod in mutatione saltẽ accidentali forma positiua cũ sit propriè cõtraria est terminus à quo per se, vt calidum ex quo fit frigidum: ergo.

Notandum, quod licet fieri rei tripliciter possit considerari primo, vt actio, secundo, vt passio tertio, vt mutatio hîc tamen tantum sumitur ab Arist. tertio modo patet ex eo, quod actio, vt actio, per se dicit ordinẽ ad agẽs: ergo cũ hîc nõ cõnumeretur agẽs, vt principiũ plane sequitur, quod nõ sit sermo de fieri vt actio est licèt enim agẽs sit extrinsecũ rei factæ actioni tamẽ intrinsecũ est cũ sine illo non possit actio intelligi similiter fieri, vt passio solũ dicit ordinẽ ad

passum

passum receptibum, & ad formam receptam quæ est terminus ad quem nō vero ad priuationē, vt terminum á quo & ita esset sermo de fieri, vt passio debe ret prætermitti priuatio, quæ non prætermittitur, optimè enim potest intelligi refectio alicuius formæ in aliquo subiecto, quæ est passio absque eo, quod tale subiectum præcedat priuatio, vt patet in essentia recipiente passionem quæ numquam caruit. Vnde ex sufficienti numeratione patet, quod fiat sermo de fieri: vt mutatio est quidam transitus ab vno termino ad alium, ad quod perse, & necessario debent concurrere tria, subiectum in quo fit trāsitus, & extrema opposita inter quæ scilicet forma, & priuatio. Hæc autē tria solum hic cōnumerauit Arist. solum ergo loquitur de fieri vt mutatio est.

Secundo notandum quod triplex terminus á quo alicuius actionis potest imaginari primus est pura negatio nullum præsupponens subiectum vt nihil, quod est terminus á quo creationis, & de hoc non est sermo, cum respiciat productionem quæ non est physica. Secundus est forma positiua contraria, vt calidum ex quo fit frigidum in subiecto capaci, & de hoc etiā non est quæstio, quia licet respiciat physicam productionem non tamen substantialem, quia substantiæ nullum positiuum contrariatur. Tertius est priuatio formæ in subiecto apto, vt carentia iguis in materia prima de quo est sermo cum vtrumque respiciat productionem physicam & substantialem. Hæc autem carentia, alia est proxima quando est terminus inmediatus generationis cum qua semper dispositiones ad formam inmediatē reperiūtur, remota vero quando dispositiones in materia reperiuntur ad formam: sed non inmediatē: nomine ergo priuationis, & carentiæ proximam intelligo.

Prima cōclusio principia entis naturalis sunt plura quam vnum, non tamen sunt infinita ita Arist. hic, & probat ipse primum sic: principia sunt contraria ex dictis, & idem non agit in seipsum, nec sibi contrariatur ergo sunt plura q̄ vnū, probat secundum sunt contraria generis, scilicet substantiæ ergo non sunt infinita tenet conquētia primo, quia in vno quoque genere est vna prima contrarietas per habitum, & priuationem ad quē omnes aliæ reducuntur, secundo quia si prima principia sunt infinita omnia, contraria essent principia cum principia sint contraria notanter dixi in vno quoque genere idest substantiæ, quia quamuis per particulam genus aliqui & bene intelligant subiectum sitque sensus circa vnum, quodq; subiectum, est vna prima contrarietas, & ita duo tantum contraria, quia ex primis: tantum habet vnicam non tū est ad mentem Arist. primo quia non dumerat notum in mutationibus esse subiectum post. enim hoc probauit Aristot. quare esset probare ignota per ignota. Secundo quia Aristot. posuit exemplum in substantia, & ita idem erat genus ac prædicamētum, & sic quē admodum in quocumq; genere est vna prima diuisio ad cuius membra omnia ea quæ cadunt in illo genere reducuntur: quę enim sunt in substātia, vel sunt corporea, vel incorporea & sic de alijs generibus ita in vno quoque est vna prima contrarietas per habitū, & priuationem, vt in substantia forma substantialis & priuatio illius adquam omnia contraria substantiæ reducuntur. Quamuis autem in alijs accidentibus generibus dibi siué, sit vna prima contrarietas, tamen sicut substantia est simpliciter prior illis omnibus ita prima contrarietas substātiæ absolutè est prior alijs contrarietatibus accidentium, & ita simpliciter tantum est vna prima contrarietas.

Secunda conclusio principia entis naturalis sunt plura quam duo. Probat Aristot. quia cum sint contraria necessario requiritur subiectum talis contrarietatis vt diximus notabili secūdo. Tertia conclusio principia tantum sunt tria

materia scilicet forma & priuatio, probat Arist. quia ad omnem generationẽ solum hæc tria requiruntur & in omni generatione, solum hæc tria inueniuntur: hoc patet ex primo notabili.

Vltima conclusio hæc principia infieri sunt tria, in facto esse tantũ sunt duo probat. Arist. quia in composito naturali solum manent materia & forma, sed obstat primo generatio & genitum esse sunt simul ergo, in fieri priuatio etiã non est principium: patet quia cum sit genitum erit forma introducta, & consequenter non erit priuatio illius, fieri autem est ipsa generatio ergo in fieri priuatio non est principium. Respond. dicẽdum quod ad hoc, quod priuatio sit principium entis naturalis in fieri sufficit, quod præcesserit toto tempore ante ipsam generationẽ, preter quã quod priuatio habet esse principium per sui desitionẽ quia est terminus, qui statim desinit esse quo res incipit, & in hoc consistit contrarietas in propria, & priuatiua cum forma. Sed contra quia sequitur quod generatio quælibet substantialis sit successiua cum non habeat simul & in eadem mensura suos terminos, & quia saltem ex parte termini á quo respicit tempus ergo illo debet mensurari resp. notando, quod tam motus quã mutatio vt dicitur lib. 5. huius specificatur á termino ad quem non tamen á termino á quo vnde si terminus talis fuerit in tempore mutatio erit successiua quamuis terminus á quo præcesserit in instanti, & é contra iam dico, quamuis generatio ex parte termini á quo, qui est priuatio, respiciat tempus inde tamen nõ sumit successionem cum forma quæ est terminus ad quem sit in instanti: incompossibilitas vero terminorum á quo, & ad quem in eadem mensura nõ arguit successionẽ, quia cõmunis est omni mutationi successiuę & instantaneæ, nec sufficit priotitas quædã naturæ quã quidã fingunt respectu priuationis & formæ. nam si duo contraria ingradibus intensis non possunt esse simul in eodem instanti temporis in eodem subiecto, quantumcumq; illud instans temporis partiatur in duo instantia naturæ, multo minus duo priuatiué opposita, vt sunt forma & priuatio poterunt esse simul in eodem subiecto pro eodem instanti temporis, quia maior est oppositio priuatiua, quam contraria cummagis accedat ad contradictoriam. Dices secundo sicuti priuatio formæ introductæ, & generatæ desinit esse ita priuatio formæ corruptæ simul incipit esse ergo priuatio etiam in facto esse est principium entis naturalis. Resp. dicendum, quod per se, & primo solum priuatio formæ generãdæ requiritur, vt terminus á quo generationis priuatio vero formæ corruptæ quæ simul reperitur cum forma producta solum per accidens se habet ad generationem entis, quia agens. v.c. ignis primo, & per se tantum intendit assimilare sibi passum, scilicet ignum, in quantum potest, quia tamen nequit hoc fieri sine destructione formæ contrariæ ipsam per accidens corrumpit, ad quam in facto esse sequitur eius priuatio.

Ad argumenta ad primum dicendũ, quod principia rei naturalis in facto esse cum etiam sint partes componentes illam debent esse positiuæ & reales sicut & ipsa, quia tamen priuatio solum est principium in fieri tantum qbest, quod sit positiuum reale, quod necessario requiritur, vt sic carentia positiui realis, vt tale positiuũ possit fieri, quia quod est non fit. Sed dices illud fieri est reale ante actionem intellectus, sed talis carẽtia non est formaliter ante opus intelligentis, nullo ergo modo potest esse principium etiam in fieri. Resp. quod duplex entitas potest imaginari in priuatione positiua: altera & hæc est entionis quia consistit in hoc quod talis priuatio cõsideretur ad modum formæ positiuæ, de qua bene probat argumẽtum, quod etiã in fieri non sit principiũ: altera negatiua in subiecto apto, & hæc

est

est realis carentia formæ & reale non ens quę realiter, & ante intellectum est existentia negatiua ideſt faciēdo, quod realiter non existat forma priuata. Huius enim non existere in tali ſubiecto est existere modo ſibi poſsibili. Ad confirmationem dicendum, quod est dispar ratio nā priuatio ita distinguitur á materia ratione, quod habet diuersum modum principiandi ab illa, vt pote termini ū quo, materia vero vt ſubiectum, appetitus autem materiæ reſpectu formarum quamuis ab ea ratione differat eodem modo principiat ſicut materia, nā appetitus materię nihil est aliud quā inclinatio ipſiusmet materię ad formas recipiēdas, & ita ſemper ſerenet ex parte ſubiecti, vt bene Ferra hic. Ad ſecundum principia aliter debent manere in ſubſtātiali mutatione, immediatē & interſe diuerſa, & ſufficiētia abſq; alijs ſcilicet vt terminus á quo & ad quem, & vt eorum ſubiectum in accidētali vero tātum manēt, quia producunt & cōſtituunt ſubſtantiam totalē quæ poſtea eſt ſubiectum mutationis accidentalis, & terminorum eius: vnde in hac neque manent vt diuerſa principia, neque vt ſufficientia abſque alijs, cum ſint neceſſaria forma accidētalis, & eius priuatio, vel forma poſitiua contraria, vt ſint termini á quo, & ad quem dictæ mutationis. Ad tertium bene ibi reſponſum eſt, ad replicam dico, quod licet priuatio ſit extrinſeca reſpectu factæ, & ita non ſit principium in facto eſſe eſt tamen intrinſeca in fieri, & ita eſt principium, ſed dices ideo priuatio eſt intrinſeca in fieri, quia fieri dicit ordinem eſſentialem ad priuationem ita quod ſine illo non poſsit intelligi ſaltem ergo, in fieri agens erit principium ſicut eſt priuatio. Reſp. quod ex dictis fieri, vt actio dicit ordinem ad agens non tamen vt mutatio, ſed ſolum ad priuationem dices ſecundo mutatio vt mutatio dicit ordinem admutās, ſed mutans eſt agens ergo, vt mutatio dicit ordinem ad agens. Reſp. quod cum mutatio ſicut & fieri tria inuoluat actionem ſcilicet paſsionem et tranſitum inter terminos á quo, & ad quem particula, vt poteſt quod vis horum reduplicare, & ita ſi primum reduplicet maior eſt vera, ſed de illa non agitur hic vt ſic ſi ſecundum falſa eſt quia vt ſic ſolum reſpicit mutatum ideſt ſubiectū, & ita adhuc de illo non eſt ſermo, ſed tātum de tertio in quo eſt falſa quia hac ratione ſolum habet terminos reſpicere. Ad quartū & vltimum bene ibi reſponſum eſt ad replicam dico quod Ariſt. ſolum agit de mutatione ſubſtantiæ, cui nihil poſsitiuum contrariatur, & dato quod ageret de mutatione in communi non eſſet generaliter verum, quod in mutatione accidentali terminus á quo ſit poſitiuus, quia ſunt multa accidentia: v.c. lumen quæ non habent contrarium ad de quod licet in omni mutatione forma poſsitiua eſſet terminus á quo non deberet poni vt quartum principium, quia nō habeet diuerſum modum principiandi á priuatione, vt dixi de appetitu, & materia & idem dicendum de forma & priuatione formæ corruptæ, cum vtraque principiet vt terminus ad quē.

Dubitatio apendix.

PRo complemento, doctrinæ dubitatur vltimo in hac materia. v. ratio principij entis naturalis, quoad fieri vnuoce dicatur de trib⁹ principijs materia ſcilicet forma & priuatione, breuiter, magiſter Sot. & quidā moderni affirmāt etiam priuatio abſolutē ab Ari. principiū vocatur ſecūdo quia non eſt cura principio intrinſico & extrinſico á poſitiuo & priuatiuo non poſsit abſtrahi ratio communis vnuoca. Dicendum tamen implicare contradictionem dari vnā rationē cōmunem vnuocam principij priuatione & alijs nam ex dictis in ante prædicament. & capite de oppoſitis impoſsibile eſt quod abſtrahatur ratio com-

communis vniuoca á priuatiuo, & poſitiuo: ergo etiam eſt impoſsibile quod ratio principij vniuoce competat priuationi, & alijs pricipijs, ſed tantum ratio communis analoga erit tribus primoq; de forma ſecundo de materia tandem de ipſa priuatione dicetur analogia proportionis, ſi priuatio comparetur ad aliam ſicuti iſta principia ſe habẽt ad eſſe ita ad principiandum conſtat autem quod quamuis materia in cõmuni opinione habeat eſſe per formam intrinſicè tamen & manet in compoſito, & ad illius compoſitionem concurrit priuatio vero per ſui deſitionem, & ita extrinſicé principiat naturale ens ergo ſolum principium analogia proportionis dicetur de priuatione ad alia comparata at vero nulla cõparatione facta, ſed in ordine tantum ad ſeipſam analogia proportionalitatis ratio principij de omnibus dicetur, ſicuti & dicitur de fundamẽto domus de corde, & puncto cum intrinſice etiam priuatio ſit principium, & ſit id á quo ens naturale primo per ſe incipit.

Ad rationes facile reſpon. nam vt capite de relatione dicebam relatio rationis etiam abſolute dicitur relatio cum tamen ratio relationis equiuocè dicatur, de reali & rationis. Ad ſecũdam patet ex prima ratione cõcluſionis. Dubitauis tamen an forma accidentis poſsit etiam dici primum principium ita vt ratio principij formalis competat accidẽtali formæ quidam affirmant eo quod forma accidentalis viam eſt principium ſimplex non compoſitum ex alijs reſponder. tamẽ negatiué, quia prima principia dicuntur illa quæ præter, quam q̃ nõ fiunt ex alijs, ex ipſis tñ fiunt ſimpliciter, & per ſe entia naturalia ens autem naturale ex forma accidentali non fit ſimpliciter, ſed ſecundum quid fieri enim calidum non eſt fieri ſimpliciter, quod ſatis in eſſet vox fiunt abſoluté poſita in deſcriptione, illa primorum principiorum naturalium reductiué tamen ſubſtantia completa reſpectu accidentium habet modum principiãdi quẽ habet materia reſpectu formæ ſubſtantialis, forma autem accidentalis reſpectu ſuſtantiæ completæ habet eundem modum principiandi reductiue quẽ forma ſubſtantialis reſpectu materiæ primæ: modus autem principiandi duarũ partium integrantium ſiue homogeneę, ſiue etherogeneæ, ſiue peculiaris eſt neutra enim illarum ſe habet proprié, vt materia neque vt forma reſpectu alteriús, ſed tantũ ſe habent, vt materia reſpectu totius, & hac ratione reuocantur ad modum principiãdi quem habet materia prima talis quæ modus phyſicus eſt, & non mathematicus vt aliqui putant: quia conſiderare quomodo ex partibus integrantibus conſurgat vnum, & quale vnum omnino phyſicæ conſiderationis eſt modus autem principiandi quem habent gradus metaphyſici, vt in homine gradus rationalis, & animalis, &c. non eſt phyſicus cũ illi gradus, vt alibi demoſtrabitur non ſint diſtincti ſecundum rem, & reperiãtur in entibus ſeparatis, nec naturalibus, vt in intelligentijs & hæc de principijs in communis ſatis.

QVAESTIO TERTIA
De quidditate principiorum entis naturalis in particulari, & primo de materia.

CIRCA caput ſeptimum in quo poſtquam philoſoph. de principijs entis naturalis in communi diſputauit tractat in particulari iam de materia quæ eſt vnum ex principijs de qua, & nos aliqua dicturi ſumus ſolet autem huiuſmodi tractatus quia lõgus

gus, & difficilis in tres partes distribui scilicet an sit quid & qualis materia quę omnia breuitati & claritati studētes hac quæstione comprehendimus diuisa tamē in duas partes prima de materia secundum se cōsiderata vbi an sit & quid sit explicatur in secūda de eadem in ordine ad alia comparata, qui ordo adhuc in logica multoties est seruatus, & infra libr. sequenti quæstione de natura seruabitur de primo septē sunt ex aminanda primo an materia sit secundo si potentia sit de cuius essentia tertio si sit pura potentia, quarto si hæc sit pura potentia vt quo quinto si sit substantia sexto si principium corruptibiliratis, septimo & vltimo si sit ingenerabilis, & incorruptibilis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum in rebus naturalibus vere sit materia prima.

MElissus Parmenedis discipulus, & forte Parmenid. ipse vt refert Ari. supra asseruit omnia esse vnum & immobile in entitate sicque de nouo produci quantum ad aliquam entitatem, sed quæ præ existebant habere se alio, & aliomodo alias dicebant ex nihilo fieret aliquid scilicet illa noua entitas sicque videntur negare subiectum mutationum & materiam primam alij etiā asserentes non dari nisi accidētales mutationes in idem coincidunt vnde dicebant omnia esse vnum quoad substantiales omnia esse æquam Diogenes, & Anaxiemiedes aerem Heraclitus igne alij tandem quoddam corpus medium alij vero explicite materiam primā negarunt mixtaque omnia fieri ex elemētis elementa vero non produci de nouo ex aliqua materia, sed esse quædam corpora omnino simplicia sine aliqua intrinseca compositione substantiali, quę omnino de nouo & ex nihilo generantur, & post pro illis omnibus sic argui, primo sicut se habent formæ accidentalis inter se ita substantiales cōstat autē quod inter accidētales datur vna prima forma scilicet quantitas quæ sit aliarū subiectum ergo etiam inter substantiales debet alia esse aliarum subiectum, & consequenter non est materia, quia solum ad hoc est necessaria secundo si poneretur præcipue, vt est subiectum transmutationis ea autem, quæ transmutantur in generatione substantiali sunt tota composita. v.c. ignis in aquam & é contra composita autem cum sint omnino per se non indigent subiecto ergo confirmatur in Sacramento Eucharistiæ vt experientia constat ex solis accidentibus panis fit generatio substantialis vermium ibi autem nulla remansit substantia, nec forma, nec materia: ergo ad generationem substantialem, non est necessaria tertio forma substantialis in generatione hominis nō supponit materiā cū non educatur, ex illa ergo ad generationem substantialem nō requiritur materia prima, vt subiectum dices hoc esse peculiare insta generatione non in alijs in quibus dispositione naturalis agentis im materia determinatur forma potius ad hanc quam ad illā contra est dispositiones non subiectantur in materia cum sint accidentia, sed in toto composito, quod corrumpitur ergo illo corrupto destruuntur, & consequenter materia vi illarum non potest ad vnam magis quam ad aliam formā disponi, & ita non erit materia necessaria: quarto & vltimo potest fieri productio substantialis sine materia prima & sine hoc, quod fit creatio. V.c. totalis cōuersio lapidis in lignum si adeò fieret nōn esset creatio cum terminus áquo esset positiuus, & similiter modo posset fieri ab āgēti naturali ergo idem quod prius. Aduertendum quod materia quadruplex est prima dicitur alterationis ideſt quo per sui corruptionem fit aliquid

quid sicut elementa respectu mixti, & alimentum respectu aliti secundi materia inhæsionis vt est substãtia integra respectu accidentium tertia compositionis vt sunt partes respectu totius lapides & ligna respectu domus, & quantitatiuæ cõtinui. 4. mutationis substãtialis inqua expelet vna forma sustãtialis & alia introducit quę soletvocari materia prima.

Aduerte secundo quod rursus in communi vt dixi in prohemialibus logicæ triplex materia dicitur circa quam versatur actio vt obiectum respectu scientiæ & potentiæ, & passum respectu agentis secunda materia in qua præcisse recipitur aliqua forma sed ex ea non educitur vt est materia prima respectu aiæ rationalis de quo infra tertia est inqua & ex qua simul idest recipit & educit vt est eadẽ materia prima respectu aliarũ formarũ, sed hæc tertia iterũ triplex est vt oprimé Mag. Zumel. 1. p. q. 100. ar. 1. alia pure cõpositionis ex qua res præcisse cõponit simul cũ forma abiq; eo qtalisma teria fuerit trãsmutata per formę inductionẽ sed vtraq; ab eo immediate creata vt est materia cœlorũ aliacõpositionis & trãsmutationis simul vt est materia horũ inferiorũ inqua variæ formę per traãsmutationẽ inuicẽ succedũt differunt autẽ interse, q prior est principiũ rei naturalis in facto esse cũ posterior vero insideri & in facto esse. 3, vero quæ solet addi puræ transmutationis, sed non compositionis eadem est cum materia alterationis supra dicta sermo autem noster solum est nunc de materia quæ dicitur cõpositionis, & transmutationis quæ est eadẽ cum materia mutationis substãtialis positea. 1. loco. 1. diuisione quę adhuc dupliciter potest sumi primo, vt nuda omni dispositione sicq; solet vocari materia remota, & materia prima secũdo vt est coniuncta dispositionibus, & sic dicitur materia proxima, vel materia secunda quamuis etiam subiectum respectu accidentium materia secunda possit dici dubium ergo est an in rerũ natura detur materia inqua, & ex qua transmutationis substãtialis simul siue proxima vel secunda siue remota. l. prima.

Dico primo in omni actione siue mutatione naturali necessario debet dari materia siue subiectũ q maneat sub vtro q; termino & ab eis distinguatur, saltẽ ratione ita Ari. expresse hic pluribus in locis præcipue tx. 82. patet multipliciter primo ex natura mutationis, quia mutari est aliter se habere nũc quã prius ergo, est dandũ aliquid, q sit nũc quãdo est terminus ad quẽ, & q fuerit priũs quando erat terminus á quo & ita aliter se habet nunc per cõiunctionem termini ad quẽ ac se habuit priũs quando iungebatur termino á quo ergo immediatè hoc subiectũ non tm debet esse cõmune vtri q; re primo, sed necessario ab eis distinctũ quia terminus ad quem est modo & antea non fuit terminus vero á quo fuit antea, & modo non est subiectũ autẽ & antea fuerit modo ergo necessario distinguntur ab vtroq; termino ita Ar. etiã expresse. 11. metaph. c. 11. & 8. metaph. c. 10, tx. 4. 2. motus sensu ipso per se notus est omnis autem motus a contrario in contrarium fieri patet alterum querũ paulatim introducitur alterũ expelli tur, at cõtrariũ, q introducitur non põst recipi in eo quod expellitur, tũ quia sibi mutuo repugnant, tum quia in fine motus contrariũ quãdo expellebatur sępe numero desinit esse dandũ ergo est necessario in quouis motu aliquod subiectũ commune vtriq; contrario, q paulatim alterum accipiat, alterũ obiiciet. 3. agens vt experientia patet nititur efficere sibi omnino simile patiens, q ante actionẽ dissimile est agenti ergo in omni paciẽti datur res aliqua ante actionẽ dissimilis agenti, & in fine actionis similis per inductã ab agente sui similitudinẽ confir. in fine actionis. l. per mãsit. l. periit id á quo forma antiqua expellebatur & in quo forma noua alia inducebatur, sed nõ periit tũ quia periissẽt quoq; forma inducta quãdo hęc sine illo subiecto con-

cõseruari nõ potest tũ quia aut agẽs natu-
rale ꝓduceret ex nihilo quę naturali-
ter fiũt aut ea in fine actionis áceipsis. l.
à Deo inciperẽt esse per creationẽ, & ita
agẽtia naturalia solã vini corrũpendi. l.
anihilãdi haberẽt. Dico. 2. subiectũ ꝙ
manet sub vtroq; termino mutationis
alterũ est substantia in cõpleta formæ
substãtialis receptiua alterũ est cõpleta
formę accidẽtalis receptiua patet. 1. mu
tatio substãtialis terminatur ad formã
substãtialẽ, vt ad terminũ formalẽ for-
ma autẽ substantialis nõ subiectatur in
substãtia cõpleta cũ eam cõponat ergo
in incõpleta cũ qua cõponit secũdũ pa-
tet mutatio accidentalis terminatur ad
accidens vt ad terminũ formalem acci-
dens autẽ supponit subiectum cõstitutũ
& cõsequẽter in subiecto cõpleto subie
ctatur. Dico. 3. in rerũ natura necessã-
rio datur subiectũ in quo & ex quo cõ-
positionis & trãsmutationis substãtialis
simul hoc demõstratur multipliciter ab
Aris. & philosophis sufficiat tñ primo ex
primo de generatione. tx. 78. id quod est
omnino vnũ nõ põt esse simul actiuũ, &
passiuũ quia non est idem quo agim.ꝝ &
quo patimur cũ actio & passio sint diuer
sa genera principiũ autẽ agẽdi est actꝰ
& forma ergo patiendi est materia & po
tentia experimur, autẽ tã viuentia quã
nõ viuentia simul esse actiua in alia, &
passiua ab alijs ergo debet cõponi neces
sario ex. 2. p. ex forma esset sit principiũ
agẽdi & materia vt sit principiũ patiendi
vnde cõment. 8. metaph. comento. 12. &
4. Phi. coment. 28. dicit ꝙ sicut actio fe-
cit cognoscere formã ita transmutatio
materiam secũdo patet ex trãsmutatio
ne quia experimur res inuicẽ transmu
tari vt aquam in ignem & è cõtra hęc au
tem transmutatio non potest fieri pẽes
hoc quod forma ignis conuertatur in
formã aquæ cũ sint diuersæ essen iæ, &
talis conuersio impossibilis ergo solum
fit in aliquo subiecto communi in quo
vna forma desinat alteraque incipiat
quæ formarũ successio est trãsmutatio.

Dico. 4. & vltimo illud subiectũ cõmu
ne in quo & ex quo cõpositionis & trãs
mutationis substantialis simul tale est,
vt ex priori factum non sit atque adeo
sit primum seu materia prima, quę ideo
dicit prima quia est subiectũ primẽ ꝓ-
ductionis scilicet generationis substãtia
lis & formæ, scilicet actus substantialis
& quia vt sic est cõmunis omnibus enti
bus corruptiuilibus. Dices etiam est vl-
timum in quo fit resolutio seu destruc-
tio entis resp. ita esse, sed quia resolutio
& corruptio est per accidens, & preter
intentionem naturæ, vt supra dicebam,
& habet rationem non entis generatio
vero est per se intenta & habet rationẽ
entis ideſt subiectum & materia vsque
uitibi nomẽ primę nõ vltimę probatur
iam in omni actione datur necessario
aliquod subiectũ vt ostẽdi. 1. cõe. aut igi
tur illud est factũ ex alio & hoc ex alio
& ita in infinitũ, ꝙ est impossibile sicut
formæ non sunt infinitæ in eadẽ mate-
ria, aut deuenẽdum est ad primũ subie
ctũ ꝙ ex alio non sit factũ átq; adeo ad
materiam primã, sed cõtra nã Ari. 2. me
taph. 2. tx. 5. & 6. ex suppositione, quod
non datur materia prima. vt ex re mani
festiori ostedit nõ dari illũ ꝓcessum in
infinitũ vni materię ex alia, nec dari for
mas infinitas resp. ab incõuenięti recte
ꝓcedi illa ratio secũdo patet cõclusio
omnia quæ in inferiori isto cõtinentur
mutuo ex se inuicẽ saltẽ mediatẽ gene
rantur ex cõtrarietate qualitatũ ergo
datur cõmune subiectũ omnũ trãsmu-
tationũ aliter non quodlibet ex quodli
bet neq; immediate, nec mediate gigne
retur tale autẽ cõmune nõ potest esse fa
ctũ ex alio subiecto, quia iam non subij
ceretur omnibus datur ergo primum
ideoq; primum subiectũ seu materia. 1.
appellatur vt distinguitur cõtra subsiã
tiã cõpletã, vt dixi & cõtra materiã pro
priã dispositã iã accidẽtibꝰ vt docet Ar.
8. metaph. 11. & 4. cœl. c. 5. tx. 38.

Ad Argumẽta ad primũ dicendũ non
dari aliquam formam accidentalẽ quæ

sit

fit aliarum omnium subiectum, quia licet sit subiectum accidentium materialium non tamen spiritualium, imo neque omnium materialium est subiectum cum rationes idenitatis, & diuersitatis, & vnionis materia, & formæ vt dixi capite de relatione immediatè substentantur in substantia adde quod quãtitas non est subiectum, quod respectu accidentium quæ substentat si modo sibi naturali relinquatur. Sed tantum est subiectum quo scilicet medium quo sua subiecto integra substentat accidentia, & dato ita contingeret in formis substantialibus, adhuc præsupponendum esset subiectum, quod & materia prima præterquam est impossibile, nã duo accidentia possunt esse simul secus autem duæ formæ substantiales ad secundum dicendum, quod tota sunt quæ transmutantur per generationem, &c. Sed non totaliter, quia tantum secundum partes ideſt formam aliter est anihilatio ad cõfirmationem dicendum quod longe est alia ratio de illa generatione, & de alijs quia quamuis sint naturales tamen supponit miraculum illud primum miraculum virtute cuius postea Deus in corruptione specierum conuertit quantitatẽ illã quæ remansit, vel vt alij dicũt creat de nouo talem materiam, vt introducatur forma vermium, vt superi dixi capite de quãtitate in logica quæstione prima ad tertium bene ibi responsum est ad replicam quamuis illæ dispositiones sint in toto compositio, quia tamen constat materia ideſt, quod & ipsa sit disposita, & destructo illo maneat sic sigillata, quia talis sigillatio effectus est, dispositionum, qui potest manere. Dices saltem sequitur, ꝙ vbi nullæ sunt dispositiones, vt in corporibus cœlestibus ad sigillationem non sit necessaria materia prima respon. solum colligit in cœlo non dari materiam transmutationis bene tamen compositionis quæ colligitur ex quãtitate & figura de quo latius secundo de cœlo ad quartum & vltimũ bene ibi dictum est dico tamen, quod non est eadem ratio, quia cum terminus á quo per se conuersionis totalis sit positiuus quamuis non sit subiectum commune impeditur ratio creationis, quæ ex nihilo fit in generatione autem cum terminus á quo sit priuatio, si tolleremus materiam vel subiectum commune nihil præsuponeretur positiuum ex quo fieret generatio profecto creatio maneret preter quam, quod licet Deus poterit virtute sua id facere non tamen causæ secundæ & inferiores valent.

ARTICVLVS. II.

Vtrum potentia sit de essentia materię.

IN hac re singularis fuit comentator hic deffens de partẽ negatiuã primo quia alias sequeretur, ꝙ aduenientẽ forma destrueretur materia quia aduenientẽ actu potentia destruitur, forma autẽ actꝰ est cõsequẽs tũ in est ab surdũ quia materia non solum in fieri, sed in facto esse manet secundo talis potentiæ quo modocumque sumatur est accidens ergo non potest esse de essentia materię, quæ est substantia vt infra patebit articulo quarto antecedens petet ex eo ꝙ potẽtia illa, vel est aliqua aptitudo. l. ordo ad actus aptitudo autem de prædicamento est qualitatis, & ordo de genere relationis.

Ex dictis superiori articulo certissimo manet in manet in materia esse aliquã potentiam non actiuam, sed passiuam ideſt receptiuam formę substantialis non quomodocumque quia etiam vas habet potentiam receptiuam liquoris, materia autẽ prẽter hoc habet causalitatẽ respectu receptionis formę cũ propensione quadam naturali ad illas inclinetur, vt secunda parte quęstionis patebit hoc posito Iuniores duplicem potentiarum receptiam distingunt in

mate-

materia ipsa quarũ alia est substantialis quæ terminatur substantiali forma, & actui & hanc ponunt de essentia illius alia accidentalis quæ terminatur accidẽtali forma quæ etiam accidens est materiæ, & ita vtraq; potentia, à materia ratione sola distinguitur.

Dico primo in materia tantũ est vnica potẽtia receptiua ad vtramq; formã substatialẽ, & accidentalẽ itaq; nullo modo distinguntur inter se istæ potẽtiæ patet primo, quia illa potẽtia ad formas accidẽtales sit accidẽs ipsius materiæ sequitur, quod antequã adueniat forma substãtialis habeat aliquod accidẽs nam licet verum sit, quod forma substãtialis sit prius forma accidẽtali potẽtia tamen ad vtrãq; prior est illis potentia autẽ talis præsupponitur ante illas cõsequens est absurdũ: ergo sed dices sicuti appetitus est accidens materiæ prædicabile nõ prædicamẽtale, & tamẽ bene ab omnibus præintelligitur in materia ante omnẽ formã substantialẽ ita & ista potẽtia ad formas accidẽtales potest præintelligi, sed contra est quia ex San. Thom. & cõmuni philosophorũ consensu capite de proprio. & 2. de Ani. omnis potentia quæ ordinatur ad actũ accidentalem, & realem distinguitur realiter à subiecto est quæ de prædicamento qualitatis potentia autẽ ista quæ fingitur in materia ordinatur ad similes actus: ergo. Dices, quod verũ habet propositio illa de potẽtia actiua non passiua contra, quia sicuti potentia naturalis actiua cadit in secunda specie, qualitatis ita naturalis impotẽtia seu potẽtia passiua quę idem est confir. conclusio quia quãdo vnũ ordinatur ad aliud intrinsecè tunc solũ ꝓ vno est reputandũ cõstat autẽ quod materię potẽtia ordinatur ad formas, substatiales propter accidẽtales: ergo eadẽ est potẽtia sicuti eadẽ est generatio hominis quæ terminatur ad formã substãtialẽ, & accidentalẽ quã ad istas terminatur propter illã ad illã quidẽ per se ad istas per accidẽs. Dices potẽtię distingun tur per actus, sed potẽtię materię ordinãtur ad plures actus specie distinctos, scilicet substãtiales & accidẽtales: ergo. Respõdeo, ꝓ solũ specificatur potẽtia ab actu quã per se, & primo respicit dices: sed contra potentia materiæ terminatur primo ad generationẽ generatio autẽ accidẽs est: ergo. Respõdeo, ꝓ via executionis prior est generatio quã forma secus verò via intẽtionis, & per se.

Dico secũdo. Potẽtia ad formas substãtiales per se, & ad formas accidẽtales se cũdario est de essẽtia materię: probatur quia talis potẽtia prerequiritur ad necessariã formã substãtialẽ, & ad illã dicit ordinẽ per se, ergo nõ est accidẽs, & cõsequẽter potest esse de essẽtia materiæ. Secũdò, quia si esset accidens materiæ omnis vnio esset accidẽtalis, & nõ substãtialis, quia vnio formę cũ materia fieret medio accidenti, scilicet media potẽtia hoc autẽ pugnat cũ Ar. 9. c. huius dicẽte materiã esse primũ subiectũ ex quo cũ in sit aliquid fit nõ per accidens, sed per se igitur nulla vnio poterit esse accidentalis, & ita potentia non erit accidẽs materiæ, sed essentia cum sit eius.

Ad argumenta: Ad primũ dicendũ, ꝙ veniente actu nõ tollitur potentia imo perficitur nõ enim adueniente actu ridendi tollitur potentia risibilitatis sicetiã adueniente forma substãtiali nõtollitur potentia materię, sed tãtũ eius priuatio & appetitus ad illã recipiendã. Ad secundũ dico, ꝙ illa potentia nõ est relatio, sed illius fundamentũ quæ potest esse inter materiã, & formã neq; est potentia de genere qualitatis, quia illa dicit ordinem ad actus accidentales, siue passiuè, siue actiuè, modo dicto prima conclusione, sed tãtum est potentia per se ad substantialem actum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum materia sit pura potentia.

Greg.in.2.d.12.q.2.Scot.ibid.Tole ta.hic.q.13.Perei.5.Phi c.13. Themistius hic etiã, & Alber.1.metaph.tracta.2.c.4.asserũt materiã nõ esse puram potentiã ita vt nõ includat aliquẽ actũ entitatiuũ intrinsicè in sua essentia: sed quod sit pura potẽtia tãtũ respectu act' formalis, quẽ vt patet nõ claudit in sua essentia quãuis Greg. vltra dicat etiã habere actũ existẽtiæ proprũ ablq; forma sed de hoc articulo sequẽti probant primo materia est actu bonũ licet imperfectũ bonũ autẽ & appetibile fundatur in actu sicut verũ & intelligibile materia. ergo aliquẽ actũ includit nec valet didere quod sit bona in pura potẽtia quia S.Tho.3.cõtra Get.c.20.expresse docet eam esse actu bonũ. Secũdo, quia nihil potest exire à potẽtia nisi per actũ, sed antequã materia crearetur erat in potẽtia ad existẽdũ extra suas causas quando: ergo per creationẽ fit actu existens extra illas necessario aliquem cõparat actũ. Tertia potentia essentialiter est relatiua materia autem essentialiter est absoluta in prædicamento substantiæ: ergo. Quarto, quod est in pura potentia est nihil materia autem prima est aliquid ergo idem quod prius. ¶ Oppoũta sententia est Platonis in Thimeo Ari.1. de generatione c.8.&.7.metaph.c.3. & 7.c.huius S.Tho.1.p.q.7.ar.2.& 65.ar.1 ibidem Zumel, Soto hic q.8. Sonzin.7. metaph.q.17.Duran.in.2.d.12. Vall.cõtrouersia.7.Fonseca.1.meph.q.7. & cõmuniter Thomistæ: Notandũ primo, ꝙ cũ potentia dicat ordinem ad actũ sicut iste est duplex alter existentiæ, essentiæ alter ita & potentia duplex necessario erit cũ autem non sit sermo hic de primo actu ita nec de prima potentia de qua articulo sequenti, sed adhuc duplex est alter secũdus qui est operatio ei siue vt actiosiue vt passio significetur V.c.calefactio, alter est prim' qui est causa efficiẽs secũdi qui rursus alter est accidẽtalis, & immediatus, vt calor in genere qualitatis alter mediatus, & substantialis in genere substantiæ, hic autem rursus alius est completus, & integer siue simplex, vt angelica natura siue cõpositus, vt humana alter partialis, & incompletus, qui iterum solet ab aliquibus diuidi in formalem qui reponitur in certa specie sicut anima quæ ab Ari. definitur quod sit actus, & in entitatiuũ, qui nulla specie certa reponitur, vnde cũ non sit sermo de actu secundo ita nec de potentia ad illum cum materia secundũ omnes nullius sit actiuitatis nec vim agendi habere cum actio proueniat ab aliquo principio in certa specie repositio, quo materia caret, & ita Ari.2.de Generatione.tex.50.docuit materiam nõ agere, sed tantum pati si ergo illi repugnat habere vim ad agendum multò magis repugnauit esse potentiam pure actiuam, qualis est illa quæ agit actione transeunte, vt potentia nutriciua, vel calefactiua: nam quæ actione immanenti agit partim est actiua cũ eliciat actũ partim passiua cum ipsum recipiat similiter certum est, materiam non habere potentiam accidentalem cum substantia integra sit subiectum respectu talis actus dubium: ergo est de prima actu substantiali partiali siue formali, siue entitatiuo, & de potentia ad illum quia de substantiali completo certum est materiam non includere cum non includat formam.

Secundo aduerte, vt dixi cap. de relatione, q.11. quod in essentia rei dupliciter potest aliquid poni vel intrinsicè tãquam genus, & differentia: vel extrinsicè, tanquam aditamentum quoddam patet autem quod materia in sua essentia tanquam aditamentũ extrinsecum includit actum primum substantialem partialem, & formalem secundum formam cum dicat potentiam ordinatam essentialiter ad illum tanquam ad specificatiuum sui, vt quæstione sequenti dicetur, & ita ex diuersitate huius actus adæquati multiplicatur in specie solum ergo est difficultas si intrinsicè tanquã

diffe-

differentiam sui constitutiuam materia includat aliquem actum saltem entitatiuum de genere enim materiæ certum est, esse substantiam partialem, in quo conuenit cum forma sensus: ergo quæstionis est an pura potentia ad actū primum substantialem partialem, & formalem sit de essentia materiæ intrinsecè tanquam eius constitutiua differentia ita quod nullum actum adhuc entitatiuum includat in isto gradu intrinseco, & differentiali.

Dico primo materia prima est verū ens reale à materia diuersum realiter, & essentialiter. Patet primū est pars cōpositiua entis realis: ergo est verè ens reale compositio enim realis, & Phisica quam intrat materia similes partes debet habere secundo materia est subiectum generationis ex quo educuntur formæ genitæ vt infrà patebit: ergo est aliquid reale aliàs formæ fierent ex nihilo, & generatio esset creatio. Secundum patet in compositione reali partes non solum debent esse reales, sed & realiter diuersæ cum realis compositio sit in aliquo vno realiter distinctorum coniunctio materia autem est pars cōpositi realis: ergo distinguitur realiter à forma quæ est altera pars adde quia ex Ari. materia & forma sunt duo principia, vt vidimus numero diuersa, & cōsequēter realiter nam si distinctio rationis posset facere duo principia numero materia & priuatio talia essent. Tandem materia & forma habent diuersas definitiones cū illa sit pars cōtrahibilis ista cōtrahens, & determinans: ergo essentialiter differunt. Adde, habent diuersas passiones: nam omnis materia est ingenerabilis & incorruptibilis, vt art. 6. patebit: omnis autem forma, & generatur, & corrumpitur, excipio rationalem, & cœlestem: ergo habent diuersas essentias, cum passio ab essentia originet: vnde infero, q̄ in definitione reali magis differt materia á forma substātiali, quā accidentali: nam cum forma substantiali nunquam identificatur realiter, vt visum est, cū accidēte alivero, scilicet relatione vnionis creaturę partis identitatis, & diuersitatis aliquādo, quia cū his nulla facit compositionem realem.

Dico. 2. materia ita est diuersa in essētia à forma, q̄ in nullo genere causę ab illa fiat patet. debet fieri nullo præsupposito subiecto cū sit primū: ergo per creationē quę est á solo Deo, & nō à forma efficiēter. Secūdo effectus formalis intrinsecus est, & inseparabilis á forma, & cū ea idētificatus, vt patet in albedine & esse albo: materia autē diuersa est à forma realiter imò extrinseca: nō ergo est effect⁹ formalis illius præcipuè q̄ forma pōt existere sine materia & materia secundum q̄ causa solum natura præintelligitur anté formā: vnde sequitur, q̄ effect⁹ formalis formę, & ipsum cōpositū V. c. anima rationalis causat esse humanum determinādo materiā ad speciē hominis: dices entitas materię pēdet in conseruari à forma cum sine illa nō possit esse cum probabiliori sentētia: ergo & in fieri quia cōseruari est quoddā esse cōtinuatum respōdeo q̄ in rigore à solo Deo pēdet in cōseruari cum influat in eius entitatē q̄ tñ necessariā cōnexionē dicit cum forma & ideò dicit pēdere in fieri. Tertiò q̄ nō pēdeat in genere causę materialis patet cū materia nō recipiat in forma, sed ecōtra. Vltimò finis est id cuius gratia vt dicet. Secundo huius materia autē gratia est cōpositi nō formę: forma ergo nequit esse finis materię. Vnde infertur secundo, q̄ licēt inter formas materia pri⁹ ordinet ad substātialē quā ad accidētalē nō solū recipiēdo sed causādo mediati⁹ tñ & 2. ad cōpositū ordinatur, ad illud enim, 1. & immediatè ordinat, q̄ primo, & immediatè fit ex illa: tale autē est cōpositum & non forma nisi illo medio, vt posteà patebit ergo.

Dico tertiò, materia prima pura potētia est passiua intrinsicè in sua natura nullū actū, priū includens ita authores

supra citati ꝓ secũda sententia, & Alex. 2. naturaliũ. q. &. c. 75. S. Th. etiã hic lectio. 15. Iabell. q. 73. Aligidius. lectio. 18. quãuis omnib⁹ inde bene pensatis inter istos autores quæstio sit de nomine cum omnes cõueniãt in. 1. & 2. cõclu. & quod nullũ actũ formalem includat, sed quod sit pura potentia respectu illius dicunt tñ Scotistę hãc materię entitatem debere dici purã potentiã obiectiuã, & actũ entitatiuum quia per illã entitatẽ exijt à pura potentia obiectiua, quã habebat materia antequã crearetur in quantum erat obiectũ diuinę potẽtiæ actiuę, & veré fit ens reale Thomistæ verò dicũt debere dici purã potentia subiectiuã, quia est in potẽtia subiectiua reali respectu omniũ formarũ quãdo autẽ hãc potentiã cõparat exijt à pura potẽtia obiectiua quã antea habebat quæ licet re vera esset nihil secundũ nos omnes ab Scotistis tamen dicitur pura potentia obiectiua & ita exitũ ab illa deberefieri per aliquem actũ saltem entitatiuũ â Thomistis vero dicitur potentia logica & non realis, & ita exitũ ab illa fieri per puram potentiã subiectiuam inquantum antea erat possibile logicè, vel nõ repugnabat fieri hanc puram potentiam subiectiuã & ita creationefuit facta, vnde quod Scotus vocat actũ entitatiuum, quia materia est ens reale vocãt Thomistæ puram potentiam subiectiuam. qui modus loquendi proprior est, & Arist. conformior quia proprium est cuiusuis actus singularis trahere rem ad aliquã speciem, & quia Ari. diuisit ens reale in actũ, & potentiam, ergo potentia vt distincta ab actu est ens reale. Dices diuisit tantũ in actum formalem, quia potentia differt nõ in entitatiuum qui est transcendens etiam ad potentiam contra: ergo actus entitatiuus non habet verã rationem actus cũ neq; potentia differat. Secundo patet conclusio, quia aliàs ex illa, & forma non fieret vnum per se, vt habet communis schola ex duobus entibus in actu, &c. Nec obstat, quod sit tantum entitatiuus, quia sic etiã ex subiecto, & forma accidentali fieret vnum per se cum respectu actus accidentales remaneat in pura potentia. Tertiò eodem modo materia est subiectum formæ substantialis sicuti substantia integra resp. formę accidentalis respectu cuius est in pura potentia adde non est actus etiam entitatiuus, quia neque est per se existens nec actus perficiens nec alius est imaginabilis neque est constitutiuus ex actu perficiente, & potentia cũ ipsam formetur alio actu compositum constare secundi actu similiter quiuis actus per se existens perfectior est quã quiuis informans cum omnis informatio habeat imperfectionem adiunctam vnde actus per se existens formaliter prædicatur de Deo non informans forma autem substantialis informans perfectior est quam materia prima: ergo. Vltimò, quia aliàs materia prima haberet proprias operationes cum id conueniat omni actui substantiali imò, & quam plurimis accidentalibus, & potissimum actui per se existenti cum sit agens principale, & non solum principium agendi vt quo nulla autem relinquitur actio, quæ materię primę tribui posset, vt docet Sanctus Thomas. 7. Metaphy. lectione. 8. quia aliàs daretur aliqua operatio communis omnibus entibus corruptibilibus cum constet eadem materia. Secundò, quia omnes quas nouimus operationes aut in formas substantiales, aut in accidentia referimus. Dices materia prima est principale agens per formas tam substantiales quã accidentales. Respondeo hanc esse insaniam & parum abesse qui hoc asserunt quin concedant materiam primã esse Deum omnibus formis honestum, & per aliàs & aliàs alia, atq; alia agẽtẽ imò & ꝓ fateri eadem ratione cogetur omnia patientẽ, vt dicũt qui lẽ hæretici vt dicit Castro, vnde infero cur materia dici soleat prope nihil funditũ naturę ꝓ fundã vniuscuiusq; chaos siue confusio

& respo

& respectu formarum quas nõdum habet dicitur hylli, idest, Sylua seu materia, at respectu earum, quas habet appellatur Hypochiminon, id est, subiectum ideoque Plato in Thimeo dicebat esse denudatam omnium formarũ, quia est receptiuum illarum, sicuti vissus omni colore nudatur dicitur etiam origo fœmina mater masa, & elementũ per se ignota tenebræ, & ideò apud Platonem nulla ponitur id ea quæ sit propriè materia, eo quod & ideas formarum cognoscatur. Appellatur etiam horum inferiorum materia turpis quia necessario coniuncta est cum priuatione formarum ad quas naturali propensione tendit tandem dicitur malefica, quia vt potiatur formis quibus est priuata mollitur per accidẽs obiectionem eius quam habet, ideoque dicitur principium non essendi siue corruptionis ab Aris. verò tex. 82. primum subiectum, ex quo cum in sit omnia fiunt.

Ad argumenta. Vt facilè soluantur, & alia multa quæ possunt obijci aduerte aliud est, rem esse actũ seu includere actũ aliud est, esse entitatem seu aliquid & habere aliquid perfectionis, & actualitatis, idest, entitatis realis primum nõ conuenit nisi ratione formę. Secundum verò cõpetit tã ei quod est actus quam ei quod est potẽtia, & ita S. Th. 1. p. q. 14. art. 11. ad. 3. ait, q materia prima licet recedat à similitudine Dei ratione suę potentialitatis: sed quia in quantũ vel sic habet esse similitudinẽ quãdã dicẽdũ retinet idẽ ait de veritate. q. 3. ar. 6. verum est tamẽ, quod q. 4. ar. 1. & q. 5. ar. 3. ad. 3. ait, quod materia prima inquantum huiusmodi est in potẽtia intelligi tamẽ respectu actus non respectu entitatis vna male Sonzin. 4. Metaph. quæ. 17. Iabell. q. 5. & alij absolutè defendunt materiã in suo quidditatiuo conceptu nullã includere actualitatẽ, quia inquiunt est pura potẽtia dicendũ tamẽ dicipurã potentiã, quia respectu nullius est actus in quo distinguitur ab alijs potentijs forma enim substantialis ita est potẽtia receptiua suarũ proprietatũ quod est act' vel per se existens, vt angeli, vel informãs vt alij idẽ patet de intellectu respectu intellectionis per q patet ad primũ secundũ, & tertiũ. Ad quartũ dicẽdũ, q neq; ea quæ præterierunt aut futuram sunt in actu, & tamẽ aliquid sunt cum non sint fictitia, neq; enim idẽ est esse actũ siue actu existere, atq; esse actum, aut cõstans actu. Materia prima ex se neque est actus, neq; illũ includit. Vtrũ autẽ ex se sit ens actu, idest, existat, articulo sequẽti; nunc dicò q sicut act' purus nõ ideo nõ est ver' actus, sed ita est act' vt nihil habeat potẽtiæ, qualis est Deus à quo omnis actus originatur: ità potẽtia eo quod sit pura potẽtia nõ ideò nõ erit potẽtia vera, atq; à Deo aliquid à qua etiã omnis potẽtialitas dimanat, quodam modo, eo q tãtũ res dicitur accedere ad materialitatẽ, quãtũ accedit, ad potẽtialitatem. Na vt bene Soto hic quęs. 6. conclu. 2. forma & actus in quo uis genere idem sunt prorsus.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum materia prima ita sit pura potentia vt ex se nõ sit ẽs actu, vt quo ideſt, nõ habet ex se vllã propriã existẽtiam.

PArtem affirmatiuam tenet. S. Tho. 1. pa. q. 4. art. 1. maximè ad. 3. & 4. q. 5. art. 3. ad. 3. & q. 45. art. 4. & q. 66. art. 1. & Magist. Zumel fere omnibus locis tertio contra Gen. cap. 54. quod lib. 3. q. 5. de potentia. q. 4. art. 1. Magist. sententiarũ in. 2. d. 12. Bonauẽt. ibidem q. 1. Capreo. d. 13. q. 1. concl. 1. Duran. d. 12. q. 2. & 4. & d. 44. q. 1. Ferra. 2. contra Gent. cap. 68. & 3. concl. 4. Sonzi. 7. Metaph. q. 17. & 8 q. 1. Iabell. 7 Metaph. q. 5. & 8. quæst. 1. Caieta. 1. part. q. 76. artic. 1. de ente cap. 5. quæ. 8. Soto hic quęst. 6. concl. 3. Vall. ibidem,

Vtrũ essentia, & existẽtia distinguãt, & quo modo

ibidem, qui omnino irridet oppoſitum tenentes ſignificat A Egydius de Generatione.q.16.Albert.5.Metaphy.tract.2 capitu. 4.Auice.2.Metaphy.2.Argilopirus.2.Phi.c.1.text.12.ita tranſtulit textum Græcum Ariſt.forma, inquit, eſt magis natura quam materia quia eſt actu hæc verò potentia,& Boetius libr.de Vnitate ait,omne eſſe in rebus creatis eſt á forma fauet Ariſt.1.de Generatione tex.12.docens materiam nõ eſſe actu niſi per formam.Secundo de Anima c.1. tex.2.vnumquodque ait genus eorum quæ ſunt ipſa ſubſtantia eſt atque hic vel aliud in materia, quod quidem per ſe non eſt hoc aliquid aliud.Forma quæ quidem iam hoc aliquod dicitur,& tex. 3.id quod exiſtis conſtat atque componitur,& tex.7.quod verè eſt actus eſt. Ratione probant primo ens actu non poteſt intelligi ſine actu,eſſet enim implicatio in adiecto dicendo;ens actu, & ſine actu materia autem prima ſecundum ſe vt articulo præcedenti oſtendimus, neque eſt actus neque illum includit ſed eſt ens omnino in potentia ad actum cum ſit ante omnem actum, & ideò non conuenit ſibi,quod ſit actu bonum,ſed tantum in potẽtia,& ita quod ſit non quid appetibile,ſed quod appetat tantum,ergo ſecundum ſe non eſt, ens actu:ergo neque exiſtens.Dices,materia prima non eſt dicendus actus bene tamen,quod faciat eſſe in actu voce illa actu ſumpta pro exiſtentia, & ita ens actu,i.eſt,ens exiſtens aliud eſt exiſtens,vt quod videlicet ſubſtantia completa,aliud eſt actus,qui exiſtit actus,vt quo aliud eſt potentia,quæ vt quo exiſtit vera potẽtia,& ita nõ poteſt dici ens in potẽtia,quãdo iã eſt creata,& producta Alio modo ſumitur actꝰ pro forma, & hoc pacto materia prima nõ eſt ens actu,quia neq; eſt forma nec cõſtat forma.Vnde appellauimus eã ens potentiã nõ verò ens in potẽtia cõſequẽtia eſt primo hæc doctrina eſt cõtra Ari.vbi ſupra negantẽ nõ ſolũ materiã nõ eſſe actum neq; illũ includere,ſed neq; eſſe ens actu & quidem ſi eſſet ens actu eſſet,hoc aliquid,atq; à Deo res genita de nouo extitiſſet aliquo modo actu ratione materiæ antequã generaretur,quę omnia negat Ar.Dices ſolũ vult nõ eſſe ens neq; hoc aliquid,vt quod cõtra quia ſic nec forma eſt ens actu,neq; hoc aliquid cõtra Ari.ibidẽ, atq; adeo nihil proprium materiæ dixiſſet in illis verbis, præter quã quod addidit materiã primã nõ eſſe ens actu,niſi per formã,per formam autẽ nõ fit ens,vt quod ergo illa explicatio eſt nulla.Secũdò exiſtẽtia eſt actꝰ perfectiſsimus imò,& intelligitur qua ſi cõplemẽtum eſſentiæ,vnde á S.Tho. 1.p.q.3.art.4.corpore,& argumẽto ſecũdo appellatur actualitas omnis formæ, vel naturę,vnde eſſe cõparatur ad eſſentiã,ſicut actus ad potẽtiã ſi ergo materia prima ſecũdũ ſe nullũ habet actũ ergo neq; exiſtẽtiã.Tertiò primo ſiue puro actui,eo quòd talis repugnet omnino nõ modo eſſe potẽtiã,vel illã includere, ſed etiã eſſe ens in potẽtia· ergo primæ, & puræ potẽtiæ nõ modo repugnat eſſe actũ aut illũ includere, ſed etiã eſſe ens in actu, ſed ſicut purus actus per aliud poteſt eſſe in potẽtia,quo pacto cũ aſſumpſit humanitatẽ per eã erat in potẽtia adgaudiũ,& triſtitiã,ad vitã & mortẽ,ita etiã pura potẽtia,ſcilicet,materia prima per formã erit ens in actu. Secũda ratio omne eſſe creatũ debet eſſe limitatũ ad aliquã ſpetiẽ,omnis autẽ ſpecies eſt à forma:ergo,& omne eſſe habet,ꝙ lignũ in genere artificiali nõ habet ex ſe vllũ eſſe actuale artificiale:ergo nec materia in genere naturaliũ habet ex ſe aliquod eſſe naturale actuale.Similitudo eſt Ari hic ca.7.Tertia ratio quia in iſto modo dicendi bene intelligitur, ꝙ oẽs philoſophi dictitare de materia prima ſumme diſtare adeo quia quãuis in genere ſubſtãtię vt a.ſequẽti dicetur nõ tñ habet eſſe ex ſe,quod habẽt accidentia alia argumẽta ſolẽt adduci pro San. Tho.quæ quia facilia omitto. ¶ Oppoſi

ta

ta sentẽtia est Themistij hîc indigressione quadã Alber. 1. metaph. trac. 2. c. 4. Sco. 2. d. 12. q. 2. 7. metaph. q. 5. Henric. quodl. 4. q. 16. Greg. 2. d. 12. q. 2. Gabriel ibidẽ Toleti hic Fõse. obiter. 1. metaph. c. 7. q. 1. sect. vlt. & q. 3. sect. 8. & 4. Metaphy. c. 2, q. 4. sect. c. 4. Pery. 5. li. hui⁹ c. 13 Tartaret. hic Iabel 8. metaph. q. 1. & Duran. vbi supra nõ nihil videtur declinare in hãc sentẽtiã, ꝓ qua & intelliga etiã superioris sit primũ fũdamẽtũ res dicit in proposito esse ens in actu sũ se, seu habere ꝓpriã existẽtiã nõ quia existentia sit sibi essẽtialis, sic enim soli Deo cõpetit, nec quia existat actu de facto, sic enim nõ est dubiũ, quin materia iam creata sit ens in actu, quæ verò nõ sunt producta etiã si formę aut entia cõpleta sint nõ sunt hoc modo entia in actu cũ de facto nõ existãt. Hic ergo dicitur habere existẽtiã propriã, id quod habet entitatẽ possibilẽ, nõ ficta, distincta ab entitate cuius vis alterius entis, ratione cuius entitatis dicitur existẽs in potentia antequã producatur, & existens in actu postquã ꝓducta est, tũc materia prima secũdũ se entitas vera & realis etiã quatenꝰ est distincta ab entitate cuiuslibet formæ cũ secũdũ se, & nõ secũdũ formã habeat verã & realẽ rationẽ receptiui, & potẽtię, ratione cuius ante creationẽ erat in potẽtia ad existẽdũ actu, idq; satis innuit S. Tho. 1. p. q. 4. ar. 1. & cõmentator. Tertio cœli cõment. 29. dicens, ꝙ omnis potẽtialitas passiua in aliqua actualitate fundatur, & 1. p. q. 46. ar. 1. ad primũ, quod materia nõ dicitur potẽtia eo modo quo aliquod dicitur possibile eo quod nõ repugnat ei esse, sed quia est verè potẽtia passiua idem asserit de spiritualibꝰ creaturis, articulo, 1. & refert Augustinũ. 12. cõfes. c. 1. & 1. super Genesim ad literã: ergo materia prima ante creationẽ habebat propriã existẽtiã possibilẽ: ergo quãdo est creata habet propriã existẽtiã in actu educta de posse ad esse. Cõfirm. 1. res generãda ante generationẽ verè existebat in potentia materiæ primæ multo magis quã cũ sola erat possibilis in potentia actiua Dei existẽtia enim materiæ est aliquo modo existẽtia rei generãdæ imò secũdũ Aris. eo modo quo ipsa secũdũ se manet sub forma rei genitæ præsupponebatur antẽ generationẽ, existentia autẽ formæ quę tũc ante generationẽ informabat materiã nullo modo est existentia rei generadę, nec manet cũ illa, sed potius illi repugnat: si ergo res existebat, in materia prima ante suã generationẽ existebat sane existentia propria materiæ. Confir. 2. aliàs cũ res generatur producitur etiã materia quoad esse, quod est materiam creari, vt concedit S. Th. 1. p. q. 46. ar. 1. ad. 3. ergo in generatione naturali creatur materia, ergo etiam genitum ipsum producatur de nouo ad de, quod materia aliter terminat generationem aliter creationem, aliud: ergo est terminus formalis, quo terminat hanc, alius quo terminat illã, terminus autem formalis generationis, & corruptionis est existentia, alia ergo est existentia, sed generationem terminat existentia formæ: ergo creationem per propriam terminat. Secunda ratio ex dictis realis distinctio est inter materiam & formam: ergo rei, & rei: ergo inter res habentes distinctas existentias reales. Tertio materia prima eadem est nunc quæ fuit à principio in quo prius natura fuit illorum materia quæ ratione carent quam vlla forma, ergo existens ante illam saltem natura. Quarto essentia non distinguitur re ab existentia eo enim quod essentia intelligitur producta intelligitur existens sine eo quod intelligatur sibi habita alia entitas distincta á se, sicut ipsamet entitas, quæ est existentia se ipsa est á parte rei sine alia noua entitate ex eo tãtũ quod sit extra causas & ita esse tocius cõpositi, & sicut & eius essẽtia nihil aliud est quàm esse & essẽtia cõposita ex esse partiali, & essẽtia materię, & ex partiali esse, & essẽtia formę vt scitur cõ.

7. Metaphy. comment. 39. tunc ſic eſſentia materiæ diſtinguitur realiter ab eſſentia formæ: ergo & exiſtentia. Vltimo quia aliàs etiam de potentia Dei abſoluta non poſſet exiſtere ſine forma, q̃ eſt ridiculum.

Concluſio ſit tam ſententia affirmãs quam negans probabilis eſt affirmatiuã tamen defendo propter reuerentiam S. Tho. quem hîc præter eius domeſticos omnes fere deſcriuerũt. Patet ex rationibus factis ſupra, & ex ſolutione argumentorum ad hæc enim, & omnia alia argumenta reſpondetur, & S. Tho. elsẽtiam diſtingui relationẽ ab exiſtentia, q̃ latius diſputandum eſt in Metaph. & in ante prædicam. in logica forte ſatis eſt dictũ (vbi etiã quid nomine exiſtentiæ intelligatur dixi) & quod exiſtẽtia ita eſt effectus formalis formæ, vt infrà. q. 4 de forma patebit, quod eſſe actualiter nihil eſt aliud, quam eſſe formaliter, & ita eſſentia vera & realis poteſt exiſtere per exiſtentiam alterius entitatis diſtinctæ, & ita ratione exiſtentiæ alterius poſt eius eſſentia creari poteſt eſſe ingenita, & incorrupta, & conſeruari eadem in eſſentia, quia licet exiſtentia ſit terminus formalis ipſius creationis, & conſeruationis in generationis, & incorruptionis, & ſic conditio ad hoc, vt res generanda dicatur, aliquomodo exiſtere in materia ante generationem; & vt poſſit ex tali materia prius natura exiſtente ſub alia forma educi, vel induci alia de nouo, tamen res creata, cõſeruata, ingenita, & incorrupta ſicut, & res genita, & corrupta, & res in qua pẽ exiſtit generandum, & quæ remanet cũ ipſo genito non eſt ipſa exiſtentia: ſed ipſa entitas, & eſſentia rei, quæ ad exiſtendum petit per ſe, & non per accidens formam aliquam, & negaret S. Tho. idem eſſe, quod res aliqua ſit ex ſe verum, ens reale, & quod ex ſe exiſtat nulla enim facta mentione exiſtentiæ dicimus æquum verum eſſe eus reale chimera verò nequaquam ſed fictum, illud vero de exiſtentia, quam materia recipit ab anima rationali videtur habere peculiarem difficultatem dicendũ tamen, q̃ quod ſicut ab illa recipit eſſe formale, quod inſe omnino eſt ſpirituale formaliter loquendo licet eminenter ſit corporeum, vegetatiuum, &c. Sic tenendum de eſſe ſeu exiſtentia, quam à forma recipit. Ad tertiam confirmationem in creatione non modo terminum formalem, ſcilicet, exiſtentiam eſſe nouum, ſed etiam rem ipſam productam eſſe nouam nihilq̃ poteſt dici creatum niſi, quod ſub nulla exiſtentia, vel ſubſiſtentia propria neq̃ aliena exiſtebat antea, quod non reperitur in Generatione vt conſtat pendet, enim materia in exiſtendo à forma in genere cauſæ formalis, quæ ſemel exiſtens exiſtentia recepta in illo genere cauſæ poteſt in alio genere illam conſeruare, in quo fateor materia in non pendere à forma. Ad tertium dicendum in creatione materiam primam nõ fuiſſe cauſam materiale ipſius fieri formæ aliàs talis forma non habuiſſet eſſe per creationem, ſed per eductionem ex potentia materiæ, vt de facto nunc contingit in generatione. Dico ergo, quod entia completa ſecundum totam ſuam entitatem facta ſunt producta ex nihilo ſolo Deo, vt cauſa effectiua, & finali concurrente. Et vnaquæq̃ pars ſubſtantialis illius producti ex vi ſuæ productionis fuit creata, vt quo independenter ab alia in ipſo fieri licet inconſeruatione pendeat vna ab alia in diuerſis generibus cauſarum, ad alia ex dictis patet.

ARTICVLVS. V.

Vtrũm, materia ſit ſubſtantia.

EX dictis ita manet diminuta ratio materiæ primæ, vt merito quis ſtatim poſſet dubitare an ſit ſubſtantia, & vide-

& videtur, quod nõ primo ex Arist. septimo methaphisicorum cap. 3. dicente: materia neque est, quid, nec quantum, vel quale, vel aliud ex predicamentis: ex illis autem vnum est substantia, quod videtur primo nominatum, ergo. Secundo accidens a substantia pendet, non é contra, materia autem pendet a forma ex articulo præcedẽti: ergo non est substantia. Tertio, substantia actus est; materia autem ex dictis pura potentia. Quarto & vltimo neque est pars substantialis, quia sicuti forma accidentalis supponit subiectum: ita materia præsupponitur constituta iam essentia ante aduentum formę substantialis: ergo non potest facere vnum cum illa, & consequenter non est pars substantia, nec substantia totalis, vt patet: ergo.

Aduerte quod substantia, alia est integra & completa, quæ non est nataper se esse pars alterius, nec compositionis essentialis tertiæ naturæ ex duabus naturis, siue talis sit substantia simpli, vt angelica, siue composita vt humana notanter dixi compositionis essentialis tertiæ naturæ ex duabus naturis, quia quantuncunque sit natura integra potest per se esse pars compositionis substantialis suppositi, vel personæ, quæ resultat ex per se existentsa vt vna parte & natura integra ex alia & multo melius potest esse pars compositi per accidens, quantumuis sit natura completa: quia ad hoc non ordinatur natura sua: alia vero est substantialis, partialis, & incompleta, quæ ex natura sua apta est esse pars per se alicuius compositionis essentialis tertiæ naturæ ex duabus, vt sunt materia & forma, ex quib⁹ essentiali compositione tertia naturaex duabus resultat: harum vero altera pars est contrahibilis, & determinabilis: altera vero contrahens & terminans, & quamuis vtraque sit reductiue in specie cum sit natura incompleta: sed diuersimode quia pars contrahens est forma fixa & immobilis in aliqua specie, illius scilicet compositi quod constituit, quia nullum aliud continere potest, vt anima rationalis hominem; pars vero contrahibilis non est fixa in aliqua specie, sed vase reducitur ad speciem compositi ratione formę contrahentis.

Conclusio certa apud omnes: materia est substantia partialis & contrahibilis, ita vt sit essencia compositi naturalis. Primum patet ex Arist. secundo de anima capite primo, & alibi sæpe diuidere substantiam in materiam, formam & composítum: quod autem sit contrahibilis, patet; nam non potest alia tertia essentia resultare, nisi vna sit contrahibilis, alia contrahens. Forma autem cũ sit actus, contrahens est: ergo materia cum sit potentia erit contrahibilis. Itẽ materia ex dictis est ens reale & non accidens, quia cum sit primum subiectum nõ poterit alteri in hærere ergo est substantia quia substantiæ & accidens ens reale diuidunt & non habet aliud ex quo componatur prius ergo est partialis substantia: quod autem sic de essentia compositi naturalis vel quod non tãtum sit in composito naturali sed ipsum simul cum forma componens latiꝰ patebit infra secunda parte quæstionis articulo primo vbi specialiter contrà Auerroem, & Perey. de hoc disputauimus.

Ad argumenta ad primum arti, Tantum negat materiam esse quid primo substantiam completam & integrã non tamen negat esse partialem vel secundo quod solum intendit materiam non esse adhuc reductiue alicuius speciei. determinatæ, cum possit indifferenter trahi ad quancunque: In quo a forma distinguitur quæ licet sit partialis substãtia & ad aliquam certam speciem reducitur. Dices ergo etiã materia nõ erit reductiue in aliquo genere determinato vel prædicamento respondetur, quod mataria solum dicit in differentiam ad diuersas formas substantiales non adaccidentales cum autem omnis substan-

tialis forma sub vno subſtantiæ prædicamento cadat ad illud determinate debet reduci quia tamen plures sunt in tali genere indetetminate se habet ad illas dices, secundo quidquid est in determinatio genere debet esse in specie determinata illius materia autem in vna specie determinata subſtatiæ ponitur adhuc redectiue ergo vel non potur indeterminato genere vel si sic etiam in determinata specie. Respondetur mator tantum habet verum in his quæ sunt in genere per modum cõtrahentis, vt est forma: non verò per modũ determinabilis, vt est materia quod patet in animali quodquam est determinabile Resp. specierũ in nulla earũ determinate collocatur quamuis detetminate sit in recta linea. Ad secundum dicẽdum quod longe alia ratio est intes substantiam & accidens subſtantia enim quæcumque illa sit a nullo subiecto pẽdet, accidens vero non item ad tertium quod subſtantia non solum includit actum sed etiam potentiam & compositum exvi dicitur autem præstantiſsimus actus comparatione ad accidens quia includit formam quæ Respu. actus accidentalis præstãtiſsimus actus est ad vltimum Respondetur quod subiectũ formæ accidẽtalis ita habet essentiaab illa quod ante illiusquidditatis adueẽtũ est cõstitutũ in suo esse completo cũ in illopriore sit iã indeterminata specie materia aũt ante aduẽtũ formę substãtialis non habet essentiam cõstitutã in esse perfecto qua in illo priori non est in aliqua specie ima constituta. Dices licet essentia per se respiciat passionẽ ex illa & passione non fit vnum per se ergo licet materia per se respiciatforma ex illis non fiet vnum perse. Replica ista petit ãrticulum sequentem.

ARTICVLVS VI.

vltimo materia sit pars quidditatis subſtantialis.

HOc est vtrum materia sit de quidditate & essentia rei vnde nõ est dubium an sit de quidditate omnium rerũ certum enim est ꝙ nõn sit, cum sint alia qua quæ materia carent, similiter nõest de quidditate accentium quæ in sua essentia materiam nonclaudunt, sed tãtum ordinem ad illã & ad subiectum dubium ergo solum est de illis subſtantijs corporeis materia constantibus an sit de illorum intrinseca ratione. & quidditate vel qualiter se habeat ad illa cõmentator. 7. metaphy. & Perey nobus inter omnes tenent partẽ negatiuã, scil dicunt solũ se habere vt subiectũ quidditatis, vnde solam formam rei quidditatem ponunt, materiam vero indefinitione omnium rerum materialium poni non tãmquam pars quidditatis sicut forma, sed sicut forma, sed sicut ponitur subiectum indefinitione accidentis, probãt primo autoritate Ar. 3. de anima. c. 4. decẽte quod aliud est quidditas aliud vero id cuius est quidditas, vbi per quidditatẽ omnes formã intelligũt solum per id vero cuius est cõpositum totũ, & 7, metap. tx. 34. expresse materia inquit nõ est de essetia totius & eõpositi &. 2. li. huiꝰ c. 3. docet partes essẽtiales se habere vt forma. Resp. totius materia aũt cũ sit potẽtia pure, nullomodo potest se habere vt forma. Tande. 10. metaph. te. 25. docet quod mas & fœmina sunteiusdẽ speciei, quia solum per materiam distinguntur, si autẽ materia esset de essentia & distingueretur materia specie etiã distingueretur secundo rationesua dunt, quia pars essentialis notior est sẽ per suo totomateria autem non est notior toto composito, imo innotiſsima. Tertio, & vltimo, quia aliàs sequeretur quod essentiæ esset alia essentia & quidditatis, quod est absurdum, nam si essentia totius compositi est materia & forma, & rursus cum materia & forma sint idem cum toto, totum erit alia essentia.

Breuiter concluſio affirmatiua certiſsima

sima est quam tenent S. Tho. 1. p. q. 75. art. 4. de ente & essentia. c. 20. & omnes de Phylosophia & metaph. beneme riti patet. 1. ex eodem S. Tho. 8. metap. tex. 15. & 16. qui reddens rationem quare definitio sit vna inquit quod in definitione rerum materialium licet sint plures partes scilicet materia, & forma nihilominus est vna, quia vna pars se habet vt potētia & vt subiectū, altera vero vt forma & actus ex Ar. ergo pars definitionis est materia & consequēter essentialis, & ratione id quod explicatur per definitionem quidditatibā alicuius rei est de essentia & quidditate illius materia autem sic se habet quia siue definimus res materiales. V. c. hominem Phy sicā siue metaphysicā sēper in tali definitione materia ponitur. Dices quod ponitur vt additamentum, & vt subiectum contra sequitur quod nulla sit differentia inter accidentia, & res naturales quod est falsum nā accidentia ideo habent aliquod additamētum quia, sunt imperfecta subsantiæ, autem materiales perfectissimæ sunt. Sed dicis quod aliter & aliter hoc fit, nā additamentum quod habent accidentia est alterius prædicamenti, at subsantiæ in eodem est contra sequitur quod nulla sit differentia inter definitionem subsantiæ cōplete & totalis & in completæ & partialis nā in definitione istius ponitur additamētum eiusdē generis. V. c. cum definitur anima quod sit actus corporis, &c. Hi corpus additamentum est & ita nulla esset differētia adde si forma tantum est de essentia cōpositi vt dixi, c. de specie sequitur, quod nulla detur species, quia formas horum cum sint natura incōpleta nō possunt esse species. Tertio, si cōpositum nō includeret essentialiter materiā posita sola forma deberet poni essentialiter: cōsequens est falsum quia posita anima rationali in statu separationis nō ponitur homo, qui est naturale cōpositū eo cōstans cōfirmatur: quia corruptibilitas est passio consequens essentiam rei naturalis horum inferiorum, ergo dimanat ab essentia nō ratione formę, quæ nō est principium corruptionis, ergo materiæ, quæ est tale principium, vt infra patebit & consequēter essentiam compositi naturalis ingreditur. Tādem patet, forma totalis & partialis distinguntur secūdum omnes quia totalis dicit totā quidditatem partialis vero partem, sicut humanitas dicit totam hominis naturam qua posita ponitur homo, anima vero rationalis partem: sed forma totalis supra partialem solum addit materiam aut dat illud aliud quod addit, tandem ex purapotentia & actu fit vnum per se ideſt cōpositum, cōstat ergo materia vt parte essētiali.

Ad argumenta Ar. 3. de anima illo loco solum intelligit per id cuius est quidditatis indiuiduum, & per hi quidditas speciem quod colligitur ex eodem ibidem pōnente discrimen inter intellectum & sensum & ita inter illorum obiecta, vnde subdit, alia est potentia sensitiua, quæ versatur circa id cuius est quidditas: & alia est intellectiua, quæ etiam circa quidditatem & essentiam indiuiduorum versatur ad illud septimo metaph. dico quod per materiam solum intelligit subiectum accidentium & artificialium formarum hæc enim nec est de essentia accidentium neque artificis, quod colligitur ex eodem ibidem docente quod sicut nasus non est de essentia simitatis & sicut circulum non est de essentia ligni vel auri ad aliud secundum Physicorum per partes essentiales solum non intelligit partes Physicas sed metaphysicas istæ enim cum possunt habere rationem totius ita etiam possunt habere rationem formæ ad vltimum dico verum esse masculum & fœminam non distingúi specie quia distinguantur solum ex parte materiæ hoc tamen non est, quia materia, nō sit de essentia, sed quia, non est pars formalis constituens speciem, vt articulo

præ-

præcedenti dictum est. Optima autem aduertit Caietanus, quod licet masculus & fœmina in genere substantiæ non distinguantur. specie tamen distinguntur in genere qualitatis, quia habẽt diuersas potentias naturales ad agendũ & patiendum, de quo capite de proprio diximus & in capite de qualitate ad primam rationem omnes partes definitionis simul sumptæ notiores debent esse toto non tamen quælibet pars ad secundam partes Vnite non habent alias partes ex quibus componantur sed semetipsis. Dices sunt idem cum toto ergo sicut totum componitur ita & ipsa. Respondetur negando consequentiã quia ratione distinguntur ab illo quod sufficit vt totum dicatur. Ex alijs componi, de quo questione vltima. Ad replicam supta factum dico: quod essentia vt speciei omnino completa respicit passionem vt aliam speciem omnino completam ex duabus autem speciebus contentis, & infimis non potest alia tertia resultare per se. Vnde illæ respectus per se in essencia tantum est ad causandam efficienter passionem & illam recipiendam: non tamen ad componẽndũ cum ea, materia vero respicit formam, vt incompleta essentia quæ per illam habet complẽri in determinata specie. Dices sequitur inde quod accidens fit perfectius materia: quia quod est simplicius perfectius est: accidens autem care ista Physica compositione, ergo perfectius est substantia completa & toto. Respondetur quod vt simplicius, sit perfectius composito duplex conditiõ requiritur. Prima quod sit natura completa: ob quod excluduntur materia & forma. Secunda quod sit per se existens propter quod excluditur accidens. Angeliau tem cum habeant vtranque conditionem, & sunt simpliciores materialibus substantijs, & perfectiores illis. Tãdem objcit Perei. Quod quamuis res materiales habeant materiam illam: tamen non includunt in sua essencia, & ita dicunt hominem essentialiter nihil aliud esse quam animal: sed tamen negant hanc propositsonem absolute, homo est animal, quia communiter inquit sumitur homo pro aggregato ex materia & formã quamuis solam formam essentialiter dicat. Sed profecto nihil absurdius dici potest, inde enim sequitur, quod homo est ens per accidens sicuti album, cum hoc tantum dicat formaliter, & essentialiter Albedinem, quamuis communiter sumatur pro aggregato in subiecto, & tali forma.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum materia prima ita sit pars quidditatis etiam indiuiduę, vt sit principium indiuiduationis illius.

S. Thomas locis infrà citandis sæpissime & quicum solent sequit, ait materiam primam signatam se ipsa in diuiduam esse, constituereque in diuiduam ipsam formam substantialem, accidentia vero constitui in esse indiuiduo á subiecto cuius sunt: substantias vero in materiales eo ipso quod carent materia esse indiuiduas se ipsis. Videndus est. 1.p.q.3.art.2.& 43.art.2.& 3. & q.50.art.4.& 3.par.q.72.art.2. idem repetit sæpius in libris sentenciarum & disputatis &c. nomine materiæ signate capreolus & Soncinas intelligunt materiam primam simul cum quantitate qua signatur & fauet ei. S. Thom. super Boetium de Trinita. q.4. art.2. vbi ait quod quantitas distinguit res materiales, & de veritate, & de malo materiam, aet, signata messe materiam cum determinatione. Talium Dimensionum vel sub dimensionibus, AEgidius, Iabell. & Caietano de ente intelligunt materiam cum potentia ad

Iste & seqns artic. sunt. 2.p.q. 7.& 8.

ham

hãc quantitatẽ: ita quod non ad aliã nomine autem huius quantitatis intelligunt dispositiones quibus materia fit apta ad recipiendam hanc formam substantialem pro hac sententia refertur etiam Henricus quod. lib. 8. q. 8. dicens quantitas secundum esse quo præcedit formam, in materia est causa indiuiduationis ipsius formæ: in quantũ vero ipsa forma actualiter recipitur magis se habet, vt declarans indiuiduationem rei, quam vt causans illam Caiet. vero. 1. p. q. 29. a. 1. retractat quod supra dixerat, quia potentia ad quantitatẽ est accidens: principium vero indiuiduationis debet esse substãciale, vnde materiã signatam docet esse materiam, non vt est potentia ad hanc quantitatem, sed vt est prima radix huius quantitatis, quæ prima radix substantia est, idem videtur sentire Magister Zumel. 1. p. q. 3. ar. 2. quamuis excellentiori modo id explicet idem etiam Bañez ibidem & primo de generatione. c. 5. q. 3. ait materiã signatam dici materiam cum ordine substantiali ad quantitatem, ita vt, sicut scientiæ dicuntur constitui per ordinem ad obiecta, ita materia prima, siue indiuidua. & principium indiuiduandi reliqua per prædictum ordinem, in qua re explicanda latissimé desudat, Alij materiã signatam exponunt materiam cum respectu ad dispositiones præcedẽtes generationem ratione quarum fuit quasi sygillata & determinata, ad hanc formam, adque adeò ad hoc compositum constituendum. Alij autem quod S. Thomas non negat entitatem quamlibet se ipsa indiuiduam esse, sed quo ad nos per materiam signatam rectè intelligi & exponi, cur hæc substantiam materialis sit hæc Auicembr. Auerro, Zimara, Cendunus, & Durandus in. 4. d. 44. q. 1. docẽt in compositis substantialibus est materia & forma, formam esse totale principium indiuiduationis, & ita deffendit Durãdus quo pacto Petrus senex sit idẽ numero cum se ipso iubene, & quo pacto quuis homo resurget, idem omnino numero licet non sibi tribuatur materia quam habuit in vita mortali Cartusianus in is secundo de tertia & pro se refert. Enricum vbi supra docet re esse indiuiduam per existentiam Henricus etiam refertur vbi sententia affirmare indiuiduum constituit per negationem qua existit, aut potest existere in rerum natura indiuisum in se & diuisum á quolibet alio: & ita vnum numero differt ab vno vniuersali, quod hoc nõ realiter sed ratione potest habere illam indiuisionem: quidam volunt quod Henricus tenet eandem sententiam Duran. quam statim referam vbi supra autem tãtum voluisse indiuiduum formaliter nihil addere supra rem quę est indiuidua nisi solam negationem. Duran. 2. d. 3. q. 2. nominalis & aureolus apud Capreolũ Tolet. tertio de anima. q. 18. con. 2. & 3. dicunt quanlibet entitatem intrinsicè esse se ipsam indiuiduã sicut & est ens, similiter extrinsice recipere indiuiduationem à quibus recepit esse atq, adeo eadem omnino esse principia indiuiduationis & entitatis. Scotus in secundo distin. 3. q. 6. & quidam recentiores, qui etiam pro se referũt Auicenam & Plótinum consequenter locuntur vt enim dixerunt vnitatem vt sic esse rationẽ positiuam distinctam ex natura rei ab ente, eam vero se ipsa vnam esse ita asserunt vnitatem numericam quam appellant ecceitatẽ esse modum cuilibet rei intrinsice conuenientem ab ea, quæ distinctum ex natura rei & cum modum se ipso indiuiduum esse reliquaq; constituere indiuidua.

Sane difficultas istius quæstionis ex varietate opinionum supra positarum facile constat, cum difficultetur veritas huius rei appareat, cum vnusquisque hac in parte in suo sensu abundabit nec mirum si abundaberim & ego. Breuiter tamen aduertendum pro his quæ dicenda sunt, quod sicut ens in tota sua latitudine continet entia generalissima species subal-

subalternas & infimas atque etiam individua sic & vnum commune adens sub se continet vnitates generum illarum specierum. atque individuorum, entitas ergo vna numero singularis seu individua appellatur ea quæ vt talis est omnino est incommunicabilis pluribus inferioribus similibus in ea entitate in ea quem multiplicatis, vt quæstione vltima prædicabilium in logica aliunde dictum est quo pacto humanitas mea est vna numero quia non est cõmunicabilis pluribus humanitatibus, & natura diuina dicitur similiter vna numero quia non est communis multis naturis diuinis. Quod autem sit communis multis suppositis nihil omnino impedit quin illa natura sit tam vna numero in se & singularis ac si soli vni supposito communicaretur similiter humanitas Christi Domini communicata de facto supposito diuino esset omnino eadem vna numero si cosuppositio relicto communicaretur humano, vnde obiter collige, quod licet bonitas mea. V.c. vel natura eadem indifferens esset vt contraheretur seu coniungeretur simul vel successiue cum diuersis singularitatibus nihilominus esset omnino eadem numero dari ergo in rerum natura entitates qui sint hoc pacto individuæ & singulares imo est primum principium per se notum quidquid est aut existere potest in rerũ natura esse hoc modo individuum & singulare vnde autẽ res habeãt hãc singularitatem seu vnitatẽ numericam, hoc opus hic labor, nota in quod quælibet natura siue substãtialis siue accidẽtalis siue cõpleta siue incõpleta põt dici individua, nã licet nõ dicatur suppositum nisi natura singularis omnino cõpleta in prædicamẽto substãtia nec dicatur persona nisi illud idẽ suppositũ in natura tamen intellectuali quo fit vt omnis persona sit suppositũ & omne suppositũ individuũ & singulare, nõ tamẽ ecõtra, omne individuũ est suppositũ nec omne suppositum est pẽrsona, sed abstrahit individuũ ab his omnib⁹ & de hoc in cõmuni & in particulari, in substantijs materialibus dubiũ est, vnde habeat quod sit tale an inquam a materia prima obiter tamen de omnibus dicam quotuplex autem sit individuum capite de specie in logica dictũ est dicitur autem sic quia indiuisum in se, & diuisum ab alio quopiam.

Omissis ergo multorum circa hoc figmẽtis primo certũ est apud omnes principiũ individuationis debet esse intrinsecũ enti singulari & individuo patet quia Petrus. V. c. intrinsice est hic & singularis ergo & cõstitutibũ illius in tali esse q̃ etiam est distinctibum a quouis alio vnde causa efficiens & finalis reijciuntur a ratione principij individuãdi, cũ sint extrinsecæa producto, & genito. Secundo certũ aũt tale principiũ individuationis in substãtijs individuis necessario debet esse substantia, de accidentibus infra patebit probatur quia Petrus. V.c. reduplicatiue, vt Petrus, continetur directe in recta linea substantię necessario ergo forma constituens illũ in recta linea & per se debet esse substãtia hãc habet expresse Magister Zumel 1.p.q.4. & nos sup.c. de specia in logica probauimus, vnde reijciũtur a ratione principij individuandi omnia accidẽtia siue relatio siue negatio sit, siue quãtitas vel figillatio illius in materia quædã disponũt ab introductionẽ formæ genitę possunt habere tantũ in fieri rationẽ principij individuandi & hoc solũ probãt thomistę nõ tamẽ in facto esse: vnde etiã reijcitur existẽtia à ratione principij individuãdi, quę vt supra in logica supponit iã naturã singularizatã quia natura singularis est quę existit. Tertio certũ est q̃ tale principiũ individuandi debet esse ex se tale vt quo, idest, id q̃ formaliter singulare & individuũ esse tale, patet quia esse tale à tali forma prouenit, ergo esse singularis a singularitatis forma sicuti esse albũ ab Albedine, debet ea

bet ergo esse ex se tale vt quo: vnde nec materia nec forma poterũt esse talia prĩcipia quia de se nec sunt vniuersalia nec singularia indiuidua sed tãtũ illis cõpetũt sua predicamẽta quidditatiua & cõnexio illorũ siue in quantũ forma, siue in quantũ talis: nam in quantũ forma cõpetit ei quod sit actus perficiens &c. In quantũ talis vero ꝙ sensitiua vel rationalis &c. Similiter materiæ in quantũ materia solũ cõuenit ꝙ sit purapotẽtia primũ subiectum, &c. in quantũ vero talis id est horũ inferiorũ cõpetit ꝙ appetat formas quas habet & quas non habet ꝙ sit principiũ corruptibilitatis, &c. quæ predicatorum connexio abvtro q; abstrahit scilicet cõmuni vel particulari, ꝙ dixi cõtra Vañez vbi supra & pereira. 6, Physicorum. c. 12. dicentem formam substantialem esse principiũ indiuiduãdi, quod nõ potest intelligi formaliter positiue & in facto esse,

Dico primo vnitas numerica seu singularitas est ratio quædam positiua nõ re sed ratione distincta ab ente tale illa quę est hæc indiuidua & singularis sicuti vnitas est formaliter ratio positiua sola ratione ab ente in communi distincta: vnde sicut substantia spiritualis, siue creata, siue increata existens potest existere aut potens existere se ipsa est intrinsice; hæc similiter materia .1. & forma informans tam substantialis, quam accidentalis se ipsa est hæc & vnio formę cum subiecto atq; adeo compositum ipsum sicut materia forma & vnione est ens: ita ac materia, ac forma, ac vniõne est hoc nollo dicere quod ex se materia & forma sint talia vt quo, & indiuidua, sed quod intrinsice per aliã rationem sibi super additã intrinsecam tamen non extrinsicam vt volebat Scotus id habeant vt conclusione sequenti patebit quæ erit huius explicatio. Vnde quanuis harũ variata seu mutata numerice ratione eo variabitur partialiter aut totaliter ipsum compositũ ita vt si cõpositum habet eandem formam non tamen eandem materiam vel è cõtra, vel etiam si habeat eandem materiam, & formam ea parte desinit esse tã idem numero ac antea erat probatur conclusio quia essentia totius pendet ab essentia partiũ ergo quales fuerint partes essentialiter, tale erit & cõpositũ ex eis dictũ autem est quod ratio indiuiduationis est aliquid intrinsecum enti indiuiduo, ergo & essentiale, & consequenter ratio indiuiduationis totius & alicuius completi a rationib⁹ indiuidualibus partium & incõpletorũ pendet. Quod autem talis ratio vniusqualibet ratione distinguatur ab hoc ente patet, quia eadem numero forma potest esse successiue in diuersis materijs, vt patet de anima rationali in progressu nutritionis, & præterea eadẽ numero materia sub diuersis formis, vt constat ex generationum vicissitudine ergo ex se vna quæq; illarum est intrinsice hæc, & vna numero. Præterea impossibile est producere entitate m quæ nõ sit hęc & indiuidua: omnis enim actio eo ipso quod actio est ad entitatem singularem terminatur, vniuersale enim secundum se nõ est productibile: cõfirmatur cuius entitati existenti seu possibili existere eo ipso repugnat esse plures numero alias non esset entitas, sed entitates, ergo eo ipso habet quod sit vna numero.

Dico secundo principium indiuiduationis entis materialis & substantialis formaliter positiue & in facto esse est illud prædicatum positiuum, quod super addit prædicatis speciei quodlibet singulare materiale itaque sicut homo. V. c. habet quod sit talis formaliter positiue & in facto esse habet rationaliter a principio, & a forma in facto esse quod super addit prædicatis superioris generis, ita Petrus. V. c. habet quod sit Petrus vt a principio formali positiue & in facto esse ab illo prædicato positiuo, quod super addit prædicatis speciei humanę, quod enim indiuidua ista addant

addant talia predicata eſſentialia ſibi intrinſeca prædicantis ſpeciei prouenientia pro capite de ſpecie in Logica proponatur autem concluſio: efficaciter tale predicatum poſsitiue formaliter & in facto eſſe conſtituit Petrum in eſſe Petri, & ſingularis. ſicuti rationale illum conſtituit in eſſe hominis tale ergo prædicatum eſt principium in diſtinctionis inſe & diſtinctionis a quouis alio formaliter poſsitiue & in facto eſſe quia Petrus in eſſe Petri nihil aliud dicit quam hic homo in ſingulari, q̃ ſit homo ab ſpecie, habet ergo quod ſit hic ab indiuiduo & ab aliquo ſubſtantiale & per ſe, quia in quãtum eſt hic directe ponitur in recta linea prædicamentali ſub homine, ſicuti homo ſub animali: ſed ad hæc poſſet reſponderi pro Scoto, quod quæuis talis entitas eo ipſo quod exiſtit, exiſtit ſingularizata, ſeu indiuiduata formaliter ecceitate illa quam ponit Scotus, quæ ecceitas ſe ipſa ſine alia ſingularis eſt, quod ſi forte ecceitas illa ſæparetur abentitate ſingularizata tũc entitas hęc maneret ſingularis originatiue vel radicaliter quo pacto communiter dicitur ſubſtantiam ſine quantitate manere radicaliter eſtenſam: ſed fruſtra hęc diſtinctio fingitur, vt diſtincta quia illa entitas ab iſta ecceitate diſtincta ſe ipſa ſufficienter intelligitur eſſe quid ſignaile & demonſtrabile ſicut ergo communiter & benedicitur differentia conſtitutiua Gabrielis eſſe intrinſice ſingularis & prędicatum poſsitiuum quod ſuper adit ſpecies illa ſuperiori, per quod conſtituitur Gabriel in eſſe huius & ſingularis, ita differentia conſtitutiua Petri in eſſe Petri intrinſice eſt talis & prædicatum poſsitiuum quod ſuper additur ſpeciei dices vnde habet iſta differentia formalis quod ſit intrinſice & ſingularis: Dico, quod ſicut rationale ſe ipſo eſt rationale, & exiſtentia ſe ipſa exiſtit vt quo, ita iſta differentia eſt ſe ipſa ſingularis vt quo, dices ſecundo vnde ſumitur in Petro talis differentia per predicatum poſsitiuum dico, quod a determinato gradu eſſentiali contrahente ſpeciem, ſicuti ſumitur rationale a determinato gradu in ſpecie humana, dices tertio & vltimo, quæ eſt ergo ſecundũ ſe talis differentia formalis & intrinſeca conſtitutiua Petri in eſſe Petri. Reſpondeo profecto ſi id ſcirem, vel eſſem angelus, vel haberem ſcientiam infuſam a Deo de Petro, cognoſcerem que eius paſsiones & proprietates, quod quidem per naturam impoſsibile eſt cum enim indiuidua cito intereant non valet experientia ad producendam ſcientiam de illis, ſed remotiſsime & a poſteriori colligitur per collectionẽ proprietatum quæ in vno eſt & in alio nunquã reperitur vt docuit Porph. ca. de ſpecie.

Dico tertio principium indiuiduationis ſubſtantię radix eſt indiuiduationis accidentium formaliter. Tamen poſsitiue & in facto eſſe indiuiduantur accidẽtia a ſuis prædicatis poſsitiuis quæ ſuper addunt ſuperioribus ſpeciebus modo explicato primum demonſtratur ſecundum Ariſtotelem & omnis ſubtantia radix eſt accidentium ergo hæc ſubſtantia in particulari radix erit horum accidentium in particulari ſecundam etiam meo videri demonſtratur. Nam ſicuti ſe habet ſubſtantia ad ſubſtantiã ita accidens ad accidens, ac conſequenter accidentia etiam formaliter poſsitiue &c. indiuiduantur pænes prędicata poſsitiua, quæ ſuper addunt ſpeciei. V. c. hæc linea lineæ hic color colori vnde infertur primo duo accidentia ſolũ numero diſtincta, ſecundum ſe bene compati in eodem ſubiecto numero cum a ſubiecto id non habeant formaliter ſed a proprijs differentijs & formis notinter dixi ſecundum ſe propter duas quãtitates quæ propter dimenſiones non ſe compatiuntur in eodem ſine illarum penetratione; quæ naturaliter nequit fieri quod quidem non prouenit ratione ſubiecti ſed ratione particularis naturę infero ſecundo cum Duran. ſupra quæ. 3.

Augu-

Augustino schola Parisiensi(quæ oppositum damnauit)& cum Buenau. Ricar. Soto, Gabr. Marsil. Alens. Alude. Sonzi. Iabell. Ferra. Thoma de Argentino Dionys. Carthusiano, Sylvestro, Magi. Zumel, & alijs quod sola natura diuina quæ nec est ex se plures neq; ab alio plurificabilis, quia non habet causam effectiuam est de se, & ex se vna numero ita vt nõ possit numericé plurificari. Vnde qui dixerũt q̃ angeli nõ sunt à Deo vt á causa efficienti cõsequẽter sed solũ vt á causa finali, q̃ aliqui imponunt Ar. senserũt nõ esse plures in eadẽ specie, quia tamẽ oppositũ est certũ ideo ci tati authores censent posse esse plures angelos sub eadẽ specie solum numero differentes, quia res seipsis sunt indiuiduæ: ergo sicut Deus creat materias & formas quascunq; plures eiusdẽ speciei potest & angelos præterea substantiæ immateriales sunt indiuiduæ & immateriales, quia impossibile est rem existere quin sit singularis & hæc quod ex dictis intrinsecũ est & essentiale cuilibet enci, at nõ est essentiali vlli speciei angelicæ esse tantũ in hoc indiuiduo quia neque id potest habere ratione materialitatis esse enim materiale nõ video quo pacto repugnet multiplicitati neq; quei d potest habere ratione infinitatis cum ea nõ habeat sola enim infinitas tollit multiplicationẽ, quia ei soli repugnat habere æquale & distinctũ. Præterea angelũ Gabrielẽ potest Deus anihilare qui sol' dicitur esse in illa specie, sed tũc potest Deus specie illã reparare creãdo aliquẽ aliũ angelũ sub eadẽ specie sicut á principio fecit nam cur nõ cũ maneat eadẽ Potẽtia creatiua, quæ cũ ex nihilo creet nullo alio indiget atq; adeo fuisse creatũ in ea specie aliquẽ aliũ angelũ nihil impedit quin modo creare possit de nouo. Dices, reparabit Deus specie illã reproducẽdo eundẽ angelũ anihilatũ. Sed cõtra quia licet ad id argumẽtũ ita respõderi posset vt cũq; dicẽdo in vnica specie infima vnicũ tantũmodo angelũ esse possibilẽ. Hoc videtur omnino incredibile quia duo angeli specie distincti habent in seipsis fundamentũ adhoc vt in genere cõueniãt, & distinguãtur specie: ergo similiter erunt possibiles duo numero distincti in illis enim daretur sufficiens fundamentũ cõueniẽtiæ specificę ac differẽtiæ indiuiduæ, vnde licet distinctio numerica in rebus materialibus sumeretur ex materia nõ ideò omnis distinctio numerica esse deberet ex materia; atq; á Deo ex eo q̃ angeli nõ habent materiã nõ ideò esset eis deneganda omnis numerica distinctio. Et licet sub eadẽ specie darentur duo angeli eiusdẽ speciei posset quiuis illorũ esse summe perfectus in illa specie, cũ omni modo similitudo aut æqualitas nõ tollat multiplicitatẽ. Vtrũ autẽ de facto dentur plures angeli eiusdẽ speciei alibi suo loco interim partẽ negatiuã veriorẽ iudico hoc corolariũ est contra Caietanũ de ente c. 5. q. 9. ad. 3. AEgydiũ Abulens. Erbeũ, Capreol. & plures Thomistas sequentes S. Tho. 1. p. q 50. ar. 4. vbi ait esse impossibile dari posse plures angelos eiusdem speciei, quod Bañes ibidem & nõnulli alij Thomistæ qui cõtra S. Th. tenent quæ dicta sunt respõdent S. Tho. solum intendit esse impossibile de lege ordinaria, quasi nõ sit ita cõgruũ nõ tamen de potentia absoluta: sed profecto S. Tho. expressè docet id implicare contradictionem eodem argumento, quo q. 13. art. 9. id docet vniuersæ de omnibus formis per se existentibus & nõ informantibus, & quæst. 41. artic. 6. probat esse impossibile dari duas filiationis in diuinis eo quod inquit non habent materiam, & quæstione. 76. articulo. 2. ad primum, ait ideò esse plures animas intellectuales numero diuersas, non verò plures angelos, quia illæ sunt formæ diuersarum materiarum, & qui defendunt S. Tho. id non asserere maiorem ei irrogant iniuriã, quia multo absurdius est ea ratione probare nõ dari plures angelos, quam sit absurda ipsa conclusio.

Argumenta cõtra conclusiones ex dictis manẽt soluta quædam enim solum probant solũ in fieri esse principiũ materia indiuiduationis nõ in facto esse, alia vero solũ substantiam esse radicem indiuiduationis accidentium non formaliter cũ hoc tamẽ alia solũ forma esse principium distinctiuũ & indiuiduationis in actu exercito quia differẽtia á forma sumitur & similiter contingit in indiuiduo nõ tamen absolutẽ & simpliciter, & in actu signato difficiliora tamẽ sunt. Primũ, q̃ ex se est tale videtur alijs causa, vt sint talia: ergo, quod ex se est indiuiduũ alijs erit causa indiuiduationis in rebus autẽ materialibus sola materia prima est de se indiuidua cum sola ipsa ex se eo quod est primũ subiectũ habeat, quod non sit in alio, sed alia sint in ipsa, & ideo sola ipsa ex se nõ est apta nata esse in multis in quo consistit ratio singularis sicut ratio vniuersalis cõsistit in hoc quod sit aptũ natum esse in multis: ergo materia prima est se ex indiuidua alia autem tam forma substantialisquã accidentalis indiuiduãtur, quatenus recipiuntur aut possunt recipi in prima materia licet forma quæ in alio nõ recipitur vt angelus erit ex se indiuiduus eadem ratione qua materia prima quia non est aptus esse in alio. Confirm. quia vniuersale, & singulare cum sint opposita debent habere oppositas rationes, ergo sicut vniuersale est id quod est aptũ esse in multis ita singulare, quod in nullo aptum est esse. Confirmatur secũdo, quia distinctio formalis est distinctio specifica: ergo distinctio indiuidualis nõ est formalis, sed materialis sumitur: ergo ex materia, vbi ergo nõ est materia & datur illa distinctio tãtũ potest esse specifica. Secũda ratio per id constituitur aliquid inesse indiuidui per quod distinguitur ab alio indiuiduo eiusdem speciei, sed vnum indiuiduũ ab alio eiusdẽ speciei, differt primo, per quantitatẽ non enim differt in quidditate seu natura in ea enim potius cõueniũt: ergo neq̃ue in materia neq; in forma, quę sunt partes quidditatis, & tantũ differunt in hac materia, & hac forma quatenus hęc est in vno, & alia in altero forma autem non est hęc nisi quia recipitur in materia signata, materia autẽ signatur per quantitatẽ: ergo per quantitatẽ primo differunt indiuidua eiusdẽ speciei ac cõsequenter quãtitas est principiũ indiuiduationis illius. Ad primũ dicẽdũ quod esse in pluribus per inhærẽtiã aut informationẽ nõ est de ratione vniuersalis tũ quia aliàs substãtię cõpletæ cum nõ sint hoc modo in alio nõ possunt habere rationẽ vniuersalis, & sic periret prædicamentũ substãtiæ in quo per se constituũtur substantię cõpletæ, tũ quia similiter esset de ratione singularis esse in vno solo, & ita materia prima in actu exercito cum hoc modo non sit in vno neq; in pluribus, neq; esset vniuersalis nec particularis. De ratione ergo vniuersalis est esse communicabile pluribus, & dici de illis per participationẽ multiplicẽ illius rationis vniuersalis. Cõtra verò esse singulare, vel indiuiduũ est hoc pacto esse in vno solo, ideſt, vni soli cõmunicabile, de eoq; solo dici, isto autẽ modo nõ plus cõuenit materiæ primæ esse in vno solo nec plus ei repugnat esse in pluribꝰ & dici de pluribus quã ipsi formæ, sicut enim forma verbi gratia, albedo dicitur de hac & de illa, sic materia de hac & de illa in quibus est, vt vniuersale in singulari, & de eis prędicatur, & sicut hęc materia de vna sola materia dicitur itaq̃ue albedo de vna sola albedine, per q̃ patet etiã ad primã cõfirmationẽ. Ad secundã sæpe dixi in logica ca. de specie q̃ distinctio numerica dicitur materialis non quidẽ quia sit per materiã, vt per principiũ, sed quia fit per formã materiæ immediatã illiq; cõiunctã. Ad secũdũ dico indiuidua eiusdẽ speciei esse secũdũ rationẽ idẽ in natura cõmuni at in natura & quidditate acceptis secũdũ realem existẽtiã differũt, quia habẽt naturas realiter distinctas. Et quidẽ forma per se ip

sam

sam intrinsicè est hæc, & nõ per hoc ꝙ recipitur in materia nisi cõcomittãter, quia quod sit hæc nõ habet nisi in materia, aut habẽdo ordinẽ ad materiã, signatio autẽ materiæ qua dicitur hæc nõ est per quantitatẽ, sed cõpetit ei vt dixi per aliquid sui generis scilicet, per ecceitatem substantiale talis materiæ primæ qua in prædicamento substantiæ differt numericè ab alia materia prima fateor ꝙ signatio qua dicitur tãta puta bicubita vel tricubita cõpetit materiæ per quãtitatẽ at hæc signatio nõ facit substantia individuã in ratione substãtiæ, sed in individua in ratione quãtæ, sic cõmuniter bene respodetur cõformiter tamẽ ad ea quæ ca. de specie in logica dicta sunt facilius. Respõdetur dicendo, ꝙ individua essentialiter differũt in natura singulari quãuis cõueniãt in specifica. Argumẽta quæ pro Scoto solent fieri nulla sunt, quia pẽdẽt in hoc quod est ponere eccei tatem quod refutare facillimũ est, cum nec sit materia nec forma nec accidens prædicamentale, nec existentia, nec substitentia, nec prædicatũ essentiale, nec ad aliquid necessariũ ꝙ magis est quomodo autẽ viuens toto tempore nutritionis, & augmentationis dicatur idem numero libris de Gener. est disputandũ.

Dubitatio appendix.

EX præcedentibus satis superq; manent explicata principia intrinseca individuationis supereſt explicentur extrinseca quæ in quam sint causæ cur potius producatur, hoc quam illud individuum, de quo pauci vsq; adhuc locuti sunt. Aduerte tamen, quod sicut ens reale ex natura sua est ens posſibile, vt omnes Metaphysici cõcedunt, ita quoduis singulare ens reale ex se est posſibile esse hoc & non illud individuum. V.C. ego ab ęterno fui posſibilis, & nõ alius, quod constat satis. Dubium ergo est, vnde oriatur, vt inter omnia individua posſibilia hoc individuum potius quam illud producatur de facto cum non sit magis posſibile vnum quam alterum.

Dico primo: Deus libera sua voluntate potest producere quoduis individuum ex posſibilibus, ita vt ad producẽdum hoc & non illud sufficiat eius velle liberum patet, quia omnia individua posſibilia sunt semper & eodem modo in potentia creatiua Dei in dependenter á quouis alio, extrinseco ita vt existẽte, vel soloDeo nihil omnino desit ad ꝓductionem cuiusuis entis producibilis. Deus enim potest quoduis creare ex nihilo est enim in dependens omnino producit autem hoc & non illud, quia sibi placet in ordine ad finis, quos sibi placet proponere potentia enim Dei indifferens erat ante vniuersi constitutionem: ad hos, vel innumeros similes, vel dissimiles effectus producẽdos nec existebat nec aliquid extrinsecum, quod exigeret á Deo magis creationem huius quam alterius effectus, & licet exigeret modo animam rationalem homo generans, qui fortè exigit modo hanc numero quã illam eo modo quo agens edducens formam edducit potius hanc formam, quam illam, tamen absolutẽ posſet Deus non obstare his legibus naturę, quia id etiam libere omnino prędstat hinc est posſe Deum quancumque entitatem corruptam iterum reproducere, quod de entibus permanentibus concedunt omnes Philosophi, & Theologi cum Augustino. 22. de Ciuitate dicente, quod si ista materia de qua homo factus est decidisset in omnino nihilum, & non manſissent vllis naturę latebris adhuc posſet Deus eandem numero reparare. Idem Sanctus Thomas quarto contra Gent. capit. 81. quodlibeto quarto, articulo quinto. Hẽricus quodlibeto sexto, quęstione. 16. Soto in quarto, distinctione. 43. quęstione prima, articulo tertio. Fonseca, quarto Metaphy. quęstione quinta, sect. 6. in fine vbi ait vnionem illam seu actionẽ vniẽdi in resolutione animã cũ corpore

diuersam esse ab ea qua primo in gene ratione fuit vnita, vnitatem verò cõpositionis resultantẽ eandẽ futurã quia cõpositũ est vnum & idẽ patet conclusio. 1. quia cui nõ repugnat esse nunc & prius nec repugnat fieri nunc, & prius quia fieri ordinatur ad esse nec est primum esse, nec videtur, quid obstet quod illa res interrupit esse. V.c. sicut idem numero angelus, qui à principio mundi existit modo licet non continuaret illud esse aliquo tẽpore inter medio anihilatus á Deo posset similiter existere idẽ præterea Deus potest cõstituere eandem numero rem in diuersis locis discõtinuis cur ergo similiter nõ posset in diuersis temporibus discontinuis. Tandẽ Deus postquam anihilasset mundũ V.c. non aliter se haberet, quam se habebat antequam illud creasset, neq; esset ipse Deus minus independens ab omni alio ergo non minus posset tunc creare mũdum anihilatum quam poterat antea nũquã creatũ, quæ argumẽta meo videri idẽ cõcludũt de entitatibus successiuis de quodl. 4. iterũ reddiuit sermo.

Dico secundo: Quoad reliquos effectus qui producuntur medijs principijs naturalibus, & via naturali probabiliter dici potest primo ideò produci potiꝰ hos numero quam illos, quia fiunt à tali agente, & ex tali subiecto tali loco & tempore alijs ve circunstantijs positis à Porphyrio cap. de specie & ab earũ collectione, ita vt hæc omnia simul, vt aliquomodo hoc potius quam illud producatur, patet; quia cum sint possibiles in numeri effectus ipsaq; causa secunda ex se sit indifferens adhunc & ad illum, &c. ab aliquo alio determinãda est magis adhunc quam ad illum nobis autem nullum aliud determinans innotescit præter innumerata: ergo. &c. & idem dicendum de anima rationali quam Deus creat hanc numero non illam licet libere, quia hanc exigit hoc agens hæc materia hæ dispositiones, & hæ circunstantiæ, quod autem omnes illæ conditiones debeãt conuenire, patet, quia quamuis datur in differentia: & indeterminatio ad diuersos numero effectus. V.C. ad hoc agente in hoc tempore, & loco possunt in diuersis materijs produci effectus numero diuersi, & in hac numero materia in eodem loco, & tempore á diuersis agentibus effectus numero diuersi producerentur idem. Dico de alijs quamuis fortè sola variatio loci non varier effectum cut enim idem numero ignis in hoc tempore non produceret eundem numero effectum, siue mihi applicaretur hic siue Romæ, nihilominus sicut tempus licet sit quid extrinsecum variat effectum ita etiam idem potest afirmari de loco neque enim vnitas temporis, videtur magis requisita ad prædictum effectum quam vnitas loci prædicta ratio vero similior redditur asserendo, quod ipsa materia & circunstantia loci ac temporis sunt agenti saltem occasio cur applicet virtutem suam ad producendum hunc numero effectum potius quam illum, ita vt, sicut forma diuersa in specie exigit natura sua dispositiones specie diuersas saltem in esse complexionis, de quo parte secunda quæstionis, & forma corporis corruptibilis exigit diuersam materiam quam forma cœlorum, talisque materia, talisque forma apte cohærent vnaque alteram expoſcit iure naturæ, ita hæc numero materia hæ dispositiones tale tempus & locus aliæque circunstantiæ si quæ sunt eiusmodi exigunt iure naturæ, vt producatur talis numero effectus; & hæc ratio videtur colligi ex Arist. 5. Physico. capit. 3. text. 35. docente ad hoc vt motus sit idem numero (quod est esse eundem absolute debere esse idem subiectum eundem locum idem tempus. Secundo dici potest casu contingere, quod agens inter dispositiones quas habebat in sua potestate produceret potius has quam illas hanc formam substantialem quã illam & consequẽter hanc potius indiuiduam

substan

substantiam quã illam. Tertio dici posset eam determinationem fieri ab autore naturæ eo quod ea determinatio adhunc numero effectum potiusquam ad alterum non apparet quo pacto fieri possit medijs causis secundis, quæ quamtũuis plures conueniant semper sunt ex se indifferentes ad diuersos numero effectus, vt libro sequenti patebit, & ita videtur pertinere ad autorem naturæ, vt immediatè per seipsum prouideat his casibus quibus tota natura creata prouidere nequit in eisque maximè naturam illam quasi recognoscere autoré naturæ esse supra totam naturam.

Ex his colligitur non posse á causis secundis eundem numero effectum naturaliter reproduci. Ita Ari. 2. de Generatione. c. 11. Dionys. 5. metaph. q. 6. Durandus supra. q. 3. S. Thom. 4. contra Gent. c. 81. quodlibeto. 4. ca. 5. Soto vbi supra Sonzin. 5. metaphys. quæs. 6. quod patet, quia omnia illa quæ in conclusione diximus esse necessaria, vt sit idem numero effectus, non possunt naturaliter reproduci saltem idem numero tempus. Vnde nec actio eadem erit numero absolutè, atque adeo nec idem numero terminus de quo alibi etiam dictum, & in post prædicamentis capitu. de oppositis dictum est.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm materia possit existere sine forma potentia Dei absoluta?

SCotus. 2. sententiarũ. dist. 2. q. 12. & eius sequaces supra citati imò Sotus vbi supra partem affirmatiuã intuetur omnes enim ferè qui concedunt propriã habere existentiam non medicata materia forma consequenter loquuntur, sicq; dicunt probabiliter sanè etiã posse sine forma existere supernaturaliter nã de potentia ordinaria supra patebit dixi notãter fere omnes, quianouissimè sunt quidã asserẽtes habere propriã existentiã nõ tamẽ posse sine forma existere. Quã sentẽtiã fateor me nõ intellige re, sed primi probãt primo, quia nõ magis pẽdet materia á formaquã accidẽs á subiecto, qm̃ id quod est posterius magis pẽdet á priori quã prius á posteriori, accidẽs autẽ omnino est posterius subiecto natura vero prior forma in suo genere cõstat autẽ supernaturali potẽtia accidẽtia sine subiecto in sacramẽto altaris existere: multo ergo meliùs poterit materia sine forma secũdo omne, quod est prius, & absolutũ ab alioq; realiter distinctũ absq; posteriori potest esse, vt dicebã q̃ nõ est de essentia illius, sic aũt se habet materia reto. formæ: ergo. Tertiò, q̃ facit Deus medijs causis secũdis, seipso solo potest, cõseruat autẽ Deus medi. forma materiã, vt causa secunda ergo illã Deus poterit supplere. Quartò & vltimo. q̃ immediatè Deus producit immediatè potest cõseruare immediatè autẽ creauit materiã: ergo immediatè potest illã cõseruare sine forma. Quintò si haberet propriã existẽtiã posset naturaliter separari: ergo licet nõ habeat poterit saltim supernaturaliter separari. Notandũ primo, q̃ cum duplex sit effectus formalis alicuius formę alius primarius, & alius secũdarius existẽtia, secũdo modo est effectus formę differunt aute inter se isti effectus primo, q̃ primarius primò, & immediatè nascitur á forma nõ præsupposito alio effectu eius dẽ formæ, sicut esse calidũ formaliter prouenit á calore, effectus verò secũdarius medio priori nascitur á forma, vt esse calefactiuũ prouenit á calore, medio esse calido, q̃ tribuit subiecto, differũt secũdo, q̃ primarius est intrinsecus formę, & ita est pure effectus formalis cõsistes in actu primo essẽtiæ accidẽtalis, vel substãtialis, sicut potẽtia vitalis reddit subiectũ potẽs in actu primo. effectus verò secũdarius nõ est intrinsecus

omnino formę & ita nō est pure forma lis, sed aliquid efficiētis habet admixtū, & cōcernēs actum secundum, sicut est operatio vitalis respectu potētię vitalis á qua nascitur formaliter cum specificetur ab illa & effectiuè cum procedat ab illa medio effectu primariò. Tertiò differunt, ꝙ primarius & forma ita inseparabiliter cōiunguntur in subiecto ꝙ implicet formā esse sine tali effectu, vt albedinē in subiecto sine albo, & effectum sine illa, vt album sine albedine in eodē subiecto secundarius vero & forma nō ita inseparabiliter cōiunguntur in subiecto quia licet effectus talis in subiecto nō possit esse sine tali forma, vt operatio vitalis sine potētia vitali cōtra tñ potest esse potētia vitalis sine tali operatione, & ab illa quamtumuis naturali necessaria potestá Deo impediri; ia ergo existentia effect⁹ est formalis, secundarius tñ ipsius formæ, ꝙ patet ex eo, ꝙ specificatur á forma áquá ꝓcedit vnde existentia equi specie licet incōpleta distinguitur ab existentia hominis. Similiter potest esse forma in subiecto sine sua propria exiltentia, vt est anima rationalis Christi in eius materia. Adde, ꝙ esse existentię ꝓcedit á forma præsupposito esse essentię ꝓuenienti ab eadem forma, pri⁹ enim saltem natura anima rationalis V.c. dat esse hominis essentiale rationalis licet sine quo nullo modo potest homo intelligi, deinde dat existentiam humanam sine qua necessario potest intelligi homo & ita exestentia effect⁹ est secundari⁹ formæ. ¶ Secundo notandum, ꝙ cum existentia ex dictis supra sit terminus essentiæ singularis, & indiuiduæ necessario debet præsupponere quidquid essentialiter requiritur ad esse indiuidui essentiale, ꝙ petit esse sub aliqua specie certa, & ita necessario præsupponitur certa species in re, vt sit subiectum capax existentię. Nam sicut nihil potest esse sub aliqua specie qui in sit sub aliquo certo genere, quia species essentialiter sub genere claudit ita nihil potest esse sub aliquo singulari, quin sit sub aliqua certa specie. Quia indiuiduū etiā essentialiter sub specie cōtinetur. Vnde, tota difficultas stat in hoc an materia possit esse sub aliqua certa specie sine forma illi actualiter cōiuncta an vero illa indigeat, vt sic specificetur nā ex hoc pēdet an materia sit capax existentiæ seclusa omni forma substantiali, quia licet ex dictis cōstet formā de potentia absoluta non requiri ad cōmunicandam, & causandam existentiam materiæ, cū materia Christi existat existentia diuina nō proueniente ab anima, nō tamē constat an materia sit capax recipiendi talē existentiam, vel ab alio, vel á forma sine eo quod habeat formam actu coniunctam cum talis materia in Christo habeat sic animam actu, & quamuis in triduo fuerit ab anima separata retinendo existentiam diuinam quia tamen loco animæ susceptit aliam formam nempe cadaueris nō potest ex mysterio isto incarnationis certo colligi an materia se sola sit capax existentiæ, ita ꝙ ipsa possit á verbo assumi sine vlla forma ita existere absq; forma de potentia absoluta ad rationes: ergo veniendum est. Sit cōclusio nullo modo materia adhuc de potentia absoluta potest existere sine forma, nec alicuius existentiæ est capax sine forma, ita S. Tho. 1. p. q. 66. ar. 1. quodl. 3. ar. 1. de Potentia. q. 4. ar. 1. Duran. in. 2. d. 12. q. 2. & ibidem Thomistæ S ōzi. 8. metaph. q. 1. Ferrar. 3. cōtra Gēt. c. 4. Valle. cōtrouer. 7. Cate. de ente. c. 5. q. 8. Auer. 2. Phi. Cōment. 12. Auicena. 2. Metaph. c. 3. Iabell. 8. metaph. q. 1. Magist. Zumel tom. 1. q. 66. art. 1. Probatur, ꝙ implicat contradictionem non cadit sub potentia Dei quia res in se non est factibilis, ita autem se habet quod materia existat absq; omni forma quia existentia est terminus essentię singularis sub aliqua certa specie constitutæ, implicat autem contradictionem, quod sit materia singularis sub aliqua certa specie nisi me

dia

dia forma, ergo. Dices quemadmodum potētia visiua specificatur à colore, quāuis color nō existat actu, per ordinē solū transcendentalē ad illū, ita materia potest specificari à forma per ordinē tantū ad illam. Vnde, quāuis illā nō habeat actualiter coniuncta erit in specie certa & ita erit capax actualis existētiæ contra est quod potentia visiua est determinata ad colorem ex natura sua, vnde nō indiget actuali cōiunctione cum eo, vt specificetur ab illo materia. Verō secūdum se indifferens est ad omnes formas vt infra patebit. Vnde ad nullius speciē potest determinari, nisi qua actualiter coniungatur cum aliqua determinata forma, quando enim omni forma caret eū omnes posset recipere nulla est maior ratio quare ad specie huius quā illi' trahatur. Dices secūdo, quamuis hoc sit verū in materia generabiliū tū in materia cœli id nō tenet, quia respicit vnam formam singularē tanquā actū adæquā tū: ergo per ordinē aptitudinalē ad illū potest specificari. Respōdetur, quod quāuis in reb' quæ actum aliquē includunt possit sumi specificatio ab aliquo omnino extrinseco neq; actualiter existenti, vt patet in potētia visiua, quia tunc specificatiuum tātum est cōplemētum rei specificatæ; sed in rebus quæ sunt pura potētia specificatio non potest sumi ab aliquo nō existente, vel separato, sed actualiter coniuncto, quia tunc specificatiuum est tota species rei ita quod illa ex se nullā habeat determinationē ad certam speciē nisi illam quā comparat ex actuali coniunctione cum forma specificante. Vnde quamuis possit cōmunicari materiæ existentia quæ nō est effectiuē à forma, tamen huius existentię non esset capax nisi haberet priusactualiter coniunctam formam. Dices tertio potest Deus concurrere cum igne ad cōbustionem, & corruptionem ligni ita, ꝙ forma ligni totaliter corrumpatur, & potest tunc impediri concursum causarum secundarum, ne introducant aliquam formam in illo ligno: ergo illo casu dabitur materia sine forma, quia nec sub forma ligni nec sub alia forma Respondetur, quod licet Deus absolute possit impedire concursum causæ efficientis non tamen in casu posito bene enim potest Deus non concurrere cum homine ad generationem hominis, & ita non generabitur homo. Postquā tamen concurrit nō potest impediri, quin introducatur anima rationalis ex pacto ipsius Dei cum natura, & libera sua ordinatione, ita licet possit impediri concursum causæ efficientis postquam tamen concurrit cum igne ad ligni corruptionem necessario debet concurrere cum alio ad productionem alterius formæ cum illa materia. Secundo patet conclusio nam si possit existere materia sine forma vel existentia propria, & hoc non quia eam non habet in ista sententia vel existentia causata à forma, & neque hoc quia existentia est effectus formalis formæ licet secundarius: ergo esse non potest sine forma à qua causatur, vel existentia aliena à Deo immediatè, & multò minus quia secluſa forma non est in aliqua specie certa, & ita non est capax alicuius existentiæ etiam à Deo proueniētis, existentia enim essentiam supponit, vnde merito propter hoc dicunt Theologi communiter tertia parte, quæstione quarta, articulo primo, vbi Medina quod licet possit Verbum sibi hypostaticé vnire solam formam absque vlla materia, non tamen ēcontra solam materiam sine forma, quia forma ex se habet determinatam speciem, & ita est ex se capax existentię, vnde cumque proueniat, materia verō non ratione dicta.

Ex his infero, quod sicut essentia accidentalis non potest existere nisi existentia accidentali, quæ suapte natura, est in existentia, quia ista essentialiter talem essentiam petit & eam supponit, ita est actio substantialis

non potest existere existentia accidẽtali, sed substantiali eadẽ ratione, & ita materia prima cum sit substantialis essentia non potest existere existẽtia formæ accidentalis, vnde secluſa forma substãtiali quamuis ponatur accidentalis nõ est capax existentiæ, & ita decipitur Magister Soto dicens, quod in opinione eorum qui ponunt quãtitatem immediatè in materia de quo secũda parte quæstionis potest materia existere sine forma substantiali cũ existentia quantitatis nam essentia materiæ cũ substãtialis sit non potest existentia accidentali terminari, ſicut nõ potest corpꝰ terminari linea aut superficies puncto, quia diuersa terminabilia essentialiter, vt sunt prædicti requirunt diuersa terminatiua essentialiter, vt in veriori opinione dixi in logica canite de quãtitate. q.1. vnde, ſicut linea nullo alio terminatiuo potest immediatè terminari niſi pũcto ad huc de potẽtia Dei absoluta, neq; superficies niſi linea, neq; corpus niſi superficie; ita essentiæ substãtialis niſi existentia substãtiali, ita accidẽtalis accidẽtali immediatè &.1. infero.2. falſum esse ſententiã quorũdã discentiũ materiã ſolũ propter ordinẽ vniuerſi nõ posse existere sine forma, quia ex propria ſua natura id habet omni vniuerſo ſecluſo ita, vt oppoſitũ implicet, vnde ratio S. Tho. 1.p. vbi ſupra non ſolũ procedit de impoſſibili naturaliter, de quo ſtatim; ſed de impoſſibili ſupernaturaliter, quidquid gloſet Caietanus, quia infert duo contradictoria, quæ non poſſunt vlla potentia verificari.

Ad argumẽta: Ad primum licet accidens ſit poſterius ſubiecto, & materia prior quam forma in ſuo genere tamen magis pendet materia à forma quã accidens á ſubiecto, quia iſtud dependet, vt actus imperfectus á perfectõ, & ita aliquẽ actum includit. Illa vero cum nullo modo ſit actus magis pendet, & quoad eſſentiam, & quoad exiſtentiam. Ad ſecundum patet ex dictis, quamuis concedatur maior, quia eſſentialẽ ordinem dicit ad forma. Aliter Caietanus, quia inquit, materia nõ est ſimpliciter prior forma, ſed ſecundum quid tantum, & de hac prioritate negãda est maior. ſed contra inſurgunt Scotiſtæ, quod eſt prius via originis eſt prius ſimpliciter quã id quod eſt prius via perfectionis, materia autẽ eſt prior forma via originis: ergo, ſimpliciter eſt prior. Adhoc Caieta. primo dicit, ꝙ maior eſt falſa quoniã motus circularis prior eſt motibus rectis ſimpliciter tamẽ nõvia generationis ſed perfectionis. Et ſimiliter Deus prior eſt ſimpliciter omnibus creaturis nõ tamẽ via generationis, ſed perfectionis. Hæc tamen ſolutio limitãda eſt. Nã iſti duo ordines, ſcilicet, via generationis, & via perfectionis, & poſſunt comparari reſpectu eiuſdem rei, & etiã reſpectu diuerſorum. Secundo modo, quod eſt prius via perfectionis ſimpliciter eſt prius, vt Deus & motus circularis; at primo modo quod eſt prius via originis ſimpliciter eſt prius, quia natura ſemper procedit ab imperfectioribus ad perfecta, & ita falſa eſt illa maior, quia materia, & forma non habẽt vnum, & idẽ reſpectũ ratione cuius comparentur, & ita vt ſic ſunt diuerſa vbi obiter aduerte, ꝙ idem Axioma negatũ ab Scotiſtis q. de primo cognito, ſcilicet, id quod eſt perfectius eſt prius, & ita prius cognitu ſpecialiſſima entis, hic vero ecõtra negãt. Secũdo reſpõdet Caiet. diſtinguẽdo minorẽ, ꝙ materia ſecũdũ eſsẽtiã eſt prior forma nõ tñ ſecũdũ exiſtẽtiã quã habet ab illa ſed cõtra forma non introducitur in materiã nõ exiſtẽtẽ, quia ſic in nihilũ introduceretur: ergo materia etiã quoad exiſtẽtiã eſt prius forma. Reſpõdetur, ꝙ adhoc ꝙ forma ſic introducatur ſufficit ꝙ in eodẽ inſtãti tẽporis vtraq; ſimul exiſtat, nõ tñ cõſiderata materia in prioritate naturæ, in quo non eſt neceſſe, ꝙ præexiſtat. Tertio reſpondet Caiet. negãdo cõſequẽtiã, quia nõ valet eſt priꝰ ſimpliciter: ergo põt eſſe ſine alio

Nam

Nam calefactio est prius simpliciter calore non tamen sine illo est. Et idem de albedine & esse albo, sic non valet. Nã quamuis existentia materiæ sit effectus secundarius formę essentialiter pendet ab illa vt dictum est. Sed contra quod contingenter se habet ad species contingenter se habet ad genus illarũ vt quia contingenter se habet homo ad album et nigrum contingenter etiã se habet ad colorem. Materia autem contingenter se habet ad formas in particulari. ergo. contingenter se habet ad formam in communi ac per consequens poterit existere absque illa Respondetur, Quod id quod contingenter se habet ad species determinate sumptas & in particulari non se habet cõtingenter ad genus quantitas. n. accidẽtaliter se habet ad hanc vel illam figuram non tamen ad figuram in communi, sed necessario: quod vero contingenter se habeat ad species disiunctim sumptas contingẽter se habet ad genus, sed sic materia non se habet ad formas contingenter sed potius necessario. Ad. 3. Respondetur, Deum se solo facere quod medijs causis secundis efficientibus non tamen formalibus vnde nequit album sine albedine facere vnde autem hoc proueniat lib. sequenti. q. 3. dum agamus de causa formali patebit. Ad vltimũ Deus quamuis non media causa efficiẽti producat materiam non tamen potest producere sine forma media quam nõ supplet propter aduinctam imperfectionẽ confirmatur. 5. petit artic. sequentem.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum ex Hypotesi quod materia prima habeat propriam existẽtiam posit ab omni forma separari virtute causarum. Naturalium

MArsilius in. 2. q. 8. & in. 3. q. 13. Gabriel in. 2. d. 12. & alij ideo sit supposito quod non reciperet esse à forma asserunt omnem materiam in mũdi creatione & materiam humanitatis Christi domini in Triduo mortis eius extitisse sine forma. Hi pro se referunt Augustinum, Ambro. Chrisostomum, Cyrilum, Bedam, Gregorium, Hieronymiũ, Eucturiũ, Abulensem, in principio Geneseos. quasi in sinuent id significari illis verbis: Terra erat inanis & vacua. Et videtur fauere trãslatio septuaginta interpretum, & tex. Hebraicus, vbi significatur illud inane fuisse prope nihil. Imo voces Hebraicę secundum quosdam illius linguæ peritos significant materiã primam appetentem formã, sed hæc opinio omnino est falsa, nec consona prædictis sanctis, vt ostendunt Theologi recipue. Magister Zumel. 1. par. in materia de opere sex dierum, &. 3. part. q. 50. artic. 5. Medina cõclusione. 2. & communis docet materiam Christi in triduo nõ fuisse solam sed sub forma cadaueris.

Conclusio ergo negatiua vera est & habetur communiter ex Aristo. 5. &. 8. Metaph. 1. quem sequuntur Auicen. 2. Metaph. 2. &. 5. ratio conclusionis hæc reddi solet, res non potest naturaliter separari à suo fine forma est finis materię, ergo. Maior huius rationis falsa est, Lapis enim potest separari à centro virtute agentis naturalis homo virtute sua naturali, potest separari à suo fine nõ solum supernaturali, sed etiam naturali. Præterea si aliqua ratione illud argumẽtum concluderet maxime quia materia prima natura sua appetit formã aliquam; sed contra hoc est obiectio facilis: Anima rationalis natura sua appetit vnionem cum corpore, & tamen virtute agentis naturalis potest à corpore separari. Idem dico de re appetente, suũ locum naturalem, verum est has separationes esse violentas rebus his quę separantur: sunt tamen naturales ipsis agentibus ideo naturaliter ab illis pro-

ductę. Sit ergo prima ratio, si id fieri posset naturaliter contigisset aliquãdo at numquã materia reperta est nuda ab omni forma substãtiali. Adde eque hor rendum videtur quod materia prima sit vacua & priuata omni forma, sicut quod spacium sit priuatum omni corpore, sed natura intra suos limites nullo modo patitur dari naturaliter vacuum ergo, &c. 2. accidens nõ potest naturaliter separari ab omni subiecto rec forma materialis ab omni materia ergo nec materia ab omni forma. Dices, nego consequentiam, quia materia est fundamentum contra quia est incompletum ex natura sua, vt est pars, & est pars difformis ac turpis ergo illam non patitur natura in tali statu. Vltima tandẽ & potissima ratio fit, nullum agens naturale potest intendere malum sub ratione mali, quia non intendit nisi quod appetit; non autem appetit nisi bonum sub ratione boni ergo non potest intendere priuationẽ materię ab omni forma hoc enim malum est formaliter, & respectu nullius est bonum.

Sed dices an ex eadem dicta hypotesi atq; materia semel sit virtute aliqua separata ab omni forma conseruaretur naturaliter in illo statu. Respondeo affirmatiuẽ primo quia si materia habet propriam existentiam, ergo, quod existat materia non habet intrinsice à forma sicut forma non habet à materia quod existat intrinsice ergo neutra pẽdet ab alia in genere causæ intrinsice, at in genere causę extrinsice forma materialis educitur è materia & pendet ab illa vt à subiecto in quo consistit ipsa, materia vero non ita à forma vt cõstat, ergo licet forma materialis, vt dicemus q. sequenti, nõ possit naturaliter cõseruari sine materia poterit tñ materia sine omni forma; materia.n. & forma respectu sui inuicem dicũtur causę extrinsice, quia nec forma habet à materia rationẽ intrinsecam formę nec materia habet á forma rationẽ intrinsecam, materię, vt lib. sequenti. q. 2. &. 3. patebit. Dices argumentũ probat formã materialẽ pendere á materia in fieri, sed non inde sequitur quod etiã in conseruari; homo enim pendet ab homine in fieri, non tñ in conseruare. Contra nam forma materialis pendet á materia vt à fundamento subsistentantis multo magis quã ab ipsis dispositionib⁹, vt materia sit potissima & prima causa materialis, accidentia vero non nisi dispositiua & proxima, materia vero propria habet existẽ tiã non pendet á forma in proprio esse, sed in hoc q̃ est esse formatam et actuatam, quod non habebit sine forma. Nec obstat existentiã materiæ partialẽ esse, nam existẽtia animæ rationalis est etiã partialis & tñ naturaliter conseruatur sola. Dices anima rationalis sicut in operando est independens à materia; sic ideo etiã in essendo At materia nuda nõ est principium alicuius operationis actiuũ, contra anima rationalis non est independens in essendo eo quod est independens in operando sed potius contra, licet á posteriori ex independentia in operando, monstremus independentiam in essendo. Materia autẽ prima est etiã in essendo incorruptibilis & independẽs vt dixi, in suo proprio esse á forma, ergo &c. Fateor materiã ita separatã fore in statu violento & prętternaturali maxime appetentem informari forma. Plures aliæ rationes solent ad duci. vt quod non sit agens naturale, quod possit corrumpere materiã ita separatã & alia huius modi sed debiles, & quas facile quius informauit, sicut & facile dissoluet argumenta multa quæ contra conclusionem nostram fieri solent.

ARTICVLVS. X.

Vtrũ materia prima sit principium corruptibilitatis.

DVrandus in. 1. d. 12. q. 2. affirmat ita vt dicat sufficere ad q̃ vt aliquod com-

compositum sit corruptibile quod constet materia.1.&c.1.authoritate Aristo. 10.Metaph.c.5.definientis potentiã passiuam est principium transmutandi aliud in quantum aliud, materia autẽ est potentia passiua ergo est tale principiũ, & consequenter corruptibilitatis; nam corrumpi sequitur ex mutabilitate substantiali, ex hoc enim prouenit lignum esse corruptibile quia eius forma substantialis in aliam potest transmutari. 2. potentia passiua est principium contradictionis ex Arist.9.Metaph.c.9.materia ergo principium est contradictionis, & consequenter essendi, & nõ essendi ergo corruptibilitatis quoniã ex hoc prouenit aliquid esse corruptibile & incorruptibile quia scilicet potest esse & non esse. Tertio ex hoc cognoscimus á parte rei esse materiam primam, quoniam videmus esse mutationes substantiales, & ita debet esse aliquod subiectũ circa quod operentur quod est materia prima vt art.1.dicebam, ergo vbi fuerit aliquod mutabile substantialiter ibi erit materia, & vbi fuerit materia ibi erit mutabile substantialiter. Materia igitur principiũ est mutabilitatis & consequenter corruptibilitatis. Esse enim aliquid corruptibile prouenit ex hoc ꝙ sit mutabile substantialiter vnde infert Duran. quod in corporib⁹ cœlestib⁹ nõ est materia sed sunt quædã formæ simplices, alias essent corruptibilia. Alij etiã Philosophi quos refert.S.Tho. 1.p. q.66.artic.2.existimabant cœlos quantũ est ex natura sua esse corruptibiles, quoniam habent materiã, quæ est principium corruptibilitatis, esse tñ incorruptibiles est primę causę voluntariæ propter conseruationẽ vniuersi. De sententia autem Durand. circa hoc an sit probabilis nec ne.2.lib.cœli dicam.

Notandũ primo quod aliud est corruptio aliud corruptibilitas. Corruptio enim est quædã mutatio cũ generatione coniuncta in fieri, de qua certum est quod sit materia forma & priuatio tanquam principia generationis ita etiam corruptionis mutatis mutandis, quia priuatio est terminus á quo generationis. Forma vero illi opposita est terminus ad quem, vtrobiq; tamen semper manet materia, vt subiectum. At corruptibilitas potentia quędam est ad corruptionem ordinata. Secũdo aduerte quod corruptibilitatis duplex est principium, aliud extrinsecum scilicet vel agens cõtrarium vel dispositio ab illo causata in passo aliquid corrumpendo sicut ignis respectu aquę vel calor inaqua causat⁹. Aliud est intrinsecum, scilicet radix illa naturalis inuenta in re áqua dimanat ratio incorruptibilitatis, quę duplex est alia proxima scilicet ipsa essentia rei corruptibilis á qua dimanat ista passio corruptibilitatis, sicut dimanat ab essentia hominis risibilitas. Alia est remota vt pote pars illa Physica essentię constitutiua áqua habet essentia quod sit principium talis passionis sicut est anima rationalis respectu risibilitatis. De hac ergo dubitatur an materia prima sit principium intrinsecum radicale & remotum corruptibilitatis, quę reperitur in composito naturali. Vltimo aduertendum materiam dupliciter posse sumi.1. pro vt non est satiata sua forma quando scilicet habet appetitum & sitem ad alias formas, qualis est materia horũ inferiorum.2.pro vt est saciata sua forma & est illa quæ non habet appetitum ad alias, sed sua est contenta.

Dico primo materia absolute sumpta non est principium corruptibilitatis, probat.S.Tho. vbi supra hac ratione; quia in cœlo est materia, cum sit substantia, existit enim per se non sola materia, nec sola forma, ergo compositum ex vtraq; non materia, quia ex dictis nõ potest dari sine forma, nec sola forma quia omnis forma quæ separata á materia potest esse, habet intellectum & voluntatem quibus caret cœlum, cũ nõ sit capax beatitudinis; cœlũ aũt nõ est corruptibile, ergo materia absolute sũpta

non

non est principium corruptibilitatis. 2. cœlum habet accidentia sensibilia, scilicet lumen & quãtitatem, ergo, habet materiam, quia accidentia sensibilia solum in materia subiectantur, vt lib. 2. de Generatione dicetur, figura. n. quantitatem, molem supponit; ista autẽ materiam & cũ hoc est incorruptibile, cũ non habeat contraria, mobeatur enim motu circulari cui nihil est contrariũ.

Dico. 2. materia non facta sua forma esse principium corruptibilitatis, pater talis materia habet appetitum naturalem ad alias formas, vt 2. p. q. dicetur. Ergo appetitus iste aliquando debet adimpleri, & consequẽter aliquãdo forma illa, quę informabat illam materiam separabitur, & ita sequetur corruptio. 2. materia cũ tali appetitu siue non facta, dicit potẽtiam passiuam ad receptionem aliarum formarum, ergo, debet esse aliquod agens, quod illam potentiam passiuam reddat in actu, quod nequit fieri nisi separetur forma, quę antea erat, & ita totum corrumpatur, ergo, idem quod prius. 3. ex Arist. c. vltimo huius priuatio parat maleficiũ formæ. ideſt principium quó forma separetur à materia, & adueniat alia ergo cum priuatione materia prima non facta vel cum appetitu principium est separationis formæ, & ita corruptibilitatis. Dices vnde prouenit quod materia cæli fit facta non tñ horum inferiorum? Quidam dicunt hoc prouenire ex eo quod talis forma eminenter habeat alias inferiores forma autẽ cœli formas inferiores omnes eminenter prę habet; fallun tur tñ isti quia forma rationalis multo eminentiori modo formas corporeas continet, cuius tamen materia non est facta ipsa.

Dico ergo. 3. materiam esse factã prouenire ex eo quod habet esse in separabile. Cum autẽ materia appetat semper esse, & illa materia cum illa forma semper habeat esse, iam nõ potest abilla separari, inde prouenit quod fit facta illa materia autem horum inferiorũ cum etiam appetat semper esse, & hoc non possit habere ab illa forma quæ est separabilis hinc est quod appetat alias quib⁹ habeat esse in illius separatione. Dices rursus vnde prouenit quod forma cœli fit in separabilis á materia nõ tamen forma horum inferiorum. Respondeo & dico. 4. quod nascitur ex dispositionibus quæ sunt in materia ad introductionem formarum. Patet nam ad hoc quod in materia introducatur forma certæ dispositiones requiruntur in ipsa materia, & ita qualis fuerit forma introducenda tales erunt dispositiones quæ in his inferioribus habent contraria; est enim dispositio quędam debita proportio inter qualitates cõtrarias, quæ quidem cum deficere possit etiam forma illa quæ illam requirit separabilis est. At dispositiones formæ cœli contrariæ non sunt, & ita illa forma nõ est separabilis. Exquo infero q̃ corruptibilitas aliquo modo etiã prouenit ex forma quamuis prima radix illius materię tribuatur nam quoties cumq; est aliquis effectus deffectum aliquem importans causæ defectuosæ tribuetur, sicut claudicatio, quę est deffectus deambulationis nõ tribuitur virtuti progressiuæ, sed tibiæ curbæ; corruptibilitas autem & corruptio cum sit malum materię potius quam formæ tribuitur, & potentiæ non formæ quæ est bonum.

Ad argumenta Durandi. Ad primũ dicendum quod duplex est potentia passiua transmutandi, &c. Alia est accidentalis respectu actus accidentalis sicque in homine est potentia vt transmutetur de albo in nigrum; alia est substantialis respectu substantialis actus, qua ratione materia se habet respectu formæ substantialis, vt de vna in aliam transmutetur. Iam ergo Arist. loquitur de potentia accidentali non substantiali quæ solum reperitur in his inferioribus vnde oritur quod sit principium corruptibilitatis in istis. Ad secundũ pati trip

duplis

dupliciter. 1. propriè, hoc est, recipere vnam formam cum abiectione contrarię, & sic aqua patitur cum calore recipit. Secundo impropriè sicq; quomodo cumq; est recipere, ita intellectus patitur cum species ab obiecto recipit sicque potentia aliâ est propria aliâ quæ tantum est receptiua & ita materia cælorum tantum debet recipere, non tamen formas cõtrarias, materia autem inferiorum proprie est passiua quoniã potest contraria recipere. Arist. autem de ista locutus est quę non est faciata non de prima & sic etiam poterit. Ref. ad primum cum loquitur de potentia transmutandi, sicut cũ loquitur de potentia contradictionis. Ad tertium, licet sit optimum signum ad cognitionem materiæ, non tamen adæquatum, non enim solũ fuit transmutatio principium illam inuestigãdi, sed etiam alia accidentia, vt quantitas figura, &c. quæ cum in cœlo reperiantur etiã materia reperitur,

ARTICVLVS. XI.

Vtrum materia sit ingenerabilis, & incorruptibilis?

VIdetur quod non, aliter esset melior toto cõposito quod corrumpitur & generatur. Secundo materia per generationem incipit esse pars compositio, quod generatur & p corruptionẽ desinit esse pars illius. Esse enim simpliciter & absolute materię est esse pars compositi ergo generabilis esset corruptibilis. Tertio mutatio cum fit accidens denominat subiectũ in quo est: generatio autem & corruptio in materia sunt generatur, ergo, & corrumpitur materia. Quarto & vltimo, quia aliás esset æterna.

Aduertendum quod omnis mutatio debet habere subiectum quod maneat sub vtroq; termino, & terminum qui producatur per illam respectu subiecti mutatio dicitur quod aliter se habet nunc quam prius respectu vero termini productio appellatur, subiectum enim dicitur calefieri & de albari, non autem calor siue albedo qua calefactione & de albatione producuntur.

Dico. 1. materia prima neq; generabilis neq; corruptibilis. Patet ex Arist. tex. 82. generatio & corruptio significant actionem per modum desitionis & productionis, materia autem nec incipit nec desinit esse; nã quod sic mutatur præ supponit aliquod subiectum, cum mutatio mutati sit mutatio materia autem prima est primum subiectũ, aliter esset processus in infinitum, ergo nec incipit nec desinit esse. Secundo cum ex aqua fit aer, aut manet materia eadem aut fuit aqua anihilata, anihilatio enim est desitio totius entis, sicuti creatio productio illius quod nõ est, dicendum idem patet in materia artificiali respectu formarum artificialiũ quæ nec generatur nec corrumpitur. Cum enim statua producitur. v. c. non producitur ligaum, sed lignũ sub forma statuæ similiter cũ desinit esse statua non desinit esse lignum, sed lignum sub forma statuæ.

Dico. 2. materia dicitur generari, & corrumpi per accidens explicantur dupliciter potest aliquid per accidens corrumpi & generari. Primo tamquam terminus productus per generationẽ, qua ratione dicimus quantitatem per accidens generari cum generatur homo, quia cum ipso comproducitur. Sic autem non generatur materia per accidens, quia quod sic comproducitur non erat antea, materia autem cum sit subiectum generationis semper præ supponitur. Secundo modo per accidens dicitur aliquid generari, &c. ideſt secũdum aliquid quod subiectaturi n ipso, & sic quando producitur calor i n ligno dicitur lignum per accidens generari.

Iam

Iam ergo materia per accidens generatur & corrumpitur non quod generetur & corrũpatur ratione alterius per se producti vel generati, sic enim forma corrumpitur vel generatur ad esse vel non esse compositi. Sed vt benè Ferra. q. 11. per corruptionem, &c. tollatur aliquid de materia, & ponatur de nouo aliud, & hoc verisimum est, patet quia tollitur forma cõpositi & priuatio formæ genitę, & ponitur de nouo priuatio formæ corruptæ licet propriè non sit priuatio, quia subiectum non est aptum ad illam formam per naturam de quo statim articulo sequenti. Hoc autem modo tantum generatur secundũ quod & secundo modo, cum maneat eadem.

Dico. 3. propriè tantum dicitur materia mutari substantialiter per generationem patet, quia aliter se habet per generationem quam prius, cum sit sub forma subqua antea non erat.

Ad primum respondet Soto, quod in corruptibile & ingenerabile stat dupliciter. 1. quia immateriale est, qua ratione Deus & Angeli hac ratione dicuntur ingenerabiles, &c. Secundo quia sit in subiectũ, sicq; materia ingenerabilis est. Quamuis autem ingenerabile primo modo perfectius sit quam generabile, non tñ in secunda acceptione, Secundo Ref. Tole. quod ingenerabile & incorruptibile perfectius est generabile & corruptibile si cætera sint paria ideſt, si vtrumq; tam generabile quam ingenerabile, sint entia cõpleta; sic Angeli perfectiores sunt hominibus, non tamen materia cõposito, quia istud est ens completum, illa vero in completũ, quæ solutio eadem est cũ prima conformius tamen videtur dicendũ quod nulla est sequela, cœlum enim ex dictis incorruptibile est, & cum hoc multa corruptibilia sunt illo perfectiora, scilicet animata sensitiua, &c. cum habeãt plures gradus entis. Ad secundum quamuis incipiat pars vnius compositi & desinat esse alterius ex hoc solum habet, quod secundum quid generetur, quia eadem realiter manet materia sub forma geniti & corrupti. Ad. 3. dictum est in. 2. conclusione ad vltimum quidam Philosophi cognouerunt simplicem emanationem rerum à Deo alij eternũ posuere à parte ante & post & ita materiam etiam eternam, nos tamen fideles dicimus quod incepit per creationem, & desinet per anihilationem.

SECVNDA PARS QVÆstionis de quidditate materiæ in ordine ad alia consideratæ.

EX superioribus decem manent explicata quibus quidditas & essentia materiæ secundum se consideratę absoluitur, & totidem ex aminanda sunt de eadem ad alia comparata. 1. si appetat formas. 2. de isto appetitu quid sit, 3. si lateat aliquid formæ in materia. 4. si omnis forma educatur in potentia illius. 5. si habeat aliquam formam coęuã sibi. 6. si habeat aliquod accidẽs coęuum. 7. si sit principiũ intrisecum indiuiduationis substantiæ. 8. si etiam sit extrinsecũ. 9. si eadẽ sit materia omniũ. Decimo & vltimo, si sit possibilis aliqua ẽtitas imperfectior materia prima.

ARTICVLVS. I.

Vtrum materia prima appetat formas & quas habet & quas non habet?

Quæstio

QVestio solũ procedit de materia prima horũ inferiorum S. Tho. hic tex. 81. refert Auice. 1. suę Philosophiæ. capit. 3. tenentem partem negatiuã probat quia materia vel appetit formã quia est nuda omni forma, & hoc non quia nũquam est in tali statu nec potest esse ex dictis vel quia tædiũ habet vnius & appetit esse cum altera & hoc non cum habeat melius esse cum vna quam cum alia vel quia appetit plures formas simul, & multo minus, quia simul plures habere non põt vel tandẽ propter aliquem motũ quem habet in formam sicut lapis mobetur in centrum, & hoc non reperitur propter aliquem principium intrinsecũ impellens ipsum ad formam, & hoc etiã, non, cum ipsa sit quid simplex nõ ergo appetit formas. 2. materia prima quiescit in forma qua informatur actu & ideo ab Arist. c. 9. huius tex. 81. dicitur mater quia fouet eam quam habet nõ ergo appetit separari ab illa & cõsequẽter nec appetit formas quas non habet.

Aduertendum quod appetitus vt latius Magister Zumel. 2. tomo. q. 96. art. 2. nihil aliud est quam inclinatio rei in finem naturã rei consequens, vt in aliquod bonũ suum, qua ratione est quid bonum. Et est duplex alius naturalis id est inclinatio in finem nõ cognitũ, quæ propensio est ipsa natura rei propendẽtis vel aliqua eius potentia quibus altera vt principio primo, altera vt proximo potest vel moueri in tali bonũ non habitum vel quiescere in illo, vt appetitus grauis deorsum alius est animalis qui sequitur cognitionẽ, quę alia est sensitiua alia intellectiua, & ita secundus semper est actus ellicitus, cũ sit productus ab aliqua potentia appetitiua, qualis est actus amoris ellicitus à voluntate qui semper etiã á subiecto & essentia distinguitur. Neq; enim, vt aliqui putant; tum tantũ est appetitus cũ bonum est absens, appetitus namq; non oritur solũ ex indigentia, carentia, seu priuatione boni, alias beati nõ haberent appetitũ ellicitũ, Dei scilicet amorẽ si quidẽ nõ carent Deo, sed illũ possident. Similiter res quiescẽs in suo loco naturali nõ haberet appetitũ illius, quę oia sunt absurda, appetit⁹ ergo ellicit⁹, & idẽ intelligendo de ignato duplex & rursus, alter habendi seu possidendi bonũ quo caremus sine quo tamen sumus imperfecti & hic appellatur desideriũ, alter est ad hærẽdi seu fruẽdi bono possesso, qui proprié dicitur appetit⁹ quies cẽdi in bono possesso & appellatur delectatio & quî abstrahit ab vtroq; dicitur amor seu appetitus, qui non solum inclinat in motũ ad possidendum bonum, sed etiam in quietem in bono possesso. Et ideo natura, quæ est appetitus radicalis & prim⁹ dicitur ab Arist. 2. lib. huius principiũ motus & quietis. Et ita nihil aliud est appetitus materiæ, quam materiam esse principium motus & quietis.

Dico. 1. materia prima horũ inferiorũ habet appetitũ naturale, & propensionẽ ad formã patet, natura sua ordinat ad formã vt receptiuũ illi⁹ ergo appetit illã sicuti omnis potentia suum actũ, & hoc non sequendo cognitionẽ ergo naturali appetitu. Dico. 2. non solũ appetit formas materia quas non habet, sed etiã quas habet quibusq; informatur patet ois forma horũ inferiorũ, põt esse actus & bonũ materię primę vna quęq; seorsum, licet nõ plures simul, vt sic. n. quasi mutuo bello nõ finerẽt materiã primã quiescere ergo materia primãcũ ex se nullã formarũ habeat omnes illas necessario appetit indeterminate: diuersimode tũ, eam enim quã habet pro illo statu nõ appetit, vt habendã, sed vt cui sibi ad hærere bonum est: eas vero quas nõ habet appetit vt habẽdas: quia caret illis, nõ ita q; carẽtia sit ratio formalis vel causa effectiua appetẽdi, cum tñ sit quædam priuatio: sed vt particula: quia dicat conditionem sine qua non appeteret neq; enim appeti potest vt bonum habendum id quod præsens est, vt sic, sed id quod est absens vel respicitur vt absens: confirmatur materiã primã

habere

habere appetitum alicuius formę, nihil aliud eſt quam eſſe potentiam capacẽ illius & ea perfectibilem: hæc autẽ capacitas materiæ, cum materia ſit eſſentialiter potẽtia receptiua eſt ipſa eſſentia materię primæ, vt infra magis: at eſſentia rei numquam poteſt mutari: ergo materia prima ſemper appetit formam & cum nulla determinatẽ compleat adæquatẽ illius capacitatem, ſed quęuis indeterminatẽ illi ſufficiat, vt docet S. Tho. de ſpiritualibus creaturis. q. 3. ad. 2. ſequitur, quod indifferenter appetit habere formam aliquam, quæuis illa ſit. Dices S. Tho. 12. Meraph. lectione. 2. & 2. Contragent. c. 76. docet materiam primo & per ſe ordinari ad formas elementorum & illis mediantibus, ad formas mixtorum. Reſ. intelligendum eſſe, quod ille ordo ſe tenet ex parte formarum, ſeu ex parte agentium: aliqua enim vna forma in ſpecie poteſt produci, vt benè Gaieta. aduerſis agentibus vt medium cõmune ad ſuas ſpecies diſtinctas. Confirmatur ſecundo actu informans materiam nullo modo mutat eſſentiam illius, nec tollit ab illa aliquod eſſe reale: ſed eam perficit tribuendó eſſe, quod non habebat, vt dictũ eſt, ſicut contingit in alijs actibus reſpectu ſuarum potentiarum, vt intellectio non tollit, aut minuit potentiã intellectiuam, nec viſio viſibam: ſed ſolum illarum carentiam & ſic perficiũt potentias: ergo forma in formans actu materiam non minuit eius capacitatẽ: ergo neq; eius appetitum poſitiuum.

Dico tertio materia prima non appetit formas corruptas ſeu expulſas omnino ab omni materia (quod dico propter animam rationalem de qua eſt alia ratio vt infra patebit articulo. 4.) quas non habet patet, quia non habet carentiam illarum cum non ſit ſubiectum aptum natum vt concurrat natura ſua iterum ad earum inductionem: id enim naturaliter fieri non poteſt, vt dictum eſt, licet materia prima quantũ eſt ex ſe capax ſit ad recipiendã formã ex pulſam: id tamen non ſufficit quia appetitus materiæ ad formam eſt per aliquem illius concurſum vel ad productionem formæ vel ſaltem ad illius inductionem, ex quo infero materiã primam eſſe cauſam materialem generationis, & corruptionis ita Ariſt. 7. Metapho. 7. tex. 22. & 1. cœli tex. 20. & hic. tex. 81. Dionyſi. c. 3. de diuinis nominibus. S. Tho. 1. p. q. 50. artic. 5. patet: nam materia prima eſt propriè & verè cauſa expulſionis vnius formę & inductionis alterius, & ita cauſa eſt generationis & corruptionis quidquid dicat Auicen. 1. lib. ſuæ Phyſicæ & Auerro. lib. de ſubſtantia orbis refertur etiam Albert. magnus.

Ad argumenta ad primum licet materia non ſit omnino ſine forma, eſt tamẽ ſine hac vel illa quam appetit, quia non eſt ſufficiens, quam habet, ſatiare eius appetitum, quia eſt ſeparabilis propter contraria, quæ habet, quod in cœlo contra contingit, vt dictum eſt. Ad ſecundum quidam Reſ. materiam primã non appetere formas, quas non habet abſolutè: ſed ſub conditione ſi iſta, quæ habet corrumpatur ideſt deficiat, quod verum eſt non ratione appetitus ſecundum ſe, ſed ratione carentiæ, quæ eſt neceſſaria conditio ad appetendum, & non habetur abſolutè: aliter ergo dicẽdum facilius materiam primam ex parte appetitus poſitiui indifferenter appetere quamlibet formam: ſed in quauis quieſcere, quia dummodo detur ſibi forma, ſit ne hæc; an illa non curat, & ita licet cuiuſuis formæ poſſeſioné ſit contẽta qua ratione appellatur mater: merito tamen dicitur malefica & adultera: quia cum eſt præſens aliquod agens corrumpens formam, quam poſſidet, tum etiam ipſa concurrit ad talis formæ abiectionem poſitiuè, ſicq; dũ habet vnam formam poteſt efficaciter & abſolutè aliam appetere ſucceſsiuè habendam, & non appetit illam: quia

contra-

contrariam præexistenti, sed quia similiter actuatiuam, vnde cum materia prima dicitur appetere aliquam formam, vox appetere supponit confuesse sicut quando dicimus indigere nos cibo & illum appetere, & ignem suã sphæram: non enim appetit magis hãc sphæræ partem, quam illã, nec magis quiescit sub vna, quam sub altera: sic se habet materia respectu formæ, & ita constat quo modo materia prima sit principium motus ad formam, quam non habet, & quietis sub habita.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in materia prima appetitus ad formam distinguatur ab ipsa?

THemistius & comentator ponunt in materia prima potentiam appetitiuã, vt accidens distinctum ab ipsa, quos refert Tole. hic, qui varius est, nam conclusione prima videtur eos sequi, & in reliquo quæstionis videtur impugnare: pro illis tamen sit ratio, materia prima habet veram essentiam substantialem, vt dictum est: ergo debet habere veras proprietates & passiones quales videntur esse appetere atq; esse in potentia ad formas, quas non habet, & esse semper sub aliqua & habere priuationes formarum, quas non habet, esse ingenerabilem, & incorruptibilem, & carere omni potentia actiua: sed proprietates rei creatę sunt accidentia propria illius: ergo distinguntur à moteria, cum sit substantia ex dictis.

Aduertendum, quod in materia reperiuntur tria aptitudo, scilicet priuatio, & appetitus. Primo enim vt receptaculum naturale formarum habet aptitudinem ad illas. De inde sequitur in illa priuatio formarum, quas non habet ex qua oritur appetitus ad illas: est enim propriè appetitus finis non habiti, vt dictum est. Vnde communiter dicitur quod priuatio causat appetitum modo explicato, vt conditio sine qua non; his tamen Magister Soto addit rationem potentię secundũ quã dicitur & est causa compositi: hoc tamen non potest substineri quia ex dictis potentia ista est de essentia materiæ: nõ ergo est post appetitum, sed prius, & ita præcedit priuationem ad appetitum saltem ratione, quę duo non sunt de essentia.

Dico primo appetitus materiæ primæ ad formas, & priuatio illarum accidentaliter ei conueniunt, patet, quia conueniunt & non essentialiter: ergo accidentaliter. Secundo adueniente forma, desinit esse appetitus, & priuatio illius modo explicato, quamuis maneat in ordine ad alias: ergo nõest de essentia illi*, quæ sẽper remanet idẽ illa.

Dico secundo appetitus iste non est aliquod accidens prædicamẽtale distinctum ab ipsa materia ita S. Tho. 1. p. q. 54. artic. 3. ad 3. & hic tex. 79. patet primò quia aliàs materia non immediatè vniretur formę substantiali, sed accidẽtali, vt potè huic potentię appetitiuæ, & ita prius daretur ens per accidens, quam ens per se. Secundò, quia quæuis potẽtia primò terminatur in actus sui generis: ergo materia prima, primò actuatur forma substantiali: ergo non indiget aliqua potentia ad id, quæ sit accidens illius. Conformatur actus substantialis se ipso immediate appetit vnionem cum materia, & informat illã: ergo similiter se habet materia respectu actus substantialis. Vltimo substãtia creata completa ideo non est immediate per se operatiua, quia eius operationes sunt accidentia Deus verò immediate per suam substantiam operatur, quia illius operatio est substantia, de quo alibi: ergo materia prima cum sit

substantia & forma substantis similiter multo aptiùs sibi inuicem immediate vniuntur quam medio aliquo accidenti.

Dico tertio potentia ista appetitiua solũ est accidens prædicabile, probat nõ est de essentia vt probatum est: ergo est accidens illius vltrà non est prædicamẽtale vt dicit secunda conclusio: ergo est accidens prædicabile, quia nullum est aliud, confirmatur, quia salua essentia materiæ intelligitur ad esse & ab esse iste appetitus respectu huius vel illius formæ, quæ non habetur à materia vel quę actua: iam ipsam, ergo accidit illi, vt accidens prædicabile. Tertio probatur & explicatur, non est quãtitas talis appetitus, nec qualitas, nec relatio, nec aliquid aliorum generum, nec reductiuè penitur in illis, cum non sit completiuum essentiale, nec terminatiuum materię: nullo ergo modo cadit sub accidenti quod in nouem genera particur: si enim in aliquo caderet præcipuè in qualitate in secunda specie probatum autem est secunda conclusione supra non est principiũ operandi.

Dico quarto & vltimo potentia & aptitudo ista materiæ ad formas est vna tantum, quia vt dixi illa potentia sequitur ipsam essentiam materię, quę tãtum est vnica confirmatur intellectus, respectu omnium intellectionum, & similiter omnis potentia respectu suorũ actuum est vnicæ ergo similiter ista potentia erit vnica. Dices in opinione, quę asserit materiam primam secundũ se esse subiectum aliquorum accidentium: est ne eadem potentia respectu illarum & respectu formarum substantialium? Resp. affirmatiuè, quia quamuis formę substantiales & accidentales differant in gradu essendi quę tribuunt materiæ primę: conueniunt tñ in modo informandi illam, & bene potest vna potentia ordinari ad actus, qui tantum cõueniant inter se analogicè si ad præcipuum analogatum ordinetur per se, ad reliqua verò secundario propter primũ & sic materia prima non ordinatur ad accidentia nisi propter formam substãtialem: in opinione vero quæ asserit accidentia subiectari in toto compositi dicendum est ipsum esse immediatam potentiam receptiuam quantitatis & hac mediante recipere reliqua accidentia materialia, de quo alibi. Adrationẽ Auerro. Resp. illum appetitum & potentiam materię primę non esse proprietatem illius positiuam distinctam á materia sed solo beneficio intellectus. Idẽ dicendũ de alijs proprietatib' numeratis.

ARTICVLVS. III.

Vtrum formæ aliquid lateat in materia?

ARist. supra antiquos refert asserentes omnia in omnibus latere: atq; ita omnes formas in materijs: non tamen est cur in hoc immoremur cũ satis Arist. toto hoc. 1. lib. præcipué capit. 4. id multis & euidentibus rationibus impugnauerit nouissimè verò quidem Auicen. 9. Metaph. 4. Auicemb. in lib. fontis vitæ & Ochã quodl. 2. quæst. 8. & in. 2. d. 4. & 5. Gab. d. 1. q. 1. cõtra quos, infrà li. 2. 1. quæst. de causa efficienti disputatur medici aliàs doctissimi formas asseruerunt creari de nouo à Deo, & sic non latere in materia, ita vt agens naturale solum faciat dispositiones: non autem formã producat, quæ opinio multum falsitatis continet de qua iterum lib. sequenti sermo rediuit quæst. 3.

His ergo omissis de quæst. sunt alię duę sententiæ prima cuiusdã autoris in nominati, quę refert Duran. in. 2. d. 18. q. 2. asserentis in materia esse quasdã possibilitates tot scilicet, quot sunt formæ quibus postea quasi extrà dicuntur formæ vocat autẽ possibilitates quasdam entitates, quæ sunt in materia omnium forma-

formarum. Secunda sententia est Alberti hic tract. 3. c. 9. dicentis in materia esse omnes formas non secundū existentiam sed secundum essentiā, quia inquit ille, sicut in vna & eadem entitate generis sunt omnes differentiæ: ita in vna & eadem entitate materiæ sunt omnes formę secundum essentiam vt in quadam inchoatione, sicq; dicit esse in materia quasdam inchoationes formarum: probatur autem vtraq; sententia simul quia quando fit generatio vel latebat antea forma in materia vel nō, si primum habeo intentum, quia vel secundum possibilitatem in prima sententia vel secundum essentiam, vt Albert. dicit, si non latebat: ergo fit ex nihilo contra omnes Philosophos, quia ex nihilo nihil fieri potest. Secundo materia appetit formam vt dictum est: illam autem non potest appetere nisi propter aliquam similitudinem, quam habet cum illis: debent ergo poni istæ possibilitates formarum vt assimiletur illis. Tertio, quia aliás, quæcumq; generatio esset violenta: nam violentum ex Arist. fit ab extrinseco passo non conferente vim, sicut motus lapidis tendētis sursum violentus dicitur, quia fit ab extrinseco scilicet á motore & passo ideſt lapide non conferente vim, quia ipse lapis natura sua non habet aliquam inclinationem ad talem motum: sed eadem ratione generatio fit ab extrinseco, vt pote á generante & cum hoc materia natura sua nō dicit aliquā actiuitatem ad formā: ergo generatio est violenta consequens est falsum: dicendum ergo quod formæ latent in materijs.

Breuiter dico primo in materia non latent formæ secundum possibilitates aliquas vel entitates patet primo ex Arist. qui toto hoc libro reijcit antiquorū errorē dicentiū omnia latere in omnibus: si autem formæ laterent in materijs inciderent in illorū errorem & subiectū transmutationis subst antialis esset ens in actu: ergo secūdo aliás sequeretur plura esse principia rerū naturaliū, quam tria, scilicet forma priuatio, materia, & istæ possibilitates ad omnes generationes. Tertio quia vel istæ entitates distingūtur realiter á materia vel non, si primū: ergo faciunt aliquam cō positionē cum illa, & ita subiectū mutationis substantialis erit ens in actu secundū, ergo est eadem materia nuda & ita non sunt in illa formæ cū sint pura potentia. Quarto, quia vel istæ possibilitates iubant ad generationes, ita quod conuertantur in substātias vel ita quod corrumpantur non primū, quia conuersio substantiæ in substantiā non potest dari secundū naturā nisi miraculosè vt in sacramento altaris, si secundum ergo frustrá ponuntur tales possibilitates si quidem non iubant ad generationē. Vltimo quia non solū id, quod ipsi intēdunt contra nos scilicet quod ex nihilo nihil fit: in quiro. n. ab illis vel p generationē fit aliquid aliud vel non, non potest dici, quod non fiat, vt patet, & ipsi cōcedunt si fit á quo nam fit: nam hoc aliud non erat in possibilitate & á quo ipsi dixerint fieri hoc aliud fieri formā & non fieri formam.

Dico secundo in materia non sunt inchoationes formarū vel formæ ipsæ secundum essentiā nec aliquid formæ vllo modo latet in materia vt dicebat Albertus probatur primo tribus rationib⁹ prioribus suprá factis. Pro prima cōclusione mutatis mutandis. Secundo non potest dari essentia absq; existentia secundū naturā, neq; absq; propria existētia: si ergo sunt formæ secūdū essentiā in materia esset essentia absq; existentia secundū naturā cum ponat illa á parte rei. Tertio cadē est generatio existētia formarū & essentiarū: sed existētiæ formarū fit per generationē vt cōcedit Albert. ergo & essentia producitur in re per generationē.

Vltimo, quia ista sententia est intelligibilis, nisi dicat, quod dicebat Plato. vel ei imponitur vt distinctum est,

qui ponebat essentiam seu naturam quamdam abstractam ab inferioribus & communem: ita ista opinio ponit eã dem entitatem & essentiam materiæ abstractam ab omnibus formis & illis communem quod est absurdum: nihil ergo omnino formæ latet in materia.

Ad argumenta ad primum non fit forma per generationem: sed compositum & ad hoc satis est quod præsuppo nat aliquam partem sui, & ita materia quę est pars compositi præ existit ante illum vel secundo licet concedamus quod forma fit aliquo modo licet per accidens, vt dicetur satis est ad hoc quod dicatur non fieri ex nihilo quod præ fuerit materia cum inclinatione ad talem formam. Ad secundum sola similitudo non est causa appetitus: sed etiam priuatio, & sic materia appetit formam sicut turpe appetit pulchrum. Ad tertium materia licet non habeat vim actiuè ad formam habet tamẽ pas siuè: ad hoc autem vt sit aliquid violentum nec actiué nec passiué debet habere vim, qua ratione se habet lapis respectu motus sursum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum omnis forma educatur de potentia materiæ?

VIdetur quod non quia nihil potest educi inde vbi non erat: in materia autem non erant formæ vt distinctum est: ergo non possunt educi ex potentia illius. Confirmatur quia educi, nihil aliud est, quam extra educere quod intus erat: formæ autem non erant intra materiam: nõ ergo possunt ex illa educi. Ex alia parte videtur etiam quod anima rationalis educatur etiam de potentia materię, si aliæ formę educuntur, quia sicut aliæ formæ generabilium & corruptibilium præsupponunt materiam propensam & inclinatam ad se: ita & anima rationalis: ergo si illę educuntur ita & ista. Secundo sicut ex materia & alijs formis fit vnum per se, ita ex materia & anima rationali. Confirmatur quia sicut aliæ formæ non introducuntur nisi in materia disposita, ita anima rationalis.

Duo explicanda sunt primum differentiam inter generationem hominis, & aliorum animalium. Secundum quid sit formam educi ex potentia materiæ, notandum hanc esse differẽtiam inter has generationes, quod hominis generatio duas actiones petit alteram solius Dei qua creat animam rationalem. Altera causarum inferiorum qua producitur compositum etiam Deo ipso concurrente: in generatione vero aliarum rerum solum est actio secunda, qua compositum producitur: ratio huius est, quia anima rationalis cum sit ingenerabilis & incorruptibilis, non potest causari ad actionem totius, vnde sequitur capacem esse propriæ existentiæ, cum sit terminus propriissimé actionis distinctę ab actione, qua totum producitur sicq; dicitur semi persona: aliorum vero forma cum generetur & corrumpatur ad generationem totius non est capax propriæ existentiæ. Dices an in illo priori naturę, quo creatur anima rationalis ante esse compositi habeat existentiam, vt quod: an vero vt quo tantum de quo non clarius videtur loqui Sanct. Thom. nam 1. part. quæst. 75. art. 2. soluc. ad secundũ ibidẽ Caiet. docet animam rationalẽ non solũ existere, vt quo sed etiam vt quod: tamen. 3. p. q. 6. art. 1. & ibidem Caieta. docet in illo priori naturę, atq; pro vt est in corpore nõ habet existere, vt q: sed tantum vt quo, & hoc secundum

(vt re-

(vt verisimum amplector) quoniam impossibile est, quod forma dū exercet officim formæ existat, vt quod: sed tantum. Vt quo anima autem rationalis, pro vt est in corpore, semper exercet officium formæ, quia anima rationalis, prout est in corpore est actus illius: forma autem est quæ dat esse alteri & ratio quare aliud sit: non ergo potest existere vt quod quamuis autem omnes aliæ formæ tantum vt quo etiam existant, hoc tamen interst, quod rationalis capax est proprię existētiæ, vt quod, cum sit ingenerabilis, & incorruptibilis. aliæ vero non. Item cum composito corrupto corrumpantur, in quibus generatio ad totum compositum terminatur: per accidens tamen ad formam: in homine vero per se terminatur creatio ad formam: sed contra est. 1. sicut anima rationalis habet prius natura existere vt quo, & vt ratio, qua totum compositum existat: ita & aliæ formæ generabiles & corruptibiles: istę autē in illo priori naturæ nequeunt fieri eadem actione cum toto quia ad totum prius & nō ad formam terminatur illa actio debēt ergo necessario alia distincta actione fieri sicut rationalis. Secundo omnis actio terminatur ad suū terminum, vt quod, ergo & creatio cum sit actio: terminus autem illius est anima rationalis terminus vt quod, & consequenter existit, vt quod. Tertio id quod habet operari, vt quod, sic etiam habet existere: operatio enim sequitur esse, anima autem pro vt est in corpore habet operari, vt quod, ipsa enim est, quæ intelligit, &c. vt docet Arist. 3. de Anima. c. 1. vbi inquit quod anima est, quæ sapit. Ad primum eadem met actio totius ad duo terminatur, prius diuerso modo ad totum compositum, vt ad terminum totalem, & vt quod, prius tamē terminatur ad formam illius compositi tamquam ad terminum formalem & vt quo: est enim forma ratio existētię compositi, vt dictum est. Dices nihil pōt præstare quod non habet forma aūt de se non habet, vt quod existere: ergo id non potest præstare composito Resp. propositio illa verum habet in causa efficienti cuius effectus formaliter vel eminenter continetur in causa: non autem in formali, albedo enim de se non est alba: reddit tamen subiectum album vt dictum est. Ad secundum terminus per se illius creationis non est anima existens: sed ipsamet essentia animæ vt est capax proprię existentię: dicimus autem quod ex vi actionis illius scilicet creationis rationalis forma deberet prius existere; vt quod, quam introduceretur in ipsam materiam: tamen cum ex natura sua habeat fieri & creari vt sit actus corpus informans in instanti in quo creatur in eodem habet esse in corpore, & hoc non per miraculum: sed potius natura sua, imo existere vt quod animam rationalē priusq́, in corpore prodigium est: sed sicuti proles natura sua prius habet esse in vtero materno, & postea ad extra: ita forma rationalis natura sua prius habet esse intra corpus ipsum informans: postea vero extra illud per se subsistens. Ad tertium totus homo intelligit & homo est qui vult: anima autem tantum se habet tāquam ratio principalis: differt autem quod respectu operationum corporalium non solum anima se habet, vt quo: sed etiam ipsum corpus se habet, vt quod, respectu autem spiritualium solum anima se habet, vt quo, non autem corpus: totum autem vt quod colligitur ex S. Tho. 3. de anima dicente, quod sicut oculus se habet ad visionē: ita anima ad intellectionem & alias operationes: oculus autem visionis solum est ratio, & id quo, totum autem etiam vt quod: patet ergo ex dictis discrimen inter generationem hominis, & aliorum viuentium.

Restat explicemus quid sit forma educi de potentia materiæ, varie hoc

explicant authores, quidam dicunt nihil aliud esse, quam materiam dicere, potentiam, aliquam actiuam in ordine ad illas: iste autem modus dicendi falsissimus est, quia ex dictis materia de se nullam habet actiuitatem, nisi per formam, alij vero quos citat Sotus, dicunt nihil aliud esse, quam præsupponere materiam sibi dispositam ex natura sua; quia vero forma rationalis natura sua non præsupponit materiam sibi dispositam: ideo non educitur de potentia materiæ sicut aliæ. Si autem obijcias Aristotelem. 2. de Anima docentem formam esse actum corporis Physici & organici id est dispositi. Respond. verum esse: non tamen hoc habet natura sua, sed ex pacto quod habet Deus cum causis secundis, vt pote se non introductiuum formam rationalem in materia, nisi prius sit disposita: hæc tamen expositio indigna est vero Philosopho: quemadmodum enim ex natura: rei aliæ formæ præ requirunt materiam dispositã: ita quidem anima rationalis.

Aliter ergo dicendum cum Sanct. Thoma. 1. parte. quæst. 90. artic. 2. ad 2. formam: educi de potentia materiæ nihil aliud esse, quam fieri actu quod erat antea in potentia passiua. & receptiua ipsius materiæ: sed adhuc restat explicandum quo pacto intelligatur reddire in actum, illud quod erat in potentia, ita quod non conueniat animæ rationali, quia si aliquid aliud non addatur videtur etiam animam rationalem etiam educi de potentia materiæ, Tolet. dicit formam educi de potentia materiæ est actu fieri id quod erat in potentia passiua materiæ: ita tamen quod actu fiat illa forma eadem actione cũ toto & quia hoc inuenitur in formis generabilib⁹ & corruptibilib⁹ & nõ in anima rationali, vt dictũ est, ideó omnes aliæ formæ præter illã de potentia materiæ educuntur: hæc tamen ratio Toleti licet sit requisita; non tamen est sufficiens, quia V. C. quando Deus creauit corpora cœlestia, & elementa, tunc eadem actione qua factum est totum, facta est & forma: ibi tamen non est educta de potentia materiæ: aliter ergo Magister Soto formam inquit educi de potentia materiæ est, quod forma actu prodeat, quę in potentia passiua materię erat. ita tamen quod pendeat ab illa in fieri & inconseruari, & quia omnes formæ, rationali excepta, sunt in potentia passiua materiæ: ita quod ab illa pendeant in fieri & inconseruari ideò omnes, illa excepta, habent educi de potentia materiæ: hæc etiam ratio Soti, licet sit requisita: non tamen est sufficiens, quia etiam formæ corporum cœlestium & elementorum quando fuerunt creatę pendebant à materia in fieri, & inconseruari: non tamen fuerunt eductę de potentia materię.

Melius ergo Caietanus. 1. parte. quæst. 90. artieu. 2. dicit formam educi de potentia materiæ nihil aliud esse quam formam quæ erat in potentia passiua actu fieri non quomodocumque sed ex vi transmutationis materiæ de vna forma in alteram, quæ est generatio: quando enim ex ligno fit ignis tunc forma ignis propriè dicitur educi de potentia materiæ, quia antea erat in potentia receptiua illius, & fit in actu ex vi illius transmutationis de vna forma in alteram: quare cum omnes formæ generabiles & corruptibiles habeant ex natura sua fieri ex vi transmutationis materiæ de vna forma in alteram ideò dicimus natura sua educi de potentia materiæ: forma vero rationalis non ita, quia licet verum sit, quod spectet transmutationem materię, vt in illa introducatur tamen non fit ex vi huius transmutationis sicut aliæ formæ: sed ex vi creationis & ita non dicitur educi de potentia materiæ.

Vnde

Vnde in fero. 1. quod conditio posita á Toleto est necessaria; quod scilicet debeat forma, quæ educitur de potentia materiæ fieri eadem actione cum toto, quia si fit ex vi transmutationis, cum transmutatio primo & per se terminetur ad totum necessariò quidem debet fieri eadem actione, qua fit totum. Secundo infertur etiam esse conditionem requisitam illam, quam tradit Sotus, quod scilicet dependeat in fieri, & in conseruari á materia, quia si fit ex vi transmutationis ipsius materiæ, & corrumpitur per alteram transmutationem ipsius met materiæ, certe in fieri & inconseruari non pendebit ab illa. Tertio infertur formas corporum cœlestium, & aliorum, quę per creationem habent esse non educi de potentia materiæ, quia non fiunt ex vi transmutationis materię: sed ex vi creationis: patet ergo qualiter materia prima concurrat ad inductionem & eductionem ex illius potentia passiua formarum corruptibilium: formæ vero rationalis solum ad inductionem.

Dubitabis tamen vltimo: an accidentia educantur de potentia materiæ non primæ sed secundæ, scilicet de potentia sui subiecti, nec est dubium de accidentibus naturalibus quę naturam consequuntur, quia ista si comproducuntur cum toto ita coeducuntur de potentia materiæ cum toto si vero alia distincta actione producantur, per se quidem educentur de potentia ipsius subiecti: sed dubium est de accidẽtibus artificialibus qualia sunt figura cathedræ in ligno & figura bestium, & videtur quod non quia non educuntur de potentia passiua naturali subiecti: si enim in subiecto esset potẽtia naturalis passiua ad receptionem accidentium artificialiũ necessariò illi deberet correspondere potẽtia alia naturalis actiua, quæ illam reducat ad actũ, talis aũt nõ datur cũ nullum sit agens naturale sed tãtũ artificiale respectu illorũ.

Dico tamen quod accidentia artificialia educuntur de potentia materię siue subiecti, patet quoniã fiunt ex transmutatione vnius figuræ in alteram. Ad argumentum verum est ista accidentia non esse in potentia naturali subiectiue benè tamen in potentia obedientiali, subiectum enim. V. C. lignum in potentia est obedientiali respectu agentis artificialis ad quodcumq; accidens artificiale recipiendum. Dices lignum. V. C. est capax natura sua ad receptionẽ cuiuscumque accidentis artificiosè: ergo habet potentiam naturalem passiuam ad illud? Respon. quod potentia naturalis dicitur in ordine ad agens naturale quod cum non sit respectu horum accidentium non est etiam illa in subiecto: quod tamen, quia natura sua non dicit repugnantiam ad artificialia ideo natura sua est capax illorum; & in potentia obedientiali quod idem est, patet hoc in cęco qui cum sit animal non repugnat videre, sicque visus est capax: non tamen est in potentia naturali ad illum cum non sit agens naturale: sed solum supernaturale quod valeat visum restituere, vt in Logica dictum est. Ad primum argumentum in principio verum est quod forma non latuit in materia, sicut aliqua distincta essentia & actus illius: latuit tamen in materia id est fuit in potentia passiua receptiua ipsius materię ex vi transmutationis vnius formæ in alteram in actum est reducta, quod non habet anima rationalis per quod patet. Ad secundũ, ad tertium licet sit conditio necessaria, quod scilicet dicat propensionem ad formam: non tamen sufficit, sed quod fiat ex vi transmutationis, vt dictum est. Dices ex dictis videtur colligi hominem non proprié generari hominem sicut equs generat equm, qui non solum vnit formam cum materia: sed etiam producit illam quod non facit homo? Respond. ad hoc quod aliquid dicatur proprié generare alterum

rum sufficit, quod producat compositũ vniendo formam materiæ, quod autẽ illa producatur nec ne, per accidẽs est. Vnde quamuis forma rationalis nõ educatur de potentia materiæ dicitur tamen totum educi, quia sit totum exui transmutationis materiæ de vna forma in alteram.

ARTICVLVS. V.

Vtrum materia prima habeat aliquam formam substantialem sibi coæuam?

SAnct. Tho. 1. de Generatione lectione. 9. & alias sepe & Vall. 2. Phi. referunt Auicembion dicentem tot esse numero formas in quouis ente quo dicũtur de illo prædicata quidditatiua, quẽ satis impugnant dicti. Auicen. vero. 1. lib. sufficient. c. 2. & 2. Metaph. c 2. Albert. Magist. 5. Metaph. tract. 2. cap. 2. & 3. Linconiensis. 1. Physicorum & lib. dulce Nimphus. lib. 1. de Generatione cõmento suo. 28. & 8. Metaph. q. 3. Ocham quodli. 2. q. 9. & 10. statunt formam corporeitatis eandẽ numero coæuam materiæ, Scotus vero in. 4. d. 11. q. 3. artic. 2. idem asserit respectu animatorum in quibus concedit duas formas alteram corporeitatis, alteram animã probat animali mortuo semper remanet eadem forma corporeitatis, sed regulariter non potest idem specie effectus esse à quibuscumq; diuersis agentibus: ergo illa forma corporeitatis ab illis non producitur ergo præexistit in materia prima. Henricus vero in homine id concedit quod lib. 29. q. 2. & 3. & quodl. 4. q. 13. & 14. probat ipse, quia homo per generationem corrũpit. Formã aliquam substantialem præexistentem in materia: ergo educit aliam ex eadem materia non rationalem: hæc enim creatur: ergo præter rationalem reperitur in homine alia forma substantialis, aliàs daretur actio corruptiua vnius formæ, & non productiua alteri⁹. Valles vero etiam vbi supra citra ab surditatem ait, posse concedi in homine tres animas: alentem, sentientem, & rationalem: alij vero in mixtis reperiri omnes formas substantiales elementorum, & aliam præter illas.

Sit tamen conclusio nullam formam substantialem habet materia prima sibi coæuam hæc est Sancti Thomæ. 1. parte. quæst. 76. articulo. 4. quæst. 77. articulo. 2. ad tertium, & ibidem Magist. Zumel & opusc. 32. & 2. contragent. capit. 51. & 58. Auerro. hic comento. 79. Capreolus in. 2. d. 15. quæst. vnica Duran. in. 1. d. 8. quæst. 4. Alens. 1. part. quæstio. 62. Erbeus quodl. 7. quæst. 10. Soncı. 8. Metaphor. quæst. 17. & 18. Fonse. 1. Metaphis. capit. 7. quæst. 2. sect. 1. Soto hic quæst. 7. artic. 1. conclu. 1. Caieta. Ferra. & alij fauet Arist. 1. de Generatione. capit. 3. à tex. 21. proba. conclu. 10. vel illa forma coæua est vniuersalis vel singularis non primum cum á parte rei non detur vniuersale in essendo vt sepe docet Aristot. necessario ergo est singularis: ergo non solum dat esse corpus, sed etiá esse tale corpus iam constitutum in actu in vltima aliqua specie in individuo: ergo est ens per se & substantia cõpleta: ergo forma ei de nouo aduenies aduenit enti cõpleto: atq; adeò simul cum illo constituit vnum per accidens quod est absurdum. Secundo, quia aliàs daretur aliquod compositum perpetuum Physicum ingenerabile, & incorruptibile præter cœlos, simili argumento probat Arist. 3. Metaph. tex. 18. arguit contra Platonẽ, quod si aliá esset idea & forma animalis & alia vipe. lis, tunc animal vipes non esset vnũ simpliciter in homine. Dicesilla forma

est

est incompleta ex natura sua perfectibilis alia forma. V. c. forma equi. Contrà primo: ergo equus, vt sic nõ est formaliter & essentialiter corpus, cum per formam qua constituitur in esse equi non constituatur in esse corporis: hac enim ratione dulce non est formaliter & essentialiter coloratum. Contra secundo eadem ergo ratione deberet constitui in equo. Verbi gratia altera forma viuentis: altera animalis realiter distincta inter se, & à forma equi, vt sic, imò in aliquibus debet constitui duplex forma dans esse corpus, quia animæ materiales omnes sunt ex se corporeæ: ergo si præter illas ponitur alia forma corporeitatis duplex forma dabit alicui enti esse corpus. Cõtra tertio, vnica forma vltima hominis, vt sic, scilicet anima rationalis constituit hominem in aliqua specie animalis, & constituet illum animal: ergo viuens: ergo corpus: ergo substantiam: ergo frustrà ponitur alia forma. Dices anima rationalis solum dat homini esse rationale contrà, differentia inferior secũdum Arist. 7. metaph. text. 43. per se includit superiorem, maximè si, sit phisica in qua non dicitur præcisio intellectiua vnius ab alia, & ita primo de Anima capit. 3. ait animam priorem & imperfectiorem contineri in posteriori, & perfectiori, sicut triangulus continetur in quadrangulo de qua re S. Thom. 1. p. q. 76. art. 3. & 4. Caieta. art. 4. Ad tertiũ Henrici, confirmatur eadem forma accidentalis. V. c. albedo dat corpori esse album coloratum, & reliquos gradus vsquè ad supremum: ergo similiter forma substantialis. Vnde corrupta forma aliqua singulari necessariò corrũpuntur omnes gradus essendi prouenientes ab illa, vt sic, licet forma corrumpenda non contrarietur formæ generandę per omnes illos, idque voluit Ari. in prædicamentis, corruptis primis substantijs corrumpi secundas, quæ sunt in eis idẽ sentit. 7. Metaph. text. 35. & 39. & 2. de Generatione animalium secundo. Vnde cum ait ibidem, quod embrio prius viuit vita plantæ, post animalis, tandem rationalis, ita intelligendum est, vt semper in aduentu formæ subsequẽtis corrumpatur præcedens, & subsequens det, quod dabat præcedens, & aliquid amplius: ita explicat S. Thom. 1. p. q. 118. artic. 2. ad secundum. Vnde in triduo mortis Christi corpus illius, tam in se, quã si esset in hostia consecrata, tunc aut cõseruata non fuit idem ex parte formæ, ac quando erat viuum: sed tantũ ex parte materiæ & supposíti diuini cui manet vnita illa materia prima, quod sufficiebat vt illud corpus diceretur idẽ numero simpliciter, quia erat idem suppositum ita S. Tho. 3. parte, q. 50. ar. 4. & Caietanus statim citandus.

Ad rationem Scoti. Respondeo cum Caieta. 1. p. q. 76. art. 4. quod formæ cadaueris distinguntur specie iuxta diuersitatem agentium per se. Vnde si essentia ignis corrumpat hominem forma cadaueris, quæ resultat ex dominio caloris est diuersæ rationis ab ea, quæ producta ab aqua resultare ex dominio flegmatis, vnumquodque enim agens intendit producere sibi simile, verum est, nihil referre, vt gladio vel suspendio moriatur: sed quo elemento dominante: Gladius enim, ac suspendium, & alia huiusmodi, tantum se habent, vt spectantia & applicantia actiua passiuis. Secundo respondeo, quod illa forma cadaueris potest esse eiusdem rationis producta à diuersis agentibus nõ vt terminus principaliter intentus: sed vt medium, & via ad diuersos terminos principaliter intentos, & hęc secunda solutio magis mihi placet. Ad rationẽ Henrici respondeo, sat esse, quod actio corruptiua vnius formę à materia sit in ductiua alterius formæ in eadem materia, quam naturaliter petit à Deo creari. Dices homo in generatione non solum expellit formam præexistentem in materia: sed corrumpit illam quantum ad entitatem: ergo non solum inducit

aliam formam: sed etiam producit illã quantum ad entitatem. Respondeo sufficere, quod ex vi generationis petat illam formam produci quantum ad entitatem non est producta, nec vere agens naturale intendit per se corrumpere entitatem formæ præexistentem, sed illã expellere, quia id sibi sufficit vt introducat propriam, quia non intendit maius malũ, quã sufficiat ad suum proprium bonum, quia tamen formæ materiales non possunt expelli á materia, quin corrumpantur, ideò corrumpit illas. Vnde in hominis corruptione agens naturale illum corrumpens contentum est expulsiue animæ rationalis. Ex dictis sequitur primo, quod ab eadem forma licet secundũ diuersas rationes possunt prouenire motus cõtrarij, v.c. á forma auis oriuntur motus volandi sursum, & tendendi deorsum: vterq; enim horum motuum, & potentiæ productiuę illorũ sunt naturales aui ratione suę formę substãtialis, neq; id est, vllũ incõueniens, sicut ad formã mixti cõcedimus cõsequi cõtrarias qualitates licet ingradibus remissis per quas potest efficere motus, & actiones cõtrarias. Sequitur secundo in eodem cõposito naturali nõ posse reperiri plures formas substantiales: id enim demonstrant argumẽta proposita & ita nõ oportebit iterũ hanc quæstionẽ disputare, sicut & illa vtrum in homine sint tres animæ, quod sine absurdo suo videri concedit Valles.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum materia prima ex se habeat coæuam sibi eãdem numero quantitatem, vel aliquod aliud accidens.

NOn est quæstio vtrũ manere possit eadẽ quãtitas in genito & corrupto: de hoc enim alibi: sed vtrũ materia prima ex se exigat vt coquã quãtitate m ipsam ita cũ sit ingenerabilis & incorruptibilis & maneat semper cũ ipsa materia. Auer. lib. de substatia orbis & primo huius Cõmento. 65. Amonius. ca. de quãtitate Philoponus. 1. de Gener. tr. 33. & 40. Marsil. 1. de Gener. q. 7. Benetus, ibidẽ. Greg. in. 2. d. 12. q. 2. ar. 1. Aegydi. 2. de Generat. text. 16. & 17 Metaph. q. 4. Nimph. 8. Metaph. disput. 4. Percy. 5. philosophię. c. 18. affirmãt, significauit etiã S. Th. in. 4. d. 44. q. vni. ar. 2. quęstiũc. 3. sed si atente legatur aliud sibi vult: sed explicat Auerroes, quia inquit q de quãtitate possumus loqui prout est sic vel sic, figurata, & hac ratione nõ est coęua cũ materia qm̃ mutata forma solet mutari figura: tamẽ si cõsideretur secundũ se, & pro vt nõ includit figurã, coęua est & coęterna sicut materia ipsa & materia cũ ista quãtitate est capax ad recipiẽdas formas probat diuersæ formę substantiales indiuersis & distinctis introducũtur materijs: materiæ autẽ nõ possunt esse distinctæ nisi per distinctas quãtitates, quæ sint coęuę ipsi materię quia illæ materiæ nõ possũt esse diuersę per quãtitatẽ præcedẽtẽ, quę ia est corrupta cũ ipsa forma, nec per quãtitatẽ formę introducẽdæ cũ illa nondũ sit: ergo per quãtitatẽ, quæ est coęua. Secũdo forma vel introducitur in materia diuisam, vel indiuisam nõ in materia indiuisibilem quia cum forma sit corporea, & diuisibilis simile materiã petit, & non potest hæc esse diuisibilis sine quãtitate, vt docet Ar. 6. Phi. tr. 32. ergo introducitur in materia per quantitatẽ coęuam. Confir. quia materia recipit has formas ab agẽtibus naturalib., quę agũt actione materiali, & per cõtactũ quantitatiuũ: sed materia ex se est subiectũ aptũ pati ab his agẽtib.: ergo ex se exigit quãtitatẽ: ergo habet illã coęuã. Tertio pars formę materialis educitur ex parte materię sicut & remanet in parte materię si totũ diuidatur, & tota forma educitur ex potẽtia materię: ergo in materia supponi-

ponitur pars & pars: sed distinctio partis á parte nõ est nisi a sola quãtitate. Confir. quantitas requiritur vt dispositio ad omnẽ formã naturalẽ: dispositio autẽ hæc cõmunis est omnibus formis quas materia potest recipere: ergo semper manet eadẽ quãtitas in materia prima. Cõfir. 2. accidentia communia genito, & corrupto eadẽ manent in vtroq; tale autẽ est quantitas: ergo. Quartò omnia entia naturalia eo quod materialia, & corporea vẽdicãt sibi quãtitatẽ: sed nõ ratione formę cũ homo sit ens naturale, & tamẽ eius forma sit spiritualis, & in diuisibilis: ergo ratione materiæ: ergo quãtitas est passio cõsequẽs materiam. Quintò suadetur ratione Perey. sit casus q̃ duo agẽtia æqualis virtutis agãt circa idẽ passũ, vt v. c. sit lignũ ad cõburendũ & applicetur ignis ex vna parte, & terra ex alia: ita quod æqualiter agãt circa lignum, tunc sic in fine illi⁹ actionis producentur ab illis à gentib⁹ duæ formæ distinctæ & diuersæ in ligno: sed istę duo formæ nõ possunt esse in eadẽ numero materia, vt cõstat: ergo in diuersis: illæ autẽ materiæ nõ possunt esse diuersæ per quãtitatem formę corruptę, quia illa erat tãtum vna & cõtinua, nec per quantitatem formarum aduenientium q̃m istę quantitates sunt post ipsas formas: ergo sunt distinctę per quãtitatem coęuã. Cõfir. q̃m si quãtitas in toto cõpositio subiectaretur, q̃ in homine, v. c. quãtitas aliquomodo esset in anima rationali quod est absurdum, cum sit spiritualis: quãtitas autem dicatur conuenire ratione materię & corporis. Sextò, & vltimo, quia aliàs sequeretur quantitatem fieri ex nõ quantitate, quia si quãdo per generationẽ formę substantialis generatur quantitas non prę supponitur alia coęua quãtitas producta ex nõ quãtitate fieret, quod non est dicendum.

Conclusio tamen negatiua sit certissima, quę est S. Tho. 1. p. q. 76. ar. 6. vbi Caiet. & opusc. 12. & 2. contra Gent. c. 58. & 71. Capreol. secundo. d. 15. q. vnica, Durand. in 1. d. 8. q. 4. Alen. 1. p. q. 62. Erbe. quodlib. 7. q. 10. Sonzi. 8. Metaphy. q. 17. & 18. Soto. hic. q. 7: Ferra. & alij iuniores, & est Aris. 7. Metaphy. text. 4. vbi docet, quod substantia est prior natura omnibus accidentibus, & loquitur ibi de substantia illa quę ponitur in recta linea, quę est totalis, & completa: si ergo substantia totalis est prior omnibus accidentibus etiam erit quantitate, & consequenter non est coęua materię cum materia ante formam non sit substantia totalis, item quinto Physi. cap. 2. docet quod subiectum transmutationis substantialis est non ens, & non est in loco: si autem quantitas esset coęua materię materia esset ens, & in loco. Dicens, quod quamuis hoc differit hac in parte Aris. tamen. 6. Physicorum dixit subiectum motus esse diuisibile, & rationibus demonstratiuis id probat. Respondeo, quod Ar. locutus est de subiecto motus propriè dicti qualis est motus localis augmentationis, & alteracionis, & de subiecto huius probat, quod sit diuisibile. Tamen de motu impropriè, id est, de mutatione loquitur in. 5. Phis. vt patet, quia idem est subiectum, quantitatis, quę acquiritur per augmentationem, & quę adquisita iam erat per generationem: subiectum autem quantitatis habitę per augmentationem est totum compositum: ergo etiam quantitatis de nouo per generationẽ productę. Secundò, materia prima cum sit potentia ad omnes actus ordine quoda oportet, vt id quod in actibus est primum simpliciter primo etiã intelligatur in materia: primum autem est esse simpliciter, q̃ prouenit á forma substantiali: ergo neq; quãtitas nec alia dispositio accidẽtalis potest vniri materiæ prius, quã forma substantialis. Confir. quia aliàs prius natura simpliciter esset compositum accidentale ex materia & quantitate, qua cõpositũ substantiale, nihilominus quomodo in genere causę materialis prius natura sit materia cũ solis acci-

accidentibus alibi dicetur. Tertio, quia alias quantitas esset ingenerabilis & incorruptibilis contra veritatem, & Arist. vbique, quia est coqua per istos materia incorruptibili & ingenerabili. Quartò quantitas exigitur necessariò ad compositionem entis naturalis: ergo dimanat ab illo naturaliter: sed non dimanat á materia, quæ nullo modo est principiũ actiuum, nec per influxum aut dimanationem naturalem: ergo à sola forma: ergo materia ex se non exigit coquam quantitatem, & ita sibi repugnant oppositum opinantes cum dicunt materiam primam non esse vllo modo principium actiuum, & præterea fatentur quantitatem esse passionem materiæ primæ, cum tamen id à quo passio dimanat sit principium actiuũ illius aliquo modo, vt suo loco demonstrauimus: prædicta autẽ argumẽta á fortiori probant materiam primam ex natura sua, non exigere aliquod aliud accidẽs distinctũ á quantitate sibi coquum.

Ad rationes in principio ad primum fateor diuersas formas introduci in diuersas materias distinctas per quantitates præcedentes. Dices quod illa quantitas est iam corrupta. Respondetur verum esse nihilominus ante corruptionem materia sic figillasse, & distinguisse dato, quod principium distinctionis numericæ materiæ sit per quantitatem cum tamen non sit nisi per formam, vt statim dicetur. Ad secundum forma materialis introducitur in materiam diuisibilem, & extensam, ita vt in eodem instanti introducatur forma, & habeat materia, quod sit extensa, & ita á formatione cuius aduenit quantitas subsequens distinguitur: hæc materia ab illa & sit extensa, sicuti etiam dicitur formam introduci in materiam existẽtem non antea: sed in instanti quo introducitur: in illo autem priori naturę antequã introducatur forma materia intelligitur non diuisa: sed capax diuisionis. Ad confirmationem respondeo ex se petit esse diuisibilem, non proximè: sed remotè, & radicaliter: atque adeò petit vt cum sit proximè receptiuum prædictarum formarum, & á prædictis agentibus tunc disponatur per quantitatem. Ad tertium dico probare, vt plurimùm in materia præexistente ante formam generandam prerequiri quantitatem, tanquam dispositionem: non vero manere eandem numero quantitatem semper in materia prima, vel secundo materiam primam ex se habere partes, & hoc sufficit vt dictum est in logica. Ad primam confirmationem licet dispositiones precedentes formam rei generãdę fortè maneant cum genito: illę tamẽ non exiguntur á materia: sed vel ab agẽte, vel quia deficit contrarium corrumpens: melius tamen cum S. Tho. (vt dicemus suo loco) nullas dispositiones, precedentes formam rei generãdę manere cum ipso genito, per quod patet ad secundam confirmationem. Ad quartũ respondet Durandus in 1. dist. 8. quæst. 2. quantitatem subiectari in toto homine quia licet eius forma non sit corporea & materialis formaliter: est tamen talis eminenter: sed contra: ergo anima est formaliter diuisibilis, quia recipiens formam recipit effectum formalem: diuisibilitas autem est effectus formalis quantitatis. Respondeo quantitatem non manere iuxta dicta, quia exigatur à materia. Ad quintum verum est, quod in tali casu in fine actionis introducuntur diuersę formę in diuersas materias non ita quod sint distinctę per quantitatem precedentem: sed fiunt distinctę, & diuisę in fine actionis per formas aduenientes: ita quod primum instans introductionis diuersarum formarum in illa materia sit primum instans diuersitatis, & discontinuationis in eadem, & sic á quantitate manent distinctę formaliter ab agentibus vero efficienter. Ad confirmationem patet ex dictis solutione. Ad confirmationem quarti adde, quod quantitas dicitur subiectari

in

in toto compositio non tamē dicitur subiectari in anima secundum se: sed prout est vnita materia, compositum enim, & partes ratione ratiocinata distinguntur, modo explicando sic totum est subiectum non vero partes, sicuti & totum subsistit: partes vero ratione illius: dicitur autem communiter quantitatem conuenire ratione materiæ, quia compositum habet vicem materiæ, & subiecti resp. accidentium corporalium, vel quia materia prima sit radix, & causa quare subiectetur in toto quantitas. Ad vltimum fateor quantitatem quæ per generationem fit produci ex non quantitate: non tamen tāquam ex parte: sed tanquam termino á quo quod non est inconueniens.

ARTICVLVS. VII.

Vtrū materia prima, sit primum principium indiuiduationis substantialis?

QVæstio hæc sicut & olim ita & nūc omnibus ferè Philosophis plurimum facessit negotium, vnde ab omnibus tractata; à paucis tamen dilucidata est: vt nos tamen exactè absoluamus, in tres partes diuidimus: in priori enim quid, & quotuplex sit vnitas, in secunda quæ sit radix intrinseca vnitatum prædictarum tandem in tertia extrinseca radicem & causam earūdem apperiemus. Ad primum: ergo videndum est; Quę & quot sint genera vnitatum?

Quatuor videntur genera vnitatum, quæ inter se habent in tali re diuersitatem. Prima est vnitas transcendentalis. Secunda quantitatiua. Tertia formalis. Quarta numerica seu singularis, detrāscendentali, & quantitatiua, & quomodo inter se distinguantur, dictum est, quæstione præcedenti conclusione prima, vbi etiam diximus de vnitate formali, quæ est inferior quidditate ad transcendentalem: est enim vnitas essentialis quæ consequitur ad quamlibet essentiam secundum diuersum modum, & compositionem ipsius, & licet hanc vnitatem aliqui vellint á parte rei esse vniuersalem proprié, & ita interpretentur Scot. at nos in logica controuersia secunda, quæstione prima probauimus nō esse vniuersalem nisi fundamentaliter illa ratione vnitas non dicit positiuam communitatem ad multa: sed tantū dicit indiuisionem secundum prædicata essentialia, & est vna inquolibet non vero vna positiuè & realiter in multis nisi per assimilationem, & eo modo, quo est vniuersalis fundamentaliter potest diuidi in genericam, & specificam fundamentaliter.

Difficultas ergo est tantum de vnitate numerica, quid sit, & vtrum distinguatur ab alijs prima sententia tenet eandem esse vnitatem naturæ secundū se, & singularis, vt sic, atque adeò per suas entitates præcisè indiuiduari intrinsicé res: hoc tenent plures illorum, qui supra controuersia prima, quæstione tertia, asserebant naturam essentialem non distingui ex natura rei á singulari: sed specialiter Durand. 2. d. 3. q. 2. & Nominales communiter: ij ergo confundunt vnitatem numericam cum formali Secunda sententia tenet vnitatem numericam non esse aliud præter ipsam essentiam rei cum duplici negatione, ita Henr. quodlibet. 8. quæstione. 8. & decimaquinta. Tertia sententia ait vnitatem numericam non distingui ab existentia, ita Dionys. Carthusian. 2. dist. 3. quam tribuit Henrico, quodlibeto. 2. & 11. Quarta sententia quoad substantias simplices, vt angelos, & entitates partiales tenet idem, quod prima, at in substantijs materialibus asserit vnitatem numericam nihil aliud esse præter materiam sub talibus accidentibus, vel in ordine ad illa, hoc communiter tribuitur Diuo

Thoma.

Thoma, asserenti res materiales indiui duari per materiam signatam, & accidentia per ordinem ad substantiam, ita colligitur exprima parte, quæstione tertia, articulo secundo, &.3. & quæstione. 50. articulo quarto, &.3. parte, quæstione. 73. articulo tertio, & primo contra Gentes, capit. 21. & quarto contra Gentes, capite. 65. & de ente capite. 2. &.5. Metaphysicorum. lectione octaua, quæ sententia habet fundamentum in Aristot. 7. Metaphysi. text. 28. vbi ait, quod sortes & calias sunt vnum specie: differunt verò numero pœnes materiam, & 8. Metaphy. capit. 6. ait vnum numero sunt quorum materia est vna, &. 7. Metaphy. cap. 11. ait quod in rebus materialibus quidquid est, distinguitur ab eo cuius est, id est, vniuersalis natura à particulari indiuiduo: in inmaterialibus vero ait non distingui, quasi vellit indiuiduum distingui à natura communi ex materia, & ideò quòd vbi non est materia non est distinctio, &. 12. Metaphy. tx. 49. ait vniuersò esse vnũ numero, quia non sunt plures materiæ ex quibus plures modi constituantur, idem primo cœli. tex. 92. &. 95. hanc tamen sententiam diuersimodè explicant Thomistæ: aliqui enim per materiam signatam intelligunt materiam cum quãtitate, ita Capreol. 2. d. 3. quęstione vnica, conclus. 2. Sonzin. 7. Metaphy. quęst. 24. Ferrar. 1. contra Gent. cap. 21. quod videtur tenere D. Thom. super Boetium de Trinitate. q. 4. art. 2. vbi ait, quòd quantitas distinguit res materialiter, & de veritate, quæs. 2. ad primum ait materiam signatam esse materiam cum determinatione harum, vel illarum dimẽsionum idẽ docet, quęs. 10. art. 5. &. q. 16. de malo, artic. 1. ad. 8. fauet Aris. 1. Physi. text. 1. vbi idem fere insinuat, &. 7. Metaph. tex. 10 dicit, quòd omnis distinctio, vel est per formam, vel per quantitatem: distinctio vero numerica non potest esse per formam: nam ad illam summitur distinctio essentialis: ergo fit per quantitatẽ.

Alij dicunt esse materiam cum potentia ad hanc quantitatem, & ad alias dispositiones per quas fit apta ad recipiendam hanc formam, ita Aegydius quodlibeto primo, quæstione quinta, artic. 1. Iabell. 5. Metaphys. quæstione. 15. idem ferè tenet Caieta. prima parte, quęstione. 29. articulo primo, & de ente quæstione quinta.

Prima conclusio vnitas numerica est ratio positiua distincta ex natura rei ab essentia cuiuslibet singularis, & ab eius existentia, hæc conclusio manifeste sequitur ex dictis á nobis suprà: nam quæstione prima, probauimus vnitatem quamlibet esse rationem positiuam, quòd á fortiori militat de vnitate numerica: vnde Aristo. cap. de substantia ait, quòd prima substantia est magis substantia, quam secunda solùm, quia addit vnitatem numericam, seu indiuidua lem. Item, quia indiuiduatio est conditio necessaria vt res sit productibilis, vt possit operari, & vt sit capax existentiæ. Præterea ratione indiuiduationis constituuntur singularia directè in prædicamento ergo indiuiduatio est ratio formaliter positiua. Quòd autem sit distincta ex natura rei ab essentia ibi, etiam probatum est, quia si vnitas transcendentalis distinguitur ex natura rei ab ente á fortiori vnitas singularis distinguetur ab essentia illius, de quo latiùs egimus suprà controuersia prima, quæstione tertia, nam sicut species addit suprà genus: ita indiuiduum suprà speciem: ergo sicut differentia specifica distinguitur ex natura rei á genere, ita differentia indiuidualis ab specie, quia enim natura generica est de se indifferens indiget aliquo determinato: ergo similiter specifica, quæ etiam indifferens est, aliàs si de se esset determinata ad aliquod indiuiduum non posset communicari, hac enim ratione implicat dari plura indiuidua. Præterea, quia aliàs non posset intelligi natura sine vnitate singulari, & hinc etiam

pates

patet hanc vnitatem distingui ab existentia, quia hæc solùm dicit rem esse extra causas abstrahendo ab alio. Item quia ipsa existentia indiget etiam ratione per quam sit singularis, sicut essentia: vnde Deus cognoscit plura indiuidua possibilia non existentia: cognoscit ergo tunc indiuiduum sine existentia de quo vide Scotum secundo, distinctione tertia, & Sonzin. 7. Metaphysic. quæstione. 31.

Secunda conclusio vnitas numerica non est aliquod accidens super additum ipsi naturæ rei, probatur: nam substantia præcisso quocunque accidenti est singularis: ergo non per aliquod accidens, antecedens probatur, quia substantia singularis est subiectum omnium accidentium: ergo priùs natura est singularis quam recipiat illa: nam secundum Aristotelem, prima substantia est quæ primo, & per se substat accidentibus: ergo priùs intelligitur, vt prima substantia, quam vt substans accidentibus. Item variatis accidentibus perseuerat idem subiectum singulare: ergo prætereà quia Deus posset conseruare substantiam hanc singularem sine vllis accidentibus saltem realiter distinctis, & licet non possit sine alijs, saltem est intelligibilis natura singularis sine illis, quod patet: nam illa non tribuunt, nisi suos effectus formales, vt relatio non tribuit nisi esse relatum, quantitas esse quantum: ergo nullum accidens tribuit formaliter esse vnum numero. Item ipsa accidentia sunt singularia, & indiuiduata & non per alia accidentia distincta, aliàs daretur processus in infinitum: ergo, & substantia si dicas indiuiduari substantiam contra: ergo substantia non indiuiduatur per illa, aliàs daretur circulatio. Præterea nam indiuiduum materiale non est agregatum ex substantia, & accidenti, sed in Trinitate est suppositum quoddam substantiale per se vnum collocatum directè in prædicamento substantiæ sub specie sua contrahit enim illa, & substantialiter modificat: ergo impossibile esse indiuiduationem formaliter resultare ex quantitate, quæ est extrà genus substantiæ, quis enim dicat id quod Petrus addit suprà hominem esse quantitatem. Confirmatur generatio substantialis per se terminatur ad substantiam indiuiduam: ergo substantia non est indiuidua per aliquod accidens, aliàs generatio terminaretur ad accidens. Item vel, quia quantitas est in materia prima manens sub diuersis formis, & tunc sicut materia sola non tribuit indiuiduationem, quia potest esse communis multis, ita nec cum quantitate, quia etiam eadem quantitas manet sub diuersis indiuiduis: si verò quantitas sit in composito, tunc argumentor nam materia nuda omni quantitate, & accidenti recipit formam: recipit verò hæc materia hanc formam nam omnis generatio fit in indiuiduo: ergo antè aduentum quantitates est materia hæc, & forma similiter: ergo, & compositum: ergo id non habet ex quantitate. Exejs etiam probatur nec in ordine ad quantitatem posse summi indiuiduationem rei, tum quia quantitas subiectatur in materia prima, & ita non variatur designatio illius, tum etiam, quia cum materia de se sit indifferens ad hanc, & addens quantitates peto per quod determinatur hæc materia ad hanc quantitatem potiùs, quam ad aliam dices ab agente contra nam vel hæc determinatio agentis fit per aliquid intrinsicè positum in materia vel non. Si primum illud est substantia, vel accidens, sed nihil horum præexistit in materia ante quantitatem, & formam ergo si secundum contra nam impossibile est, quod potentia materiæ quæ indifferens est limittetur, & determinetur ad hoc nihil illi prorsus addito

vel

vel ablato ergo, & hæc conclusio videtur conformis D.Thom. qui sæpè asserit subſtantiam ex proprijs indiuiduari vt de potentia, quæstione. 29. & 1. pa. 29. primo.

Tertia conclusio vnitas numerica est modus subſtantialis cuilibet rei intrinsicè conueniens, quod in re ferè omnes concedunt, sed id expressius docet Scotus. 2. d. 3. q. 6. qui hunc modum ecceitatem vocat, idem videtur tenere Caieta. primo, post. cap. 4. quamuis quęstione. 5. de ente illud impugnet: sed manifestè sequitur ex prima, & secunda conclusione: est enim vnitas numerica aliquid positiuum ex natura rei distinctum ab essentia, & non est aliquod accidens: ergo, &c. quod patet, quia natura specifica distinguitur formaliter á singulari, & contrahitur ad illam, vt supra probatũ est: ergo per aliquam differentiam. Item sicut species componitur ex natura generica & differentia essentiali, ita indiuiduum ex natura specifica & differentia indiuiduali: hæc ergo differentia dicitur modus, quia non distinguitur realiter: implicat enim aliquid esse singulare, & distingui realiter ab alijs per rationem á se distinctam: dicitur autẽ modus subſtantialis, quia non est accidens extrinsecum: sed quod subſtantialiter, & intrá idem genus conueniens, vt personalitas est quid subſtantiale in ordine ad subſtantias & existentia est modus subſtantialis in ordine ad singula genera, vt existentia quantitatis est quid intrinsecum & subſtantiale in ordine ad quantitatem, &c. ex hac ergo explicatione manet conclusio sufficienter probata, & patet ad rationes quas supra obijcit Caie. Prima est, quia si ecceitas nõ est aliquid accidẽtale: ergo est quid essẽtiale: sed ad hoc iã dictũ est. Secũda quia act' singularis pręexigit potẽtiã singularẽ: ergo ecceitas cũ sit act' singularis præexigit potentiam singularem: ergo supponitur natura singularis antè ecceitatem: sed ad hoc iam diximus suprá cõ trouersia prima q. 3. sectione militare de actu phisico non de metaphisicò constitutiuo rei in tali ratione, sicut etiam differentia est actus specificans, & non supponit differentiam specificam. Tertia principia indiuiduationis sunt primò diuersa: sed ecceitas Petri, & Pauli conueniunt in aliquo, quia magis similes sunt inter se, quam cum alijs, &c. Sed hoc æqualiter militat de materia signata: dicũtur enim primo differre per illas rationes eo modo quo explicuimus genera generalissima esse primo diuersa. Quarta, quod conuenit huic, & repugnat alteri præexigit distinctionẽ illorum: sed ecceitas Petri conuenit Petro, & repugnat Paulo: ergo præexigit distinctionem illorum: ergo non distinguit Petrum á Paulo: ergo non indiuiduat illum. Respondeo negando maiorem sed habendum est præexigit, vel cõstituit distinctionem illorum, vt rationale cõuenit homini, & repugnat eqno: non tamen præexigit distinctionem illorum: sed constituit illam, & idem est de omnibus formis: & differentijs.

Quarta conclusio materia prima est vna numero per suam vnitatem, singularem hęc sequitur ex prędcedenti, & patet manifestè: nam sicut in toto compositio est considerare naturam specificam & indiuidualem, ita in sola materia: vnde capite de genere diximus materiam in communi esse genus ad nostram, & ad cœlestem quę sunt quarum quęlibet indiuiduatur per suam proportionalem vnitatem. Prętera quia materia prima est vna numero, & non per aliud á se distinctum: ergo per suam vnitatem sibi identificatam. Dices esse vnam numero per formam á qua habet existẽtiam: sed hoc esse falsum diximus. 1. Phisico. eadem enim materia numero manet subdiuersis formis, aliàs crearetur, & anihilaretur materia inqualibet generatione, & corruptione. Prętera, quia implicat id, quod prędexistit vnum numero postea fieri vnum numero per aliquid

aliquid aduenies. Tandem, quia si Deus sine vlla forma materiam conseruet tunc esset vna numero, & distincta ab alia, & non per aliud quam hanc vnitatem: ergo. Sed contra ratio essentialis materię est in ordine ad formas: ergo ratio huius materię in ordine ad hanc formam, aliás nec ista relatio numero esset ad hunc terminum numero. Confirmatur, quia aliás duę portiones materię distinguerentur seipsis, cōsequens est falsum, quia actus est qui distinguit: ipsę vero sunt purę potentię: ergo. Respondeo negando consequētiam quia etiam quęlibet portio materię in particulari est potentia ad omnes formas sicut non valet ratio essentialis potentię est in ordine ad obiectum: ergo ratio huius potentię in ordine ad hoc obiectum nec est eadem ratio de relatione; quia eius essentia consistit in ordine ad aliud secundum totum suum esse & ideo cum relatio determinetur ad hanc numero etiam ille ordo debet determinari vsque ad hunc numerum in ordine ad hunc numerò terminum: at verò essentia materię est, quid absolutum consistens in quadam capacitate omnium formarum. Ad confirmationem respondeo materia habere aliquē actum entitatiuum, scilicet, existentiam, &c.

Quinta conclusio: Omnis forma tam substantialis, quam accidentalis est vna numero per suam vnitatem singularē, & intrinsecam, & non per aliquid aliud neque per materiam, & subiectum aut ordinem ad illa, quod specialiter tenet P. Tolet. 3. de Anima, quęstione. 13. conclusione secunda, & sequitur etiam ex dictis, sicut entitas formę est distincta ab entitate materię: ita habent sua distincta constitutiua, tam in ratione essentiali, quam indiuiduali. Quod prętera explicatur in anima rationali, quę secundum suam speciem dicit formam aptam ad informandum corpus, sic organizatum: sed illa non indiuiduatur, pœnes ordinem ad illud corpus: ergo minor probatur, quia separata est eadem numerò. Prętera, quia eadem numerò anima informata principio vnā portionem materię, & postea discursu temporis informat aliam numerò, & relinquit aliam priorem. Item constat esse omnino per accidens animę meę quod ego nutriar his carnibus hoc pane, vel alio numero distincto, & tamen hinc oritur, quod informet postea hāc numero portionem, vel alias: ergo etiā hoc illi accidit: ergo de se non magis coaptatur huic portioni materię, quam alteri: ergo non indiuiduatur ex materia. Idem patet in casu hominis resurgentis, qui haberet totam materiam aliorum hominum ex quorum carnibus fuit nutritus, tunc enim anima illius resurget informando illam materiam cum qua esset contenta naturaliter illam informando: ergo, & hinc etiam patet, quod indiuiduatio animę non summitur ex ordine ad materiam ijs numero dispositionibus affectam. Nam sicut variari possunt portiones materię, ita & dispositiones illius dices, quod licet mutetur materia & dispositiones tamen hęc anima de se manet semper coaptata talī portioni materię cum talibus dispositionibus. Sed contra quia anima, tam naturaliter, & propriè manet sub vna portione materię, quam sub alia, & cum ijs dispositionibus, quam cum alijs: ergo non magis coaptatur ad hanc, quam ad illam. Dices hoc concludere de forma, subsistente qualis est rationalis quarum esse est affixum materię, & ab illa dependens, sed nihilominus rationes prędictę etiam militant suo modo de alijs. Nam si alię formę separentur á subiecto retinent eandem vnitatem, vt patet in accidentibus Eucharistię.

Item si forma lapidis aufferatur ab hac materia, & ponatur in alia eodem modo dispositа erit eadem numerò, quę anteá, & eam naturaliter,

ficut in priori: ergo non est talis numero per ordinem ad priorem tandem in eadem numerò materia succedunt distinctæ formæ numero, & in eodem numero subiecto succedunt distincta accidentia numerò: ergo non summunt vnitatem numericam á subiecto: ergo á propria vnitate, quia tempus, vt infrá dicemus non potest indiuiduare formaliter. Confirmatur, quia secundum Diuum Thomam, & alios communiter aliqua accidentia solo numero distincta sunt in eodem subiecto de quo latè egimus, secundo de Anima, Controuersia quarta, quæstione secunda, ex qua patet repugnantiam aliquorum accidentium in eodem subiecto non prouenire ex eo, quod á subiecto indiuiduantur, sed propter aliàs rationes ibi assignatas. Sed contra hanc cõclusionem potest obijci: nam forma materialis pendet ab hac portione materiæ in sua entitate: ergo, & in sua vnitate, consequentia patet. Nam á quo res habet suam entitatem, ab eo habet etiam vnitatem: antecedens autem probatur, quia hac ratione non potest accidens, vel forma materialis transire de subiecto in subiectum, vel ex vna parte subiecti ad aliam, quia pendet ab illa, &c. Respondeo, hoc optimé probat vnitatem formæ materialis summi in ordine ad materiam: ita vt materia sit aliquo modo radix vnitatis, licet non ratio formalis illius, & hoc tantum videntur sentire Aristote. & D. Thom. in principio relati, de quo agemus modo in quæstione sequenti.

Ex præcedenti quæstione habemus esse quatuor vnitates distinctæ rationis quarum radix modo inuestiganda est, & primo vnitatis transcendentalis non potest assignari vlla radix, consequitur enim ad rationem intrinsecam entis, quæ cum sit ratio simplex non habet intrinseca constitutiua ex quorum vnione consurgit vnitas: sed sicut ex se est ens ita ex se est vnum: vnitatis autem formalis principium Metaphysicè loquendo inchoatur in genere, vel in superiori essentialiter, & completur per differentiam, aut modum intrinsecum, & proportionaliter est dicendum phisicè: inchoatur enim talis vnitas per materiam: completur vero per formam, & ideò forma dicitur, quæ dat esse rei vbi non est sermo de substantijs spiritualibus, & completis, quę non habent principium physicum suæ vnitatis, sed metaphysicum tantum. At vero essentia, incompleta, vt materia, & forma, & imperfecta vt accidentia, quæ duo etiam modò componuntur ex genere, & differentia, vt diximus capite de genere. Sed præter hoc eorum vnitas formalis physicè loquendo summitur ex ordine intrinseco, quę habent ad sua munera ad quæ ordinantur: vnitas autem quantitatiua non habet alia principia præter ipsam quantitatem secundum naturam, quam specialiter habet, vt supra explicatum est. Vnde de radice vnitatis numeralis erit tantum difficultas, ne modo quærimus, in quo consistat formaliter hæc vnitas, iam enim de hoc diximus, quæstione præcedenti, sed vnde oriatur, & quæ sint principia illius.

Prima sententia asserit radicem vnitatis numericæ incomposítis materialibus esse ipsam materiam ita Diuus Thomas, in locis relatis in præcedenti quęstione, & videtur sententia Arist. vt ibi etiam adduximus, & præter supradicta probatur. Nam in angelis non possunt dari plura indiuidua sub eadem specie: sed huius non est alia ratio, nisi quia carent materia quę est principium vnitatis, & multiplicationis numeralis: ergo antecedens tenet D. Thom. 1. part. Soto quarto, & de spiritualibus creaturis, articulo. 8. & secundo contra Gentes, capite. 96. & de ente capit. 5. vbi Caietan. quęstione. 9. Capreol. 2. d. 3. quęstione secunda, conclusione quinta. Abulens. Parado. 4. capite. 34. idem colligitur

tur ex Aristot. 17. Metaphysi. text. 49. & Auicen. 5. Metaph. c. 5.

Secunda sententia tenet formam esse principium vnitatis numericę, hoc tenet Zimar. Theoremate. 47. & dicit esse sententiam Auerro. primo de Anima text. 90. & 12. Metaphysico. text. 14. Durand. quarto. distinctione. 44. quæstione prima, vbi probat; nam manente eadem forma, licet non maneat eadem materia manet idem numero indiuiduum: ergo principium vnitatis numericæ est forma antecedens probatur. Nam idem numero est animal in fine vitę, ac in principio: sed non est eadem numero materia cum prior sit per continuam transmutationem deperdita, & alia acquisita: ergo maior patet, quia aliàs homo senex non esset idem numero, qui fuit iuuenis. Vnde Diuus Damascenus quarto, Fidei. cap. 5. ait, quod panis & vinum, &c. in corpus, & sanguinem commedentis transmutatur, nec tamen fit aliud corpus, quam primo, & idem sentit Aristot. primo Generatio. Secundo, in resurrectione resurget idem numero homo, qui fuit in hac vita, vt patet secundum fidem: sed non resurget cum eadem materia minor probatur, quia si vnus homo esset nutritus ex carnibus aliorum tunc implicat illos cum eadē numero materia resurgere. Præterea, quia homo post nutritionem, vt diximus est idem numerò licet non habeat eandem materiam: ergo ad hoc, vt resurgat idem numero non requiritur, quod resurgat cum eadem materia, ad hoc enim parum refert, quod sit facta transmutatio perceptibiliter, vel imperceptibiliter.

Tertiò materia habet suam existentiam á forma: ergo, & suam singularitatem, quia cum illa sit pura potentia habet omnem actualitatem: ergo eo ipso quod materia est sub hac forma numero, est eadem numero cum materia, quę antea erat sub hac forma numero.

Quarto, quod est causa identitatis est causa diuersitatis in eodem genere: sed materia non est causa diuersitatis: sed forma ergo, nec identitatis minor probatur, quia sufficit diuersa forma quamuis sit eadem materia ad facienda diuersa indiuidua. At non sufficit diuersa materia si sit eadem forma ad faciendum distinctum indiuiduum, vt dictum est ergo.

Prima conclusio principia intrinseca vnitatis numericę sunt illa quę sunt principia entitatis, & substantię rei hęc conclusio patet quia vnitas sequitur entitatem: ergo inde habet res vnitatem, vnde habet entitatem, quod explicatur. Nam sicut totum essentiale resultat ex partibus essentialibus: ita totum singulare ex partibus singularibus: Vnde in Logica capite de specie, quæstione secunda probauimus, quamlibet rationem existentem in singulari esse immediate singularizatam, sicut enim existentia Petri resultat ex omnibus rationibus existentibus: ita singularitas eius ex omnibus singularibus. Rationalitas enim Petri est singularis, & animalitas etiam, &c. Et sicut non sunt idem à parte rei animalitas, & rationalitas: ita nec singularitas earum ex quo patet illas partes, quę nullam habent compositionem in esse rei, vt est ratio entitatis, & si quę est alia non habere alia principia suę singularitatis præter ipsam rationem formalem singularitatis: patet etiam Angelos habere principia Metaphysica suæ singularitatis, scilicet, genus, & differentiam. Componitur enim Angelus ex tali communi ratione singularizata, & ex alia differentia etiam singulari: sequitur etiam ex dictis composita materialia præter hęc principia Metaphysica habere, alia physica, vel eadem sub diuersa ratione. Componuntur enim ex hac materia, & ex hac forma, & inde resultat, hoc compositum.

Secunda conclusio principaliùs principium vnitatis numericæ est forma, quam materia, & idem est dicendum proportionaliter de differentia respectu generis, & sequitur ex dictis. Si enim vnitas sequitur entitatem: ergo principalius principium entitatis, erit etiam vnitatis de quo vide. P. Perey. 6. Philosopho. cap. 12. docet Aris. 7. Metaph. tx. 49. vbi dicit separare ac distinguere esse prius m actus. Et secundo de Anima text. 7. vnitatem, & multitudinem rerũ principaliter esse ab actu, & ibi text. 2. hoc ex professo docet: ait enim quod inter substantias quædam est materia ex qua non est hoc aliquid: alia vero est forma ex qua est hoc aliquid. Vbi simpli. Themist. Philoph. & Alexan. aiunt per hoc aliquid indiuiduam substantiam intelligi & materiam non esse hoc aliquid, quia non est substantia completa, nec facere hoc aliquid. quia tantum dat inchoactionem quandam substantiæ: non tamen complet: sed de se est indifferens tamen formaliter de se non sit hoc aliquid: habet tamen res ab illa quòd sit hoc aliquid, quia complet & terminat rem in suo esse. Præterea, id est primũ principium vnitatis numeralis, quod est huius rei: ita propriũm, vt non possit alteri conuenire: sed hæc materia potest esse in alio, & alio indiuiduo: non vero hæc forma: ergo hæc forma est potissima radix vnitatis rei. Item, quia id, quod indiuiduat, est quod distinguit vnum ab alio: sed duo indiuidua magis distinguntur per duas formas indiuiduas: actus enim est qui distinguit: ergo tandem id à posteriori colligitur, quia variata forma nunquam censetur manere idem indiuiduum: at vero variata tantùm materia dummodo maneat eadem forma censetur manere propriè idem indiuiduum, licet non tam propriè, ac si manerent ambæ partes eædem numero: ergo hæc forma est principaliùs principium. Sed dices, quæ differunt ex parte formæ differunt essentialiter: ergo si indiuiduatio summitur á forma differentia indiuiduorum erit essentialis. Respondeo, quæ differunt per formam secundum eius rationem essentialem ea differunt essentialiter non verò, quæ differunt per formam secundum eius rationem singularem.

Tertia conclusio in angelis sunt principia intrinseca vnitatis numeralis sufficientia, vt possint numerare, multiplicari sub eadem specie hanc tenent communiter Doctores in secundo distinctione. 3. Bonauentu. Scot. Durand. Richard. Gabrie. Marsilius, Alens. 2. pa. quæstione. 2. membr. vltimo. Albert. de quatuor coæuis, quæstione quinta, articulo. 2. Paludan. in quarto, dist. 4. quæstione prima, & dist. 43. quęstione tertia. Sonzin. 12. Metaphys. quæstione. 51. Gabriel. quæstione. 24. secundo contra. 93. & est articulus quidam Parisi contrarium damnans probatur ex præcedenti conclusione, nam in angelo est vnitas numerica distincta ab specifica: ergo habet sufficientem vnitatem, vt possit distingui ab alio Angelo intrá eandem speciem. Nam perid sufficienter distinguitur ab alio, per quod constituitur res in seipsa. Vnde cum natura Angelica sit indiuiduata in vno Angelo non videtur vlla implicatio: cur enim possit eadem esse indiuiduata in alio cum solum de essentia Dei propter eius infinitatem sit incommunicabilitas ad aliud indiuiduum. Item duæ portiones materiæ, & duę animę rationales quamuis in essentia specifica conueniãt distinguntur numero per entitates, & ecceitates suas, & nó per aliquid extrin secum, vt supra probatum est: ergo similiter possent angeli. Præterea duo accidentia spiritualia multiplicantur secũ dum numerum: ergo. Dices distingui á subiecto: contra nam hic actus, quam hic Angelus habuit heri, & quem hodie habet, sunt distincti numerò, & non ex subiectis, quia subiectum

est

est idem numero. Dices distinguí, quia fiunt in diuerso tempore: sed hoc non sufficere supra ostensum est. Præterea ergo cum Deus possit angelos creare distinctis temporibus possit illos creare eiusdem speciei: par enim est ratio, & rursus cum Deus in actione sua sit independens á tempore possit illos etiam similiter creare: sed Ferrar. supra, & alij asserunt de potentia absoluta id esse verum non secundum ordinem naturalem, & idem videtur tenere D. Thom. opusc. 16. capit. vltimo, sed vere si Deus potest facere de potentia absoluta iam ruit fundamentum D. Tho. qui asserit esse impossibile dari duos angelos eiusdem speciei, quia non haberent principium distinctionis numericæ. Præterea si Deus faceret tam naturaliter distinguerentur duo angeli sicut duo homines: sed forte dicitur non secundum naturam, quia cum indiuidua sint per accidens non intenduntur á natura nisi ad conseruandam speciem. Vnde, quando species potest in vno indiuiduo conseruari natura non intendit plura: sed de hoc & vtrum de facto dentur plures angeli eiusdem speciei dicemus infrá.

Quarta conclusio principia extrinseca vnitatis numericę in rebus quę á Deo creantur est sola voluntas Dei & talis finis á Deo intentus hęc conclusio explicatur. Nam licet res sit eadem numero per talem vnitatem, quę resultat ex vnitatibus partium essentialium: sed præter hęc dantur alia principia extrinseca quare magis producatur hoc numero indiuiduum, quam aliud cum in potentia agentis, & etiam passi plura, & diuersa contineantur: sed hęc potiús sunt principia productionis, quam indiuiduationis. Vnde Deus cognoscit aliqua indiuidua possibilia, quę nunquam producentur. Vnde Petrũ esse hoc indiuiduũ, & Petrum nunc produci sunt distincta, Petri enim indiuiduatio, vt sic abstrahit ab existentia & productione, ꝙ ergo Petrus sit hoc indiuiduũ habet ex entitate sua: tamen ꝙ hic, & nunc producatur habet aliũde. Hoc supposito probatur conclusio: nam possibile erat Deo sicut prodixit hunc mundũ aliũ numerò distinctũ producere, & in numeros alios: ergo ratio quare creauit hunc potiús quã alium non est alia, nisi quia voluit: ex parte enim mundi nõ potest summi ratio, quia anté illã actionẽ nihil erat, nec verò ex parte potentię Dei. Nã illa quãtum est de se indifferens ad hęc, vel illa numero indiuidua producenda, nec etiã ex parte cognitionis diuinę nã ipse Deus cognoscit hunc, & aliũ modũ esse possibilem, & non esse hunc meliorẽ alio, nec écontrario: ergo tantum fuit ex mera voluntate Dei simile est de quacũq; alia creatura excepta anima rationali, de qua est specialis ratio, vt modo dicemus. ¶ Quinta conclusio principia extrinseca vnitatis numericę in effectib⁹ qui fiunt á causis secundis est tale agẽs, & tale subiectũ circunstantionũ omnibus circunstantijs, quę ad productionẽ concurrunt, & inter hęc potissimũ principium est subiectum, vt sic. Quod fortè intendit. D. Tho. cum ait materiã signatã esse principium indiuiduationis, probatur. Nam quod producatur hic numerò effectus, & non alius prouenit ex eo, quod sit talis causa efficiens, & tale subiectum sic dispositum, & cum talibus circunstantijs, cum enim sit alia causa: ergo quod autem principaliter hoc prouenit ex materia taliter circũstantio natura patet, quia agens est indifferens ad plures numerò formas: ergo determinatur per materiam cũ non possit significari aliud determinans. Et præterea quia cum dispositiones se teneant ex parte materię etiam circunstantia talis loci temporis, &c. censetur etiam ex parte illius, & pœnes hoc idem est de anima rationali, quia licet non fiat ex subiecto, sit tamen in subiecto, & Deus in creatione illius obseruat modum agẽtium naturalium, quod autem non sola materia, sed etiam aliq

circunstantiæ concurrant patet, nam idem agens potest in eodem subiecto diuersas numerò formas diuersis temporibus introducere: ergo non determinatur tantum á subiecto: sed etiam à tempore, & idem erit de alijs circunstantijs: sed quod illæ solum non sufficerent sic ostenditur, quia si eidem agenti applicentur distincta subiecta eodem tempore, & loco, &c. reciperent illa subiecta formas numero diuersas: ergo subiectum ipsum etiam requiritur. Dices, quod non distinguntur formæ ex subiecto: sed ex actionibus, quia scilicet per diuersas producuntur actiones. Sed contra ipsæ actiones vnde distinguntur nisi ex subiectis, vel certé ex termino, vel quia ad formas numero distinctas tendunt: sed quomodo subiectum, & circunstantiæ possint determinare agens ad hunc effectum numero producendum nisi intrinsicè indiuiduando ipsum effectum difficile est. Dicimus tamen id contingere quia subiectum, & circunstantiæ sunt occasio, vt agens applicet virtutem suam ad producendum hunc effectum numerò magis, quam alium: hic enim est naturalis ordo agentium naturalium. Quod scilicet ad determinata subiecta in tempore, & loco determinato applicent virtutem suam ad determinatum effectum, nec hic effectus est hic, quia hic, & non producitur: sed potiùs quia de se erat hic, ideò naturaliter debuit produci passio hoc agenti, cum omnibus circunstantijs, nec potest dici, quod hæc forma sit hæc præter ordinem ad hoc subiectum, & has circunstantias: hic enim ordo est illi extrinsecus cum de se non magis postulet hoc subiectũ, & hæc accidentia, neque hoc tempus, vel hunc locum, magis quam alium, alias creatura indiuiduaretur intrinsicè per extrinsecam voluntatem Dei, & temporis.

Ad fundamentum primæ opinionis patet ex dictis in tertia conclusione supra, & in quæstione præcedenti. Ad argumenta secundæ opinionis. Ad primũ respondeo manere eandem materiam saltem quò ad partes has per materias vt diximus primo Gener. quæstione. 4. si tamen nulla materia maneret non dicerentur proprié, & Metaphysicé idem: sed naturaliter sicut dicitur idẽ fluuius, vel idem populus: sed tunc eadem ratio est in alijs animalibus ab homine, in quibus etiam deperditur forma, vt diximus, secũdo de anima controuersia, prima, quæstione. 6. Ad secundum respondeo in resurrectione ab angelis distribuendam esse illam materiam per singula indiuidua, quibus fuit propria de quo vide Soto. in. 4. dist. 44. quæstione. 1. qui & omnes communiter iudicant temerariam sententiam Duran. sed fortè non ideò iudicatur quatenus dicit sufficere ad identitatem numericam, quod sit eadem forma: sed quia maior & perfectior identitas colligitur ex Scriptura asserente, & in carne mea videbo Saluatorem meum, &c. Quòd autem secundum aliam rationem non videatur temeraria probatur, quia multi tenẽt hominem senem nullam prorsus habere materiam eius, quæ fuit in ipso iuuene, quod supponit ipse Soto ibi artic. 4. nec refert paulatim factam esse mutationem, &c. Præterea, quia non videtur omnino improbabile solam formam esse de quidditate compositi: circa quod vide dicta. 1. Physico. quæstione. 4. Ad tertium respondeo in sententia D. Tho. esse optimum argumentum, & probabile id, quod intendebat Durandus, & quod in ipso damnatur tamquã temerarium. Ad quartum respondeo identitatem quæ est bonum resultare ex integra causa: diuersitatem autem, quæ est malum ex quolibet defectu. Vnde si mutetur materia, vel forma erit diuersum: at si adueniat eadem materia, nisi etiam adueniat eadem forma, vel si sit eadem forma, nisi sit eadem materia, non erit idem: in hoc enim par est

ratio

ratio vtriusque vnde cum formę animalium saltem imperfectorum, sint in omni opinione diuisibiles: ibi non solum deperditur pars materiæ: sed etiam pars formæ, & si propter diuersitatem materiæ esset distinctum etiam propter diuersitatem formæ,

ARTICVLVS. VIII.

Vnde sumatur differentia in diuidua in substantijs immaterialibus.

DE hac re optimè Magister Zumel tractat. 2. tom. prima par. quæst. 55. & in alijs locis, vt videre est in eius tabulis: nos tamen breuiter pro complemento dicemus. Et primò certum est in hac quæstione non procedere de substantia immateriali, vt comprehendit substantiam partialem, qualis est anima rationalis. Nam de hac re non dubium est, quin possit numero multiplicari: nam determinatum est de fide in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, quamuis enim anima rationalis immaterialis sit: est tamen veré forma quæ veré informat materiam, atque ideo indiuiduatur, sicut reliquę formæ per commensurationem quandam, & ad materiam figillatam quantitate, & quamuis possit à materia separari, & separata existere: semper tamen retinet ordinem ad corpus solum integram, & completam, quales sunt Angeli de quorum indiuiduatione procedit: quæstio an scilicet, in illis eadé sit differentia indiuidualis, & specifica. An verò diuersa quod alij sub his verbis quærunt. An sub specie Angelica possint esse plures angeli numero diuersi, quod prouenit ex modo indiuiduationis.

Secundo certum est, quod neutra huius quæstionis per se de fide: sed vtraque tam affirmatiua, quam negatiua salua fide potest substineri. At docet Augustinus libro illo Hæresium contra Priscianitas, & Damascenus secundo libro de Fide, & ratione etiam suadet. Nam illud tantum est de fide, quod habet, in Scriptura, & in diuinis tractationibus, sed nec in Scriptura, nec in diuinis tractationibus habetur qualis sit differentia specifica in angelis: ergo neutra pars quæstionis est de fide, licet ex ipsa Scriptura constet, quód esse Angelorum ordines: non tamen habetur. An isti ordines sint diuersi differentia specifica. An verò differentia indiuiduali ad Durandum vero, & Henricum obijcientes decretum est Fabiani Episcopi Parisiensis, & eius facultatis, vbi damnatur error tertio formam non posse numero multiplicari nisi per materiam, & similiter quod non possunt esse plures Angeli numero diuersi. Respondetur cum Caietano 2. de ente, & essentia, capit. 1. quęstione nona, & Ferrara, secundo contra Gentes, capite. 93. quæstione. 53. vbi damnatus est error Auerrois asserentis animam intellectiuam non posse numero multiplicari propter independentiam á materia damnatus est similiter error eorum, qui propter eam solam rationem inferunt in Angelis non esse multiplicationem numericam, quia huic soli rationi probat in Angelis non esse multiplicationem numericam tollit multiplicationem animæ rationalis cum hæc etiam sit independentiam á materia, sicut & Angelus dicere autem naturam Angelicam, non posse numero multiplicari quoniam Angeli sunt naturæ integræ, & completæ, & non receptibiles in materia, & propter alias rationes non est contra fidem imò est communis sententia in scholis recepta.

Quæstio autem proposita dupliciter

potest intelligi, vno modo de potentia Dei ordinaria, alio modo de potẽtia Dei absoluta, & quidem inter Scotistas Ferrar. 1. contra Gentes, cap. 92. & Capreolus secundo Sententiarum. dist. 3. exponunt sententiam S. Thom. circa hanc rem dicentis sub eadem natura Angelica non esse plures Angelos numero diuersos de potentia Dei ordinaria, & de facto quamuis possint esse de potentia Dei absoluta. Alij vero inter quos est Caieta. asserit intelligendã esse sententiam S. Thom. de potentia Dei absoluta, ita vt neque per ipsam possint esse plures Angelos numero diuersos, & hęc sententia couformior est, menti Diui Thom. nam eodem principio quo probat. 1. parte. quæstione. 41. articu. vltimo in diuinis nullo modo esse posse plures paternitates, aut filiationes probat iam sub eadem specie Angelica non posse esse plures Angelos in numero diuersos ratio autem talis forma multiplicatur per materiam: sed in diuinis impossibilis est materia: ergo impossibilis est multiplicatio numerica: sed si materialiter impossibilis est materia in angelis: ergo impossibilis est multiplicatio numerica sub eadem specie, etiam de potentia Dei absoluta.

Tres autem sententiæ referuntur á D. Thom. 1. part. quæstione. 50. articu. 1. Origenes asserentes omnes substantias immateriales, siue animas, siue Angelos esse eiusdem speciei, & solum numero differre quam sententiam multis refutat D. Tho. primo contra Gentes cap. 94. Nam Angelus est substantia integra & completa, & inreceptibilis in materia. Anima verò est forma partialis, & incompleta; & receptibilis in materia: ergo differunt specie.

Secunda sententia est asserentiũ omnes Angelos esse eiusdem speciei, & solum numero differre, sicut homines, & hanc sententiã sequitur Gregorius Nazianzenus. 1. lib. de Creatione hominis, & Basilius. 2. lib. cõtra Eutoronomiũ, & Athanasius in libro ad Amiciũ Regem.

Tertia sententia est asserentiũ omnes Angeli eiusdem ordinis aut Hierarchiæ esse eiusdẽ speciei, & hanc sequuntur Scotistæ.

Quarta autẽ sentẽtia est S. Th. loco citato asserẽtis omnes angelos, siue eiusdẽ Hierarchiæ, siue diuersæ esse diuersæ speciei: at in illis non posse esse distinctionem numericam tantum. Eius autem sententiæ fundamentum est: quia in formis duplex tantum potest esse distinctio: altera quidẽ quæ oritur ab ipsis formis, & hæc dicitur formalis, & specifica alteratio vero, quæ oritur. Ex materijs in quibus recipiuntur, & hæc dicitur numerica, & materialis. Vnde sequitur, quod forma illa, quæ non est susceptibilis in materia non potest numero multiplicari: atque ideò cum Angelus sit forma integra & totalis, & non receptibilis in materia: ideò non potest in Angelis esse distinctio numerica, sed formalis tantum, & specifica, & expressa sententia Aristotelis, nam primo cœli. cap. 9. inquit, quòd forma, quæ est numero multiplicabilis est forma in materia, &. 11. Metaphys. cap. 8. ex carentia materialitatis, id est, motoris, infert omnimodam eius vnitatem, & 5. Phys. ait, quę differũt numero materiã habẽt. Ratione vero sic probatur, quod est principium cõueniẽdi pluribus: nõ potest esse principium differendi. Sed forma est principium conueniendi pluribus indiuiduis sub eadem specie: ergo non possunt per formam differre: sed nullum aliud potest excogitari principium numericæ distinctionis præter formam, nisi materia: ergo materia est principium talis distinctionis: sed Angeli sunt formæ integrę, & completę, & omnis materiæ expertæ: ergo in illis non est distinctio numerica, & hoc ipsum videtur insinuare Sanctus Thomas, prima parte, quæstione nona, articulo primo: dicens non esse idem principium, quo fortis est homo, & est hic homo, aliás

sicut

sicut hæc, hæc enim forma non potest numero multiplicari nisi sint plura susceptiua in quibus recipiatur, sicut figura sigilli impossibile est, quòd multiplicitur, nisi sint plures, albedines, nisi sint plura subiecta in quibus sit, aliàs si albedo esset sine subiectis, esset forma vna numero: sed Angeli sunt formæ integræ & completæ, & non sunt receptibiles in materias: ergo non potest numero multiplicari, & propterea Plato vnicam tantum ponebat idem cuiuslibet speciei, quia ex carentia materię inferebat carentiam numericæ pluralitatis sub eadem specie.

Sed quæret aliquis quid intelligatur nomine materię, aut substantiæ, cũ dicimus intelligibile esse formam multiplicabilem numero, si per materiã sub eadem specie. Resp. Caiet. 1. p. q. 5. art. 7. quid intelligimus id in qua forma recipitur per informationem, vel per intentionem: per informationem quidẽ vt in substantijs materialibus, in quibus forma recipit in materia prima, vt in subiecto per inhærentiam vero vt in accidentibus in quibus totum compositum est subiectum cui accidentia in hęrentium. Vnde hoc est discrimen inter substantias ipsas immateriales, q̃ illæ, quę no sunt in alio receptibiles, neq; per inhęsionẽ, neq; per informationẽ quales sunt integræ, & cõpletę, quæ dicũtur angeli sunt omnino incõmunicabiles, & in multiplicabiles numero sub eadẽ specie. Illæ verò quæ sunt receptibiles in alio per informationem, vt animæ rationales, aut per inhęsionem, vt accidentia, quæ in hęrent subiectis sunt numero multiplicabiles sub eadem specie, de omnibus quidem patet de accidẽtibus vero spiritualibus constat. Quoniam plures intellectiones solo numero diuersæ possunt esse in eodem Angelo succesiuè, vel si mul in diuersis & plures ictus & voluntates plurium Angelorum, etiam si sint entia spiritualia: sunt tamen solo numero diuersa sub eadem specie, quia habent idem obiectum scilicet colorem & ab illo eodẽ modo & non ab alio immutantur eodẽ modo, & nõ ab alia ratione sunt numero diuersæ, nisi quia in diuersis subiectis recipiuntur.

Sed ob aliqua scilicet substantia materialis scilicet completa, & integra vt homo non potest recipi in alio, vt in subiecto: ergo non erunt multiplicabiles sicut neq; Angelus. Resp. disparem esse rationem quoniam Angelus nõ potest in alio vt in subiecto recipi, nec secundum se totum, nec secundum aliquam partem; ac pro inde est omnino immultiplicabilis. Homo vero etiam si secundum se totum non possit recipi in alio potest tamen ratione suæ partis scilicet formæ: atque potest benè numero multiplicari.

Quod si obijcias essentia Angeli vere recipitur in supposito, vt in subiecto, quia rẽ vera essentia Angeli est in supposito & nullus alius modus essendi in supposito potest excogitari, quam vt in subiecto ergo Angelus potest modo multiplicari: probo antecedens quia Angelus non solũ constat ex genere & differentia: sed etiam ex esse & essentia, aut ex natura, aut supposito: ergo natura & suppositum realiter distingũtur: sed suppositum non potest esse in natura quia est omnino incommunicabilis: ergo natura est in supposito. Resp. verum esse Angelum constare ex esse & essentia, quia veré dicitur quod natura Angeli recipitur in supposito, tamen modus iste, quo est in supposito non est modus essendi in alio, vt in subiecto, quia natura Angelica non informat suppositum sed est modus essendi in alio, vt in toto, nec est contra, essentia Angelica habet rationem materiæ, aut potẽtiæ respectu supposiu nisi metaphoricè, atq; ideò cum dicimus naturam angelicam habere vicem materiæ respectu suppositum per methaphoram intelligendũ est quæ consistit in

hoc, quòd sicut cõditio materiæ est limitare, & terminari per formam, vt potentiam per actum: sic etiam natura Angeli limitat, & terminatur per existentiam, sicut potentia per actum tamen quia huiusmodi limitatio non fit per actum aliquem informantem, aut in hærentem existentia, nec in formam existentem Angeli, neque illi in hæret quod requiritur ad numericam multiplicationem sub eadem specie: ideò Angelus requirit numero multiplicari sit aut limitatio illa solum per actum terminantem ad intrinsecum, sicut linea terminatur per punctum, qui quidé, neque est actus informans neq; illi in hærens: sed intrinsecus & terminans: ex quo fit quòd etiam si natura Angeli recipiatur in supposito, modus ille essendi in illo non potest numero multiplicari, tum quia natura procognoscit prius ante suppositum, vt singularis, tum etiam quia non habet veram rationem materiæ, neque subiecti respectu suppositi: Sequitur ex dictis in Angelis idem esse principium constitutiuum speciei & indiuidui: nam idem est principium quo constituitur Angelus in esse Angeli, & in esse huius Angeli, quia cum sint formæ integræ & per se subsistentes sicut se ipsis specificantur, sic & indiuiduantur, quod testatum reliquit sanct. Thom. 1. parte. quæst. 3. artic. 3. dicens, in his quæ constant materia, & forma indiuiduatio non fit per materiam, sed sicut sunt formæ per se subsistentes seipsis specificantur & indiuiduantur á se ipsis sunt suppositiua subsistentia.

Sed tota difficultas circa hanc rem est quam incepit Scotus, & præfecit Durandus, loco suprà citato, quę talis est. Deus potest speciem Grabielis iam productam anichilare, & post anichilationem eam iterum reparari: sed non potest reparare creando de nouo eundem numero Angelum Grabielem, qui fuit anichilatum: ergo reparabit producendo diuersum numero Angelum, atq; ideò potest facere quod sub eadem specie Angelica possint esse plures Angeli numero diuersi, minor probatur quod scilicet illi Angeli debeant esse numero diuersi: quoniam actiones quibus Angelus anichilatus fuit primò conditus Angelus post anichilationem fuit reparatus sunt numero diuersi: ergo & termini producti scilicet Angeli, patet sequela quoniam actio idẽ tificatur cum suo termino, & ita sicut á termino distincto secundum speciem summit vnitatem specificam, sic etiam á termino distincto secundum numerum summit vnitatem numericam. Respondeo. ad primum falsum esse quod non sit eadem actio numero, qua Angelus anichilatus fuit primo conditus, & qua post anichilationem fuit reparatus.

Quoniam si actio ista consideretur ex parte rei, & vna numero: nihil enim aliud est, quam æterna volitio, quæ est ipse Deus, & etiam si teneatur ex parte creaturæ est vna numero, quia Deo aliquid creante non interuenit actio aliqua inter Deum, & creaturam, sicut creatura aliquid agens interuenit actio inter agens, & passum. Creatio vero ex parte creaturæ est relatio quædam dependentiæ creaturæ ad creatorem, & hæc est eadem numero in Angelo, primo conditio, & postea reparato: cum autem Aristoteles dixit ad vnitatem numericam actionis requiri vnitatem numericam termini eius, & etiam temporis sequitur de actione, quæ est motus & mutatio qualis non est creatio.

Et secundo. Respond. quod etiam si demus diuersas esse numero actiones quibus Angelus fuit primo conditus, postea reparatus: non tamen sequitur esse diuersos numero Angelos. Quia non repugnat eundem numero ter-

minum

minum per multiplicem actionem produci quod ex eo patet quia idem numero homo erit qui resurget in die iudicij, & qui fuit per generationem productus: quamuis generatio & resurrectio sint actiones numero diuersæ imo & specie, neque identitas actiones cum termino obstat, quo minus terminus possit esse vnus numero & actio multiplex: aut é contra sicut identitas similitudinis cum albedine non obstat quo minus eadem existente numero albedine possint esse duę relationes numero diuersæ si destructa altera albedine aduenial altera.

Sed obijciet aliquis Angeli diuerse Hierarchiæ plus differunt, quam Angeli eiusdem Hierarchiæ: sed Angeli diuersę Hierarchię differunt specie, ergo Angeli eiusdem differunt minus, quam specie, sed minor distinctio est numerica: ergo Angeli differunt numero. Respondeo. quod distinctio illa præter specificam est accidentalis secundum diuersa munera & officia quibus funguntur: nam sicut in Ecclesia visibili differunt sacerdotes, & Episcopi, & Cardinales propter diuersa munera, quæ exercent, & qui eadem officia funguntur constituunt diuersum ordinem ab alijs, sicut illi qui intuitur ad nos Angeli dicuntur, & Archangeli qui nouum prę se ferunt, & Cherubin, qui scientiæ plenitudine pollent & Seraphin qui charitatis amore fligrant.

Ex quibus omnibus sequitur quòd quamuis natura Angelica specifica constat ex genere & differentia: non tamen est vniuersalis ex parte rei & obiecti: sed ex parte modi intelligendi, quia sic nos pro hoc statu non possumus cognoscere Angelos, vt in se sunt: sed per speciem rei materialis, & ita natura Angelica cognita, pro vt in se est, neque est vniuersalis, neque prædicabilis, neque vt falso putat Scotus est communicabilis, quia neque est communicabilis per entitatem qua ratione existentia diuina cõmunicatur tribus hoc enim proprium est Trinitati æternæ infinitæ virtutis, qualis est diuina, nec per indifferentiã quomodo communicatur natura substantiæ corruptibili. Quoniam hoc prouenit ex imperfectione diuisibilitatis materiæ, quę in Angelis minime reperitur.

ARTICVLVS. IX.

Quod sit principium indiuiduationis accidentium?

NON nulla de hac rediximus cap. de accidenti & relatione: tamẽ ad perfectionem tractatus non nulla in præsentia sunt attingenda, & pro declaratione notandum est. Primo ex Arist. 1. Topicorum c. 2. quòd esse vnum accidentario contingit dupliciter vno modo lata significatione & in proprié, qua ratione omnia accidentia quæ sunt in eodem subiecto, etiã diuersæ speciei dicuntur esse vnum numero. Nam licet sint diuersi ordinis, quos dicunt ad subiectũ tamen quia terminatiuum extrinsecũ subiectum, scilicet est vnum tantũ ideò accidentia dicuntur vna numero, altero modo propriè & in rigore, qua ratione illud est vnum necessario quod constat differentia indiuiduali intrinseca, & ita illa quæ supposita conuenientia specifica per formam habent diuersam differentiam indiuidualẽ dicuntur proprié differre numero, & de huius modi indiuiduatione procedit, quia in qua quæstione sententia S. Tho. est accidẽtia indiuiduari per ordinẽ ad subiectũ, ita vt plura accidentia solum numero differentia non possint esse simul in eadem specie, subiecti ter autem diximus solo

solo numero differentia non diuersa specie benè possunt esse in eadem parte, sicut in eadem parte lactis est albedo, & dulcedo. Probat S. Tho. suam sententiam hac ratione, de essentia accidẽtis est ordo ad subiectum: ergo de essentia huius accidentis est ordo ad hoc subiectum, atq; ideo accidentia diuiduntur per ordinẽ ad subiectum.

Confirmat quoniam præter eam solam rationẽ diximus supra formam aliquam necessario esse multiplicabilẽ sub eadẽ specie, quæ est recepta in materia forma, & in nomine materię intelligimus substantijs materialib⁹ materiam in accidentibus subiectum: ergo sicut forma substantialis multiplicatur numero propter multiplicationẽ materię, sic etiam accidentia numero multiplicantur per multiplicationem subiectorum, & sicut duæ formæ substantiales non possunt simul esse in materia dupliciter diuisa, sic etiam neque vnum numero accidens potest esse in duobus subiectis adæquatis: ergo accidentia indiuiduantur per ordinem ad subiectum.

Sed contra hanc sententiam est primum argumentum de accidentib⁹ spiritualibus, plura accidentia spiritualia solo numero differentia possunt esse simul in eodem subiecto: ergo sententia S. Tho. est vera in his accidẽtib⁹: antecedẽs probatur quoniã species & verbum eiusdem obiecti V.G. homines sunt simul in eodem intellectu, & tamen solo numero differunt: quod autem sint simul patet, nã intellectio & actio instantanea & terminus ipsius est verbũ: ergo in eodem instanti quo est intellectio est verbum: sed similiter est etiam species, quia species est causa efficiens intellectionis & impossibile est intelligere effectum primo productum quin intelligatur causa efficiens: ergo. Ref. verum esse speciem & verbum numerò differre, quia distinguntur vt causa & effectus: falsum tamen est quod sint eiusdem speciei infimę, quia distinguntur essentialiter, quamuis sint similitudines, & imagines eiusdem obiecti: diuersimode tamen, quia species representat obiectum implicitè, & vt intelligibile & in actu primo. Verbum vero representat illud explicitè & cognitum & in actu secundo, qui quidem diuersus modus representandi sufficit vt species & verbum essentialiter distinguãtur, & sint diuersæ speciei; & ita quamuis sint simul in eodem intellectu, nihil contra nos.

Sed dicet aliquis si ergo species & verbum essentialiter distinguntur sequitur intellectionem non esse actionem vniuocam: probatur sequela, quoniam actio vniuoca est illa in qua terminus productus est eiusdem speciei cum principio producendi. Ref. re vera intellectionem non esse actionem vniuocam, neq; ex parte speciei, quia species vt dictum est distinguitur à verbo essentialiter, nec ex parte intellectus: quoniam hic etiam verbum essentialiter distinguntur cum intellectus sit de secunda specie qualitatis, quia est naturalis potentia verbum vero sit de tertia specie.

Neq; obstat quod aliqui dicunt hoc esse discrimen inter intellectionem, & volitionem quòd intellectio est actio vniuoca quia terminus productus per illam est eiusdem speciei principio producenti. Volitio vero est actio æquiuoca quoniam terminus productus per illam non ita se habent, quia isti loquũtur de vniuocatione actionis largo modo: ex eo enim dicunt intellectionem esse actionem vniuocam, quia terminus per illam product⁹ assimilatur speciei, in hoc quod vtrumque est imago eius obiectum: in volitione vero terminus productus non est similitudo obiecti voliti & ita volitio ex omni parte est actio æquiuoca.

Secundum argumentum de accidẽtibus sensilibus si dentur duo alba & eidem

dem medio applicentur, vtrumq; albū producit in illo medio speciem sensibilem, & species istæ erunt solo numero differentes: ergo plura accidentia intentionalia possunt esse in eodem subiecto solo numero differentia, atq; ideò sententia S. Tho. non habet locum in his accidentibus.

Resp. Caiet. 1. p. 3. q. 35. art. 5. quod species illę non producuntur ab illis albis in eadem parte medijs diaphani in quam: sed in diuersis, atq; ideò non est inconueniens plura accidentia solo numero differentia esse in diuersis partibus subiecti dūmodo non sint in eadē.

Sed contra hoc est quia licet duo alba à regione posita, quia non diffundunt species per eandem lineam rectā concedi possit, quod non producunt species in eadem parte subiecti: tamen si vnum album post alterum coloret necessario per eandem lineam rectam in medio illo interiecto producunt species, præsertim si fingamus plura corpora alba collocari in circulo per modum circuli, vt plura obiecta vel plures cognitum est in medio contenipto intra circulum plures species producuntur, atq; ideò reddit prius in conueniēs quod dentur plura accidentia solo numero differentia in eadem parte subiecti.

Propterea pro vera solutione notā dum est: primo quod sicut quodlibe luminosum producit lumē in medio vel in qualibe eius parte intra spherā suæ actiuitatis, sic etiam corpora affecta coloribus producunt intra spheram suæ actiuitatis suas species in medio, aut in qualibet parte medij sibi approximata. Veré tamen Caiet. asserit nō pose in eadem parte medij plures partes productę. Secundo notandū est in quolibet obiecto eius quod representat speciem sensibilem esse duplex sensibile, scilicet sensibile proprium, & sensibile commune, & diuersitas vtriusq; sufficit, vt species productę essentialiter distinguantur, & ita licet species à duobus albis productis producta non differant specie ex parte illorum, quia duo alba sunt eiusdem speciei possunt tamen essentialiter differre ratione sensibilis communis si specie differant, vt si alterum album sit triangulare: alterum vero quadrangulare.

Vnde Resp. ad argumentum falsum esse species illas esse solo modo differentes quia essentialiter differunt ratione sensibilis communis cum quodlibet album illorum esset diuersæ figuræ.

Sed dices si ergo illa duo corpora alba sint eiusdem figuræ: sequitur quidē plures partes solo numero differentes esse in eodem subiecto, & non distinctę essentialiter cum neq; sensibilibus proprijs, neq; communibus possint diuersificari. Resp. quod diuersificarētur à situ, quia duo illa corpora alba non possunt esse nisi in duobus locis, & si tibus cum impossibile sit duo corpora esse in eodem loco & situ: situs autē est sensibile commune.

Si autem obijcias quid aut si duo corpora per Dei potentiam sint in eodem situ penetratiue. Resp. quod nō producunt diuersas species: sed eande numero speciem, quæ ab vtroq; totaliter dependet: ita vt ablato altera maneret eadem species numero, vt si fingamus huic nostro soli per Dei potentiam alium solem penetrare, tum quidem ab vtroq; produceret idem numero lumē, quod totaliter à quolibet dependeret ita vt vno ablato maneret idem numero lumen.

Quod si quæras an si in phantasia sit producta hodie species & cras ęqué iterum videatur in eodem loco, & si tu producatur alia species noua & manet illa eadem numero principalior. Resp. quod non producitur diuersa species; sed præexistens conseruatur quoniam species, quæ ab illo obiecto nata erat producti iam erat producta, sicuc si sit

lumen

lumen in medio aut calor in ligno & de inde accedat caliduꝫ & luminosum eiusdem gradus non quidem producitur aliud lumen, aut alius calor, calor in eadem parte sed præ existens conseruatur: verum tamen est quod si lumen illud, aut calor ille sit extinctus producitur ab eodem agente, vel á diuersis in eadem parte, & hæc etiam ratione si species illa prior sit ablata á phantasia visso iterum equo producitur alio modo species, atque ideo solum sequitur plura accidentia solo numero differentia posse esse successiué in eadem parte subiecti.

Tertium argumentum est in accidentibus successiuis motus ex Aristotele. 6. Physicor. summit suam vnitatem numericam ab vnitate numerica mobilis temporis, & termini: ergo successiua accidentia non solum á subiecto: sed etiam ab alio indiuiduantur. Respondi. motum habere aliquid commune cum reliquis accidentibus scilicet inhærere subiecto & ex hac parte indiuiduatur per subiectum habet etiã aliquid peculiare, non quidem in quãtum accidens: sed in quantum tale accidens scilicet successiuum & respicere terminum, & cum hac ratione habeat diuersum modum á reliquis accidentibus, non mirum est si habeat etiam diuersum modum vnitatis numericę dependentis scilicet á termino.

Sed obijcies relatio habet etiam diuersum modum ab alijs accidentibus in hoc quod est respicere terminum, solum á subiecto indiuiduatur & non á termino, ergo similiter motus á solo subiecto & non á termino indiuiduatur. Respond. diuersam esse rationẽ in relatione & motu, quia relatio ita respicit terminum quod nõ identificatur cum illo, & ita etiam similiter multiplicentur non multiplicatur relatio: motus vero cum suo termino identificatur, & ita multiplicatis terminis numero multiplicabitur etiam & motus.

Ex his primo sequitur ad vnitatem numericam motus localis non requiri vnitatem, neque continuitatem spacij per quod fit motus. Quoniam idem nõ motus est quo lapis fertur ad suum cẽtrum per aerem & per aquam, quamuis aer & aqua sint discontinua & specie diuersa huius totalis, ratio est quã assignat Pater Toletus. 3. Physic. quæs. 5. quia ad vnitatem motus localis tantum requiritur continuitas in genere loci & continentis: constat autẽ quod continentia in genere loci admittit superficies discontinuas, & secundum se distincta sed vt patet in baculo cuius medietas sit in aere medietas vero in aqua.

Sequitur secundo quod cum actio, & passio sint idem secũdum rem ab his tribus indiuiduari subiecto scilicet termino, & tempore. Sequitur tertio quod falso asserit Ferrar. 2. Contra gentes, quæst. 77. dicens actionem indiuiduari per agens. Nam licet actio denominet agens: non tamen illi inhæret: sed passo & cum viuens indiuiduetur per subiectum cui inhæret, inde est quòd, quod actio per passum indiuiduetur. Vere sequitur quòd etiam si sint plura agentia, & vnicum tantum passum V. G. si sint plures ignes, & vnicum lignum vnica tantum erit actio, etsi sint plura passa & vnicum agens erunt plures passiones dico actiones vnica tantum existente passione aut non esse plures actiones pluribus passionibus existentibus diuersis secundum numerum.

Sed omnia quæ actenus retulimus sunt ex sententia cæleberrimi, & numquam satis pro meritis laudabilis Doctoris S. Tho. cuius sententiam raditius enotauimus; sed siquis disputationis gratia facilius, & verius inquocumq; ente principium indiuiduationis inuestigare voluerit hæc, quæ sequuntur excipiat primo supponendo

vnum

vnum nihil addere supra ens nisi negationem diuisionis, quod non minùs efficaciter probandum est á nobis in quæstio. de vnitate formali quam largiter & diffuse loquimur aut de vnitate transcendentali, quæ sequitur ens & cum illo conuertitur quę quidem vnitas tantum addit supra ens negationem diuisionis numericæ genericæ, vel specificę & hæc vnitas sicut & ratio entis sequitur & transcendentia prædicamenta & per omnia diuagatur atq; ideo tam cõuenit substantię, quam accidenti.

Ex quo primo sequitur idem esse principium constitutiuũ entis & vnius quoniam eisdem principijs, quibus constituitur ens secundum ens constituit etiam, & vnum, quod ex eo patet: quia ens & vnum sunt idem realiter, & sola ratione distinguntur, & similiter ens & vnum quamq́ue alia vnitate: atq́ue ideo est principium entis & vnius, & ex hoc fundamento ortum habet commune illud exioma idem est principiũ constitutiuum, & distinctiuum cuiusq; rei, quia eisdem principijs, quibus constituitur ens secundum rem constituitur vnum & eisdem, quibus constituitur vnum constituitur distinctum: quoniam esse vnum numero nihil aliud est quam esse in distinctum in se, & distinctum, á quolibet alio.

Sequitur secundo principium indiuiduationis cuiusq; entis in vestigari secundum rationem entitatis, quam habet illud ens. Vnde in forma qua habet suam entitatem in dependentem á materia, & subiecto vnius vnitatis in vestiganda est absq; dependentia á materia aut subiecto in illa vero, quæ habet entitatem dependentem á materia & subiecto eius vnitas cum dependentia ab ista desumenda est.

Ex dictis itaq́ue sequitur quod sit principium indiuiduationis in quocumq́ue ente naturali discurrendo per singula, & quidem quia substantia materialis integra, & completa habet suam quidditatem dependentem á quatuor generibus causarum, scilicet ab efficiẽti, finali, formali, & materiali: sic habet suam vnitatem dependentem ab eisdẽ causis, & sicut entitas huius substantiæ extrinsicè dependet á causa finali, & efficienti & infieri tamen eodẽ etiã modo eiusdẽ substantiæ vnitas extrinsicè.

Ab istis causis dependet, & quomodo á formali & materiali intrinsicè, & in facto esse dependet, & itidem etiam & vnitas.

Sed quæret aliquis vnde sumatur vnitas ipsius formæ substantialis, quę si mul cum materia constituit totum cõpositum? Resp. quod sumitur ab eisdem principijs quibus forma dependet, & quia formæ entitas dependet extrinsicè ab efficienti, & fine, sic etiam & vnitas, sicut intrinsicè dependet á se ipsa, quia forma non constituitur intrinsicè ab aliquibus principijs in genere entis, sic etiam vnitas, & sicut extrinsicè dependet á materia, & idem dicendum est de materia: nam sicut eius entitas extrinsicè dependet ab efficiente & fine & intrinsicè á se ipsa, quia non constituitur per alia principia & á forma extrinsicè enim depẽdet tot enim modis etiam dependet eius vnitas.

ARTICVLVS. X.

Vtrum materia prima horũ ganerabilium, &c. sit eadem numero?

NON est quæst. de materia cœli de qua suo loco dicitur, & secundum omnes ponentes illã etiã specie á materia horũ inferiorũ differt, vt laté & benè probat Magist. Zumel. 2. tomo. q. 66. art. 2. sed de materia generabilium & corruptibilium ipse Aristote. 3. conclusione. 4. & cõmunis affirmat non quidẽ

quod

quod sit vna numero positiuè, qua ratione Petrus est vnus numero, quia vt dictum est, est indiuisus in se, & diuisus á quolibet alio per principium, & formam sibi intrinsecam: sed dicunt quòd est vna numero negatiuè id est nõ est plures secundum numerum, neque habet in se quo distinguatur ab alijs. Probant primo, quę ad inuicem transmutantur habent eandem materiã numero omnia autem corruptibilia saltem mediatè transmutantur. Secundo omnis distinctio est per aliquã formã vel per illud, quod se habet vt forma cũ actus sit qui distinguat, materia autem secundum se nullam habet formam, quia ex dictis est pura potẽtia ergo nec distinctionem. Confirmatur quia aliter si essent plures materiæ numero, aut se ipsis, & tunc plus quã numero: si vero alio addito iam nõ materia prima: Materia ergo prima secundũ se sumpta id est sine ordine ad formas, &c. vna est numero corruptibilium & generabilium.

Contra hos tamen est primo quod hæc vnitas materię, quam ponunt isti aut cõuenit illi á parte rei vel p intellectum; non primum quia sic est sub pluribus formis vt isti concedunt esse plures numero formę: non per intellectũ, quia entia realia licet distinctionem specificam, & genericam habeant per intellectum: sed non numericam. Secundo quia sequeretur, quòd esset tanta vnitas inter materiam Petri, & huius equi quanta est inter materiam Petri viui & materiam cadaueris, quæ ex illo generatur, tenet sequella, quia materia cadaueris vna sola numero est cũ materia hominis viui, &c. consequens tamen est plus quam falsum, quia sequitur inde quod sicut materia ista hominis viui, & mortui non potest esse simul sub duabus formis, vt probatũ est: sed successiuè sic nec alia materia simul possit esse sub duabus formis, scilicet Petri & huius equi qua videmus habere: ergo, &c. Vnde videtur dicendum primo inter generabilia, & corruptibilia sunt dicẽdę plures materiæ numero distinctę, hoc probant argumenta facta: materia .n. Petri & Pauli quã diu sunt sub istis formis realiter numero distinguntur: atq; numero simpliciter plures, ergo numero dicendæ sunt. Præterea ex dictis principiũ formale distinctiuum numericè est forma ipsa numerica: materia autem habet esse per formam: ergo esse hoc & indiuiduum. Dices eadem ratione essent plures specie materiæ horum generabilium: quia sunt plures formæ specie distinctæ illorum, vt pote forma equi, forma hominis, plantæ, &c. Respon. & dico secundo in ordine quoá distinctio specifica materiæ sumitur in ordine ad actus adæquatos: actus autem adæquatus istius materię generabilium & corruptibilium, non est hęc, aut illa forma secundum speciem: sed forma aliqua istorum inferiorum vagé sumpta in ordine ad quam materia ista specificatur, sicut & quælibet alia potentiæ V.C. visiua specificatur in ordine ad suos actus adæquatos: non enim sumit speciem visiua potentia ab hoc actu visionis, scilicet albedinis vel ab illo nigredinis. sed ab actu adæquato, qui est actus visionis coloris in communi id est ab hoc vel illo actu videndi vagé sumpto. Vnde materia vt est pars compositi considerata indiuiduatur per ordinem ad hanc formam, modo explicando. At secundum suam substantiã indiuiduatur per ordinem ad has formas corruptibilium vagè sumptas, qui ordo relatio secundum dici, sicuti enim specificatur in communi per ordinem ad has formas, sic indiuiduatur per istũ ordinem ad istas formas: alius enim ordo ad omnes formas in materia vnius indiuidui, & in materia alterius. Vnde eadem est materia ingenito, & in corrupto, siue á quantitate sit, siue ab alio quopiam, vt aliqui dicunt.

Dico

Dico tertio propter authores graues contrariæ sententiæ, quod illa propositio materia scilicet horũ generabilium est vna numero potest explicari ad bonũ sensum dupliciter. Primo quod eadẽ pars materiæ eade numero manens fit successiuè sub formis omniũ generabiliũ, quæ semper manet in diuisa negatiué V. C. materia Petri quem ad modũ eadẽ manet modo ingenito & corrupto, & idem dico de qualibet parte materiæ non tñ quod omnes partes simul sũptę quasi coacerbatę, efficiant vnum numero. Secundus sensus est quod omnes materiæ sint vnũ numero in suo principio sicut dicimus duas Amphoras aquæ continere eãdẽ aquam idest ex eode fonte, sicq; quia Deus creauit in principio materia cũ forma terrę V.C. & in Deo omnia genita sunt, & producta, quæ materia nec aucta nec denuo alia est creata vna numero manet.

Argumenta nil probant ad primũ ex eade parte materię possunt omnia fieri quãdo aute sunt diuisæ sunt plures, sicut duę aquæ. Ad secũdũ in his, quę sunt homogenea, distinctio numerica causatur, per sola quantitatis diuisionẽ in ordine ad formas modo explicato: nam diuisio ex parte facit totũ vt in Logica dictum est. Ad tertium non distinguntur materiæ seipsis sed in ordine ad actus vt dicit secunda conclusio.

ARTICVLVS. X.

Vtrum sit possibilis aliqua entitas substantialis imperfectior materia prima?

PRofecto si in hac re libere dico quod sentio, non video cur non sit possibilis aliqua alia entitas substantialis imperfectior materia prima. Probatur primo. Materia prima cœlorum perfectior est, quam materia prima horũ inferiorũ, vt suo loco patebit, cũ perfectiori forma vt pote in separabili actuetur: cur ergo nõ posset fieri alia, qua esset perfectior hæc materia inferiorũ. Secundo materia prima habet perfectionem aliquã cũ cadat sub latitudine entis substãtialis, non quidẽ indiuisibilẽ, id.n. sine ratione assereretur: ergo potest produci alia imperfectior, qua illã verum est, quod illa, quæ imperfectior produceretur nõ posset esse forma huius materiæ quia materia nõ põt esse perfectior suo actu sed esset materia receptiua formarũ magis imperfectarũ, quã sunt formæ horũ inferiorũ quarũ non esset receptiua materia prima, quę nũc existit in rerũ natura. Dices hęc materia quę nunc est, est capax tam imperfectissimarum formarũ, vt formę lapidis, quam formę perfectissimę, vt animę rationalis. Contra quia, cur non possent fieri formę alterius rationis, & his quę nunc existũt imperfectiores etiã in modo informandi, quarũ tantum modo esset capax illa materia, quę á Deo de nouo crearetur: imo forte posset fieri forma perfectior contẽta materia imperfectiori, sicut anima rationalis modo in format materiã imperfectioré ea, quam formę cœlorum informant, licet anima rationalis sit perfectior forma quã ille. Tertio solet probari cõclusio, nullũ est ens creatũ, imo nec potest esse à Deo perfectum quò non possit produci perfectius ab ipso Deo: ergo neq; est ens adeò imperfectum, quo non possit fieri imperfectius: sed hoc argumentũ non concludit: ascẽdẽdo enim imperfectioni deuenitur ad Deũ ipsum infinite perfectum inter finitum autem, & infinitum mediat infinita distantia: atq; adeò in pertransibilis, at non potest fieri neq; esse ens infinitè imperfectũ: nam licet sicut possit dari summum bonum, nõ sequitur posse dari summum malum: malum enim semper fundatur in aliquo bono cunfundetur in ente bonum autem non potit fundari in non ente.

QVÆSTIO QVARTA DE quidditate entis naturalis quantum ad secundum eius principium quod est forma.

MVlta (ex his quæ latè in explicatione secundæ partis quæstionis de materia sunt dicta) manent explicata huius entis naturalis principij quod est forma: dictū est enim qualiter ex potētia materiæ edducatur qualiter etiā rē naturalē induiuduet, materiéque ipsi det speciē & alia, quæ legēti statim occurrent. Vnde facilior tractatus iste redditur & clarior ad inuicē enim inter se materia, & forma pendent, vt lib. 2. dicetur, suntq; principia intrinseca entis naturalis, remanentq; ambę in facto esse: de hac ergo tria reminēt examināda. Primo si forma etiā ad constitutionem entis naturalis requiratur. Secundo si sit actus informans, vel tantū assistens. Tertio si sit pars quidditatis substantialis. Quarto & vltimo si quælibet forma petat suam peculiarem materiam.

ARTICVLVS. I.

Vtrum præter materiam primā requiratur forma substantialis ad constitutionem entis naturalis?

ALexāder Aphrodiseus. 12. Metaph. comento. 12. & Philoponus secūdo de Generatione comento. 7. & Galle. 1. de elementis partem negatiuā videtur sibi persuasisse: asserunt enim primas quatuor qualitates esse primas elementorū differentias, nisi quòd nonumquā eius modi qualitates appellant substantias quod si primæ formæ elementorū accidentia sunt: ergo erunt similiter & mixtorū cum hæc nihil aliud sint, quā varię elementorum coniunctiones, idē videtur asserere Arist. 2. de Generatione. 2. quantum attinet ad elementa.

Conclusio tamen affirmatiua certissimi sit ex Platone & Arist. quā asseruit 2. de Anima. c. 1. dicens tria reperiri in prædicamento substantiæ materiā, formā, & cōpositū, &. 7. Metaph. c. 4. tex. 7. ait formā & cōpositū esse magis substātias quā materiā, idest principaliores, & id sæpe alibi significat. Primo res naturales sunt entia naturalia vt cōstat: sed in tali esse nō cōstituuntur per materiā primā dūtaxat aliter omnia illa essent eiusdē speciei, & rationis substantialis, cū ex parte materiæ nō differant, vt dictum est: atq; adeò nō haberent proprietates distinctas cū hę non consequantur nisi distinctas essentias, neq; essent generationes ac corruptiones substātiales in reb⁹; sed solū alterationes accidētales: ergo entia naturalia in sua substātia includent aliquid distinctū à materia prima, & quidē nobilius eū ab eo proueniat cōplementum rerū naturalium earū distinctio in proprię esse proprietatum varietas & omnis agendi facultas: ergo si materia prima est in genere substātiæ vt vidimus, multo magis erit forma in eodē genere. Confirmatur essentialis perfectio vnius cuiusq; rei ad idē genus pertinet, in quo res ipsa collocatur nulla. n. res sine propria perfectione essentiali magis, quā sine propria essentia pōt aut esse, aut intelligi in aliquo genere: res autē naturales sunt in genere substantiæ existunt enim per se, & cętera omnia accidentia materialia substinent, ac per propria genera, & differentias definiuntur, & ita omnes Philosophi dicunt sequerere principia substantiarum cum quærunt principia rerū naturalium: ita Arist. 7. Metaph. c. 1. tex. 5. & lib. 12. c. 1. tex. 1. 2. & 3. tunc sic materia prima non est cōplementum & absolutio rerū naturalium sed earum inchoatio, & quasi fundamētum: ergo præter materiam primam ad genus substā-

tię

tiæ pertinebit aliquid quo absoluatur, & compleatur rerum naturalium constitutio, quod sit pars substantiæ, id ergo nos formam substatialē appellamus. Secundo quid quid pertinet ad genus substantiæ, etiam indirectè debet præcedere vniuersa genera accidentium, & ideò Arist. hic. c. 6. tex. 52. dixit non constare substantias ex non substantijs: sed entia naturalia etiā vt inuicē distinguntur in proprijs essentijs sunt in prædicamento substatij: ergo vt sic: præcedunt omnia genera accidentium: ergo vt sic, non constituuntur ex accidētibus & ita necessario ex substantijs. Tertio quia si substantia vt sic cōpleretur ex substantia, & accidentibus: ergo vt sic neq; esset substantia cum constituatur ex accidentibus, neq; accidens cum constituatur ex substantia oportebit: ergo fingere contra omniū sententiam genus medium inter substantia & accidens quod est absurdum. Quarto homo vt sic est quodāens naturale, & vt sic, cōstituitur forma substātiali: talis enim est anima rationalis vt definitur in Concilio Latera sub Leone. 10. ergo, & reliqua entia naturalia constituuntur etiam formis substantialibus. Quinta materia vt dictum est in ratione substantiæ, neq; est actus, neq; includit illum: sed potius, vt sic, est turpis appetens per fieri aliqua alia parte substantiali, quæ sit actus: ergo materia sola non est substantia completa, neq; perfecta in genere substantiæ: ergo complementum illius est etiā quid substantiale ex quo & illa substantia completa coalescat. Sexto cernimus in diuersis mixtorum partibus conseruari naturaliter qualitates contrarias ad certam quamdam temperiem redactam, atq; adeò & illorum sanitatē vt in animalibus, vel quasi sanitatem vt in alijs & has qualitates vniri inter se consensione quadam mirabili, & si aliæ magno intentionis excessu alias superent, vt cernere licet in mixtis quorum pluriina multo diutius natura sua cōseruantur, quam alia in quibus maior temperies cernitur: sed huius cōsensionis causa nō sunt, neq; ipsæ qualitates cum hæ sibi relictæ & existentes in diuersis partibus subiecti mutuo se destruant, cum sint inæquales, neq; ipsa materia prima cum sit indifferens ad quēlibet statum qualitatum, nec deniq; causæ externæ dum taxat aliás ei status non esset petitus á natura rei, & causa non alia est, quam forma substantialis aliqua cui eius modi qualitatum status congruit, & ab ea dimanat & conseruatur. Septimo res naturales ita occupantur sæpe in operando per vnam potentiam, vt præsentibus etiam reliquarum obiectis, ne queant simul exercere vel non eque bene operationes aliarum veluti cum quis ita intentus est inuidendo vel in intelligendo, vt alta etiam voce clamanté non audiat, & sæpe neq; calor ipse stomachi quidquam pæne operis faciat: ergo datur aliquid his facultatibus prius & illis præsidés, ac per illas operans cuius vires & applicatio cum finitæ sint si per vnā facultatem alicui operi valde se applicet vt queat per eandem aut alias in aliud opus incumbere. Dices hæc experientia attribuenda est cōcursui spirituum qui cum frequentes confluunt ad vnum membrum alia deserunt. Contra non potest reddi ratio cur aliæ potentiæ facile patiantur recessum spirituum vitalium ab ipsis & alijs subfernire, nisi detur aliquod aliud præcipuum agēdi principium alijs omnibus dominans & ipsis & spiritibus naturaliter, quasi dicens va de illuc, & vadit. Vnde sicuti multorum hominum diuersa sentientium, & appetentium non possit esse forma consensio nisi illis præesset aliquis, cui consulenti cōmuni eorum bono reliqui obtemperarent, sic nec daretur diuersarum facultatū in eodē supposito stabilitas, nisi illis omnib⁹ aliquid præesset, q⁹ ostēdim⁹ nō posse esse materia prima: ergo nō est aliud, qua forma substātialis distinctio & vltimo actio illa qua supra diximus

ad natiuas proprietates reuocare se entia naturalia, etiã illa in quibus non est ea partium dissimilitudo, quæ requirit vt alia pars in aliã agere possit, eã in quã actio non est á materia prima, quæ non est actiua vt patet ex dictis neq; ab accidenti quia illud in illo ente solet esse remissius multo quã id quod introducitur neq; est á priori aliqua qualitate, cum nec detur alia priori primis quatuor contrarijs, vt dicetur, & quia si illa ponitur satiús est ponere formam substantialem, quod si daretur ad illam si remitteretur magis quã conueniens sit enti naturali ipsum se restitueret, ergo illa actio est á forma substãtiali.

Ad illud quod obijciebatur ex Arist. 2. de Generatione secũdo dico nomine primarũ qualitatũ intelligere formas substantiales sub his latentes quo pacto frequenter, vt sæpe alias diximus proprietas loco differentiæ essentialis summi vel accipit elementa quatenus sensibilia sunt, actiuaq; & passiua, atque ad mixtionẽ idonea non enim in grediuntur actu mixtorũ cõpositionem, nisi ratione qualitatũ, ita explicant ibi interprætes, sic etiã possunt exponi authores supra relati in bono sensu plura argumẽta & illorum solutiones habet S. Th. q. 3. de formis art. 1. & iuniores minoris tamen momenti.

ARTICVLVS. II.

Vtrum forma substantialis sit actus informans & non solum assistens?

PLato vt refert Ponse 1. metaph. c. 7. q. 3. sect. 5. constituebat animas omnium animantium esse formas assistentes, & non informantes: atq; adeo consequenter fatebatur, Idea hominis. V. C. esse hominẽ simpliciter singulos autẽ homines nõ esse homines nisi imitatione quadã: sed potius vt ipse loquebatur participatione, & ita nõ appellari homines, nisi quo pacto hominẽ depictũ in tabula appellamus hominẽ: imo vero dicebat non esse proprié imagines illius Ideæ: sed qua si vmbras vt ipse philosophatur Dialogo. 7. de republica, quę obscure & imperfectissimè referũt rem: sed quid intelligat Plato per istas Ideas, in Logica dictũ est, refertur etiã cõmenta. Themist. Philop. Simplicij quẽ dicitur secutus Grego. Nisę. q orũ opiniones prętereo, quia alibi ex professo disputandum est contra illos.

Vnde cõclu. affirmatiua certissima sit quæ est Arist. 1. Metaph. 7, & vbique contra Platonẽ statuentis rerũ formas non esse Ideas separatas: sed actus informantes est S. Tho. 1. p. q. 76. art. 1. vbi licet id demonstret de anima rationali tã tummodo: sed aliquę illius rationes nõminus id ostẽdunt de omnibus alijs formis. Iam probatur conclusio prima ex nomine entelechia, quo significatur forma, & idẽ est quod latine perfectio habita ideſt forma inhærens, aut quasi inhærens, siue perfecta illa sit siue imperfecta, aut etiam inchoata, quare latior est significatio entelechiæ quã forma verum, quia forma substantialis est præcipua rerũ naturaliũ perfectio, cum sit prima & essentialis non in merito solet vox entelechiæ pro illa solũ vsurpari. Secundo de ratione formæ naturalis est esse partem intrinsecam compositi naturalis, ita vt ex illa tamquam ex actu, & ex materia tamquam ex potentia fiat vnum ens per se, quod certe fieri non posset. nisi forma esset, actu informans. Confirmatur materia natura sua est intrinsecè potentia, & turpis: ergo intrinsicè est perfectibilis: ergo p informationẽ quo pacto intellectus ideò perficitur habitibus & actibus, quia intime informatur illis: cœlum vero V. C. in se ipso non perficitur formaliter intrinsicé per assistricem intelligentiam quia non informatur illa. Tertia ratio sit ex Aristotele. 2. de Anima tex. 74. vbi

vbi ait, quòd duplici forma dicimur scire, altera habitu scientiæ, & ipso intellectu: altera primo principio formali, q̃ nullum aliud est, quam anima: ergo illa est principium formale ergo informat, exolico nihil agit nisi secundum quod est actu. Vnde quò aliquid est actu eò agit, vt magis infra dicetur: vnũ quodq; autem ens naturale habet proprias operationes, vt experientia constat: ergo respectu illarum est ens actu: sed vt dictum est, non potest esse actu ad illas per sola accidentia, nec per materiam, ergo per formam: forma ergo constituit ens naturale in actu ad operandũ: ergo informat, aliàs operationes illæ non dicerentur propriæ illius entis, vt agentis, & operantis. Confirmatur natura propria vnius cuiusq; rei ex eius operatione manifestatur, manifestum est autem, quod vnumquodq; ens habet suas proprias operationes: ergo ens naturale sortitur suam speciem per id quod est principium talium operationum, huius modi autem est ipsa forma vt dictum est: ergo forma sumit speciem: ergo est illi intrinseca sed non vt subiectum, & potentia, hæc enim est materia. ergo vt actus informas, & ita entia naturalia per sua propria esse & intrinseca ad inuicem distinguntur, aliàs non esset se ipsis distincta, & quidẽ non distinguntur ratione materiæ, cũ hæc sit eiusdem rationis cum illis omnibus, nec distinguntur primo per aliqua accidentia. Tum quia sæpe in accidentibus non est nisi distinctio pænes magis, & minus. Tum quia res naturales sunt distinctę in genere substantiæ: ergo illorum distinctiõ est forma substantialis: ergo hæc est propria intrinseca & informans. Vltimo forma substãtialis entis naturalis non est substantia completa cum materia etiam sit pars substantiæ vt dictum est, ergo est pars, ergo est quid intrinsecum ipsi enti naturali: ergo informat cũ nõ informet.

Tam facile quis percipiet plura nomina, quibus forma solet à Phylosophis nuncupari. Primo appellatur species vel quod omnis rerum naturalium pulchritudo ab ea noscatur. Ideoq; materia illam appetit, vt turpe appetit pulchrum vel quod materiam alioquin visibilem, ideſt incognitam secundũ se exhibeat speciendam (vt ita dicam) ideſt spectandam vel quod addita materię speciem compleat, ideſt constituat in specie completa entis, dicitur quoq; ratio quidditas, & ratio quidditatis, quia ab ea præcipuè sumitur rerum naturalium definitio: dicitur finis, ac terminus vel quia ipsa primo terminat materiæ infinitatem, & in differentia, vel quia finis est, ac formalis terminus generationis, dicitur existentium verè simulacrum diuinę naturę participata similitudo diuina quædam proles, quia est in completa quædam imitatio substantiarum separatarum, dixi in completa, quia non est forma per se existés: sed informãs Adde etiam, quod propriè loquendo compositum potius, qua forma, nomine prolis appellandũ est, quia solum compositum propriè fit: vocatur lux quod omnia exornet, ac distinguet, quod lumine suo ipsa videatur ad eius quę notitiam cæterorum omnium perfecta cognitio reuocetur, & quod nihil sit in intellectu obtabilius cognitione formę substantialis sicut oculis, nihil charius aspectu lucis, quod vt colores varia lucis participatione distinguntur peculiaresq; proprietates, ac facultates sibi vendicantur: ita res naturales varia participatione formarum substantiarum gradus perfectionis, virtutes, instrumenta, & operationes habeant. Præterea Arist. 4. Metaph. 5. tex. 22. formã substantialem appellat nomine qualitatis: materiam autem nomine quantitatis, tum quia qualitas est nota quædã & inditium formæ: quantitas autẽ materiæ, tum quia omnem variationẽ formę sequitur variatio alicuius qualitatis: accessionem autem & decessionẽ no-

uæ materiæ: accessio, & detessio nouæ quantitatis (vt suo loco dicitur. Vnde infertur tot esse formas substãtiales, quot sunt entia naturalia, quod dixerim contra Mirãdulanũ & Arquilinũ, cõtra quos lib. 2. de anima latior reddibit sermo.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ quælibet forma petat suam propriã materiam?

CONclusio affirmatiua est Arist. vbique docentis ad aliã formam alia materiã esse & nõ quodlibet fieri ex quolibet sub intelligere proximè & immediatè. Probatur conclusio, nã licet omniũ horum inferiorũ materia prima sit eiusdẽ speciei secundũ se: tñ dispositiones quibus redditur proxima materia huius, & non alterius formæ debet esse diuersę: materia enim prima nudè sumpta non magis appetit vnũ formam quã alteram: atque adeò vt sic non magis causabit, nec recipiet vnam, quam alteram, nec receptã conseruabit aut expellet: ergo vt determinetur magis ad vnã, quam ad alteram indiget aliquo determinante (vt lib. sequenti dicetur) & ita materia prima vt sic disposita & determinata erit propria talis formę, cumq; formæ substantiales, vt dictũ est sint distinctæ & habeant distinctas facultates virtutes, atq; operationes quibus conseruantur in materia, & quibus corruptis, corrũpuntur & ipsæ, & ita necessariò exigunt distinctas materias nõ primas: sed proprias, seu proximas: quemadmodũ enim citharœus, determinato instrumento, vt pote cithara citharizare valet concentumq; facit & armoniã: non autẽ tympano, vel fistula, & sicuti pictor penicillo determinatè, non serra, imaginẽ depingit & delineat: ita substantialis forma cũ vnaquæq; substantialiter ab alia distinguatur, sitq; principium distinctarum operationum propriarum necessariò præ requirit materiam sic, vel sic dispositam in qua tales operationes valeat exercere: non enim forma rationalis poterit actuare materiam plantę dispositionibus sygillatã: in illa enim non poterit riddere obiectum cognoscere ambulare, &c, neque é contra forma plantæ in materia hominis poterit sustentari, quod innuit Arist. secundo de anima illam definiẽs quod sit actus corporis Physici organici, ideſt est act⁹ materię naturalis, & physicę, non artificiolę & corporis organici, ideſt dat vt quo esse corporeum materię istæ sic, vel sic dispositę. Vtrũ autem forma habeat propriam existentiã ex dictis patet, & id probat Duran. in. 2. d. 1. q. 4. ad vltimum Scotus 12. Metapho. q. 7. Contrarium tamen tribuitur Sonci. ibi. q. 23. Tamen certum est non solum habere propriam existentiam: sed & per illam existere. Prius natura, quam sit vnita materia, vt patet ex Arist. 5. Metaph. tex. 16. dicente, musica est ante hominem musicum, similiter patet ex dictis qualiter forma rationalis inter omnes formas habet subsistentiam, secundum quam potest naturaliter separari à materia: imo & reliquę (præter animam rationalem) si á materia per diuinam potentiam separarentur, non conseruarentur naturaliter, quia tam in fieri, quam in conseruari pendet ab illa. Vtrum autem anima rationalis vt sic sit natura lib. sequenti. Vtrum vero forma substantialis possit recipere magis & minus. Et vtrum formę substantiales possint esse infinitę secundum speciem commodius propriis in locis disputabuntur.

Quęstio

QVÆSTIO QVINTA DE quidditate entis naturalis quantum ad eius tertium principium quod est priuatio.

RElictat tertiũ principiũ entis naturalis, q̃ ab omnib⁹ ponitur extrinsecũ & solũ in fieri explicare de quo quatuor sunt videnda, primo quid sit: secũdo de cuius distinctione generica specifica, & numerica: tertio si priuatio formę producendę sit principiũ rei naturalis, & quomodo, quarto si distinctum sit à materia, & quomodo.

ARTICVLVS. I.

Vtrum priuatio sit negatio formæ?

NEoterici quidam surrexere, qui asserunt, quòd priuatio vt sic est q̃ mixtum etiam in recto ex negatione, & positiuo: ita vt sic negatio aptitudine mentata, quod probant non nullis argumentis, quę quia facilia, & ex dicendis facilimè solbentur, prætereo Sonicnas vero negat priuationẽ existere actu extra intellectũ, quia priuatio est á parte rei secluso intellectu. vere enim á parte rei homo est cęcus, licet nullus intellectus id consideret, & ita Aristot. 7. Metaph. ait malũ, &c. esse in rebus: at malũ formaliter priuationem indicit, &. 4. Metaph. 1. numerat priuationes inter entia: ergo priuatio est aliquid: ergo est ens, ergo est quid positiuum, ergo nõ est negatio hęc enim nihil est.

Conclusio priuatio formaliter est negatio formę in subiecto aptonato, ita Arist. c. vlt. huius, vbi docet priuationẽ esse per se nõ ens S. Tho. 1. p. q. 48. art. 1. 2. & 3. vbi. art 1. in corpore ait, quòd nomine mali significatur absentia boni, & ad primũ inquit q̃ omnis priuatio in quantũ huius modi habet rationẽ mali ergo secundũ illũ priuatio tantũ est absentia boni tribuitur etiã Sonci. 10. & 11 Metaph. q. 15. probatur cõcl. priuatũ est se formaliter loquẽdo nõ est esse subiectũ, hoc. n. secundum se capax est & priuationis & formæ, & ita aliquãdo habet formam aliquando priuationẽ illius, neq; est aptũ esse ad recipiendã formã formaliter loquendo, quia vt supra demonstratũ est aptitudo subiecti nõ tollitur per aduentũ formę ad recipiendã illã, priuatio vero omnino tollit nec potest dici q̃ priuatio, sit ipsa forma, cum priuatio & forma sint oppositæ: ergo nihil aliud superst, quod possit dici de priuatione nisi q̃ est negatio formę, non quęcumq;: sed talis speciei negationis, idest negatio formæ aptæ esse in tali subiecto secundũ suã naturã, ita vt sit illi cõnaturalis licet priuatio dicatur aliquando etiã respectu potẽtiæ obediẽtialis, quo pacto homo damnatus dicitur priuatus visione Dei, cũ tñ illa priuatio nõ sit homini naturalis, sicut neq; forma, quę priuat nec principiũ illi⁹ formę

Dices quid: ergo addit priuatio super negationem. Resp. q̃ sumitur dupliciter vel in cõmuni, vt abstrahit á negatione quę est priuatio, & ab ea, quæ est pura negatio vel sumitur pro pura negatione, quæ nõ est priuatio. Primo modo sũpta differt á priuatione sicut superius ab inferiori. Secũdo modo differt sicut species ab specie. Vnde sicut cæcitas supra priuationẽ addit, quòd sit priuatio potentię visiuę sic priuatio supra negationẽ in cõmuni addit, quòd sit negatio formæ aptæ esse in tali subiecto, & similiter similitas supra curbitatẽ sumptã in cõmuni, addit q̃ sit curbitas nasi. Vnde sicut illud superi⁹ formaliter nihil importat positiuũ, sic nec species essentialiter sub illo contentæ, hunc modum dicendi forte significabit Aristoteles. 4. Metaphoricorũ. tex. 6. dicens Priuatio dicitur negatio intra genus,

ideſt, eſt ſpecies contẽta ſub genere negationis ſic explico S. Tho. 1. p. q. 48. ar. 2. ad primum dicentẽ, quòd habitus eſt ens ſimpliciter pura vero negatio eſt non ens ſimpliciter: at priuatio neutrũ eſt: ſed diſtat ab vtroq; forte voluit ꝙ differt vt ſuperiús ab inferiori vel quod priuatio, ſaltem pro conotato importat verum ens, cui ſoli poteſt cõpetere priuatio: at pura negatio vel de non ente ſimpliciter & omnino dici poteſt: hæc enim eſt vera, chimera eſt non videns, hæc falſa, chimera eſt cæca.

Ad argumentum iam reſpõdeo cũ .S. Tho. q. 1. de malo art. 1. ad. 3. & 1. p. q. 48 art. 2. & Caiet. ibidem, Capreol. in. 2. d. 34. q. 2. ad, 1. contra. 1. concluſionẽ & cũ Ferrarien. 2. contragent. c. 9. priuationem ſine vlla operatione intellectus eſſe in rebus, non quidẽ poſitiuè: ſed priuatiuè remouendo entitatẽ aliquã. Vnde idem eſt dicere tenebræ ſunt, & lux non eſt vbi aptũ erat eſſe quomodo Auguſt. lib. de Gene. ad literã explicat illud Gene. 1. tenebræ erant ſupra faciem Abiſsi, & ita priuatio non eſt ens rationis, niſi fingatur vt forma poſitiue inhærens: ſed eſt realis priuatio quæ põt dici: non tam ens rationis, nec vero ens reale: ſed reale nõ eſt. Vnde reale quod reperitur in rebus aliud eſt ens aliud non eſt. Vnde merito Ariſt. vbi ſupra ait priuationẽ eſſe per ſe non ens, vt autem aliquid non ſit non indiget conſideratione intellectus, & ita principium illud, quodlibet eſt vel non eſt, ſignicat omne id quod in rebus reperit. Confirmatur, quia à parte rei ſine vlla intellectus, operrtione dantur corruptiones formaliter, licet vt ſic nihil ſit poſitiuum: priuationes autem ſunt termini formales corruptiones, licet non ſemper, ergo. Cur autẽ natura patiatur priuationes cũ ſint, quędam mala. Reſp. S. Tho. 1. p. q. 48. art. 2. ad. 3. rerum naturã exigere, vt quę deficere poſſunt aliquãdo deficiãt. Præterea patitur mala vt ex allis cõſurgant bona V. C. corruptionẽ ignis, vt generetur aer, occiſionẽ. Aſini, vt conſeruetur Leo ſicut Deus patitur iniquitatem, vt reſplendeat iuſtitia vindicans, & patientia ſufferens, & licet ex malo immediatè non appareat conſurgere maius, imo ſepe, neq; æquale bonũ: ſed tãdẽ cõſurgit, ſed de hoc alibi.

ARTICVLVS. II.

Vnde priuatio ſumat ſuam vnitatem generică ſpecificam & numericam?

DICO primo breuiter priuat io ſumit vnitatem & diſtinctionẽ genericam, & ſpecificã à forma qua priuat, ſenſus eſt, priuationes diſtingui ſuo modo ſicut habitus, quibus opponuntur: atque adeò reperiri in illis etiã ſuo modo genera, & ſpecies ſicut in poſitiuis. Probatur cõcluſio præſentia formæ nihil aliud eſt, quam ipſa forma ſe ipſa dãs ſubiecto eſſe formale, & qualis eſt ipſa forma talis eſt omnino illius præſentia: ergo ſimiliter talis etiã erit priuatiuè eius abſentia, quia non eſſe tale in ratione non eſſendi eſt quale ipſum eſſe quod negat: ergo priuatio eſt tale non ens quale ens eſt forma cuius eſt illa priuatio, vel qualis eſt præſentia formę. quod dixerim, quia priuatio poteſt ſumi vel pro ipſo quaſi actu, ſeu forma priuatiua, & ita per ſe opponitur actui & formæ poſitiuæ vel pro ipſa abſentia, quæ eſt quaſi effectus formalis ipſius priuationis, & opponitur præſentiæ formæ, quæ eſt eius effectus formalis poſitiuus. Vnde cõſtat ꝙ quemadmodũ formę, quædã ſunt ſubſtantiales quædam accidentales, ſic etiã priuationes ſubſtantiales quædam ſunt, &c. & ita reductiuè ſunt collocandæ vna quæq; in prædicamento formę qua priuat.

Dico ſecundo quando formæ ſunt numero diſtinctæ, etiã priuationes diſtinguntur numero, licet ſint in eodẽ ſubiecto, &

cto, & præterea, licet forma priuata sit vna numero possunt dari in diuersis subiectis priuationis illius numero distinctę. Probatur prima pars, quia si materia mea est priuata diuersis animabus rationalibus numero distinctis, non video cur illæ priuationes non numero distinguantur, eò pacto quò differunt numero accidentia, quæ sunt in eodem subiecto. Dices hæc non differunt numero, quia distinctio numerica accidentis sumitur á subiecto cui inhærent. Respondeo negari non posse quod calor, & siccitas existentes in eodem igne distinguantur numero, vt dictum est. Secundá pars probatur, quia diuersę numero materiæ possunt informari mea anima rationali, & nihilominus non possunt esse priuatæ vna numero priuatione cũ sint diuersa subiecta: ergo dantur priuationes numero differentes, licet priuét vna & eadem numero forma. Vnde cõstat tot esse priuationes inquauis materia, quot formarum est naturaliter receptiua succesiue, neque enim vt aliqui putant priuatio formæ est vnica tantum resp. formarum, quas non habet in communi. Nam sicuti materia non est capax formis in communi: sed singularũ formarum in particulari: ita neque ei' priuatio est respectu formæ in communi: sed respectu particularium. Dices' priuatio semel á missa per aduentum formæ potest ne iterum reddire? Respondeo cõsequenter iuxta supradicta, quod non nisi respectu animæ rationalis, respectu cuius tantummodo, & non aliarum materia eadem numero quæ fuit semel informata anima mea rationali. V.C. potest naturaliter informari iterũ eadem,

Dico tertio: Ex dictis in hoc, & præcedenti articulo infertur priuationem non posse proprié dici idem numero cum subiecto in quo est. Probatur primo, quia nulla magis distinguntur, quã non ens, & ens: Priuatio autem est non ens subiectum priuationis: est ens, ergo. Secundo materia est subiectum priuationis: ergo non est ipsa priuatio. Tertio ex priuatione, vt termino á quo generatur res, vt dicetur: at ex materia, non ita: sed ex subiecto manente cum re genita: ergo. Quarto priuatio contrariatur formæ, materia non ergo. Dices priuatio non est res diuersa á subiecto cum non sit res: ergo est idem cum illo. Nego consequentiam eadem aut diuersa non dicuntur, nisi quorum vtrumque est simpliciter ens possitiuum. Dices secundo: ergo inter subiectum, & priuationem datur distinctio rationis, & non realis, vt concedunt Soto, & alij. Respondeo distinctionem realé dici dupliciter vel quando est distinctio inter rem, & rẽ simpliciter, vel quãdo est distinctio ápar te rei secluſa intellectus operatione: primo modo non est distinctio realis inter subiectum & priuationem, vt pater, est tamen secundo modo, quia á parte rei secluſa omni intellectus operatione, ille qui est actu cæcus, vt sic distinguitur ab eo, qui est visibus actu, tanquam ens possitiuum actu absente quod est priuatiuum actu: sed quid ad Aristo. asserentem, quod materia, & priuatio sunt idem numero? Respondeo primo, quod materia vt sic, & materia vt priuata eadem numero materia est, quia idẽ est subiectum formæ, & priuationis. Secundo possunt dici vnum numero negatiué, non diuersa numero quia priuatio non ponit in numero cum sit non ens.

ARTICVLVS. III.

Vtrum priuatio formæ sit principiũ entis naturalis.

VIdetur, quod non quia ex dictis priuatio est formaliter non ens: ergo non potest esse principium entis, cum ei opponatur. Secundo principium manet

in re cuius eſt principium: priuatio autem non manet in ente naturali: ſed illius forma, vt ſibi incompoſsibili deſtruitur: ergo non eſt principium entis naturalis. Dices, quòd maior tantum habet verum de principio in facto eſſe non de principio in fieri, quòd eſt priuatio. Contra ex Ari. hic priuatio eſt principium per accidens: ergo non eſt principium in fieri, neque in facto eſſe, quia ad vtrũq; requirit ratio principij per ſe.

Aduertendum, quod ſi puram generationis naturã conſideres, priuatio non requirit aliquã præcedentẽ formam in termino á quo: ſed tantũ dicit negationẽ, & carentiã formæ fiendę in termino adquẽ in ſubiecto capaci, & ita abſq; tali forma poſsitiua poteſt fieri generatio, & productio, vt conſtat in luminis generatione: ſed quia natura materiæ eſt, q̃ ſemper ſit, cũ aliqua forma hinc eſt q̃ etiã in termino á quo debet habere generatio ſubſtãtialis aliquã formã poſitiuã, quę conũgitur per accidẽs cũ priuatione formę fiẽdę, & ideò priuatio eſt terminus á quo per ſe generationis. V.c. nõ ignis: forma vero poſsitiua. v.c. a qua quę eſt ſubnõ igne eſt termin⁹ à quo per accidẽs. Sit cõcluſio. Priuatio formę ꝓducẽdæ eſt principiũ per ſe entis naturalis quoad fieri, nõ tãquã pars: ſed tanquã terminus á quo patet, quia Ariſ. hìc docet tantũ dari duo principia per ſe entis naturalis ſcilicet materiã, & formã, nec vnquãdiſtinxit inter principia mutationis, & principia rei: ergo voluit ſolã materiã, & formã eſſe principia intrinſeca entis naturalis, tã in fieri, quãm in facto eſſe, tãq; partes illius in quo ſenſu docet ex illis principijs fieri rẽ per ſe in quæ res per ſe diſſoluitur: res autẽ per ſe tãtũ diſſoluitur in materiã, & formã quatenus ad inuicẽ diſiungũtur: ergo priuatio nõ eſt pars entis naturalis, & eſt principiũ, vt probatum eſt ſupra: ergo ſolum in fieri, & vt terminus á quo. Præterea, fieri per ſe rem intrinſicé nihil aliud eſt, quam eius partes vniri: partem autem vnitæ tantum ſunt materia, & forma: priuatio vero rei generandæ intrinſicè potiús repugnat ipſi intrinſeco fieri rei, & ita cum primum res incipit fieri incipit deſtructio priuationis rei, quæ fit tam id, quod illi opponebatur, tam quòd ad fieri, quam quoad eſſe. Præterea motus & terminus motus nõ differunt in intrinſeca ratione formali formaliter: ſed ſolum ſicut perfectũ, & imperfectum, vt dicetur: ergo, quod nõ conſtituit rem in facto eſſe intrinſicé, nec conſtituit rem in fieri: ergo priuatio ſolum poteſt eſſe principium, vt terminus á quo per ſui deſitionem. Tãdem non ens non poteſt eſſe principiũ, intrinſecum entis realis: ſed priuatio eſt non ens: ergo. Quod autem priuatio ſit principium per ſe ipſius fieri rei tanquam terminus á quo, patet, quia ad fieri rei per ſe requiritur vt ſubiectum receperum de nouo formam aliquam ſit priuatum illa, quia quod eſt in actu ſic, non poteſt fieri in actu: atque adeò fieri in actu præſupponit id quod ſit eſſe in potentia reſp. talis actus, id eſt, eſſe priuatum illo. At vero, quia eſſe in actu ex vi huius, quod eſt eſſe in actu non petit vt tale ens actu ſit in potentia, vel fuerit ideò priuatio dicitur principium generationis nõ rei genitę ipſius fieri, nõ ipſius quod eſt factum eſſe, quia rei habenti eſſe per accidens eſt, quod fuerit aliquando, & ſine illo eſſe, id eſt, priuata ſicut lapidi quieſcenti in proprio loco non conuenit per ſe, quod illum locum acquiſierit per motum, á non tali loco in talem locum. Vnde cum ait Ariſt. muſicum per accidens fieri ex albo: ex in muſico vero per ſe, & S. Tho. ſecundo libro, huius lectione quinta, & ſexta, æs eſt cauſa eſtatuæ, non autem in figuratum Ariſtot. loquebatur de priuatione ipſius fieri: at Sanctus Thomas de illa reſpectu ipſius facti eſſe. Dices, ergo priuatio tantum eſt conditio ſine qua non, ipſius generationis: non ergo rectè appellatur principium. Reſpon-

deo

deo non esse appellandam conditionem tantum cum sit terminus á quo per se, sicut punctum non est per accidens in linea: sed potest dici per se principium lineæ licet non sit pars illius, sic etiam priuatio dicitur principium, id est, initium seu terminus á quo ipsius fieri rei, & hac ratione posset quodammodo dici principium intrinsecum, non tanquam pars: sed tanquá terminus quo pacto punctum initiatiuum lineæ potest dici intrinsecum illi. Dices secundo sicut priuatio formæ introducendæ dicitur principium productionis, cur non similiter, & priuatio formæ expellendę: nam sicut ille est terminus á quo, sic etiam hæc terminus ad quem, & sicut in linea datur punctum á quo incipit extrinsicè sic etiádatur pũctũ in quo termi natur extrinsicè. Respõdeo fieri denouo per se petit fieri ex non tali, vt ostendimus. At per accidens est, vt inde cõ surgat alterius præexistentis expulsio: hæc enim per accidens intenditur á natura ratione generationis, & ideo non dicimus priuationem formæ præexistẽtis esse principiũ per se rei generãdę.

Ad primum patet ex dictis quæstione secunda, quod ad rationem principij per modum termini á quo non requiritur ratio posśitiua entis imò potiús eius priuatio, quia quod est non fit: sed quod non est. Vnde, quamuis nõ ens non posśit esse pars composśitiua entis, vt manet probatum: nihilominus potest esse principiũ, vt terminus à quo, quia adhoc solum requiritur, vt sit id post, & immediatè succedit aliud, sicut post tenebram succedit lux, & sicut post nõ ens succedit ens, & ita sicut tenebra est principium lucis per modum termini á quo, ita & non ens respectu entis. Ad secundum bene ibi responsum est ad impugnationem dico, quod est per accidẽs respectu facti esse: est autem per se respectu fieri respectu cuius solũ est principium. Dices priuatio, quia coniungitur in fieri cum materia. Habet esse principium: ergo etiam erit appetitus aliud quartum principium. Nam ita se habet respectu materię, sicuti priuatio. Respõdeo, quod appetitus non differt à materia in ratione principiandi; vtrumque enim per modum subiecti principiat; priuatio vero per modũ termini á quo incomposśibilis cum forma. Dices secũdo ergo á priuatione ad habitum est regressus per naturam: consequens est falsum, & contra Arist. vt dictum est in logica sequella tenet, quia quemadmodũ ante generationem rei est carentia formæ generandæ in materia, vt subiecto capaci ex qua vt principio naturali reducetur materia ad actum ita post corruptionem manet in materia carentia formę corruptæ, vt in subiecto capaci: ergo ex priuatione, vt principio reduci poterit talis materia ad actũ formæ amissæ, & ita per naturam erit regressus, &c. Respondeo quod prima carentia est in subiecto capaci formæ respectu agentis naturalis quod potest illãm formam numero inducere cum actenus nunquam fuerit inducta, & ita generatio naturalis est. Secunda vero carentia licet sit in subiecto capaci non tamen resp. agentis naturalis, quia semel amissam formam non potest iterum naturale agens reunire materiæ ficque non est regressus per naturam, quod autem sit ista carentia, & cum quo identificata articulo sequenti.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum priuatio sit distinctũ principiũ realiter à materia.

QVod sic suadetur primo ex Ar. multis in locis generatio vnius est corruptio alterius: generatio autẽ, vt patet realiter distinguitur á materia, siquidẽ idẽtificatur cũ forma quæ realiter differt á materia: ergo corruptio etiã debet realiter á materia differre: sed corruptio idẽtificat cũ priuatione sicut cum eius termino ad quẽ: ergo de. 1. adv ltimũ priuatio realiter differt á materia:

ex alia

ex alia vero parte videtur, quod non distinguatur realiter quia maior vnitas includit minores. Vnitas autem numerica est omniũ maxima: ergo quę sunt vnum numero sunt etiam vnum specie, & genere: sed materia & priuatio ex Aristot. hic sunt vnum numero: ergo sunt vnum specie & genere, & consequenter idem omnino, etiam ratione. Tertio, si priuatio distingueretur à materia realiter maximè ratione formæ qua priuat, ex hac autem parte non, quia aliàs tot deberẽt priuationes multiplicari in materia, quot sunt formæ quibus priuant, & ita iam non esset vnum principium priuatio: sed plura, quia ex pluribus priuationibus non potest vnum principiũ fieri.

Aduertendum quod licet sit vnica tãtum actio in generatione & corruptione duplex tamen est mutatio aut forma liter, aut realiter diuersa ratio est, quia actio respicit tantum per se formam, ab agente productam, & cum illa identificatur. Expulsionem vero prioris formæ tantum respicit per accidens, vt sæpe dicitur, quia forma genita incomposibilis est cum corrupta, sicuti ab ipso agente per accidens corruptio intẽditur, quia nullum agens intendens ad malum, sicut est corruptio, operatur, & ita cum sit vnica forma producta in generatione vnica tantum est & actio: sunt tamẽ duæ mutationes, quia sunt quatuor termini forma genita, & eius priuatio, quæ sunt termini generationis forma corrupta, & eius priuatio, quę sunt termini corruptionis taliter, quòd si generatio, & corruptio sunt realiter idem cum vtraque identificatur actio, sicut identificatur motus cum actione, & passione: si vero generatio, & corruptio sunt mutationes realiter inter se diuersæ cum vtraque realiter non potest idẽ tificari actio, aliàs daretur in humanis mysterium Trinitatis, id est, eadem res cum duabus realiter diuersis identificata: sed necessario, cum altera tantũ earum identificatur, & potiùs cum generatione, quam cum corruptione, quia generatio identificatur cum forma genita cum qua etiam identificatur actio generationis.

Secundo notandum cum Ferrar. hic & alijs, quod distinctio realis alia est propria, & hæc cum sit relatio realis petit extrema realia, qualia sunt Petrus, & Paulus, alia vero est realis minus propria, quæ reperitur inter ea quorum vnum non est aliud, & sic genus & species ens reale positiuum, & priuatiuũ, distinguntur. Vnde rursus varia distinctio alia est positiua: alia negatiua positiua, quæ inter duo extrema positiua versatur, quorum vnum à parte rei nõ est aliud: negatiua vero quando alterũ extremum est positiuum negatiuum: alterum, vt distinctio quæ est inter Petrum, & Adamum.

Dico primo materia & priuatio: ratione saltem differunt ita, vt non sint omnino idem. Patet multa verificantur de priuatione, quæ non de materia, & ecõtra: de priuatione enim dicitur, quod sit formaliter non ens, quod non sit pars substantiæ, neque perseueret in composito: de materia vero, quod sit formaliter ens pars substantiæ incomposito perseueranse: ergo saltem ratione differunt, quia sine illa non possunt tales prędicationes diuersificari. Præterea, quæ diuersimodè significantur diuersimodè intelliguntur, & consequenter ratione distinguntur, quia in hac diuersitate cognitionis distinctio rationis, materia autem, & priuatio diuersimodè significantur materia, vt subiectum in quo est aliud: priuatio vero, vt forma in alio & vt in subiecto existens: differunt: ergo ratione materia, & priuatio. Tertio illa quorum vno manente ab eo separatur alterum distinguntur saltem ratione: manente autem materia non manet priuatio: ergo tandem sola materia appetit formas: priuatio vero non ita, hanc tamen vltimam rationem. Valle.

quęs. 10.

quæstione. 10. non admittit, quia inquit ille materia quacumque forma quam habet satiata est: aliter violenter esset sub illa sicuti graue extra centrum: ergo non appetit formas, quas habet sed quidem fallitur autor ille, quia materia vt dictum est, licet appetat alias formas dum est sub ista, hac tamen sola gaudet quod non habet graue extra centrum. Dices materia, vt est sub ista forma est pars compositi: sed vt est pars compositi appetit alias formas: ergo non gaudet ista. Respondetur, quod si particula vt reduplicatiue sumatur falsa est minor: non enim qui est pars huius compositi appetit alias formas: bene tamen specificatiue, ideſt materia, quæ est pars compositi formas alias appetit.

Dico secundo duplex priuatio formæ potest esse in materia: altera formæ generandæ, & hæc præcedit in termino à quo generationis, vt non ignis in generatione ignis altera formæ corruptæ, & hæc sequitur in termino ad quē corruptionis, imo est ipsemet terminus ad quem, vt non aqua in corruptione aquæ: dico ergo, quod quælibet priuatio harū cum sua forma cum qua opponitur directè non identificatur realiter: ratio est, quia quod identificatur cum aliquo non repugnat esse simul cum illo: repugnat autem, quod priuatio sit simul cū illa forma cui directè opponitur, vt non ignis cum igne non aqua cum aqua: nō ergo potest forma realiter identificari cum sua priuatione illi directè opposita: sed difficultas est. An priuatio vnius formæ identificetur cum alia forma cui non opponitur. An potius cum materia vt V. C. non aqua, quæ est terminus, ad quem corruptionis. An identificetur cū forma ignis genita. An potius cum materia similiter. An nō ignis, qui est terminus à quo generationis identificetur cum forma corrupta aquæ non vero cū materia.

Dico tertio: Priuatio formæ generandæ, & materia distinguntur realiter minus propriè. Patet, quia sunt duo principia in fieri entis naturalis: ergo vnum non est aliud. Secundo priuatio ista est, priuatio formæ genitæ, quæ ex secunda conclusione non potest cum forma genita identificari, cum eius aduentu expellatur: ergo non identificatur cum forma, & consequenter non distinguitur realiter propriè à materia sed necessario saltem vnum non est aliud. Dices, quod generatio identificatur cum forma genita, & corruptio cum priuatione. Vnde cum generatio, & corruptio inter se identificentur. Sequitur, quod forma & priuatio debeant identificari & consequenter priuatio sicuti, & forma realiter, & propriè distinguitur a materia, consequentia est, quod generatio, & corruptio realiter non identificantur quia cum vnica tantum generatione secundum rem possunt esse plures corruptiones secundū rem: in mixtione enim vnica tantum est generatio realiter, quia vnica tantum forma mixti producitur: plures tamen sunt corruptiones realiter sicut sunt plures formæ elementorum, quæ corrumpuntur de quo alibi: non ergo identificantur realiter generatio, & corruptio, similiter corruptio non identificatur cum suo termino ad quem, scilicet, cum priuatione de quo hic loquimur, quæ est principium generationis, quia talis priuatio est formæ generandæ, quæ illius aduentu destruitur tanquam terminus à quo generationis illi formæ incomposibilis: priuatio autem quæ est terminus ad quem corruptionis est priuatio formæ corruptæ: ergo cum hac identificatur corruptio non vero cum alia priori: ista autē secunda est longé diuersa á prima sicut est diuersa forma genita á corrupta per quos, vt per proprios habitus distinguntur, vt dictum est: ergo ex eo, quod corruptio identificetur cum priuatione formæ corruptæ male colligitur, quod debeat identificari cum priuatione formæ genitæ, quæ est principium generationis,

tionis, vt terminus à quo illius. Sed dices priuatio formæ corruptæ cum quo identificatur cum materia in qua manet. An potiùs cum forma genita cui in tali materia coniungitur. Respõdeo.

Et dico quarto. Priuatio formæ corruptæ proprijssime est priuatio cum qua materia identificatur à qua etiam realiter impropriè distinguitur. Patet primum est negatio formæ in subiecto capaci: ergo talis priuatio formæ corruptæ est propriissimè priuatio. Dices materia respectu nullius agentis naturalis manet capax formæ corruptæ, quia talis forma nullo agente naturale potest reproduci: ergo non est propriè priuatio. Respondeo etiã visus in homine cæco in quo non remansere causæ proximæ talis formæ, & habitus nullo agente naturali potest reproduci: sed sola diuina potentia, & cum hoc homo dicitur propriissimè cæcus, & priuatus visu. Probatur secundum priuatio formæ genitæ ideò identificatur cum materia in qua erat, & non cum forma corrupti, quæ tunc erat in materia, quia materia erat subiectum talis priuationis: sed similiter est subiectum priuationis formæ corruptę: ergo cum illa debet talis priuatio identificari. Secundo ex dictis generatio realiter differt á corruptione: ergo termini ad quem quibus cum istæ mutationes identificantur debent inter se realiter distinguí: terminus autem ad quem generationis est forma genita, & corruptionis priuatio formę corruptæ: ergo talis forma & priuatio realiter differũt: relinquitur: ergo ꝙ omnis priuatio sola distinctione reali impropria distinguatur á materia reali vero propria ab ipsa forma. Tertiũ patet terminus ad quẽ corruptionis est vt dictũ est, priuatio talis formæ: non autẽ materia cũ sit ingenerabilis, & incorruptibilis: ergo distinguitur ab illa, & quia forma realiter differt á materia, & cũ illa identificatur generatio, ꝙ generatio, & corruptio inter se realiter differũt quãuis in eis sit vnica tantum actio realiter identificata cũ sola generatione cuius incõsideratione multos fecit errare ex hac vnitate actionis inferẽdo idẽtitatẽ harũ mutationũ inter se eũ tñ, vt patet non sequatur, quia putabãt. Talẽ actionẽ realiter idẽtificari cũ vtraq;, ꝙ est falsum ex dictis. Nisi dicamus generationẽ, & corruptionẽ inter se idẽtificari. Vnde lõgé aliter se habet motus respectu actionis & passionis cũ quibus idẽtificatur, ac se habet actio respectu generationis, & corruptionis quẽ quarũ sola prima idẽtificatur: aduerte tñ ꝙ cũ priuatio nõ habeat esse positiuũ reale, neq; potest esse in materia per informationẽ, neq; per inhæsionẽ, quia hæc duo tantũ cõueniũt positiuæ formæ: sed solũ dicitur esse in materia per remotionẽ, quia remouet formã, quę in materia subiectari debebat. Vnde prouenit ꝙ idẽtitas priuationis, & materię nõ potest esse positiua, sicut est idẽtitas rationalis cũ animali, ad ꝙ requiritur ꝙ vtrumq; extremũ sit positiuum formaliter, & ꝙ vnũ ab alio realiter nõ differat: priuatio autẽ extremũ est formaliter priuatiuũ, & ita eius idẽtitas cũ materia tãtũ est negatiua, idest eius priuatio, & carẽtia realiter propriè nõ differt à materia: sed est ipsa materia pro vt sola sine forma cõsideratur apta informari illa, & sic vnum non est aliud.

Ad argumẽta. Ad primũ patet, ꝙ non est intelligẽda illa, ꝙ positio in sensu idẽrico: sed ꝙ generatio vnus sequitur alterius corruptionẽ, quia nec duæ formæ possunt esse simul in eadẽ materia, neq; ista sine vlla forma potest cõseruari. Dico secũdo, ꝙ priuatio illa, quæ est terminus ad quẽ corruptionis est formę corruptę. Vnde licet illa realiter propriè à materia distingueretur nõ sequitur, ꝙ priuatio formæ genitæ, sic distinguatur, quæ est principiũ entis naturalis. Dices corruptio est mutatio realis: ergo debet habere terminũ realẽ, quia mutationes á termino specificãtur: terminus autem corruptionis est priuatio: ergo debet esse

se formaliter quid positiuũ, & ita positi uè poterit cũ materia idẽtificari. Respõdetur, ꝙ vt corruptio dicatur mutatio realis sufficit, ꝙ terminus á quo sit reale, & positiuũ: est enim duplex mutatio alia productiua, & hæc requirit terminũ ad quẽ realẽ positiuũ: terminũ vero á quo negatiuũ illius, ꝙ sit aliás nõ fieret: alia est destructiua, quę terminum á quo positiuũ, & realẽ petit, cũ sit destructio, & desitio illius: terminũ vero áquo positiuũ, & talis est corruptio. Ad secũdũ quę sunt vnũ numero intrinseca differẽtia individuali sunt vnum specie & genere: vnitas vero numerica extrinseca, idest, cõuenientia in eodẽ subiecto, sub diuerso tamẽ cõceptu specifico, & generico nõ sunt vnum genere neq; specie, & sic se habẽt actio, & passio materia, & priuatio. Ad vltimum nihil obstat, ꝙ materia habeat plures priuationes plurium formarum, sicut nõ inconuenit, ꝙ sit susceptа ilarum successiue, sicut autẽ ab omnibus formis abstrahitur ratio cõmunis principij formalis, sic etiá á pluribus priuationibus. Ratio vna cõmunis principij priuatiui generationis in communi. Patet ergo qualiter materia, forma, & priuatio dicatur principia naturalia tantum enim materia, & forma sunt principia rei productę productionis vero ipsa materia est principium vt subiectum, forma vt terminus formalis, & intrinsecus identificatus cum ipsa mutatione, & actione, priuatio vero vt terminus á quo ipsius mutationis, cõpositum autẽ ex materia, & forma est, ꝙ præcipue intẽditur per mutationẽ, & quo cõsiderato intelligitur finita mutatio de qua est.

QVAESTIO. VI.

& vltima, de quidditate compositi substãtialis ex materia, & forma.

ACtum est de principijs entis naturalis tã in cõmuni, quã in particulari: ipsa ergo tractationis ratio postulat, vt iã de illis incõmuni videamus, qualiter cõpositum ex eisdẽ coalescat, de quo sex veniunt explicãda. Primo an partes existant prius natura, quã totum. Secundo, an subsistãt per se. Tertio an distinguatur ab illis. Quarto an natura & suppositum etiã distinguãtur, & quomodo. Quinto si actiones sint suppositorũ. Vltimo si cõpositum sit magis, ens, quam forma, & desideratum in natura.

ARTICVLVS. I.

Vtrũ prius existãt partes cõponẽtes quã ipsum totum.

QVod materia, & forma non solum sint principia entis naturalis: sed etiã partes quidditatis illius. Patet ex dictis supra q. 3. habentq; intrinsicè illius cõpositionẽ intrare: sed qualiter id habeat præsens quæstio inquirit Sõz. 7. Metaph. q. 22. & Magist. Soto hic, & lib. sequenti. q. 3. & alij multi vt articulo sequenti magis patebit vnicã simplicẽ existentiã in cõposito materiali ponunt distinctã realiter á suis partibus, atq; adeò illã per se primo cõuenire composito, & ita partes nõ esse priores cõposito quò ad existẽtiã: bene tñ quó ad essentiã, & causalitatẽ, in quo dicunt differre animã rationalẽ ab alijs formis, quorum argumẽta ex dicẽdis soluẽtur. Conclusio sit partes cõponentes prius natura existunt, quã ipsum compositum. Ita Scot. 7. metaph. q. 10. Durã. in. 2. d. 1. q. 4. ad vltimum colligitur ex Ari. 5. metaph. tx. 16 dicente, ꝙ musica est ante omnẽ musicum. Probatur cõclusio indepẽdẽter ab illis opinionibus supra positis. Vtrum materia, & forma habent existentias proprias ad inuicem distinctas. Probatur, inquam omnis causa existit, prior saltẽ natura, quam suus effectus.

causare enim supponit esse: sed partes sunt vera & realis causa physica compositi causantes illam, quó ad esse existentiæ: ergo existunt prius natura, quam illud. Cõfirmatur, quia prius natura sunt vnibilia quam ipsa vnio: tales autẽ sunt partes: ergo prius existunt, quam vniantur saltem natura. Dices in opinione, S. Tho. quomodo potest materia prius natura existere, quam compositum, si quidem nõ existit nisi ex vi vnionis formæ ad illam non est autem intelligere formam, vt vnitam materiæ, quin intelligatur compositum. Respondeo in illa opinione forma prius natura intelligitur dare esse naturæ. Ad hoc vt ambæ simul dent esse ipsi composito, quamuis vterque ille effectus sit simul durationc. Quæres in quo ergo excedit anima rationalis alias formas, si etiam omnes aliæ existunt priús natura, quam compositum. Respondeo, quòd hæc ita est prius natura, quòd ex vi actionis qua creata est fuit producta independenter á materia, & ab hoc quòd est componere ipsum totum, & ita ex vi illius actionis posset sola existere: at reliquę formę intrinsicè ab vtroque pendent. Vnde impossibile est existere se solis: qualiter autem id posset facilius intelligi articulus sequens demonstrabit.

ARTICVLVS. II.

Vtrum partes compositi materialis subsistant per se.

VIdetur, quod non primo, quia subsistere per se excludit omnẽ modũ essẽdi in alio: sed partes suppositi sunt in alio, scilicet, in supposito: ergo nõ subsistũt per se. Itẽ partes substẽtãtur á toto ergo nõ subsistũt per se, aliàs ipsum totũ potiùs substẽtaretur in partibus, quam ecotra. Præterea ex Aril. cap. de substantia: substantia dicitur analogicè de substantijs completis, & incompletis, quę sunt per se, quia partes non per se primo subsistant, nec sunt per se: sed in toto, in quo secundariò subsistant. Tandẽ subsistentia, & suppositum sunt idem: ergo si quodliber est subsistens: ita & quodlibet erit suppositum, & si tot supposita erunt in alio, quot partes. Secundo partes integrales acquirunt per separationem aliquem modum substantialem ratione cuius incipiunt de nouo subsistere: ergo eum actualiter erant partes: non subsistebant. Tertio partes essentiales, vt materia, & forma dependent adinuicem in esse (vt dicetur libro sequenti) ergo neutra earum subsistit. Materia enim pendet a forma cum ab illa habeat suum esse completum: atq; adeò cum de se materia sit potentiale ens, & incompletum: non potest de se esse subsistens, & idem erit de forma, quæ pendet in fieri, & conseruari ab illa, sicut accidens á subiecto. Quarto, si aliqua pars haberet subsistentiam, maximè anima rationalis propter eius spiritualitatem: hęc autem dum actualiter est pars hominis subsistit in illo. Præterea tam verè anima est materia, sicut humanitas Christi in supposito: hęc autem non habet propriam subsistentia: sed subsistit subsistentia compositi. Nam sicut ex materia & anima fit vnũ compositum, quod verè operatur: ita ex humanitate, & supposito diuino, nec magis substentatur humanitas á supposito, quam anima á materia nec anima habet operationes magis dependentes á materia; quã humanitas á supposito. Præterea, quia suppositum non operatur per naturam influendo aliquo speciali influxu distincto ab eo, qui est á natura (vt statim dicetur) sed quia natura est in illo dicitur operari operationes naturę: sed etiam anima est in toto cõposito, quod proprie dicitur operari: ergo non habet anima operationes magis independentes á materia quam humanitas

manitas à supposito. Vnde D. Tho. 1. par. q. 5. art. 2. ad secundũ, optimè notat proprius dici hominem intelligere per animam, quam animam ipsam, quia subsistit, vt pars, sicut homo, qui etiam dicitur videre: sed propriùs homo per oculum posset tamen assignari disparitas. Nam materia taliter terminat animam vt materia sublata maneat verè anima subsistens, sine eo quod fluat alia subsistẽtia: at vero relicta humanitas non subsisteret quin profluat de nouo subsistentia, quã supplebat verbum in ordine ad humanitatem: non verò materia in ordine ad animam. Sed contra quia humanitas, non alia ratione dicitur non subsistere, nisi quia est in alio: sed anima etiã est in alio, & multo magis, quia actuat & informat illud: ergo etiam nõ dicetur subsistere. Dices non solum negatur subsistentia ab humanitate, quia est in alio: sed quia est in aliquo, quod supplet subsistentiam, quam materia non supplet. Sed contra: nam hoc est petere principium esse enim in alio tanquam in eo, quod supplet eius existentiam non est aliud, quam esse in alio terminante naturam: sed etiam materia terminat. Itẽ quia nõ ideo dicitur esse in aliquo, quia aliud solum suppleat: accidentia enim & forma equi non subsistunt, & tamen non sunt in alio, tanquam in supplente subsistentiam: ergo.

Dico primo quælibet pars suppositi materialis habet aliquã partialẽ subsistentiam. Patet nã cũ totũ sit suę partes simul sumptę (vt dicetur) eo quod est cõplete, & adæquatè in toto est incõpletè, & in adæquatè in partibus, & quod attinet ad partes integrales, id videtur manifestum. Nam per hoc quod diuidatur lapis in duas partes, quælibet pars subsistit totaliter: ergo anteá erat subsistens partialiter, quia non est corrupta eius subsistentia: sed diuisa ab alia, cũ enim subsistentia sit modus intrinsecus naturę nõ potest corrũpi, sine corruptione naturę, per diuisionẽ autẽ neq; est corrupta, neq; producta natura lapidis: sed tũ ex parte fit totũ vt dixi in Logica: ergo. Itẽ illa natura est extẽsa: ergo etiam subsistẽtia est extẽsa aliás erit in vno tãtũ cubitu. v. c. vel indiuisibili. De partibus autẽ essentialibus patet: na materia ex dictis prius natura, quatotũ habet partialẽ subsistentiã: ergo, & forma à qua illã recipit. Præterea cõpositũ habet partialem subsistentiã materiæ: ergo nõ indiget nisi partiali subsistentia formæ, aliás si propter subsistentia materiẽ haberet aliã cõpletã, qua subsisteret materia, & forma tũ materia p rationẽ subsistẽtẽ subsisteret, & implicat. Tãdẽ partes cõpositi substantialis, scilicet materia, & forma sunt substantiæ in cõpletæ (vt omnes cõcedunt) ergo etiã subsistentes incõpletæ, cũ etiam subsistentia sit passio substãtiæ: ergo eo modo quo alicui cõuenit ratio substãtiæ, conuenit etiam ratio subsistẽtiæ. Hæc conclusio magis patebit ex his quæ dicemus infrá quarta cõclusione, & solutione argumẽtorũ, in quibus dicetur in ipsis partibus esse diuersum modum subsistentiæ.

Dico secũdo materia prima habet suã propriam, & partialẽ subsistẽtiam, licet recepta á forma prius natura, quam sit incõpositio, etiã in veriori sentẽtia Sancti Tho. quam defendo patet, quia ex dictis prius natura existũt partes substantiales quam totum ipsum: ergo quælibet per se habet quod existat cõsequẽter partialiter: sed subsistentia est passio substantię: ergo materia prima cum sit substantia, ex dictis etiam subsistit, per se. Dices subsistere semper ad subsistentiam compositi cuius est pars. Sed contra hoc est primo, quod tunc non est compositum. Secundo quia militant eædem rationes, quibus probauimus non posse existere ad existentiam compositi. Præterea, quia si materia nullam haberet formam verè intelligeretur subsistens partialiter: ergo per hoc, quod habeat formam non amittit suam subsistẽtiam. Dices amit-

tere illam, quia sic pars cõpositi ad cuius subsistentiam dicuntur partes subsistere: atque adeò non subsistunt in se: sed in toto. Sed contra, quia non aliter dicuntur subsistere ad subsistentiam cõpositi, quam existere ad existentiam illius: sed sic existere non tollit quin pars habeat suam partialem existẽtiam modo explicato: ergo. Adde, quia esse in alio tanquam in composito non tollit subsistentiam componentis, aliàs nec personalitas verbi, nec diuinitas subsisterent, quia est in Christo, tanquam in composito, quod ex illa, & ex natura humana resultat. Tandem, quia aliàs etiam pars integralis, quia est in toto non haberet partialem subsistentiam, quod est manifestè falsum (vt probatum est.)

Dico tertio: Anima rationalis etiam dum est in corpore habet suam propriã subsistentiam partialem. Ita expressè D. Thom. 1. parte, quæstione. 55. artic. 2. & tertio, ad secundum: & quæstione. 76. articulo. 5. Hæc conclusio posset probari hac ratione, quia anima prius natura quã intelligatur vnita materiæ est per se creata: ergo subsistens: sed per vnionem nihil amisit: ergo. Hæc tamen ratio nõ est efficax cum etiam militet de humanitate Christi, quæ priùs natura est creata quam vnita verbo: creatio ergo non semper terminatur ad rem, vt subsistentem, sed sufficit vt terminetur ad existentem, vt sic, & ita procedit præcedenti articulo. Aliter ergo probatur, quia anima dum est in corpore habet eundem modum substantialem á quando est separata, quia per hoc quod vniatur corpori non admittit aliquam perfectionem substantialem, aliàs melioris conditionis esset anima extra corpus, quam in illo, quod falsum demonstrabitur. Tertio de Anima, cum autem est separata habet subsistentiam non enim subsistit in alio: ergo subsistit per se: & consequenter dicendum est in corpore, ex quo patet animam ex eo, quod corpori coniungatur non amittere aliquem modum ex eis, quos haberet separata: imo acquirit de nouo alium modum, qui est vnio substantialis cum materia: atque adeò per separationem nullum modum de nouo acquirit: sed potius amittit illum vnionis. Dices per hoc, quod anima vniatur materiæ amittere aliquem modum, scilicet subsistentiam quod non arguit imperfectionem, cum loco eius alium sibi perfectiorem acquirat, scilicet vnionem cum materia: perfectius enim est illi vniri cum materia, quam per se subsistere (vt dicetur) & ita per separationem amittit anima modum vnionis, & acquirit modũ subsistentiæ. Hæc est sententia Caieta. 3. p. quæstio. 6. articulo. 3. & videtur D. Tho. ibidem asserentis, quod si anima Christi Domini, ante vnionem esset creata haberet modum realem, quem per vnionem necessariò amitteret: sed licet hoc probabile videatur: nõ tamen est verum nec demente D. Tho. (vt infra dicetur.) Nam præcipua ratio ex qua Arist. & D. Tho. colligunt immortalitatem est ex eius subsistẽtia, ex qua sic arguitur. Operationes animæ existentes in corpore sunt independentes á materia: ergo ipsa anima est independens à materia: ergo subsistens. Nam ex operatione cõsequitur esse, & si anima non esset subsistẽs, eius operationes non magis essent independentes à materia, quam operationes formæ ignis, quia ad omnes concurrit materia substentando formam, quæ illas ellicit, & ad nullas concurrit speciali influxu proprio ipsius materiæ cum materia non habeat actiuitatem, quare solum esset differentia ex parte subiecti materialis, quia materia nõ est subiectũ operationum animæ rationalis: bene tamen aliarum formarum: imo etiam ex ista differentia sufficiẽter colligitur animam rationalem esse subsistentem adhuc in corpore, quia ipsa sola efficit, & recipit suas actiones, acsi nõ esset vnita corpori: ergo ita est subsistẽs

acsi

acsi non esset vnita corpori, tenet consequentia, quia actiones sunt subsistentiũ (vt dicemus infra.) Et ita Arist. licet. 2. de Anima tex. 64. asserat, quod anima non irascitur, neq; ambulat: sed homo, quia istæ sunt operationes communes cũ materia: at tertio de anima cap. 4. ait, quod anima sapit, & intelligit, quia istæ sunt operationes proprias illius, & spirituales, & D. Tho. de potentia, quæs. 3. art. 9. ad sextum dicit, quod esse anima nõ cõsistit in vnione animæ ad materiã. Item quia materia etiamsi fiat pars cõpositi non amittit subsistentiam partialem, quam de se habebat (vt dicebam secunda conclusione) ergo neq; animæ. Tandem, quia si anima dum est in corpore non subsisteret: ita se haberet in illo sicut humanitas in verbo: consequens tamen est falsum. Nam sicut humanitas non subsistit per se dum est in verbo: si tamen ab illo separaretur, statim flueret in illa subsistentia: ita anima in corpore, hoc autem esse falsum: patet, quia Doctores communiter concedunt animam absolute esse subsistentem dũ est in corpore, & habere proprias operationes independentes ab illo, quod non potest absolutè concedi de humanitate, & ita consequenter asserunt animam non dependere in esse à materia: humanitatem autem pendere in esse à verbo. Sed contra esse in alio opponitur subsistentiæ: sed anima in corpore est in alio: ergo non est subsistés. Si dicas esse in aliò opponi perfectè, & completè subsistentiæ, quæ dicitur suppositalitas: non vero alteri. Contra intralatitudinem partialis subsistentiæ tantò minus res subsistit, quanto magis dicitur esse in alio: anima autem in corpore habet modum essendi in alio, quem non habet separata: ergo separata habet aliquem modũ subsistentiæ, quem non habet in corpore. Respondeo esse in alio à quo pẽdeat & recipiat esse opponitur subsistentiæ, formali, non vero esse in alio dando ei esse, aliàs materia non subsisteret: nimo nec verbum diuinum (vt dicebam supra) anima autem rationalis non pendet à corpore, etiamdum est in illo dicetur, materia: ergo non subsistit cum recipiat esse à forma; nego consequentiam, quia quamuis recipiat non tamen est in alio, dices est in composito, Respondeo, non est in illo, vt in subsistentante, sed vt pars ipsum componens.

Dico quarto: Suppositalitas, vt sic cõponitur ex partiali subsistentia partiũ componentium ipsum suppositum. Patet nam quidquid habet totum habet, à partibus cum totum nihil aliud sit, quam suæ partes simul sumptæ: sed habet suppositalitatem: ergo hanc habet á partibus, quod amplius explicatur. Nam sicut ipsum totum esse, quid completum in esse entitatis essentialis, & in esse existentis actualis, ita & in esse subsistentis: ergo sicut totum in esse entitatis essentialis resultat ex partibus vt essentiales sunt, & totum in esse existentis actualis ex partibus, vt existentes actualiter sunt, ita totum in esse subsistentis ex partibus subsistentes sunt. Vnde sicut quælibet pars componens totum essentiale, & completum non est, quid essentiale completum: sed incompletum, & similiter eius existentia non est completa ita nec subsistentia. Quare sicut ignis, verbi causa, non est forma nec materia: sed quid compositum ex illis ita suppositaliter ignis neque est subsistentia formæ, nec materiæ: sed quid compositum ex illis. Ex quo patet sicut essentia, vel subsistentia dicitur anologicè de toto, & partibus: ita subsistentia dicitur analogicè de subsistentia totius, & de subsistentia partium, & sicut essentia videtur nomen proprium compositi. ita suppositalitas. Videtur nomen proprium ipsius subsistentiæ totalis, & compositi ex alijs partialibus. Secundo nam vnio substantialis, qua materia vnitur formæ, licet vna totaliter esset

non duplex partialiter tenens: se ex parte vtriusq; (vt dicetur secũdo de Anima) ergo similiter subsistẽtia, quod specialiter ostenditur in homine, quia si in illo subsistentia esset vnicus. Tantum modus simplex, vel illa esset materialis, & ita per illum non posset subsistere anima, vel esset spiritualis, & ita per illum non posset subsistere materia. Item, vel est in toto homine ratione vtriusq; partis adæquatè, & hoc non vt omnes concedant, vel ex ratione vtriusq; partis, & ita non potest esse in alia. Præterea in quolibet composito materiali non est alia entitas præter materiam & formã: ergo si aliquis modus idẽtificatur cum composito debet identificari cum materia & forma: ergo non potest esse vnus omnino simplex, quia cum materia, & forma realiter distinguantur implicat eundem modum cum illis identificari. Nam quæ sunt eadem vni tertio, &c. Præterea, nam anima rationalis habet per se veram subsistentiam incompletã, etiam dum est pars hominis (vt dictum est) ergo, vel præter hanc est in homine alia subsistentia vel non, si non: ergo subsistentia partis est subsistentia totius, & cum illa sit incompleta, & homo non habeat aliam subsisteret incompletè, si autem habet aliam: ergo vel est subsistẽtia partiales materiæ, & tunc sequitur intentum, vel habet aliquam simplicem subsistentiam totalem & hoc non, quia iam anima verè subsistit: ergo frustrá est alia subsistentia per quam illa subsistat: ergo sufficit alia per quã subsistat materia: ergo illa tantum est.

Ad argumenta in principio. Respondeo suppositum substantiale, quod est omnino, & perfectũ subsistens conditiõ quadæquatè contra purum accidens, quod est omnino existens. vnde quo aliqua entitas magis recedit ab accidenti eò magis accedit ad suppositum substantiale, & participat magis rationem subsistentiæ, & quia in hac latitudine sunt plures gradus subsistentiæ, in primo gradu est subsistentia totalis, & completa, quæ excludit omnem modum essendi in alio, & hæc sola dicitur suppositalitas perfecta (vt dicebam quarta conclusione) ad hanc redducitur illa secundum quam aliquid est subsistens in se: sed per continuationem aliarum partium, & ideò quælibet pars dicitur esse in toto, & hæc reperitur in partibus integralibus, quę à prima essentialiter non differt: sed sicut pars ligni á toto ligno in secundo gradu est illa, quæ aliquid est ita per se subsistens, vt nullo modo sit in alio, vel pendeat ab illo: at ex sua natura petat esse in alio, & hæc est in anima rationali separata, & in materia si esset nuda ab omni forma: sed non dicitur propriè suppositalitas (vt dictum est) & probat Gabriel. in. 3. dist. 5. quæstione vnica, art. 3. & ita Caieta. supra vocat animam separatam semi per sonam ad hanc redducitur ea quam tales partes habent, etiam dum actualiter sunt in toto, quia vt diximus est eadem subsistentia, licet sit adiuncta cuidã modo vniones ratio cuius actualiter sunt partes, & in toto. In tertio gradu est illa subsistentia, qua forma corporea est in materia á qua dependet in fieri, & in cõseruari: dicitur tamen subsistentia, vt distinguitur contra in existentiam, & inhærentiam accidentis, & ex hac partiali subsistẽtia, & ex ea quę est in materia resultat subsistentia totalis suppositi. Ex his & dictis in conclusionibus patet ad primũ, & secundũ, & tertiũ argumẽtum. Ad quartũ dicendũ esse maximam differẽtiã inter animã in materia, & humanitatẽ in verbo. Nã anima verè subsistit partialiter non tñ humanitas: imo & forma ignis habet de se aliquã partialẽ, & imperfectam subsistentiam, quam non habet humanitas in verbo: atque adeò ex omnibus gradibus subsistẽtiæ modo enumeratis. Pro cuius explicatione aduerte vt dicetur, secundo de Anima incomposito esse vnũ totalem modum vnionis, licet sit duplex partialiter

alter,

alter, qui se tenet exparte materię: alter ex parte formę, qui modi taliter vniũt vnam partẽ alteri, vt v. c. modus quo vnitur forma materię, sit in ipsa forma, & respectu talis vnionis forma solũ termi nat extrinsicè: si ergo esset tantũ modus ex parte formæ, & nõ ex parte materiæ, tum quidem forma intrinsicè informa ret materiã, & materia extrinsicè tãtũ terminaret formam, quia tamen implicat formam informare materiam quin materia actuetur etiã intrinsice forma, ideò non potest esse primus modus quin sit secundus, & ideò adinuicẽ se intrinsi cè perficiunt. Ex quo patet differẽtia inter materiam in ordine ad formã, & inter personalitatẽ diuinam in ordine ad suum cõpositũ. Nam materia intrinsicè terminat ita vt informetur, & ex parte sua etiã perficiatur, & habeat modũ realẽ: at vero personalitas diuina nõ ita terminat humanitatẽ neq; in se habet modũ vnionis: sed talis mod⁹ se tenet intrinsice, & ex parte solius humanitatis: extrinsicè autem ex parte personæ. Ex his etiam patet quare materia, licet habeat subsistentiã partialẽ modo explicato ex eo ꝙ est pars cõpositi nõ dicitur suppositũ cõpletũ, quia verè informatur & recipit intrinsecũ esse à forma: at personalitas diuina, licet cũ humanitate constituat quoddã cõpositũ, quia tamẽ nõ informatur, nec recipit intrinsecũ esse ab humanitate: ideò propriè est suppositum cõpletũ per se nec dicitur subsistere ad subsistẽtiã cõpositi, ꝙ cõstituit sicut dicitur etiã de materia, &c. Ex his etiã patet secũdo cur materiã nõ dicatur dare subsistentiã formæ, quę ab ipsa dependet in esse, sicut personalitas diuina dat subsistentiã ipsi humanitati, quia materia est quid incõpletum, & magis pendet á forma in suo cõplemento, quã forma ab illa. Vnde nõ habet sufficiẽtẽ vnitatẽ, vt in illa subsistat forma, nisi ipsa forma mediãte sua partiali subsistẽtia ad id iuuaret illi tribuẽdo esse pri⁹ natura, quã sint in toto ad hoc ꝙ ambę simul cõponant, totũ, ꝙ primo, & per se subsistit: at personalitas diuina est, quid cõplete subsistens potẽs alia subsistentare. Præterea, quia subsistẽtia materiæ cũ sit inferioris ordinis, & materialis nõ potest supplere subsistentiã animæ, quæ est separabilis, neq; aliarũ formarũ: at suppositalitas diuina potest supplere subsistentiã humanitatis cum omnia eminenter contineat. Ex his colligitur tertio animã rationalẽ in Christo habere aliã dependentiã, quã non habet anima in nobis, nõ solum enim pẽdet á materia, quo ad vnionẽ mediãte qua cõstituit hominẽ: at in Christo præter hoc pẽdet á verbo tãquã à supposito subsistẽte, & subsistẽtate; & ita in morte Christi anima amisit priorẽ modũ dependẽtię, nõ autẽ secũdum, & id optimè S. Thom. vbi supra in tertia cõclusione asseruit, quod si anima Christi esset creata ante vnionẽ haberet modum realẽ quẽ necessario per vnionẽ amitteret, quia licet haberet subsistentiã propriã quã deperderet eoipso ꝙ à verbo assumeretur ex quo etiã tandẽ colligitur, ꝙ dicebã in tertia cõclus. quod anima nostra per separationem propter vnionem ad corpus non admitteret alium modum vnionis: sed contrà prius natura anima subsistit, quam vniatur materiæ (vt determinatũ est supra) sed prius natura fuit vnita materiæ, quam vniretur verbo: ergo prius naturã erat anima rationalis subsistens, quam vniretur verbo: ergo fuit assumpta cum sua subsistentia. Respondeo sufficit, vt prius natura existat, quã vniatur materiæ: intelligitur autem subsistere post vnionem cum materia: sed cõtra etiam si non vniretur materiæ maneret in se subsistẽs: ergo nõ spectat vnionẽ cum materia, vt fruat eius subsistẽtia: ergo sicut prius natura existit, quãvniatur: ita & prius natura subsistet cũ in subsistẽtia nullo modo pẽdeat á materia. Respõdeo licet id naturaliter eueniat: at Deus præuenit sua suppositalitate illã naturã, & ita impediuit, ne flueret subsistẽ-

tia ab aliqua eius parte ad eum ferè modum, quo dicitur præueniſſe animã Beatiſsimæ Virginis ne lauem originalem contraheret (& ſicuti etiã capite de quãtitate dictum eſt) Deum ſupplere, & impedire paſsionẽ corporis quantitatiui, quæ eſt extenſio occupatiua loci ab ipſa quãtitate corporis Chri in Euchariſtia.

ARTICVLVS. III.

Vtrum actiones ſint ſuppoſitorum.

Actiones eſſe ſuppoſitorum dupliciter poteſt intelligi. Primo quod á ſuppoſitis tantum fiant. Secundo, quod in ſuppoſitis tantũ recipiantur: ſed neutrum eſſe verum ſuadetur ex illefactione, quæ eſt calore exiſtente in aqua, eſt vera actio: ſed nõ eſt ab ipſo ſuppoſito, quia ſuppoſitũ nõ agit niſi per formam ſibi connaturalẽ: at illa forma eſt contra naturam aquę: ergo non agit per illam. Secũdo actio qua fit aliquis effectus eſt ab eo in quo eſt virtus ad talẽ effectum: ſed virtus non eſt in ipſo ſuppoſito: ſed in forma productiua effectus. Nam ſuppoſitum, ſine forma non aggeret: bene tamen forma ſine ſuppoſito, ignis enim ſine calore non calefaceret: bene tamen calor ſeparat⁹ ab igne, vt patet de facto in accidentibus Euchariſtię: ergo potius actio eſt á forma quã á ſuppoſito. Tertiò aliquæ formę, & naturæ agunt antequã intelligantur eſſe in ſuppoſito, quia ab humanitate. v.c. priùs emanant proprię paſsiones, quã ſuppoſitalitas: talis autẽ emanatio eſt per veram actionẽ (vt dicetur tertio, & quinto lib. huius & ſecũdo de Anima) natura ergo vere agit, & nõ ſuppoſitum: maior autem conſtat, quia ſuppoſitum eſt, quid completum cõſtãs omni perfectione ſibi debita: ergo non intelligitur eſſe ſuppoſitũ antequã intelligatur habere omnes ſuas perfectiones. Confirmatur ipſa ſuppoſitalitas eſt quædam paſsio ſubſtãtiæ cõpletæ vt ſic, & illa nõ dimanat á ſuppoſito vt ſic: ſed à natura, ergo.

Quod autẽ nec ſecundo modo id habeat verum, probatur primo nam potiſsimæ actiones ſunt generationes cũ habeant perfeſsimum terminum, ſcilicet ſubſtantiam, iſtæ autem non recipiũtur in ſubiecto: ſed in materia prima (vt probabilis opinio tenet) ergo. Secũdo in eo recipitur actio, in quo eſt potẽtia paſsiua illius: talis autẽ potentia aliquando eſt in ſolo accidenti, & non in ſuppoſito, quia ſuppoſitum non habet potentiam paſsiuam ad hoc vt intẽdatur: ergo actio intenſiua immediatè recipitur in qualitate. Tertio accidentia in Euchariſtia ſuppoſito primo miraculo non indigẽt alio, nec virtute ſupernaturali, vt recipiant in ſe alia accidentia, vt calorẽ, frigus, &c. ergo naturaliter poteſt actio recipi in aliquo etiã ſi non ſit ſuppoſitum.

Dico primo actiones nõ ideo dicuntur ſupoſitorũ, quia ſuppoſitũ ad illas habeat ſpecialẽ, & intrinſecũ influxũ. Patet nã dupliciter poteſt intelligi ſuppoſitũ intrinſicè cõcurrere ad actiones. Primo quia ratione ſuppoſitalitatis operetur, & hoc non nã ſuppoſitalitas (vt dictum eſt) nõ eſt entitas cõpleta: ſed modus rei: ergo nõ poteſt ex ſe habere aliquã actiuitatẽ: hoc enim eſt propriũ formę completę: habere enim virtuum ad efficiendũ effectũ realẽ arguit habere entitatẽ realẽ. Secũdo poteſt intelligi quòd ipſa natura ſubſtãtialis quę per talẽ modũ eſt ſubſiſtẽs intrinſicè cõcurrat ad omnes actiones, quę fiunt ratione formę in ſe ſubſiſtẽtis, & hoc etiã falſum eſt. Nã ignis nõ cõcurit cũ calore ſpeciali influxu diſtincto ab eo quo concurrit calor, cũ calor ipſe ſeparatus eodẽ modo cõcurrat. Præterea, quia actiã naturaliter calor eodem modo cõcurrit ad actionẽ cũ eſt in igne ac cũ eſt inferro, vel aqua, &c. ergo illa actio nõ prouenit ab influxu ſuppoſiti⁹

ſed

sed ab influxu solius caloris: non enim possent tam distincta supposita habere influxum eiusdem rationis. Tandē nam alias ad quamlibet operationem humanitatis Christi non solum requiriretur influxus naturæ: sed etiam alius distinctus ipsius suppositi diuini, quod est falsum: sed de hoc alibi.

Dico secundo, actiones sunt suppositorum denominatiue tantum. Ita Durandus in tertio, distinctione octaua, quæstione. 12. & explicat S. Tho. 1. part. quæstione. 75. articulo secundo hæc conclusio potest intelligi. Primo actiuè. Secundo passiue, & vtroque modo probatur. Nam ad actionem efficiendam, vel recipiendam requiritur entitas actualis, quia effectus realis non est nisi ab entitate, & in entitate reali, & existenti: sed id quod primo, & per se existit est ipsum suppositum, & in illo omnes formæ substentantur: ergo omnis actio cuiuscumque formæ tribuitur ipsi supposito tam quam primo substentante: ad agendum enim, vel patiendum requiritur esse: sed hoc habēt formæ á supposito: ergo supposito tribuitur ipsum agere, vel pati tanquam conferenti primam, & potissimam virtutem, scilicet esse sine quo forma non potest agere vel pati: specialiter autem hoc habet verum in ordine ad actionē efficiendam, & ita intenditur ab Aristotele primo de Anima. capite. 4. text. 64. cum enim actio proueniat ex perfectione agentis requirit in illo perfectionem in suo ordine completam, vt efficere possit: sed hanc habet á supposito; ergo. Sed suo modo etiam intelligo in ordine ad actionem recipiandam, quod videtur Aris. intendere secundo Metaphys. capite primo, vbi ait actiones, & generationes, omnes in singularibus versantur: ita explicat Scotus in quarto, distinctione. 12. quæstione tertia, ad secundum, & probatur. Nam quæ non sunt per se non possunt per se agere, nec pati: operatio enim proportionatur cum esse: suppositum autem est, quod per se habet esse quamuis hic vere Aris. aliud videatur intendere. Loquitur enim de actione circa quam versatur ars, & de hac inquit non versatur. Per se loquendo nisi circa suppositа singularia: medicus enim per se non curat nisi Socratem, quamuis per accidens etiam curet hominem. Vnde patet cognitionem secundum illum per se versari circa vniuersalia: loquitur enim ibi de actione, vt distinguitur contra operationes: speculationem enim intendit Aristot. minus conducere ad actiones exercendas quam experientiam: sed eo modo quo cognitio versari circa vniuersalia potest, etiam aliquo modo appetitio. Nam quidquid potest cognosci per intellectum, potest amari per voluntatem: quando autem intellectus cognoscit vniuersale, & non singulare voluntas non tendit in singulare: sed in vniuersale, & ita Aristoteles secundo Rethoricorum ad Teodectem capite de more ait, quod odium potest esse circa genera, aut contralationem, &c. quamuis aliquo modo tales actus tendant in singularia: obiectum enim appetitus est in ordine ad existentiam, quæ non reperitur nisi in singularibus: sed præter has omnes aliæ actiones versantur, circa singularia, vt patet ex dictis: ergo colligitur subsistentiam ad operationes solum requiri, vt conditionem sine qua non, quæ necessario sic deducitur omne agens agit inquantum est in actu: ergo ab eo habet per se agere á quo habet esse in actu. Præterea omne, quod est vel est in se, vel in alio: si est in se: ergo subsistit, si in alio: ergo saltem illud aliud subsistit.

Dico tertio. Præscindendo naturam á suppositalitate principaliùs tribuitur operatio naturæ, quam suppositalitati, patet, nam ita se habent ad esse, sicut ad operari, sed in esse entitatiuo

perfectior est natura, quam suppositalitas cum illa sit totum esse naturæ rei: suppositalitas autem tantum sit modus. Item vnitas principaliter tribuitur naturæ: ergo entitas & ratio operandi, patet consequentia, quia vnitas sequitur entitatem rei, & hoc est fundamentū. Quare nomina substantiua accipiant vnitatem, vel pluralitatem á natura, & non á supposito (vt dicebam in Sumulis parte prima) quod tradit D. Thom. prima parte, quæstione. 39. articulo. 3. & de potentia, quæstione. 9. articulo. 6. sicut in Deo, quia est vna natura, licet sint tria suppositа datur vnus Deus, & si daretur natura humana in tribus suppositis essent vnus homo. Vnde natura se habet tanquam ratio formalis constituendi numerum: suppositalitas autem se habet, vt conditio sine qua non. Dices ergo pari ratione vnum suppositum habens tres vnitates essent tres homines. Respondeo negando consequentiā, nam licet hic sint tres rationes formales, ex quibus sufficiēter possent resultare tres homines: non tamen dicūtur. Tres quia non sunt tria suppositа, quę possunt recipere tres denominationes, sicque tres vnitates in vno supposito essent ex defectu denominati, & non ex defectu denominantium vnus homo. Vnde Christus Dominus licet habeat duas naturas, quia est vnum suppositum dicitur vnus, & non duo hoc differunt de nominibus substantiuis. Nomine enim adiectiui sequuntur pluralitatem suppositorum. Vnde vna albedo in tribus suppositis denominaret tria alba, ratio disparitatis est, quia substantiuum significat per modū substantiæ qua ex se habet vnitatē, vel pluralitatem, & ideo ex vnitate, vel pluralitate formæ significatæ tanquam scilicet ex ratione & causa principiū vnitatis, vel pluralitatis accipitur vnitas, vel pluralitas, quia tamen nomen adiectiuum significat aliquid per modum alteri adiacentis: accidentia autē recipiunt vnitatem, vel pluralitatem ex subiecto, ideò adiectiuum suam singularitatem vel pluralitatem accipit ex suppositо tā quam ex ratione, & causa suæ singularitatis. Sed contra, nam magister, & artifex sunt nomina substantiua sicut & homo: sed ab vna arte, & ab vno Magistro, in tribus existente dicerentur. Tres artifices, & magistri: ergo, & tres homines. Respondeo negando consequentiam, quia licet artifex sit nomen substantiuū non tamen substantiam significat: sed accidens, quamuis posset aliquando adiectiue sumi, vel nego minorem: non enim dicuntur tres diuinæ personę tres artifices orbis nec tres omnipotentes.

Ad argumenta in principio. Ad primum respondeo aquam verè calefacere per calorem, quia talis denominatio quæ est agentis principaliter influentis tribuitur ipsi calori: si autem ille calor existens in aqua produceret ignem tribueretur igni. Nam respectu calefactionis calor est agens principale respectu combustionis ignis (vt libro sequenti dicetur.) Ex dictis in certia conclus. patet ad secundum sufficit enim adhāc denominationē, quod res existat per se licet non sit suppositū verū, nec cōplete subsistens, vt patet in anima separata & in accidētibus Eucharistię. Ad tertiū dico prius natura esse suppositū quin resultet passiones: suppositalitas enim pertinet ad perfectionem substantiæ, quæ est prior accidenti ad quod pertinet passio, & sufficiens complementum substantiæ intelligitur habere natura pro illo priori. Ad alia ad primum respondeo generationes possunt dici recipi in supposito, quia recipiuntur informa, vt actuante materiam: cum enim generatio identificetur cum forma: est enim forma in fieri, vel in vnirі intellige tāquā modus ipsius formę cū illa idē tificatus: atq; adeò in illa immediate receptus: dicitur autē recipi in materia qua tenus est actio qua forma immediatè recipitur in materia, vel iā diximus, hoc potius verificari inefficiētib', quā in re cipien-

cipientib⁹. Ad secundum & tertium patet proportionabiliter ex his, quæ modo diximus ad priora argumenta.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum tam materia quam forma sint partes quidditatis compositi naturalis?

SVprà.q.3.de materia p. 1. nõ nihil de hoc diximus, nũc autẽ simul de materia, & forma pro complemento doctrinę dicemus veteres illi Peripatetici totam quidditatem á forma prouenire asseruerunt: ita Alex. Aphrod. 2. Metaph. tex. 12. Themist. 3. de anima. tex. 9. & 38. Simpli. ibidem Auerro. 3. Metaph. comẽto. 1. & 34. Linchonien 2. Post. Albert. 2. Phi. tex. 28. & 7. Metaph. q. 12. Nymph. 1. Phi. & 7. Metaph. Soncin. ibidem. q. 26. dicit esse probabile Cimara Teoremate 39. dicit materiam esse de essentia non tamen de quidditate refert, pro se comentato. 7. Metaph. tex. 34. idem videtur sentire Caietanus. 1. p. q. 76. art. 3.

Nihilominus conclusio affirmatiua est Arist. 1. & 2. lib. huius dicentis materiam esse principium non modo generationis: sed etiá rei genitæ & materiá ac formam esse principia substantialia; & vtramq; esse naturam & 1. de anima inquit non posse aufferri materiá á definitionibus rerũ naturalium, & ob id increpat iuniorem Socratem dicẽtem poni materiam in definitione, non vt partem quidditatis: sed vt subiectum eius, & 8. Metaph. 3. tex. 15. & lib. 9. ad finem quidditatem materialem esse vnam per se, quia componitur ex actu & potentia idem sentiunt. S. Tho. 7. Metaph. tex. 34. & 1. p. q. 75. art. 4. & de ente, & essentia. c. 2. & 1. Contragent. c. 21. & lib. 4. c. 81. Scotus in 3. d. 21. Marsill. ibidem. q. 13 art. 2. Duran. in 4. d. 44. q. 1. Soncí. 7. Metaph. q. 26. hoc reputat probabilius. Iabell. 7. Metaph. q. 9. significans satis Auicen. 5. Metaph. c. 4. & 27. Boecius in prædicamẽtis, & quidẽ formam esse de quidditate entis naturalis fatentur omnes quot quot statuunt formas in entibus naturalibus, de materia ergo simul idẽ esse asserendum tenent authores citati & patet 1. ex S. Tho. 1. p. vbi supra ad natura & quidditatem spẽ; ãcam pertinet id quod significat definitio: sed definitio rerum naturaliũ significat simul formam & materiam: ergo secũdo in homine forma scilicet anima rationalis est eius quidditas, quia aliás si verbũ diuinũ solam animam rationalem assumpsisset diceretur assumpsisse hominis essentiam & quidditatem: atq; adeò diceretur homo. Cõsequẽs est cõtra omnes Theologos 3. p. art. 5. ex Athanasio dicente sicut anima rationalis & caro vnus est homo & ex Damasceno. 3. lib. c. 3. & 12. & ex Ambro. lib. de incarnatione verbi Augusti. de ciuitate Dei. Cõfirmatur quia si sola forma esset tota hominis quidditas: ergo Christus quod concedit Hugo. infra citandus intriduo fuit verus homo: homo enim nihil aliud est, quam quidditas hominis subsistens. Prẽterea sequeretur, quod ad hoc vt idem homo numero resurgeret sufficeret habere eandem numero formam licet materia non esset eadem numero quod consequens concessit Duran. in 4. d. 44. q. 1. ad primum non tamen sine temeritate vt de cernũt Theologi: quo autem pacto senex non sit dicendus aliús homo á se ipso puero alibi. Tertio forma naturalis ex se habet esse forma informans, & non per se existens: ergo ex se est partialis quidditas: ergo datur altera pars quidditatis. Cõfirmatur primo, quia aliás ens naturale esset quidditatiué actus totum, & non compositum ex potentia Physica & actu. Confirmatur secundo forma non tribuit esse ens totaliter absolutè: ergo nec totam quidditatem. Vltimo, quia opposita senten-

tia fauet errori impositio Platoni formas esse assistrices, non vero informantes. Vnde consequenter dixit formã hominis esse totalem eius essentiam vt refert S. Tho. q. 75. ar. 4. fauet etiã Stoicis dicentibus corpus esse tantum ergastulum animæ.

Rationes contrariorum, & præcipuè Hugonis de sancto victore 2. lib. de sacramentis. p. 2. c. 11. Gandens. 7. Metaph. q. 12. Nympho. ibidem & hoc. 1. lib. facile solbuntur aduertẽdo ab Arist. ipsam formam vocari speciem definitionem quidditatem, & ab ea ipsum compositũ habere esse hoc aliquid (vt dictum est) & vnumquodq; esse, & nominari simpliciter tale, non propter materiam: sed propter formam & quod ea quę proprie dicitur natura essentia est eorum, quæ in se vt talia suum motus principiũ continent, & c. quibus & alijs locis dicimus solum velle quidditatem præcipue sumi á forma magis quam á materia propter rationes á nobis supra positas, & ideo ab ea præcipue sumi abstractionẽ prædicatorum vniuersalium. Dico præterea in quibus dantur illorum locis loqui Arist. de forma totius quasi dante esse ipsi supposito, quomodo humanitas dicitur forma hominis alia testimonia Arist. quæ afferuntur difficiliora confecta sunt vt lib. sequenti patebit. Tandẽ aduerte, quod si Deus poneret formam hominis in materia cœli quam suppono esse distinctæ speciei á materia horũ inferiorum, licet quoad formam Physicam posset tunc cœlum dici eiusdem speciei cum homine, & licet diceretur verè homo, & animal rationale: tamen Physicé non esset adequate, & complete eiusdem speciei cũ homine, quia non habet eandem materiam in specie, & hac ratione quidam vt Medina. 3. p. q. 31 art. 4. in fine dicunt, quod si Christus assumpsisset materiam cœli non esset homo, sicut contra Durand. dixi supra non dici eundem numero homine, qui licet habeat eandem numero formam: non tñ eandem numero materiam.

ARTICVLVS. V.

Vtrum compositum sit magis substantia, & ens, quã forma, & sit potissimum q̃ desideratur in natura?

CImara Theoremate. 10. negat Albert. 2. de Anima tract. 1. c. 3. Nympho. 7. Metaph. quæs. 5. hi omnes dicunt, quod forma est magis ens, & substãtia, quã cõpositum probant. 1. ex Arist. varijs in locis, quæ longũ esset recensere. Secundo ratione cõpositũ habet esse ens á forma: ergo forma est magis ens. Tertio illa est perfectior substãtia quę minus habet potentia: forma aũt est actus: cõpositũ vero est mixtum ex potẽtia, & actu: ergo. Confirmatur nam forma est simplicior ergo magis ens.

Conclusio tamẽ affirmatiua Arist. hic c. 9. tex. 84. &. 7. Metaph. c. 8. & S. Tho. 1. p. q. 90. art. 2. probatur primo cõpositum includit formam, & præterea materiã, quę est entitas aliqua substantialis: ergo perfectius est forma. Secundo cõpositum est finis, tam formę, quã materię: ergo perfectius illis. Tertio existit vt quod, & conaturaliter manet separatũ a quo vis ente: forma vero nõ existit nisi vt quo, & ita vel non potest naturaliter esse separata ab ipso cõposito, vel saltẽ si separetur erit in statu quodãmodo violento. Vnde patet, quòd præcipuè quod intenditur in productione est cõpositum, quia id præcipuè fit quod præcipuè est, & ita forma, nec materia non tã producuntur, quã cõproducuntur (excipio animã rationalẽ) quę nunc in generatione creat quasi esset ens cõpletũ.

Ad auctoritates Arist. Resp. eum tantũ asserere formã prius esse cõposito: sed non principaliorẽ vel dicit esse principaliorem materia, vel comparat formam substantialẽ cum eius potentijs, & operationibus: is enim illa perfectior est, & ita

& ita ens primo & per se definerat formã, quę est actus primę dans esse simpliciter. Postea vero potentias, & tandẽ ipsum operari, quę sunt actus secundi simpliciter loquendo sicut inter operationes prius desideratur prima, quã secunda vt prius desiderat homo esse sapiens, quã docere. Hinc est quod cũ primũ homo infirmatur statim in illo extinguntur omnia desideria operationũ, vt addiscendi, docendi, &c. quia tunc maximẽ intẽtus est in desideriũ essendi quod ne corrumpatur timet dum infirmus est. Sed dices operatio est vltima perfectio entis & vltimus eius finis: ergo est perfectior ipso (ad hoc l. b. sequeti patebit, interim tamen vltimũ finẽ, quo est propter illud ens, quod posidat illũ finẽ. Ad primã rationem dicendũ primo compositum non habere esse ens á sola forma, sed á materia vt patet ex dictis. Secundo nego consequentiã, quia forma nõ est ens propriẽ: sed quo aliud est ens. Ad secundã illa est perfectior substãtia, quę minus habet potentię, &c. intelligitur in substantijs cõpletis: forma autẽ informans, licet non cõponatur ex potẽtia substantiali est tñ componibilis cũ illa, & per idem patet ad confirmationẽ. Dices cõpositum non est aliquid aliud substantiale, quam suæ partes, scilicet materia, & forma: materia autem habet esse á forma (vt dictum est,) ergo totum esse compositi est á forma, & consequenter est magis ens forma, & magis substãtia, quam compositum hoc argumentum petit articulum sequentem.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum cõpositũ distinguatur à suis partibus componentibus, & quomodo?

QVæstio ista cõmuniter ab omnibus ex professo, & merito in hoc libro examinatur, est. n. eius doctrina ad multa proficua, ne dicã necessaria, & quasi fundamentũ multorũ, quæ infra dicenda sunt. Vnde nil mirum si in eius explicatione. Plus solito in moremur præsertim cum sit vltima huius primi libri.

In hacre varius sunt modi dicendi primus est quorũdam quos refert Ioannis de Neapoli quol. 2. q. 7. quos ipse sequitur & Vall. hic refert etiam contro. quarta asserentium totũ homogeneum non distingui realiter á suis partibus, bené tamen cõpositũ Etherogeneum: alij vero quos refert Perey. 7. Phi. c. 18. absolute dicũt omne totũ distingui realiter á suis partibus per quosdã modos essendi in alio, sicut partes in toto vel essendi id in quo est aliud, sicut totũ respectu partiũ, quorũ rationes, quia nullius fundamenti prętereo. Tertius modus dicẽdi est Scoti dicentis totũ distingui realiter ab omnibus suis partibus si multa quod supra illas addat tertiã entitatem distinctã realiter á partibus omnibus, quod solũ concedit de toto essentiali saltem in. 3. d. 2. q. 2. quem sequũtur. Plures Thomistarum Capreol. in. 3. d. 2. Erbeus quodl. 2. q. 14. Iabell. 7. Meta. q. vlt. Sonei. ibidem Ferrari. hoc lib. &. 4 contra Gent. c. 81. Caieta. 3. p. q. 6. art. 1. ad primum probant primo quæ sunt ex dẽvni tertio sunt eadem inter se: si ergo partes essent idem realiter cũ toto essent idem realiter inter se. Consequens est falsum quia materia, & forma realiter differunt: ergo totũ distinguitur realiter á suis partibus: imo hinc sequeretur, quod partes essentiales hominis, & integrales inter se non differrent realiter, quia partes essentiales sunt idem realiter cũ suo toto, quod est homo, & partes etiam integrales sunt idem realiter cum suo toto quod est homo: ergo inter se idem realiter. Secundo omnis causa realis & propria distinguitur realiter ab effectu: partes aũt sũt causa esse realis, & propria totiꝰ, quia totũ est realiter, & propriẽ cõpositũ, & partes propriẽ cõponẽtes: cõponens aũt realiter & propriẽ causat cõpositũ: ergo, &c. Tertio

Compo-

Compositum realiter generatur, & corrumpitur absque eo quod partes componentes generentur, & corrumpantur quia in generatione hominis anima rationalis nõ generatur cum fiat per creationem, nec materia prima quę prę supponitur neq; etiam in desitione hominis vlla illarum desinit esse: ergo compositum, seu totum realiter distinguitur á partibus componentibus. Quarto & vltimo ex Arist. 5. Metaph. c. 14. tex. 19. sex non est vis tria, & 7. Metaph. tex. vltimo inquit, quod syllaba Ba. non est B. & .A. & 8. Metaph. tex. 15. totum nõ est coacervatio partiũ: sed aliquid propter partes &. 4 lib. huius tex. 23. totum est in partibus, & é contra, quę omnia non possunt saluari nisi totum distinguatur ab omnibus partibus, & ita expresse S. Tho. in. 3. d. 26. art. 3. totum non est priè suę partes ibidemq. subdit in Christo non tantum fuit anima, & corpus: sed forma totius. Dices omnia saluari distinctione rationis totius á partib⁹, quia similes possunt fieri prædicationes de fundamento, & relationes sunt enim istæ veræ relatio est in fundamento, & relatio est aliud á fundamento, & tandẽ sola ratione differunt. Contra in diuisione reali membra debent esse realia, & realiter distincta: sed Arist. 2. de Anima in principio, &. 7. Metaph. tex. 3. diuisioni reali vt patet diuisit substantiam in materiam formam, & compositum.

Quarta sententia generaliter docet totum non differre realiter ab omnib⁹ partibus simul, & tribuitur S. Tho. 4. Contragent. c. 51. dicenti, quòd humanitas est materia, & forma simul coniuncta &. 1. p. q. 75. art. 4. dicenti hominem esse corp⁹, & animã simul & 1. secũdę. q. 13. art. 1. & hãc sequũtur antiqui Græci. vt Simpl. Themist. Philop. Duran. Soto Astudillo & Vall. hic Iandum. 7. Metaph. q. 10. Auerro ibidem comento. 17. & alij multi rationes huius infra ponẽtur. Vltimus tandem modus dicendi ex cogitatus à Iunioribus, & Toleto, qui has duas vltimas sententias conatur in medium redigere, & conciliare q. 8. dicens, quòd ab omnibus partibus complexiuè sumptis distinguitur realiter, & hoc concedit argumenti Scoti & generaliter ipse affirmat de toto per aggregationem, subdit tñ quod ab omnibus simul sumptis complexiuè, & vnitiuè non distinguitur realiter, & in hoc sequitur sententiam S. Tho. sicq; nullũ argumentum soluit.

Notandum quòd quamuis compositum & totum summi soleat pro perfecto, & si nullas habeat partes sicut dicitur quod totus Deus videtur à beato, q⁹ totus Deus est vbiq; ideſt perfectus hic tamen non sumitur nisi pro composito ex partibus, & ita quæstio inquirit de cõposito nõ de toto: quot ergo modis dicitur cõpositũ, dicit & totũ cõpositum autem tot modis dicitur á composito á qua denominatur: hęc autem, vt colligitur ex S. Tho. 1. p. q. 3. & Magist. Zumel ibidem per varios articulos sex modis potest variari, quia vel est cõposito per accidẽs vel per se si primum vel ex substantia, & accidentibus, vel ex pluribus subiectis per aggregationem, & est primus modus in quo si partes sunt qualitates actiuę vel passiuę totũ dicitur potestatiuum, quia partes sunt potẽtiæ ad operandum; sicut est anima respectu intellectus; & volũtatis, quæ qualiter á toto distinguantur libris de Anima dicetur quando autem partes sunt substantiæ completæ: dicitur totum per aggregationẽ, & de huius modi nulla fit mentio ab authoribus nisi solo Toleto; si vero est compositio per se vel rationis vel realis, si primum vel potentialis, & ita resultat totum vniuersale, cuius partes dicuntur subiectiuę (vt dictum est in Logica) & hic est secundus modus compositionis vel actualis & ita resultat totũ actuale cuius partes sunt genus, & differentia, & de vtroq; dictum est: si vero cõpositio est realis vel Physica vel Metahpisica,

taphisica, si primũ vel essentialis ex materia, & forma, & est quart⁹ modus vel integralis ex partib⁹ quãtitatiuis & est quintus modus, in quo si partes sunt eiusdem denominationis, vt partes aquæ dicitur homogeneum: si vero diuersæ vt manus & caput Etherogeneum. Metaphisica autem compositio est ex essentia & existentia, qui est sextus modus in quo si existẽtia sit per se existentia vel subsistẽtia vocatur ex natura, & suppositalitate vniuersale. Si vero sit in natura intellectuali dicitur ex natura & personalitate, & de his tribus modis postremis est præsens controuersia.

Aduerte secundo quod distinctio realis triplex est. Prima quæ vocatur rei are, vel suppositi á supposito. Secunda, quæ vocatur rei á materia vel á parte á forma, siue substantiali, siue accidẽtali sicut differt linea á puncto, & homo ab anima rationali forma substantiali, & á quantitate forma accidentali, quę ab alijs vocatur inter includens, & inclusum, quod intellige quando includẽs habet entitatem realiter diuersam ab incluso, sicut homo differt ab existẽtia, quam includit supra essentiam in probabili opinione, quia absolute non omne includens differt realiter ab incluso, vt patet in animali & homine. Tertia qua differt vna pars ab alia vel vna forma ab alia, quæ necessario debet constitui cum Ferra. hic: si quidem quantitas, & qualitas in eodem subiecto differunt realiter, & non prima aut secunda distinctione & hac inquit Ferrara distinguitur illa, quæ ita se habent quod essentia vnius non est alterius, non quia existimet omnia, quę differunt in essentia differre realiter cum contrarium constet in actione, & passione, sed quia aliqua vt dictum est sicut etiã ista tertia distinctio non dicit partis á parte vel formæ, quia omnes partes vel formę inter se realiter differant: sed quia aliquæ. Quare male ab aliquibus propter hoc reijcit cum pari ratione posset reijci secunda distinctio cum non omne includens differat realiter ab incluso: sed tantum aliquod (vt dictum est) & de his tribus procedit quæstio.

Vltimo aduerte quod partes, quælibet possunt summi disiunctiue quando aut hæc, aut illa comparatur seorsum ad totum: ita vt sub illis liceat ascendere vel descendere disiunctiué. Secundo copulatiué quando quælibet distributiue cõparatur ad totum, scilicet hæc, & illa, & illa, &c: ita quod sub illis liceat ascẽdere, vel descẽdere copulatiué. Tertio sumuntur complexiue quamdo omnes simul comparantur ad totum: ita vt sub illis non liceat ascendere, vel descẽdere disiunctiué, aut copulatiué: sed tantum copulatim, sicut cum dicimus, omnes Apostoli Dei sunt duodecim, non licet descendere. ergo isti vel isti sint duodecim. Quarto sumuntur vnitiué quando prẽter complexionem dictã includunt vnionem á qua est in separabilis ratio totius. Et quod duo isti modi postremi differant patet ex eo, quod possunt realiter seperari: namq; in triduo mortis Christi Domini erant in verbo partes complexiue, scilicet anima, & corpus simul diuinitati vnitæ: non tamen erant partes vnitiuę, quia inter se non erant vnitæ & cõiunctę, qua de causa Dominus tunc erat mortuus, quia anima non erat vnita corpori, & sic non dabat esse vitale. Quamuis autem separatio quarti modi à tertio sit supernaturalis: bene tamẽ probat eorum distinctionem. Primo certum est quod idem iudicium, quantum ad distinctionem á suis partibus habẽdum est de toto Etherogeneo, ac de homogeneo, & qui contrarium dicunt apertissime falluntur, quia longé differunt hæc duo, habere eãdem denominationem cum alio, & esse idem realiter cum illo quia fieri potest, quod aliquid habeat eandem denominationem cum alio, & differat realiter ab illo, sicut aqua, quę est in vase habet eandem denominationem cum illa;

quę

quę est extra vas áqua realiter differt, & contra potest accidere, quod duo sint idem realiter denominatione variata vt contingit. vt videre est in actione, & passione: ergo ex eo quod totum homo geneum habeat eandem denominationem cum partibus: nõ sequitur quod sit idem realiter cum illis, neq; ex eo quod Etherogeneum habeat diuersam, quod differat realiter ab illis: cũ ergo totum homogeneum, & ethereogeneum hac ratione solum differant idem de vtroq; dicendum est. Secundo quia sicut se habent in vnione, & ante vnionẽ partes ad totũ homogeneum: ita & ad etherogeneũ: ergo aut omnes, aut nullę debẽt distingui á suis totis realiter. Tertio quia incpte respondent isti cũ tantũ de toto integrali nõ de essentiali physico dicãt.

Secundo certum debet esse nullum totum distingui realiter á suis partibus per illos modos essendi in alio suprapositos, quia vel isti modi distingũtur realiter ab ipsomet toto, & partibus vel nõ. Si primũ ergo vel sunt substantia vel accidens. Si accidens: ergo ante illud iam erant constituta totũ & partes: ergo & distincta, quia ea lẽ est differentia constitutiua, & distinctiua. Totũ enim essentiale & partes cum sint vere substantia præintelliguntur constituta ante aduẽtum cuiuscumq; accidentis, quod autẽ non possit esse substantia ex parte partiũ constat quia null⁹ in toto physico aliam ex cogitauit substantiã, quã materiam & formã ex parte vero totius patet, quia cũ iste modus nõ sit omne id q̃ dicit totũ, si quidem cum vltra hoc includit materiã, & formã consequatur, quod sit eius pars: ergo per illã non potest differre ab omnibus partibus, quia aliàs totũ per vnã partem differret ab omnibus, quod falsum est vt statim patebit. Adde quod isti modi reperiuntur in toto integrali, & eius partibus, quæ non possunt esse substantia: sed quantitas similiter in toto metaphisicio, quod non se extendit ad accidentia cũ ista ex essentia & existentia constent de his nonnullis totis est verum dicere, quod sunt id in quo sunt suę partes, & partes, quod sunt id quod est in toto nõ, ergo isti modi possunt esse ad substantiam, & accidẽs in toto, & partibus.

Tertio certum est, quod totum omne cõpa ratum ad quamlibet partẽ vel disiuntiue vel distributiuè, seu copulatiuè distinguitur realiter ab illis. Patet, quia sic addit entitatẽ aliarum partium, quæ distinguntur realiter ab ista, sicut totus homo cõparãtus ad materiam distingui tur realiter ab ea, quia præter hanc includit formam diuersam realiter, á materia, & contra comparatus ad formam distinguitur realiter ab ea, quia prẽter illam includit materiam.

Quarto certum est totum nullum posse distingui á suis partibus sumptis tertio & quarto modo cõplexiuè, & vnitiuè eo quod supra illas habet existentiã dato, quod existentia, sit distincta realiter ab illis. Primo quia in toto metaphisico reali altera pars est existẽtia: ergo non potest esse distincta realiter ab omnibus partibus: ita vt per illã possit totum distingui ab illis quia sicut includitur in isto toto, ita & in omnib⁹ partib⁹. Nisi dicas, quod distinguatur ab omnibus partibus simul, quod est falsum, quia aliàs. Sicut per existentiã, quæ est vna pars huius totius distinguitur realiter ab omnibus simul: ita distingueretur per essentiam, quę est altera pars, cum non sit maior ratio vnius, quã alterius: frustra ergo confugitur ad existentiam potiùs, quam ad essentiam. Secundo patet in reliquis totis Physico essentiali, & integrali existẽtia ita est extrinseca toti, sicut partibus: ergo per illam non distinguitur realiter ab omnibus partib⁹, quia non magis includitur ab vna, quã ab alijs. Totum. n. essentiale solum dicit essentiã cõpletam ex materia, & forma; & integrale solum dicit naturã integrã cum sua quantitate totali: ergo nõ includit existentiã. Tertio

dato,

dato, quod omne totum essentialiter includat existentiã, adhuc non potest per illã realiter distingui, quia existetia nõ est omne id, quod includit totum cum extra illa dicat alias partes, vel essentiales, vel integrales: ergo est pars totius, quia de ratione partis est, ꝙ sit aliquid minus inclusum á toto sequitur ergo ꝙ si per existetia distinguit totũ realiter âsuis partib⁹, qd pervnã partẽ distinguat realiter ab omnib⁹, ꝙ est impossibile.

Tã dico primo, si totum realiter distinguitur ab omnib⁹ partib⁹ cõplexiuè, necessario etiã debet distingui ab omnib⁹ simul sumptis vnitiuè, & ita cõciliatio sententiarum est impossibilis. Primo, quia ideõ totum nõ distinguitur realiter á suis partib⁹ omnibus vnitiuè sumptis, quia non addit supra illas aliquã entitatẽ realiter distincta ab illis: sed etiã non addit hanc entitate supra oẽs partes cõplexiue, quia inquiro: ergo de ista entitate, sicut inquirunt isti de illa, quam addit Ferrara totum supra partes vnitas vel ista entitas est substantia, vel accidens nõ primũ, quia illa substantia addita facit cõpositionẽ cum reliquis substantijs partiũ, & ita sequeretur, ꝙ in homine esset duplex cõpositio Physica essentialis altera ex materia, & forma; altera vero ex his duabus, & tertia entitate super addita, quã secũdam cõpositionẽ nullus somniauit: sive ro nõ facit cõpositionem cũ reliquis homo nõ esset vnus per se: sed plura si quidem cũ in se habeat plures substantias nõ cõponentes, nõ dices, ꝙ est accidens, quia totũ essentiale vt homo sola substantia cõstituitur ante aduẽ tũ cuiuscũq; accidẽtis: ergo solailla debet distingui, & nõ per illud accidẽs super additũ cũ eadẽ sit differentia cõstitutiua, &c. Dices pro Toleto, ꝙ illa entitas est substantia totalis resultans ex cõiunctione partiũ, ergo ita nec debet facere cõpositionẽ cũ reliquis nec facit hominẽ V. C. esse vnũ per accidens quia nõ est aliud, quam ipsemet homo. Vnde non sequit quod includat substantias non cõponentes: sed tantũ, ꝙ cum sit natura integra sit illa substantia in cõponens Nam cũ sit veré composita, & totalis non potest rursus esse pars alterius compositionis substatialis: sed profecto pari modo posset responderi pro Ferra. respectu entitatis, quam ponit distinctam, realiter á partibus simul vnitis, & omnia argumenta, quæ conficit Toletus contra Ferrara possunt retorqueri contra ipsum, quia in quiro ego illa entitas quam addit totum supra partes simul cõplexiuẽ, vel est indiuisibilis, & hoc non cum sit substantia corporea, vel est diuisibilis, & neq; hoc quia vel in ipsas materiã, & formã, quę sunt partes illius totius, ꝙ non potest fieri, quia si illa entitas est separata, & distincta ab omnibus illis, quomodo poterit in eas diuidi, vel est diuisibilis in alias partes substantiales, ꝙ est impossibile cũ tales partes sint fictitiæ, & á nullo inventę, aut dic quæ sunt illæ, & quomodo vocantur, aut ergo non potest totũ habere entitatẽ realiter diuersam supra omnes partes cõplexiue, aut si potest etiã supra oẽs partes vnitas poterit. Dices posse totum distingui realiter ab omnibus partib⁹ cõplexiue absq; eò, quod illis addat talem entitatem: sed tãtum per se ipsum: ergo poterit etiã per se ipsum distingui realiter ab omnib⁹ partib⁹ vnitis sine additione nouę entitatis. Tertio si partes vnitæ sunt idẽ realiter cũ toto: ergo sicut totũ differt realiter á partibus cõplexiuẽ sũptis: ita & partes vnitę debent distingui realiter á partib⁹ cõplexiuẽ, quia in rebus creatis, quoties due interse identificãtur á quocumq; distinguitur realiter vnum eorũ debet aliud distingui, aliter esset mysteriũ Trinitatis in quo essentia identificata realiter paternitati nõ distinguitur realiter á filiatione, sicut distinguit paternitas cui essentia idẽtificat. Tũ sic ergo sicut totũ vt realiter differat á partibus cõplexiue est necessariũ, ꝙ addat aliquã entitatẽ realiter

realiter diuersam à partibus cõplexiué: ita partes vnitæ, vt realiter differãt à se ipsis cõplexiué debent addere aliquã entitatem realiter diuersam á partibus cõplexiué; hanc tamen non addunt, quia tantũ addere possunt partes vnitæ supra partes complexiué vel actionẽ vnionis, vel terminũ à tali actione productum, vel relationẽ vnionis ex tali vnitate consurgentem: sed nullum horum differt realiter á partibus complexiué, aut si ab eis differt similiter differt á partibus vnitis: ergo impertinens est hęc distinctio partium cõplexiué, aut vnitiué ad distinctionẽ realem totius á partibus. Nam actio vnionis est ipsamet generatio, qua illæ partes vniuntur: generatio autem identificatur cũ altera parte harum, quæ sumebantur cõplexiué, scilicet cũ forma: ergo iam primũ, quod possunt addere partes vnitę supra partes cõplexiue nõ est distinctũ realiter ab illis. Secũdo relationes vnionis, quę inde consurgunt identificantur cũ ipsa materia, & forma, quæ per illas denominantur vnitæ, quia fundantur in illis: actio enim vnitionis tantũ est conditio fundãdi, sicut est actio generatiua respectu paternitatis (vt dictũ est in logica,) ergo iam teritiũ quod possunt addere partes vnitæ supra partes cõplexiue nõ differt realiter ab eis cũ relationes realiter idẽtificẽtur cũ fundamentis. Tertio si terminus totalis per vnitionẽ productus est distinctus realiter á partib⁹ complexiué: ergo, & partibus vnitis. Nã sicut pręsupponit partes cõplexiue, vt causã sui & ita videtur, quòd ab illis debeat realiter differre: ita supponit partes vnitas tãquam sui causam. si quidẽ non resultat totũ, vt benè omnes dicunt quouisq; partes sint inter se vnitæ: ita vt forma actuet materiã, & hęc actuetur ab illa: ergo similiter debet realiter distingui á partibus, & cõsequenter secundũ quod possunt addere partes vnitę supra partes cõplexiuè, aut ab vtrisq; debet realiter distingui aut á neutris, & ita impertinẽs est distinctio illa. Dico secundo ergo collige rẽ ex distinctione ista quod sicuti similitudo addit supra albedinem quamdam entitatem realem non distinctã realiter ab albedine: sed tantum ratione omnino tamen necessariam vt albedo sit, & dicatur similis: ita partes vnitæ addunt supra partes complexiuè quamdam entitatem realem, non realiter sed tantum ratione diuersam ab eis: omnino tamen necessariam vt sit, & resultet totum, scilicet. Vnionem ipsam, & coniunctionem, qua inuicem coniunguntur. Et patet quia intriduo mortis Christi erant partes omnes complexiué in verbo; & tamen non erat tunc totũ Physicum, scilicet Christus homo, quia deerat talis coniunctio, & vnio inter partes qua posita statim resultauit: hæc tamen vnitio non est diuersa realiter á partibus complexiue vt videmus, & quãdo esset non sufficeret, vt totũ per illam differret realiter á partibus vel cõplexiue, vel vnitiué, quia totum non cõstituitur in suo esse per talem vnitionẽ, neq; illam in suo esse formali, formaliter includit cum illa sit necessario accidens in prędicamento actionis. Totum vero si sit essentiale est de prędicamento substantiæ, si integrale quãtitatis, si metaphisicum reale ex essentia, & existentia transcendit omnia prædicamenta, sicut ens: tantum ergo se habet vnitio illa, vt via & productio respectu totius, sicuti calefactio respectu caloris, sicut ergo calor non habet distinctionẽ realem, aut formalẽ per illam ab alijs: sed per se ipsum, ita & totum quodcumque: impertinenter ergo se habet illa vnitio, vt totum realiter differat á suis partibus, vt cumque accentis. sicuti impertinenter se habent relationes vnionis in materia, & forma consurgentes eadem prorsus ratione, quia sunt accidentia extra rationẽ partium & totius, consequentia tamen ad illa.

Dico tertio omne totum ratione differt ab omnibus partibus quomodocũque ac-

que acceptis, & hoc efficaciter probant argumenta, facta pro tertia opinione, quia aliquod verificatur de toto, quod non verificatur de partib⁹ simul sumptis: de toto enim formaliter verificatur quod generatur, & corrūpitur, quod agit, & patitur. At de partib⁹ simul sumptis, siuè cōplexiuè, siué vnitiué nihil istorum formaliter verificatur: ergo si omnibus modis totum, & partes essent idem illis omnia eodem modo euenirēt & ita sicut partes dicūtur priores toto, & totū prius toto diceretur, & sicut partes dicuntur totius partes, diceretur partes partiū, quę omnia in conuenientia, & alia multa, vt quod totum sit in toto, sicut dicetur esse in partibus. 4. lib. huius posita distinctione rationis tolluntur idē ostenditur efficatiué de toto, & partibus cōplexiuè, quia istę partes possunt esse realiter sine toto, vt fuere in triduo mortis: ergo & minus distingunt ratione á toto: realis enim separatio etiā si sit supernaturalis ad minus infert distinctionem rationis: nō enim est necessariū, vt inferat distintione realē, præcipué quando nō est mutua, vt hic accidit, quia licet partes isto modo possint esse sine toto: sed non é contra, sicut licet possit esse albedo sine similitudine: non tñ similitudo sine albedine, sicut ergo tota ad minus differunt ratione, ita & priora. Vnde infero quod cum partes vnitæ non possint separari á toto, aut contra minori distinctione rationis distinguntur quā partes cōplexiuè á toto, & minori etiā distinctione rationis, quā ipsæ partes cōplexiuè a partibus vnitis cū etiam priores possint esse sine posterioribus, nō é contra. Sunt enim multi gradus differendi ratione, differunt enim quę lā apertius, quędam obscurius vt optime aduertit Valle. contione. 4.

Dico quāto & vltimo nullum totum per se, siue Metaphisicū reale, siue Physicum essentiale, aut integrale distinguitur realiter à suis partibus omnib⁹, siue vnitiue, siue complexiué sumptis aliqua distinctione reali ex supradictis hæc est Platonis dialogo de vno dicente ad vnum iuncte suę partes existit, neq; quòd plus minus ve quā vniuersę, ideſt totum est idem realiter, ac omnes suæ partes. Atq; adeò inquit videtur signientum dicere lignum aliud quidpiam esse, quam suæ partes, est etiam Arist. hic cap. 2. docente contra Permenidem cōtinuum non differre ab omnibus suis partibus. Vnde quia ipsa sunt multæ, & ipsum re ipsa est multa: ibi autē solum disputabat Arist. de vnitate & de multitudine entis. Idē. 4. lib. huius & comēt. dicens totū non est aliud á partibus: sed eius aggregatio partium, non possunt glosari de inseparabilitate, aliás ratio. Comentatoris contra Themist. est inefficax. Dicebat enim quod cœlum est in loco ratione partiū, non ratione sui, & illā sic redarguit totum non est aliud á partib⁹: ergo si est in loco ratione partium etiam ratione totius: si autem minor intelligitur de inseparabilitate ratio non concluderet, quia non sequitur figura est inteparabilis á cœlo: sed non est in loco ratione figuræ: ergo nec ratione sui. Imo Arist. 2. de Anima tex. 10. docet, quod sicut vissus & Pupilla sunt oculus ita anima & corp⁹ sunt animal, & Augus. 19. de ciuitate vt refert Sanct. Tho. 1. p. q. 75. art. 4. laudat Varronē, eò quòd dixerit hominē non esse corpus, vel animam: sed vtrumq; simul, nec potest intelligi in sensu causali, quia de qualibet parte seorsum cōceditur, quod sit causa hominis: le qua tamen non cōceditur, quòd sit homo idem sentiunt omnes Græci citati Philop. Simpl. Themist. Eudemi. Alex. & Arabes vt Auicen. 3. Metaph. c. 3. & 5. & Auerro hic coment. 17. & omnes alij recensiores posiiti pro quarta opinione cum Sancto Thoma & ratione generaliter suadetur. Primo omnis entitatas actualis absoluta, quæ realiter differt ab alia potest ab illa separari, saltem de potentia Dei absoluta. Entitas autem totius est

absoluta (quod dico propter relatiua,) quæ licet differant realiter non possunt separari,& actualis, quod dico propter materiam primam,quæ licet sit absoluta & differat realiter á forma, quia tñ est pura potẽtia improbauiliori opinione nõ potest ab ea separari, aut da instãtiam, entitatem scilicet absolutã,actualem realiter diuersum ab aliquo ab illa inseparabilem; quod autem tale sit totum constat ex eo, quia est actuale, & absolutum eius entitas, qua immediate & formaliter constituitur debet esse absoluta, & actualis: ergo, si ab omnibus partibus simul realiter differat poterit ab eis realiter separari: consequens tamen est falsum, quia aliás posset esse totus homo hac entitate vel totalitate constitutus, sine anima, & sine corpore; & ita neq; esset sensitiuus, neque intellectiuus. Dices quod quemadmodum totum secundum omnes(vt dictum est)differt realiter ab vna parte seorsum,& tamen non potest ab illa separari; quamuis sit entitas absoluta, & actualis, quia dicit ordinem essentialem ad illam, tanquam ad aliquid prius à quo dependet ita licet sit illa entitas actualis absoluta, & distincta realiter ab omnibus partibus, quia dicit dependẽtiã essentialem ab illis,vt á prioribus. Contra licet totum realiter separari nõ possit ab vna parte: ita vt maneat totum in rerum natura sine illa ratione dicta, quia est posterius essentialiter totum: potest tamen pars illa separari à toto: ita vt ipsa maneat in rerum natura sine toto cum sit prior, & prius nõ pendeat á posteriori: ergo similiter si partes etiã vnitæ distinguntur realiter ab hac tertia entitate cũ sint illa priores poterunt ab illa separari; cõsequens est falsum. Quia inde fieret quod anima rationalis V.C. posset esse vnita materiæ dando illi esse absq; eo,quod sit in rerũ natura homo, quod est in intelligibile, sicuti quod similitas sit sine naso, vt docet Arist.2.lib. huius cap. vltimo. Secũdo patet, quia ex eo mixtũ realiter differt ab elemẽtis ex quorũ cõiunctione fit quia non manent in illo formaliter: sed corrumpuntur vt dicetur: omnes autem partes manent formaliter in toto sine sui corruptione: ergo non differt realiter ab illis,quia vel per aliquã partem, & hoc non,quia sequeretur, quod ab illa distingueretur per illam,aut per omnes simul,& hoc minus quia iam ab eisdẽ differt per eadẽ,aut per entitatẽ tertiã ab illis realiter diuersam,quod impossibile probauimus cõclu. prima.

Particulariter autem idem demonstratur de singulis totius seorsum, & primo de toto Metapho. reali ex essentia,& existentia satis superq; constat ex tertio fundamento: sed de toto essentiali Physico Pater, quia quod aduenit enti in actu facit cum eo ens per accidẽs: sed illa entitas si realiter distinguitur á partibus,etiam vnitis aduenit enti in actu, quia aduenit materiæ actuatæ per formam: ergo totum essentiale Physicum non erit vnum per se, & specialiter Contra Ferra. ostenditur efficaciter, quia ideo iste author totum integrale non distinguitur á partibus realiter, quia ridiculum est dicere, quod ex sola coniunctione harum partium sine noua aliqua productione producatur aliqua entitas tertia diuersa realiter à partibus,& ex sola dissolutione partium sine alia corruptione destruatur talis entitas,& ex sola coniunctione harum partium resultat totum integrale,& ex sola dissolutione corrumpitur: sed similiter sine vlla noua productione materiæ, & formæ potest resultare totũ Physicũ essentiale,& ex vna disiunctione corrumpitur: ergo similiter erit ridiculum dicere, quod per talem coniunctionem producitur noua entitas realiter distincta á prioribus aut corrumpitur ex sola dissolutione, nec valet quod partes totius essentiales sunt materia, & forma, & ita ex illis potest resultare aliquod tertiũ diuersum realiter.

liter. Partes autem totius integrales omnes se habent vt materia, (vt Ferra. dicit) quia tantum ex ea colligitur, quod ex partibus integralibus non resultet aliquod tertium essentiale, sicut resultat ex materia, & forma: non vero quod non resultet aliquod tertium integrale, quia cum partes, & compositiones sint diuersæ diuersum tertium vel totum constituitur; sicut ergo tertium illud resultans differt realiter solum á qua vis parte, non ab omnibus: ita tertium resultans ex materia, & forma. Secundo de toto integrali continuo patet, quia illa entitas realiter distincta non potest esse transcendentalis, vt male dixit Pereyra quia totum istud ponitur in prædicamento quantitatis. ergo debet esse quantitas, aut non. Quia inde sequeretur, quod totum occuparet maiorem locum, quam omnes partes, quia illa super addita cũ sit diuersa ab omnibus alijs: debet ergo occupare diuersum locũ ab illis: sed totum includit hanc & omnes partes. Consequens est falsum, quia duæ guttæ aquæ simul solum occupant locum duplicatum, quod quælibet per se occupabat: ergo totum continuum non distinguitur, &c. Tertio & vltimo de toto discreto, probatur idem, quia si tale addit entitatem realiter diuersam á partibus sequitur, & etiã addat vnitatem, cũ vnitas sequatur entitatem, & cõsequitur vnitatẽ diuersam realiter ab alijs, sicut erat entitas, & ita si illę erant quatuor vt in quaternario, V.C. sequitur & si additur quinta quod quaternarius sit quinarius, nec valet dicere, & illa vnitas nõ est prędicamentalis, & ita non ponit in numero, vt dicit Ferra. Primo quia illa vnitas fundatur in quantitate immediate, qualis debet esse illa entitas: ergo est prędicamẽtalis. Secundo saltẽ sequitur hoc in cõuenięs in numero transcẽdentali, scilicet quod quaternarius transcendentalis sit quinarius. Dices quod, quia illa vnitas est totalis non ponit in numero cũ reliquis, quia si illa est ratio diuersa à reliquis. Cur nõ faciet numerum sicut reliquæ, cũ quæcumq; cõiunctio ordinata plurium faciat numerum saltem transcendentalem.

Ad argumẽta ad primũ dicendũ quod partes essentiales hominis, vt materia, & forma idẽtificatur cũ suo toto, scilicet, essentiali, & partes quãtitatiuę cũ suo toto quãtitatiuo, & quia sũt ista tota inter se diuersa realiter, ideò ex identificatione omniũ partiũ cũ illis, nõ sequitur, & tales partes idẽtificãtur inter se. Dices, quę sunt eadẽ vni tertio, sunt eadẽ inter se: si ergo omnes partes simul quomodo cumq; sunt idẽ realiter cũ toto, erũt idẽ realiter inter se. Dico, quod peccat hæc ratio fallacia cõpositionis, & diuisionis quia procedit á partib' collectiue ad partes copulatiue, vel distributiue, sicut peccat illud omnes Apostoli Dei collectiue sunt duodecim, ergo omnes distributiue sunt duodecim, alias posset fieri descensus dicendo: ergo & isti, & isti sunt duodecim eo: ergo modo quo sunt partes idẽ cũ tertio collectiue, sunt etiã inter se idẽ: nõ tñ distributiue. Dices cum Ferra. omnes partes simul causant totũ ergo omnes simul collectiue differunt realiter á toto. Res. omnes simul tempore causant totũ distributiue, & ita realiter differunt ab illo: nõ tñ simul similitate partiũ, & earũ collectio causat totũ, & sic nõ differunt realiter. Dices tertio materia seorsum sine forma, nõ causat totũ, nec rursus forma sine materia: ergo ambæ simul collectiue, & vnitiue. Res. quod hęc etiã ratio peccat eadem fallacia, sicut non sequitur hęc pars cœli nõ seorsum tantũ. sed simul alteri vnita desserit totũ priorẽ locum, & similiter alia, & alia; & denique omnes distributiue: ergo omnes partes cœli simul collectiue desserũt totũ locũ priorẽ: ita non tenet materia vnita formæ causat totũ, & similiter forma vnita materiæ: ergo ambæ simul cõplexiue, & vnitiue ratio est, quia totum cum nihil aliud sit

quam fuę partes modo explicato. nihil autem potest esse realis causa sui ipsius, sicut enim in toto per accidens possunt considerari omnes partes simul ante vnionem, siue cõplexiuè & cum actu vniuntur, siue vnitiue, & post vnionẽ, & sic dicuntur totũ: ita in toto per se, illa autẽ tria secundum Ferra. & Scot. scilicet cõplexiue vnitiue, & totum in toto per accidens sola ratione differũt, ergo similiter in toto per se, quia vtrumque dicitur causari realiter á suis partibus, solaq; est differentia in partibus ipsis, quia illæ cum sint entia in actu causant totũ per accidens, hæc vero per se. Nec valet tandem quod obijcit Ferra. omne constitutum reale differt realiter á constituto: omnes autem partes complexiue & vnitiue constituunt realiter totũ, non in quã valet quia rationale est reale constitutiuum hominis á quo realiter non differt, nec solum habet verum in hac constitutione rationis, quia etiã constitutio Physici totius per accidens ex suis partibus est realis, & salbatur cũ sola distinctione reali omniũ partium distributiuè á toto. Ad secundum quelibet pars seorsum est vera causa totius, & ita ab eo realiter differt: omnes tamẽ simul complexiue, siue vnitiuè solum impropriè dicuntur causę sicut fundamentum relationis cum qua identificatur realiter in quantum entitas fundamenti prę intelligitur entitati relatiuę sic omnes partes simul dicuntur causæ totius, quia diuersimode concipiuntur, vel in fieri, & tunc dicuntur partes vel in facto esse, & tunc dicitur totum. Ad tertium sola distinctione rationis inter totum & partes sufficit, vt totũ dicatur generari, & non partes, quia talis generatio tantum consistit in hoc, quod illæ partes inuicem coniungantur ad quod non requiritur, quod tali actione de nouo fiant: sed possunt præ supponi productę; idem dico de corruptione. Distinctio enim rationis ratiocinatę sufficit falsificare propositionẽ ita ꝙ totũ corrumpatur non partes. Dices in reali corruptione aliquid reale corrumpitur nõ partes cõplexiue, quia ex dictis manere possunt: ergo aliqua entitas tertia ab eis realiter diuersa. Resp. omissa solutione multorum, quod aliquid reale corrumpitur, scilicet ipsum totũ non tamẽ realiter, sed sola ratione diuersum á partibus, sicut quando relatio destruitur manente fundamento, & actio manente termino aliquid reale destruitur: sed sola ratione diuersam à re manente, & sicut in sententia S. Thom. quando remittitur, aut intẽditur calor aliquid reale producitur, & destruitur, scilicet nobus gradus, vel præ existens; sola tamen ratione á reliquis diuersum, ita quando corrumpitur, aut generatur totum reale generatur, & corrumpitur: sed sicut non realiter diuersum á partibus vnitiue: ita & á partibus complexiue, quia nihil aliud est quam quod omnes partes coniungantur, vel separentur, quod potest fieri sine acquisitione, aut sine destructione diuersę entitatis realiter ab omnibus partib⁹. Ad quartum bene ibi responsum est, ad impugnationem maior est falsa cum ens reali diuisione diuidatur in decem genera, quorum aliqua tantum ratione differunt, vt patet in actione & passione, quę subiectantur in motu cuius est principium naturale, de qua iam venit disputandum libro sequenti.

FINIS LIBRI PRIMI.

SVPER

SVPER SECVNDVM, secundū librum Physicæ, auscultationis Aristotelis quæstiones.

AVTHORE P.F. PETRO DE OÑA Burgensi in sacra Theologia præsentato Prouintiæ Castellæ Instituti Sanctæ Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum.

PRAEFATIO DE INTENTIONE AVTHORIS summa & diuisione totius secundi libri per quæstiones.

TOTIDEM sunt in hoc ac in præcedenti libro capita, quibus Arist. causas, tā intrinsecas, quā extrinsecas naturalis entis demonstrare intendit, cum enim scire per fecte (vt in secūdo Post. &.q.1.lib. præcedētis dicitur) sit rē secundū omnes suas causas & principia cognoscere, & Physicus supra principia rei Physicæ ostenderet, in præsenti etiā, quod illius sint causæ demonstrat, quod vt facilius tradat in.1.c. Quid natura? Quod ens naturale? Quid ens secundum naturam explicat? Est enim ens naturale subiectū de quo demonstratur ens secundū naturā, quod est passio illius: mediū autem talis demonstrationis natura est ipsa. In secundo probat Physicā distinguī à Mathematicis, & consequenter naturam ab arte. In tertio colligit quatuor causas per se naturalis entis materialē scilicet, & formā intrinsecas, efficientē vero, & finalem extrinsecas. In quarto in quirit causas per accidens, quę sunt fortuna, & casus. Et in quinto demonstrat fortunam cōdistinguī á casu. In sexto ponit ea, quæ reducuntur ad causas per accidens. Vnde infertur, quæ reducuntur ad causas per se. In septimo Physicum dicit demonstrare per quatuor causarū genera. In octauo qualiter natura agat propter finem probat. In nono tandem & vltimo explicat, quæ sit necessitas, quæ reperiatur in natura.

Vnde facile colligitur, quòd duo precipue hac in parte sunt examinanda naturam scilicet secundum quod est in se, secundum quod est in se principium motus aliarum, quia passionum naturalis entis & causas, tam intrinsecas, quā extrinsecas, tam per se, quam per accidens, earum demę; coordinationē, quæ omnia, & singula per sex quęstiones videnda sunt. Prima erit de natura. Secunda de causis in communi. Tertia de causa materiali, & formali in particulari. Quarta de efficienti. Quinta de finali: vltima de subordinatione omnium causarum.

QVÆSTIO. I.

De quidditati entis naturalis quãtum ad suã naturam.

QVia tractatus iste de natura propter suã latitudinem aliquantulum est laboriosus. Quæstio hæc duas partes habebit. Prima erit de natura secundum se considerata. Secunda de eadem cõparata cum alijs de primo septem sunt examinanda. Primo si naturam esse sit demonstrabile. Secundo si sit primo principium essendi. Tertio si sit principiũ, & causa motus. Quarto si naturalis vel etiam repugnantis. Quinto si sit talis motus principiũ passiuum, vel actiuum, &c. & in ipsum inclinet. Sexto, si de facto sit principium actiuum principale prædicti motus in quem inclinat.

ARTICVLVS. I.

Vtrum possit demonstrari naturam esse?

AVicena lib. suæ sufficien. irridẽdus, inquit, est Arist. qui ridiculum esse dixit demonstrari naturam, & pro illo argumentor primo. Nam magis per se notum est Deum esse, quam naturam id tamen demõstratur á posteriori per suos effectus: ergo & natura poterit demonstrari per motum, qui est effectus illius. Secundo, quia vt infra patebit difficultas est non parua in philosophia: an gratia, & lenia habeant principium intrinsecum sui motus; similiter cœlũ à quo principio agens dum est in gradibus remissis in pristinum statum redducatur: ergo & naturam esse non est per se notum, quæ est principium talis motus. Ia bell. vero hic quæs. 4. etiam á priori dicit naturam demonstrari, quia hæc propositio natura est mediata, mediat enim definitio naturæ: ergo per illam poterit demonstrari á priori. Quare subdit Aristot. non dicere ridiculum esse demonstrare naturam: sed ridiculum est tentare demonstrare naturam, ac si dicatur non est laborioſum.

Breuiter dico primo demonstrabile est, quibus natura conueniat nam vt infra dicetur non est per se notum: imo difficile explicatu. An conueniat materię, vel formę, & cui formæ.

Dico secundo non est demonstrabile á priori naturã esse. Probatur quia quæstio quod sit res, supponit quæstionẽ; an res sit, ergo cũ sit immediata responsio ad illã non erit prior per quã demõstretur, vt enim diximus. 1. Post. c. 2. conclu. nullo modo potest esse in demonstratione. De secundo adijacente talis aũt erit si demonstretur, quod natura sit, ergo. Confirmatur & explicatur, quia naturã esse, neq; est in primo modo dicendi per se, neq; in secundo, cum in primo definitio vel per se definitionis, in secundo vero passio de subiecto enũtietur, & illi tantum modi spectãt ad perfectam demonstrationis. (Vt c. 4. Post. probatũ est,) ergo. Præterea secundo nulla scientia probetur de subiecto quod sit imo illud supponit: si autem in subalternatis probetur nõ fit à scientia, cuius est obiectum: sed potius á subalternante: cũ ergo ex dictis prologo ad physicã ens naturale sit subiectũ huius sciẽtię, nullo modo poterit demõstrari esse; sed supponi.

Dico tertio, & vltimo naturam esse demonstrabile est á posteriori (vt probat argumentũ primũ factũ pro Auicen.) sed tñ ridiculum est illud tentare, quia demonstratio ignotũ declarat: ita autem ęque notũ est naturam esse, sicuti & motũ, qui est eius effectus; sicuti enim motus sensu percipitur: ita & natura, quæ est res

est res singularis principiumque illius. Ad secundū per se notū est vnam quam que rem exigere, vt sibi propriā, & debi tam certam naturam; quia per se notū est aliquos esse motus naturales, ortos á natura rei, cum semper & eodē modo il lis cōpetant, si res sibi relinquatur, vt ig ni moueri sursum, terræ deorsum: atq; adeò non omnes motus esse violētos ar tificiales, aut supernaturales, quorū nul lus, vt sic potest dici naturalis: illa vero de quibus mentio fit in argumentis nō dubium est, quin mouēātur à principio intrinseco naturali: sed verum præter il lud principium requiratur motor extrinsecus; quod autē dixit Anaxagoras nihil de nouo fieri: sed omnia latere in omnibus secundū minimas particulas pugnat cum experientia (vt in tex. dictū est). Qualiter autē Deum seu primam causam esse, & quomodo quæquè de illo naturali ratione cognoscantur. lib. 8. huius latè dicetur. Argumenta vero Iabelli ex conclusionibus manent soluta.

ARTICVLVS. II.

Vtrum natura primo, & per se sit principium intrinsecum essendi enti naturali?

NOn desunt, qui partem negatiuam tribuant S. Tho. hic docenti naturam esse nomen principij, & potentiæ, & quod ideò dicit essentialē ordinē ad operationē, &c. 1. de ente ait, quòd natura significat rem quatenus aliquam operationem habere potest. Quidditas quatenus significatur per definitionem. Essentia quatenus vnaquæque habet essendi actum: ita etiam sentit Magist. Sot. hic, & Vall.

Dico primo natura est nomen etiā substantiæ, & non tantum potentiæ. Patet quia aliàs materia, & forma cum importent substantiam non erunt naturę essentialiter, cum non sint essentialiter operationum principia. Secundo quia aliàs ens naturale vt sic non pertinebit formaliter ad prędicamentum substantiæ: sed accidentis, quia principium operandi formaliter loquendo important accidentalem ordinem, & non substantialem (vt dictum est late cap. de qualitate.)

Dico secundo natura primo & per se est principium intrinsecum essendi enti naturali, & non motus. Ita Philop. & Vico Mercatus hic, quam significat Aristoteles lib. de præcedenti docens principia rerum naturalium esse, quæ neque ex se mutuo, neque ex alijs fiūt: sed omnia ex ipsis. Probatur ratione substantia vnius cuiusque rei primo, & per se non est ordinata ad aliquam operationem; sed primo & per se est propter esse substantiale, quod præcipuum est: imo vero operationes omnes sunt vel propter productionem ipsius esse substantialis, vel propter ipsius conseruationem, vt ignis non est propter motum sursum: sed iste motus est propter bonum substātię ignis quod ita verum est, vt neque operatio illa in qua consistit illa vltima fœlicitas sit finis propter quem possidentis illam: sed potius res fœlix sit finis propter quem est illa operatio, quæ veré tantum est finis, quo aliquid est fœlix: sed sic est, quòd natura nihil aliud est, quam essentia substantialis ipsius naturalis entis, vt humanitas, quæ est hominis, natura est quidem illius essentia substantialis, & idem est in alijs: ergo natura primo, & per se est principium essendi enti naturali, & non principium motus. Confirmatur natura non ordinatur ad operationes nisi medijs potentijs, vt humanitas medio intellectu est principium intelligendi, & ita ipsa non est proximum principium operandi:

sed remotum & radicale á quo proſluũt potentiæ, quæ ſunt proxima principia operationum. Vnde ſeclusis potentijs manet natura completa in eſſe naturę: ergo proximus, & immediatus ac præcipuus effectus formalis á natura proueniens nõ eſt reddere ipſum ens naturale potens operari, cũ iſti ſit proprius effectus formalis potentiarũ: ergo primus naturę effectus formalis eſt dare eſſe ſubſtantiale enti naturali, quod ſi natura primo, & per ſe ordinaretur ad operationẽ, nõ eſſet eur enti naturali tribuerentur potentiæ diſtinctę á natura; cum tñ tribuãtur (vt dicemus ſecundo loco.) Secundo tã materia, quã forma ſunt eſſentialiter naturę, & cõpoſitũ ex vtraq; eſt ens naturale, ſed in definitione eſſentiali & Phyſica materiæ, & formæ non includitur ordo ad operationẽ (vt dicam infra) ergo neq; in definitione naturæ cũ nihil ſit de eſſentia ſuperioris, quod nõ ſit de inferiorũ eſſentia, vt ſi anima eſſentialiter eſt corpus, etiã homo eſſentialiter eſt corpus, nec ꝙ eſt extra eſſentiã cõpoſiti poteſt eſſe de eſſentia illius, vt ſi de eſſentia hominis non eſt eſſe albũ, nec albedo erit de eſſentia humanitatis. Tertio vnaquæq; ſubſtantia differt á quauis alia primo, & per ſe per ſuum eſſe ſubſtantiale, ſiue per principia eſſendi, & nõ per principia operandi, licet ex ignoratione ſubſtantialis eſſe ſoleamus ſubſtantias diſtinguere per ordinẽ ad diſtinctas operationes, quas habet, & ita deſinatur natura (vt dicemus per motum & quietẽ. Tum quia ita nobis manifeſtiõr ſit, tum quia reuera ignoratur á nobis illius eſſentia ſumpta ſimpliciter & abſolute ſine reſpectu ad operationem. Quarto & vltimo naturalia, vt ſic dicuntur, & contrahunt eſſentialiter ſubſtantiam: ergo per aliquam differentiam ſubſtantilem ſibi propriam: hæc autem non eſt de conſideratione alterius, quam Phyſici: ergo natura etiam, vt pertinet ad phyſicum primo eſt principium eſſendi, & non motus.

Ad Sanct. Thomas ſupracitatum. Reſpond. ſolum velle, quod nomen naturæ fuit impoſitum ad ſignificandum principium operandi, quia nobis operatio erat nota: iam tamen vſurpatur pro principio eſſendi, & quidquid ſi de nomine nos tantum aſſerimus, quod quidditas entis naturalis primo, & per ſe non reſpicit operationem: ſed ſubſtantiam.

ARTICVLVS. III.

Vtrum natura ſit principium & cauſa motus, & quietis, &c.

QVOD non ſua detur primo, quia natura non eſt indifferens ad oppoſita: ſed determinata ad alterũ, ſicut calor ignis determinatè eſt ad calefaciendum: quies autem & motus oppoſita ſunt: ergo non poteſt natura eſſe principium vtriuſque. Secundo natura ex Ariſtote. hic ſubſtantia eſt: in definitione autem ſubſtantiæ nullo modo intrat accidens: ergo motus, & quies quæ accidentia ſunt, non poſſunt eſſe de definitione naturæ. Tertio calefactio V. C. in ligno recepta naturalis motus eſt; cuius tamen principium & cauſa, ſcilicet ignis non eſt in eodem ſubiecto in quo eſt calefactio: ergo natura non eſt principium, & cauſa motus eius in quo eſt, &c. Quarto & vltimo ars ſaltandi eſt principium motus, &c. & figura Globi eſt cauſa ſaltẽ motus velocioris eius in quo eſt, &c: ergo eſt natura.

Aduertendum quod natura multipliciter ſumitur. Primo pro generatione viuentium, quæ quidem dicitur vel natiuitas, vel natura, vel naſcentia.

Differt

Differt namque inter generationem viuentium, & non viuentium, quod illa fit ab intrinseco quoniam in ipso semine ex quo generatur viuens est intrinsecè causa, & principium productiuum illius, vt videre est in generatione hominis, quæ autem sit illa virtus, & causa intrinseca alibi: generatio vero non viuentium fit ab extrinseco. Nam quando ex ligno generatur ignis non erat in ligno aliqua virtus intrinseca, & instrumentalis productiua ignis: calor enim, & siccitas præexistens in ligno solum est dispositio præuia non instrumentalis causa quæ solum est in igne: cum ergo materia dicatur principium motus, & quietis eius in quo est, quod in generatione viuentium reperitur instrumentaliter ideò illa natura dicitur, vel natiuitas: non autem generatio non viuentium. Secundo vsurpatur natura pro illo principio intrinseco quod virtualiter est in ipso semine. Tertio largius pro quocũque principio motus, & quietis intrinseco. Quarto sumitur pro materia. Quinto pro forma, & hoc dupliciter, vel pro forma physica, quæ est actus corporis, vt anima rationalis in homine, vel pro forma totali, quæ est humanitas in homine, & equinitas in equo, de quibus secunda parte, quæstionis huius dicetur.

Dico primo natura est principium, & causa motus, & quietis eius in quo primo, & per se, & non per accidens inest, sic definitur ab Arist. hic text. 2. & est communis, & probatur, quia cum ignoratur differentia primo constitutiua alicuius definiti secundum eius esse absolutum, tunc debet definiri per ordinem ad aliquam eius proprietatem, cuius illa differentia est radix & principiũ primum intrinsecum, quo pacto, equs definitur per aptitudinem ad hinitum. Constat autem quod ignoratur á nobis differentia substantialis sub naturalis entis, & naturæ: ergo loco differentiæ in eius definitione debet poni proprietas aliqua, qua differat ab omni non ente naturali: sed nulla est alia præter assignatam indefinitione naturæ, quia naturalia, vt sic non differunt à non naturalibus eò, quod sint alterius motiua, siquidem entia etiam abstracta à materia, quæ Metaphisicus considerat, vt Deus, & intelligentia: ergo. Dices saltem hac differentia differunt entia naturalia ab entibus mathematicis. Contra, quia differentia vltima constituenda indefinitione debet distinguere definitum ab omni non tali. Vnde natura non constituitur formaliter in esse naturę eò, quòd sit principium operationum materialium. Confirmatur, quia vnum quodque prius intelligitur perfectum, & absolutum in proprio esse, quam ordinetur ad perficiendum aliud: ergo actus quibus ens naturale in se perficitur, sunt quorum primo, & per se natura illius est principium, & ita natura ignis. v.c. primo, & per se est principium motus, quo ipse perficitur, & cõseruatur in proprio esse non principium calefaciendi aliud, & quidem nullum agens habet naturalem appetitum agendi in aliud, nisi propter appetitum conseruandi se, & propriam perfectionem, quia tamen non potest perpetuo conseruari in suo proprio esse indiuiduali, saltem conatur conseruari in simili, quod respicit quasi proprium, quodammodo hinc oritur in patre ardens desiderium generandi filium, tanquam id in quo existimat suam naturam conseruatam; non negamus naturam esse principium mouendi aliud, id enim statim asseremus: sed non esse id quo primum debet à nobis distingui ab ea, quæ natura non est: atq; adeò, quod non debet definiri per ordinem ad motum aliorum: sed ad proprium, licet sæpe soleamus entium diuersitatem ostendere, eò quod habent principia diuersorum motuum in alios. Qua ratione solemus distinguere metala, plantas, &c. quia frigefactiunt, & calida sunt. Inde tamen (vt dixi) non est sumẽda primo, & per se distinctio, & constitutio

naturæ. Dices secundò mixta non possumus distinguere ab elementis per motus, quibus ipsa mouentur, cum in illis non distinguantur: mouetur enim mixtum eodem motu quo elementum in illo prædominans. Respondeo in diuersis mixtis diuersum est prædominium elementi, & sunt diuersa principia, & diuersorum motuum, quibus perficiuntur in seipsis, licet ex parte motus localis sæpe nõ sit diuersitas inter entia diuersa, quia omnia grauia deorsum feruntur.

Dico secundo motus cuius principiũ, & causa est natura, eius in quo primo, & per se, & non per accidens inest, non est per se intentus ab illa ratione sui: sed ratione quietis cui non cõtrariatur: sed est via ad illam. Patet, quia nihil mouetur primo, & per se, nisi propter acquirendam, aut saltem conseruandam aliquam perfectionem, in qua quiescat (vt patet ex Arist. 2. cœli. 12. tex. 65. vbi significat actionis, seu passionis finẽ esse terminum aliquem) quod S. Tho. ibi optimẽ, & late explicat, & inductione id cõstat in omnibus, quæ mouentur. Vnde etiam anima, licet quatenus est principium nutritionis nunquam quiescat nutriendo. Tamen finis eius non est ille motus nutritionis: sed quies, vt substantia nutrita, vt illa vel augeatur, vel saltem conseruetur, aut omnino, aut aliquo modo: (vt suo loco dicam) imo, & anima sensitiua ac rationalis; quod dixerunt cõtra quosdam Neotericos: quatenus sunt illa principium nutriendi, hæc etiam intelligendi, & volendi non intendunt primo, & per se illas operationes, quatenus motus: sed quatenus termini, sub quibus quiescunt. Itaque animal non producit visionem, vt moueatur illa: sed vt sit videns, & vnitus cũ suo subiecto in esse quieto. Dices cœli mouentur, & tamẽ nõ propter acquirendã, vel conseruandã aliquã perfectionẽ propriam ad hoc Simplicius dicit cœlos quiescere secũdum aerem et centrũ quia nec ad dexterã, neq; ad sinistrã declinant quomodo machina mũdi quiescit. Vnde Arist. 8. Phis. tex. 76. mouetur, inquit, & quiescit omne supra cœlum. Philop. vero inquit, quod duplex est quies, altera est in nobilitas, quædam, & fixa statio; & sic possumus dicere cœlum quiescere: altero modo pro priuatione motus cum aptitudine ad illũ; & sic non est quies illa cœli immobilitas cũ non possit ad latera moueri, & talis quies est propria & sumitur indefinitione naturę sed quidquid sit de hoc de quo infrà. Respondeo id cõfirmare nostrã sentẽtiam cum cœli enim in primo suæ creationis instanti creati fuerint cum omni perfectione sibi naturaliter possibili, & hanc nunquam amittant, semper in ea quiescunt: sed habent omnem motũ non propter se: sed propter hæc inferiora: habẽt tamen principium illius motus, quo mouerentur, si necesse esset. Vt aliquod autem sit ens naturale non oportet, vt moueatur: sed quod constet natura, quę in illo sit sufficiens ad producendum motum tendentem in propriam perfectionem, si illi forte deesset, & dũ non deest illa natura est principium quietis actualiter: Per quod patet ad primũ argumẽtum. Prætereo modo: vtrum cœli secundum aliquas partes sui moueantur motu, seu alteratione perfectiua, quod quãuis de Luna sit certũ, de alijs Stelijs est dubium, vt postea videbimus.

Dico tertio explicatio definitionis particulariter est ista motus, & quietis natura est principium quia ex se vtrumq; potest natura præstare, licet nõ actu præster. Nomine autem principij nõ intelligitur actiuum, & nomine causæ non intelligitur passiuum, vt falso exponit Verforius, tum quia natura vt sic uõ est primo definienda per hoc quod sit principium actiuũ (vt dicã) tũ quia ficta est, & volũtaria huius modi distinctio principij & causæ, similiter principium non importat formã, nec causa materiã (vt male Auice. & Burleus exponũt) quam hic definitur natura vnica definitione,

quæ

quæ tota materiæ, & formæ conuenit, (vt secunda parte quęstionis demonstrabitur) sit ergo illæ duæ voces principiū, & causa positæ, vt bene Tartaretus, & Vall. ad maiorē expressionē, vel dico, q̄ vox principiū nō dicit expresse influxum, & ideo additur causa. Dices sat esse ponere causam. Respōdeo causam significare, nūc proximā, nunc remotā, & radicalē, & se loqui de hac secunda explicuit Arist. constituendo illam particulā principium. Addidit etiam meo videri, primo, vt significaret naturam esse quidem principium motus in alijs, non tamen, primo (vt dixi) alij explicāt, primo, ideſt, principale non instrumentale, vel fortè melius, primo, id est, primum, seu proximum, vt vertit Batablus addidit per se, & non per accidens, vt excluderet casum, & fortunam, & etiam artificialia, quæ per accidens tantum mouentur, ideſt per aliud, seu aliena vi (vt transtulit Perionius.) Et ita non mouentur qua ratione sunt talia: sed, quia alicuius alterius, quod sibi, vt sic accidit, vt statua. vt sic, per accidens mouetur deorsum, quia est lapidea. V.c. at esse lapideam accidit illi in ratione statuę & medicus sibi est causa sanitatis: sed non sanatur quatenus habet artem medendi: sed accidit vtilem sit, & medicus. & subiens sanationem, qua propter etiā nonnunquam separantur. Ita videntur significare S. Tho: &. Linchonien.

Ad argumenta: Ad primum patet ex secunda conclusione. Ad secundum substantia completa non habet aliquid extrinsecum in sua diffinitione. Substantia vero incompleta benè definitur in ordine ad sibi extrinsecum, hac ratione in definitione animę ponitur corpus, quod est illi extrinsecum, & videtur ex Ar. ca. de ad aliquid, vbi docet q̄ partes substātiæ sunt relatiua secundū dici, tales autē videtur esse materia, & forma, quę sunt natura, & ita possunt dicere ordinē ad aliquod extrinsecum, siue tanquā prius siue tanquam posterius: sed dices ordo ad accidēs videtur esse accidēs. Natura autem substantia est, & consequenter non dicet ordinem ad motū, qui est accidens. Adde, quod materia, & forma ad inuicē dicunt ordinē: non ergo ad motum. Respondeo, quod licet ordo ad motum accidat materiæ, & formæ secundum se, pro vt tamen sunt scibiles in natura philosophia essentialis est, sicuti quamuis parieti accidat albedo, est tamen illi essentialis in quantum albus est, vel secundo, & melius, quòd vt dictū est principium motus, & quietis est radicale, & substantia. Quamuis proximum sit accidens quemadmodum principium videndi radicale etiam substantia est. Ad tertium illa calefactio quæ est motus nō est naturalis ligno in quo est: sed potius repugnans. Quamuis autem respectu ignis sit naturalis, non tamen ita, quod constituat ignem secundum suam formam in esse naturæ: sed potius motus sursum, vel deorsum propter quietem in proprio loco. Ad quartum respondeo artem non esse principium huius motus, quātum ad eius substantiam: sed tantum quantum ad quēadmodum artificiosum: est enim ille motus ellicitus á potētijs exterioribus, quæ tamen diriguntur ab arte quoad illum modum, figura verò illa non efficit vllo modo illum motum: sed est cōditio, qua tolluntur impedimēta motus.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum motus, cuius natura est primo principium sit illi naturalis.

QVidam asserunt rationem entis naturalis in cōmuni sufficienter saluari per hoc, quod sit ens capax motus physici abstrahendo ad hoc, quod ille motꝰ tēdat in perfectionē talis entis siue non probant, quia naturale idē est, quod ens mobile: sed hoc tantum dicit,

quòd

quòd est capax motus, quinis ille sit: ergo. Secundo, ex eo quod aliquid intelligatur compositum ex materia, & forma & aptum ex natura sua ad motum intelligitur esse ens naturale: sed ex vi illius compasitionis, & latitudinis res solum intelligitur capax motus abstrahendo à tali, siue tali motu: ergo. Tertio, determinati motus naturales consequuntur ad terminatas naturas: ergo ratio entis naturalis indeterminate sumpti, non exigit determinatum motum naturalem, cui opinioni videtur fauere, Arist. qui non determinauit, de quo motu loqueretur.

Dico primo motus cuius natura est primo principium debet esse illi naturalis. Patet, quia (vt probatum est) ille motus est propter quietem, id est, propter terminum: sed ens non dicitur propriè quiescere, nisi in possessione sibi naturali. Nam si perfectio illa sibi sit contraria, potius erit in quietum sub illa: si vero nec contraria, nec naturalis: sed indifferens, non quiesceret positiuè sub illa: ergo motus cuius natura dicitur primo principium esse, est propter perfectionem naturalem, & consequenter est naturalis, quia motus specificatur à termino. Secundo idem patet ex parte principij quia principium talis motus est intrinsecum ipsi mobili: ergo necessario debet illi esse naturalis, quia quod ab intrinseco conuenit essentialiter, & à natura conuenit.

Dico secundo natura ex sua ratione tribuit positiuã inclinationem in prædictum motum, siuè quietem. Hæc colligitur ex prima, & probatur vnaquęq; res positiuè appettit proprium bonum, sicuti positiuè refugit proprium malũ (vt docet Arist. 7. Ethico. ad Eudemium propter finem) ad bonum autem, sicut malum quod nec perficit, nec lædit ipsam, habet se indifferenter, & quasi nihil curans absit ve: sed, vt probatum est motus ille cuius natura primo, & per se est principium, reuera tendit. Ad perficiendum illud ens: ergo natura non potest se habere indifferenter ad illũ motum, siue quietem: sed sub termino talis motus: sed appettit illum positiuè, sicut habet positiuè hanc fugam illius motus, qui contrariatur tali motui, seu quieti naturali. Secundo inclinatio ad talem motum, & quietem est inclinatio naturę. Prima orta à natura, secundum quod natura est: ergo est perfecta, & vehemens inclinatio: ergo positiua, & alias non daretur motus naturalis distinctus ab artificiali, ad quem habet se natura indifferenter, & per quandam non repugnantiam: de alijs autem motibus in quos non primo inclinat natura, dicam infrà.

Ad argumenta profecto immerito vertitur in dubium an Arist. loquatur de motu naturali, vt distinguitur á violento supernaturali, & prodigiosos atque etiam artificiali, cum id ipse omnino expresserit. Ad primum: ergo respondeo ens mobile debere intelligi, id est, mobile naturaliter, sic enim est idem, quod ens naturale seu eius passio, & quidem, sicut aquam calefieri, loquendo formaliter, non dicitur motus naturalis: sed violentus, sic etiam, nec aqua quantumuis calida dicitur ens naturale: sed violentum, licet vt posita est ex materia prima calefiat naturaliter: atque adeò, vt sic etiam qua ratione calida est dicatur ens naturale. Dices physicus etiam agit de aqua quantumuis calida, & quatenus, vt sic est ens violentum ergo natura abstrahit á principio motus naturalis, seu violenti. Respondeo non agit de violento, vt obiecto per se: sed vt de eo quod opponitur suo obiecto. Ad secundum concedendo maiorem, ad minorem respondeo, quod ens naturale vt intelligitur compositum ex materia, & forma, vt sic intelligitur, vt capax motus naturalis tendentis ad propriam illius perfectionem, non determinando quis nam in specie debeat esse ille motus naturalis, & certè,

ita

ita esse nullum dari ens naturale, quod non habeat principium huius modi motus, licet non omnia actu habeant illū, vt dixi, & ita tam elementa, quam mixta inanimata præter motum localem, si remittantur eorum qualitates sibi naturales naturā habent qua se moueāt, & reducent ad naturalem statum animata in sensitiua sunt principia motū nutritionis, & augmentationis sensitiua rationis experientia habent principia motus sensationū: homo vero, qui rationis capax est habet potentia motus intellectionū, & volitionū: hi autem sunt quorum primo, & per se natura vniuscuiusq; horum entium naturalium principia, & causa, at illi sunt ita naturales, quod illis perficiuntur ista entia: ergo. Vnde sequitur motum localem in nullo ente naturali esse cuius primo, & per se natura illius sit principium, quia terminus motus localis non appetitur nisi vt medium quo melius conseruatur perfectio entis existētis in loco sibi connaturali ad tertium patet similiter.

ARTICVLVS. V.

Vtrum omnis natura de facto sit principium actiuum prædicti motus in quem primo inclinat.

TOletus & alij asserunt in inanimatis solum dari principium proximum actiuum motuum, quibus ipsa mouentur materiam, autē & formam illorum, atque adeò totam substantialem naturam esse tantum principium passiuum, & in hoc aiunt differre formas viuentium á formis inanimatorum nos dicimus non solum dari in inanimatis accidens, quod sit principium proximū prædictorum motuum, de quo inferius est dicendum, sed etiam illorum naturā esse principium actiuum radicale instrumentale, saltem si non principale, ideſt, esse actiuum qua ratione est á generante: qua ratione in primo instanti generationis generans mediante forma substantiali geniti dicitur etiam producere eius proprietates: ita sentit Soto. 2. Phis. quæs. 1. ad postremum membrum argumenti quarti, qui optimè etiam probat hanc reductionem esse per se á forma substantiali, & non per accidens.

Dico primo natura constituitur in esse naturæ per rationem principij passiui est expresse Tart. 2. Phisic. quæstio. 1. & est communis omnium cum asserūt idem esse eus mobile sumptum pro radice: atque ens naturale: sed mobile, vt sic non significatur, vt habens principiū actiuum motus, sic enim deberet dici ens motiuum, nec abstrahet ab vtraque cum mobile vt, sic importet principiū, vt moueatur, quod passiuum est: ergo. Prima natura vt ostendi primo, & per se est principium motus perficientis id cuius est natura: ergo, vt sic non tendit ad perficiendum: sed ad hoc, vt id cuius est natura perficiatur: ergo natura primo, & per se dicitur principium quo res appetit perfici formaliter non perficere: ergo primo, & per se constituitur per hoc, quod sit principium passiuum motus, &c.

Dico secundo: Omnis natura de facto est principium, etiā actiuum illius prædicti motus in quem primo inclinat, & aliquorum aliorum quibus perficitur ens naturale, cuius est illa natura, quæ quod attinet ad viuentia communis est & manifesta. Viuere namque consistit in quadam interna operatione, qua viuētia se mouent, vt se perficiant nutritione augmentatione, & alijs huiusmodi operationibus. Vnde Aris. 8. Phis. tex. 4. ait, quod in viuentibus vna pars mouet aliam de qua re in libris de Anima.

Quod attinet ad inanimata non est, ita certa conclusio: sed quod hæ habeant

beant in se principium actiuum sui motus naturalis saltem instrumentale probatur primo ex Aristo. 4. Phis. text. 86. vbi ait rarum, & densum secundũ hanc contrarietatem grauis, & leuis factiua sunt motus, & quarto de Cœlo ca. 1. tex. 2. Grauia, & Leuia habent in se, quædam susceitamenta, siue fomenta motus, Sanctus Tho. 4. cœli à tex. 25. grauia, & leuia remoto prohibente sunt per se mouentia secundum, quod sunt in actu per formam grauitatis, quæ est in ipsis ratio agendi, sicut habens habitum scientiæ remoto prohibente per se considerat idem ait immobili ad nutritionem, & sanitatem idem dicit, quarto contra Gent. c. 5. & 12. q. 36. art. 2. & 1. d. 18. q. 4. artic. 1. ad secundum, & alibi sæpe referunt etiam Scotus. 2. d. 2. q. 1. Greg. d. 6. q. 1. Gabrie. dis. 14. quęs. vnica. Henricus quodlibeto. 9. quęs. 5. quodlibet. 12. q. 26. Copul. Colon, & Nimph. 4. cœli Gand. 8. Phis. Perey, 7. Phisicorũ. c. 18. Auerro. 4. cœli, tex. 25. Capreol. dist. 7. Ferrar. 1. contra Gent. ca. 97. & lib. 3. c. 23. Probatur omnis effectus actu effectus exigit causam actu, vel principalem, vel saltẽ instrumentalem, vt docet Arist. 2. Phis. text. 37. 5. Metaphy. tex. 3. Nam quando actu est effectus tũc de nouo fit aliquid: ergo tunc est de nouo aliquis influxus, & causalitas agentis per quam fiat: ergo nunc est actu aliqua causa actu influens: ergo est etiam ipsa causa in se neque enim poterit influere, siue operari, quod non existit, & id confirmat experiẽtia, quia licet homo, verbi gracia dicitur generare hominem, etiam dum nõ existit eo, quod instanti generationis desierat iam esse. Tamen id non posset fieri, nisi tunc actu maneret semẽ, quod est virtus generantis in qua ipsum generans dicitur manere, & per illam generare, tum fit quãdo inanimata mouẽtur contingit iam non existere causas á quibus fuerunt producta: ergo ab illis non mouentur, nec potest dici á quo alio extrinseco motore mouentur: ergo mouentur á principio intrinseco. Secundo, quando aliqua res producit aliquẽ actũ per potentiam sibi connaturalem talis actus effectiue est ab ea re, cuius est illa potentia qua ratione dicimus ignem calefacere, animal sentire, aut intelligere quia tales operationes producuntur á calore potentia sensitiua vel intellectiua, quæ sunt potentiæ connaturales illis entibus: sed inanimatis etiam dantur potentiæ proximæ productiuæ illorum motuum, vt videbimus illis connaturales, vt grauitas in ente graui, leuitas in leui: ergo, &c. Nec vero pertinet ad ipsum generantem tribuero genito totã perfectionem, quam potest habere genitum, vel eam quam tribuit, si amiserit illam videtur iterum restituere in mediate per se ipsum: sat ergo est, quod generans in principio generationis tribuat genito perfectionem illam, cuius sunt genitum est capax si non impediatur, & tribuat etiam potentijs siue facultates quibus, & conseruet perfectionẽ primo, sibi datam, & illam augeat, & amissam reciperet, & quidem cum generans dederit genito principia intrinseca, quibus ágat in alia, & perficiat illa á fortiori debuit dari principia intrinseca, quibus prouideret propter rationem indigentiæ. Dices, quod agit est in actu respectu effectus, quem est productum, vt id quod frigefacit frigidum esse debet, & sic de reliquis: ergo aqua recipiens frigiditatem, quam non habet non se frige faciet: sed tantum frige fit ab alio. Respondeo, vt dicam latius quæstione. 23. articulo octauo nõ est necesse, vt producens aliquam formam habeat illam formaliter: sed sat est formaliter, vel eminenter, vel virtualiter, nec enim Deus creans cœlum, & terram, &c. Est ipse formaliter cœlum, & terra nec sol generans aurum, est ipse formaliter aurum: sed tantum eminenter, Dico, ergo aquam non frigidam formaliter esse eminenter, aut virtualiter frigidam per suam formam

substã

substantialem, quod est primum principium, & fons suæ frigiditatis, & reliquarum proprietatum ipsius. Vnde si sibi desit talis proprietas ipsa per suam substantiam producit per se illam quod si aliquando est sine illa, ideò est, quia impeditur ab extrinseco. Dices: ergo prædicta agentia, vt sic sunt causæ æquiuocæ: ergo non possunt habere formaliter in se effectum quem producunt cum perfectius sit esse eminenter tale, quam formaliter, nego consequētiam quando causa æquiuoca non est sufficienter in actu proximo, nec ad agendum, nec ad resistendum contrarijs corrumpentibus. Quando tantum est eminenter talis, quo pacto se habet aqua sine frigiditate. Præterea sic probo eadem natura est principium motus, quæ est principium quietis sub perfectione, acquisita per motum: sed omnia intrinseca vnius cuiusque entis naturalis est principium actiuum, quodam modo quietis in sua perfectione, vt natura aquæ, est principium conseruatiuū in genere causæ efficientis, suæ frigiditatis: ergo & sui motus ad illam. Vltimo particularis natura, est principium actiuum motus ad replendum vacuum, (vt dicemus infra) etiamsi motus ille aliás repugnet motui proprio illius naturæ: sed hoc ideo est, quia natura appetit bonum vniuersi, at etiam appetit proprium ergo etiā est principiū actiuū proprij motus.

ARTICVLVS. VI.

Et vltimus, Vtrum natura sit de facto principiū actiuum principale illius motus in quem primo inclinat.

HAEC est illa, inter Philosophicas quæstiones grauissima quæstio, nec vnquam satis enucleata de grauium & leuium motus principio, quæ alijs verbis solet, cōmuniter agitari. Vtrum, scilicet, grauia & leuia, moueantur á se vel potius á suo generante? In qua difficultate opus erit calamum aliquantulum pro trahere & ita pro intelligentia tituli.

Primo notandum, plures esse species motus (vt libro quinto fusius dicetur) scilicet, motus generationis, & corruptionis, & motus augmentationis, & diminutionis, & motus alterationis, & motus localis, ex quibus omnibus non est dubium apud aliquem, quod nulla natura sit principium actiuum generationis & corruptionis suæ: eius scilicet suppositi, in quo est natura ratio est, quia illæ qualitates quæ causant, corruptionem, vel generationem non sunt natura, sed accidentia quædam, & instrumenta corruptionis, verbi causa, nec absolutè causant corruptionem, nisi ab alio extrinseco agente, adducantur, est tamen natura principium passiuum generationis, & corruptionis, quia naturaliter loquendo, nil seipsum, aut generat aut corrumpit, quamuis corruptionem patiatur, &c. Et ita qualitates mixti cum inter se sint cōtrariæ (vt libro secundo de Generatione dico) ob continuam pugnam, quam inter se gerunt, causant compositi cuius sunt, corruptionem, virtute tamen alicuius alterius efficientis, extrinseci, & destruentis:

Cum hoc tamen in viuentibus (in quibus est proprié, augmentatio, quæ fit ab anima, effectiuè conuertente, alimentum in substantiam aliti, aut diminutionem causante, media actione caloris in humidum radicale) natura est principium actiuum eius in quo est, augmentationis, & diminutionis, intrinsecum quidem, quod patet ex diffinitione animæ tradita ab Aristotele secundo de anima. cap. 2. docente q anima sit principiū vegetādi sentien

Tertiocer tũ sit.

sentiendi,&c.Si tamen loquamur de alteratione corruptiua, quæ scilicet fit, cum expulsione contrarij sicut natura eius in quo est,non est principium actiuum illius corruptionis,nec dispositionis ad corruptionem,qualis est alteratio corruptiua,si autem sit sermo de alteratione perfectiua,quæ fit sine expulsione contrarij,verbi causa illuminatio aeris,natura aliquando est principium actiuum aliquando,passiuum talis motus,in viuentibus principium actiuum, vt anima est principium actiuum videndi,in non viuentibus verò passiuum vt patet in aere dum præsentia Solis illuminatur.

Præcipua ergo,imò tota difficultas versatur in hac quæstione de motu locali,an inquam,natura eius in quo est sit principium actiuum principale quidem (natura quod sit instrumentale ex præcedenti articulo patet) motus localis, an verò passiuum tantum,& præcipue in grauibus,& leuibus?

De quo etiam certum est apud omnes,quod in viuentibus forma est principium actiuum,intrinsecum,eius motus localis quo progressiuè mouentur, atque ideo mouentur à se:probatur ex Arist.8.Phys.text.10.vbi expressè hoc docet,& inductione colligitur, quia in planta,quæ viuens est,anima vegetatiua est principium intrinsecum actiuum,ad augmentationem,& ad motum localẽ, qui sequitur augmentationem, semper enim quod planta augetur maiorem locum acquirit quod necessario fit per motum localem,similiter insensitiuis patet,in quibus forma est principiũ actiuum,motus localis,tam in illis quæ per aerem,mouentur vt aues vel per terrã, vt animantia Bruta,& homo quæ effectiuè mouentur à sua causa dico anima quæ omnia cõstant ex diffinitione Ari. in qua dixit,anima est principium vegetandi,& sentiendi,& secundum locum mouendi,ergo viuentia omnia habent formam quæ est principium actiuum, & intrinsecum motus:Et ratione probatur,nam illud à se mouetur actiuè, quod habet partem mouentem,& partẽ quæ mouetur vt docet Arist.8.Phys.tex.48. sed animalia saltem quatenus progrediuntur,habent partem mouentem, & partem quæ mouetur:ergo á se effectiuè mouentur,secundum locum cũ progressiuè mouentur.

Sed circa hanc rationem factam;Philosophi duo dubitant. Primum,an partes illæ,scilicet mouens,& mota, debeant esse essentiales,an integrales ad hoc quod aliquid actiuè à sua forma moueatur? Alexand. & Themist. & ex iuniorib multi,volunt partes illas debere esse essentiales,itavt anima sit pars mouens;corpusvero pars quę mouetur. Alij autem authores,vt Ferrar.3.Phys. quæst.10.Tolet.8.Phys.c.7.Albertus Magnus tractatu.2.capit.3.dicunt econtra, partes illas debere esse integrales ad motum progressiuũ: Existimo tamen dicẽdum,vtrasq; partes requiri ad motũ progressiuum essentialis quidem requiritur vt altera sit mouens quo, nempe anima,vt principium actiuum motus,& altera sitque mouetur vt quod nempe materia vt principium passiuum motus,integrantes verò requiruntur,vt altera sit quæ mouet,vt quo,& altera quæ mouetur,vt quod,quod videtur docuisse Ari.8. Physicorũ,dicentem tex.43.partes illas secundum quas aliquid mouetur á se, se tangere inuicem,vel alteram ab alia tangi,hoc autem habent partes essentiales,quarum anima tãgit corpus, hoc est,agit in corpus,corpus verò non agit in animam,illud vero habent partes integrantes,sed quoniam ex integrantibus dubium est,quę pars sit mouẽs quo, & quæ mouet vt quod,facilè ostẽdimus si dicamus, quæ pars sit mouens quod ex integrantibus,conueniunt tamẽ omnes illam partem esse mouentem,quod in qua subiectatur virtus motiua: sed adhuc manet dubium, quæ sit pars illa in qua subiectatur pars motiua? Philo-

sophi

sophi text. 51. existimant esse corpus spiritus vitales habens, hoc est, tenuem sanguinem á corde per aliqua membra diffusum. Hic tamen modus dicendi non placet, quia vt rectè Vall. libro secundo, Controuers. medicarũ capite secundo, non potest esse in aliquo actus secundus, cui deest primus: constat autem quod spiritibus illis deest actus primus, scilicet anima, ergo etiam deest, secundus nempe virtus motiua: quare alij autem putant illam partem esse cordam quæ extenditur neruo; quod optimè refellit Gallenus, lib. 12. de vsu partium capite quinto, quia virtus motiua supponit sensitiuam, sed in corda cum sint naturæ Oseæ non est virtus sensitiua, ergo nec motiua: Quare in hoc dubio dicendum est cum Galeno loco citato, & Valles, vbi supra, quod scilicet illa pars in qua residet virtus motiua, sit musculus in eo enim subiectatur virtus sensitiua, & per consequens motiua, quod sic explicatur, virtus sensitiua quærit, instrumentum materiale & humidum, quæ qualitates reperiuntur in nerno virtus autem motiua requirit instrumentum deorsum, & sursum, quæ qualitates inueniuntur in corde. Quare cum corda sola non possint esse instrumentum illius, vtriusque virtutis, & similiter cum nerous solus possit prouida natura ex nerbis concisis, & permixtis cordi efficit musculum. Tamen cum musculi originem dicant non è cerebro vt putat Galenus: sed à corde (vt putat Aristoteles sequitur primam partem integrantem, quæ est mouens, quod in animali esse cor. Deinde musculum partem vero per se motam reliquum corpus.

In hac re duæ sunt extremæ sententiæ, prima. Scoti in secundo, distinctione secunda, quæstione. 20. Gregor. distinctione sexta, quæstione prima. Valesius primo libro Controuersiarum, quæstione. 11. Iandum, & Archil. libro de Elementis, qui omnes asserunt grauia, & leuia non moueri á generantibus, seu á suis formis, tanquam á principijs extrinsecis actiuis, hanc opinionem elicitunt ex Aristotele. 7. Physicorum text. 10. dicente, quod ea, quæ ab alio mouentur, violenter mouentur, & quarto cœli. text. 24. docet ista habere in se principium motus: Cum ergo dicit non moueri á se intelligendum est inquit, sed non per cognitionem, vt animalia: sed probant etiam multiplici ratione, quæ ordine conuerso infra sunt soluendæ.

Opposita vero huius omnino sententia est Sancti Thomę prima parte, quæstione. 18. articulo. 1. & prima secundæ, quæstione. 13. articulo quarto, quem sequuntur Thomistæ, Caietanus locis citatis Ferrara. 8. Physicorum, quæstio. 2. quæ sententia vt verior á nobis est amplectenda, quia re vera est Aristotelis. 4. cœli capite. 3. 8. Physicorum capite. 4. primo de Anima text. 19. quam placet exponere tribus conclusionibus.

Prima conclusio grauia, & leuia non mouentur á se probatur ex Arist. 8. Phys. capite quarto. Vbi eam expressè docet multisque rationibus robboratur, quæ omnes quamuis sint sufficientes. Probatur primo moueri á se est viuere: ergo omne quod mouetur á se actiuè habet vitam, grauia & leuia non habent vitam: ergo non mouentur actiuè á se: maior probatur, quia in nullo alio distinguntur operationes vitales á nõ vitalibus, nisi in hoc, quod vitales, vt nutritio, sensatio, intellectio, &c. effectiuè causantur á formis, in quibꝰ sunt; operationes autem non vitales non causant effectiuè á formis, in quibus sunt: sed ab extrinseco, hæc autem ratio quamuis á multis admittatur: nobis tamen non placet, quia apertè petit principium cum enim Aristoteles in maiori scilicet moueri á se est viuere, assumit, aut omne, quod mouetur á se habet vitam petit principium, hoc enim est quod quærimus. An inquam non so-

lum, quæ viuant moueantur á se: sed etiam, quæ non viuunt. Vnde assumens moueri á se, est viuere manifestè assimit probandum, & probatio, illius maioris deterior est ipsa ratione: constat enim quod actiones vitales prouenire possunt ab illo effectiuè præterquam á propria forma, nam in sententia Sancti Thomæ prima intellectio, & prima volitio sunt actiones vitales, & tamen sunt ab authore naturæ; similiter motus cordis quo mouetur motu contractionis, & dilatationis vitalis est, & tamen est à generante saltem in principio motus: (vt ipse Sanctus Thomas docet Opusculo de motu cordis) ergo non omnes operationes vitales causantur effectiuè á formis, in quibus sunt: sed etiam possunt causari ab extrinseco. Vnde non valet sunt operationes: ergo vitales: ergo non proueniunt ab alio effectiuè, nec contra non sunt vitales: ergo proueniunt ab alijs, & consequenter, hæc prima ratio est insufficiens. Secunda ratio si grauia, & leuia moverentur á se possint sistere in medio motus, & incontrarium motum moueri, hanc autem facultatem non habent. Primo non mouentur á se: sed etiam hæc ratio non placet, quia videmus animalia, & Plantas moueri à se motu augmentationis, & nutritionis: & tamen non possunt in medio motu sistere; cum non habeant facultatem cessandi ab augmentatione, & nutritione, semel sumpto alimento, nec in contrarium moueri. Secundò, quia illud quod est habere facultatem cessandi á motu, aut in contrarium moueri proprium est eorum, quæ mouentur à se per cognitionem, quod tamen grauibus, & leuibus cognitione carentibus non mirum est si non conueniant. Tertia ergo ratio, quam affert Aristoteles, qua habet vim pro nostra sententia (hæc est) omne quod á se mouetur debet habere partem per se mouentem, & partem per se motam: constat autem, quod grauia, & leuia partem per se mouentem, & per se motam distinctas: ergo non mouentur à se, maior probatur illud, quod mouet est in actu; illud vero, quod mouetur in potentia: hæc autem duo non possunt inueniri in eodem subiecto secundum eandem partem quia repugnat, vt idem secundum eandem partem sit in acta, & in potentia: ergo in eo, quod á se mouetur debent esse distinctæ partes, quarum altera sit mouens, altera per se mota: minor probatur, quia grauia, & leuia, sunt homogenea id est, habent partes omnes eiusdem rationis: ergo non distinguntur in partem per se mouentem, & per se motam, quia non est maior ratio; quare in partibus aquæ, verbi gratia, aut terræ vna sit mouens: altera verò mota, his tribus rationibus nos addimus quartam fortè non minus fortem proiecta, etiam separata mouentur à proijciente, vt videre est in lapide, aut sagitta sursum proiectis, & tamen non dicuntur moueri á se: ergo quamuis grauia, & leuia moueantur separata á generantibus non dicentur moueri á se.

Sed contra tertiam rationem Aristotelis qua diximus propositionẽ propositam sufficienter probari insurgunt multi multipliciter. Primo sic in non viuentibus possunt dari partes distinctę alia quæ sit per se mouens scilicet ipsa forma grauis, alia per se mota, scilicet, materia eiusdem: ergo si quid probatio illa etiam non viuentia moueri à se. Respondetur, quod huiusmodi partes per se mouentes, & motas non solum debent esse essentialis: sed etiam integrales. Vnde in non viuentibus, licet possimus assignare partes essentiales materiam, & formam, nõ tamen integrales, quod necessariò requiritur adhoc, quod moueantur á se huius ratio est. Primo, quia cum forma non sit actiua motus immediatè: sed medio aliquo instrumẽto in quo subiectatur, veritas motiua: huiusmodi

iusmodi autem organum, & instrumentum semper est aliqua pars integralis, & eo ipso, quod deficit huiusmodi pars deficit principium quo possit moueri á se: hæc autem distinctio partium integralium non est in grauibus, & leuibus cum omnes sint eiusdem rationis. Secundò, quia neque materia potest esse id quod mouetur, nec forma id, quod mouet. Nam quod mouetur motu locali acquirit esse in loco: materia autē non adquirit esse in loco: ergo non est, quod mouetur: sed totum cōpositum ex materia, & forma: actus enim sunt supposi torum: ergo nec materia est pars per se mota, vt quod nec forma est pars per se mouens, & principium actiuum motus; aliud est per se motum, vt principium passiuum motus. Nam principium actiuum est, quod mouet, vt quo nempe forma. At vero per se mouens est quod mouet, vt quod: similiter ipsum principiū passiuum motus est quo mouetur, vt quo nempe materia. At vero, quod mouetur, vt quod, est compositum ex materia, & forma: quamuis ergo possint assignari in grauibus, & leuibus principiū actiuum, & passiuum: non tamen pars per se mouens, & per se mota; sed contra hoc dices secundo totum graue est, quod mouet, & quod mouetur, diuersa tamen ratione, quia mouetur per se mouet: tamen per accidens. Respondetur, hoc fieri non posse, quia omne illud, q per se mouetur debet habere aliquod, quod per se moueat: graue autem per se mouetur, quia mouetur naturaliter: ergo debet habere, quod per se mouat: fribolum autem est dicere quod graue mouet per se, mouetur vero per accidēs aut ècontra. Dices tertio, quod totū cōpositum secundū diuersas rationes est, quod mouet, & quod mouetur, quia mouet. v. g. graue ratione formæ, mouetur autem ratione materiæ. Respondetur, hoc non esse posibile, quia omne, quod mouetur ab alio mouetur: ita quod illud aliud sit distinctū suppositū totale, vel partiale, aliás nihil probaret Arist. 8. Phys. cap. 4. illa ratione qua probat. Tādem deueniendum esse ad aliquā primā causam, quæ moueat, & non moueatur ab alia, sic detur processus in infinitum. Nā dicere potest, quod prima causa mouet aliam per se primo, & mouetur á se. Vnde non rectè concludit Arist. primam causam esse immobilem in omni genere mutationis: quod autē quidquid mouet moueatur ab alio; quod sit aliud suppositū, vel realitate partiali. Probat Arist. loco citato. 7. Physic. capi. 1. inductione, nam cum eorum, quæ mouentur, alia violenter, alia naturaliter moueantur. Quæ violenter mouentur ab alio mouentur; quæ vero naturaliter mouētur, si moueantur á generante, vt inanimata, iam mouentur ab alio; si vero mouētur á se, vt animata, iam mouentur etiā ab alio, nempe ab aliqua sui parte, vt pote à corde. Secundò, quia si aliquid mouetur á se primo, iam idem respectu eiusdem simul esset in actu, & inpotentia, ac proinde perfectum, & imperfectum, quod implicat. Patet consequentia, quia quod mouet, est in actu, & perfectū, quod verò mouetur, est in potentia, & imperfectum. Sed adhuc quarto fortius impugnatur fundamentum istud ab Scot. & Greg. vt supra, quod vt melius præstare possit aduertunt, duplicem esse actum; alium formalē, virtualem alium, actus formalis est secundū quem subiectum á forma sibi inhærente denominatur, quo actu est calidum ferrum candens: virtualis verò actus est secundum quem denominatur á forma sub qua iste cōtinetur eminenter, vt sol dicitur calidus á calore quem eminenter cōtinet in sua luce, quia causatur calor. Similiter potentia duplex est; alia formalis, quæ est ad actum formalem; virtualis alia, quæ ordinatur ad actum virtualem. Dicunt: ergo isti authores, q cum Arist. dicit aliquid non posse moueri á se primo, quia iam idē esset in actu & in potentia solum loquitur, vel

de act, & potentia formali, vel de actu, & potentia virtuali, & sic non verum est, quod possit esse simul respectu eiusdem actus, & potentia. Tamen quod aliquid sit simul in actu virtuali, & in potentia formali, non est inconueniens: sed potius necessarium, & in fieri potest, quod grauia & leuia sunt; quæ sunt in potentia ad locum, & in actu virtuali quia continent eminenter illum mouentur á se ad illud consequendum formaliter, ex hoc enim solum sequitur, quod tantum sit in actu virtuali, & in potentia formali. Verum tantum hæc interpretatio Scoti merito ab omnibus reijcitur. Primo quia cum actus virtualis sit perfectior actu formali, magis repugnat esse in eodem simul respectu eiusdem actus virtualis, & potentia formalis, quam actus, & potentia formalis. Quod autem actus virtualis sit perfectior actu formali probatur inductione, quia creaturæ, quæ sunt eminenter in Deo perfectiori modo sunt, quam in se similiter calor in Sole in quo est virtualiter perfectius continetur, quam in igne in quo est formaliter. Deinde, quia in illa ratione sic ab Scoto interpretata, non sequitur, quia probare mitticur Aristoteles nempe in eo, quod mouetur á se dari partem quæ mouetur, & non moueatur per se, & quod sit vnum primum mouens omnino immobile. Neutrum autem ex his sequitur, quia si actus virtualis, & potentia formalis simul esse possunt in eodem, respectu eiusdem, iam idem á se omnino moueri posset, alias á se moueri, tantum enim sequitur, vt tunc simul esset in actu virtuali, & potentia formali, quia esset tunc enim minus causa æquinoca respectu sui motus, quia modo est gradus respectu motus localis.

Sed obijciet aliquis idem etiam inconueniens sequitur in viuentibus si mouentur á se, sicut in non viuentibus, quod, scilicet idem esset in actu & potentia: ergo, aut ratio nihil probat, aut viuentia etiam non possunt moueri á se. Respondetur, in non viuentibus esse inconueniens, vt idem sit in actu, & potenria: non autem in non viuentibus, quia in viuentibus sunt diuersæ partes, & eterogeneæ, id est, diuersæ rationis, atque adeò secundum vnam potest esse in actu, & secundum aliam in potentia, & vna potest aliam impellere in non viuentibus secus, cũ partes omnes sint homogeneæ eiusdem rationis, & virtutis. Atque adeò non est maior ratio, quare vna sit mouens, atque altera mota. Vnde idem secundum idem esset actu, & potentia, siue grauia, & leuia moueantur á se.

Sed obijcies, si in viuentibus vna pars mouet aliam, non esset procedendum in infinitum deueniendum est ad vnam primam partem, quæ moueat aliam, & tunc rogo á quo illa pars moueatur. Si dicas quod á se ipsa: ergo idem est in actu, & in potentia. Atque adeò reddit eadem quærella. Si autem dicas, quod à generante: ergo etiam animata mouentur á generante, sicut inanimata occasione huius argumenti Sancti Thomæ, Opuscul. 35. de motu cordis multa dicit, & bene, pro quo supponendum est, quod supra diximus ex sententia Aristotelis, quod cor in animalibus est prima pars, quæ primo mouet, alias quia in corde prius residet virtus motiua potest autem cor dupliciter moueri; Primo modo ad motum totius, & hoc modo per accidens mouetur: sed quando mouetur totum, per accidens mouetur oculus, & cum mouetur nauis aut currus mouetur Nauta, vel Auriga. Secundo modo mouetur, cum suo proprio motu dilatationis, scilicet, & cõstrictionis qui durat á principio vitę animaliũ vsq; ad corruptionem quo motu producuntur, quædã species vitales,

vitales, & animales, quæ sunt subtiliores sanguine, quibus exercentur operationes corporis. Nam per animales nutritur animal & sentit: per vitales verò exercent motus proprios animalium, scilicet progressiuum, quia tales species sunt dispersæ per corpus, de hoc ergo motu, quo cor mouetur persequetur obiectio a quo moueat, & respondet Sanct. Thom. loco citato, quod mouetur á generante cor per illo motu, quia sicut est generans, & causa principalis propriè passionis: ita & motus cordis, quia perpetuus, & durat in animali tanquam passio illius. Vnde ad argumentum respondetur verum esse, quod illa prima pars non mouetur á se: sed á generante: non tamen inde sequitur, quod totum animal. Nam quando animal est in actu, iam habet sufficiens principium per illam partem ad hoc, quod moueatur. Vnde sicut generare est qui dat vltsibilitatem homini: non tamen est causa, quare totum postea moueatur in actu.

Sed dices cor est graue, & tamen mouetur sursum, & deorsum: ergo ille motus non est naturalis cordi: sed violentus. Respondetur, quod licet ille motus sit violentus cordi (inquantum) graue est) est tamen naturalis (inquantum pars viuentis informat anima) sicut cũ pes mouetur sursum, & deorsum motu progressiuo naturaliter mouetur, quia licet ille sit violentus (inquantum graue est) est tamen illi naturalis, prout pars viuentis, & ab anima informatur, vt sic, aut est determinatum ad omnes differentias positionis, si autem dicatur, quod si illa virtus motiua semper primo residet in corde sequitur, quod alia semper moueantur motu locali. Probatur sequela, quia motus cordis dilatationis, scilicet, & constrictionis semper durat, qui est modo caula. Quare moueantur aliæ partes: ergo semper debet moueri naturaliter motu locali, quod est absurdum. Respondetur, quod licet iste motus cordis sit requisitus ad hoc, quod animal moueatur, modo vero quiescat, in brutis est appetitus, in hominibus verò voluntas.

Sed quæret aliquis, vnde ille motus cordis dicatur prouenire, nũquid ab anima vegetatiua, aut rationali. Ratio Sancti Thomæ loco citato est, quod proueniat talis motus ab anima sensitiua, non autem vegetatiua, quod probatur ex eo, quod etiam in plãtis reperitur: anima vegetatiua, in quibus non reperitur talis motus cordis.

Quod si obijcias, quod omnis motus qui procedit ab anima sensitiua sequitur cognitionem sensitiuam: sed ille motus est ante quancumque generationem sensitiuam: ergo non procedit ab anima sensitiua. Respondetur, quod motus, qui procedit ab anima sensitiua, duplex est, alius, qui sequitur animam sensitiuam, prout informat corpus, exemplum primi, cum animal mouetur propter cibum delectabilem, cuius speciem apprehendit talis motus, sequitur formam apprehensam: at verò motus cordis non sequitur formam apprehensam, sed sequitur ipsam, prout informat corpus. Quando autem Aristoteles dicit motum respirationis esse naturalem, & Sanctus Thom. dicit motum pulsationis esse naturalem, non intendunt negare huiusmodi motus prouenire ab anima sensitiua: sed solum volunt ostendere hos motus non esse voluntarios, sicut progressibus motus: sed esse naturales, id est, non dubitarios. Pulsat enim cor cum nobis, & suspirat etiam, & nolens, quamuis enim motus respirationis nempe, quod fiat cerebro, scilicet rarò positum sit. In voluntate tamen respiratio absolute in voluntate posita non est, nisi in vellis suffocari.

Hic autem si quæras quorsum insinuantur isti duo motus? Respondent

medici eidem vsui eos insinuare, scilicet in seruire, scilicet, vt conseruetur, modica ventillatione calor naturalis in omnibus partibus animalis, & fumosi vapores pellant: nam cum animal respirat recipit intoracem aerem modicè frigidum, & corpulsatione sua ex illo aere quidpiam accipit illum, qui mittunt per arterias, quæ similiter habent pulsationem, restringunturque, & extenduntur, vt illum aerem recipiant prius receptum, & cum illo fuligines, id est, fumosi vapores expellantur.

Sed si ita est, dicet aliquis cum in plantis non sit talis motus cordis sequitur in earum motu non posse assignare partem per se mouentem distinctam à per se mota. Respondetur, quod in plantis est motus localis, qui, quæ sequitur post augmentationem, qua scilicet partes, quæ aduenium occupant maiorem locum, & in isto motu est etiam assignare partem per se motam eo modo, quo est in illis. Nam pars per se mouens, sunt partes præexistentes, & pars per se mota, sunt pertes, quæ de nouo aduenium, si ita enim in plantarũ motu nobis philosophandum est, sicut in motu augmentationis viuentium.

Sed hic insurgit maior omnium difficultas, quæ multos in hac re trepidare facit, & sententiam Aristotelis, & Sanctus Thom. libenter deserere. Nam videtur, quod plures sint motus, & mutationes, in quibus animal á se mouetur, cum enim in illis non sit assignabilis pars per se mouens, distincta á parte per se mota: ruit ergo huius sententiæ fundamentum. Antecedens probatur, quod in primis animal á se augetur, & nutritur, & tamen in augmentatione, & nutritione non est assignare partem per se mouentem, distinctam á parte per se mota, nam huiusmodi cor esse non potest, nam eius, quod augetur, quælibet pars augetur. Vnde ipsum cor augetur, & nutritur, sicut reliquæ corporis partes: ergo non est pars ipsa mouens, alias esset per se mouens, & per se mota in actu, & in potentia, quod implicat.

Si autem dicat, quod in augmentatione pars per se mouens sunt partes præexistentes in virtute: pars vero per se mota est pars, quæ accedit viuenti per augmentationem, hæc euasio nulla esse videt, quia terminus motus nõ mouetur: mouetur vero quod est subvtroque termino, terminus ad quem non est subvtroque termino ergo nõ mouetur: sed pars aduenies in augmentatione est terminus ad quem augmentationis: ergo non per se mouet illo motu, & consequenter partes aduenientes non possunt esse partes per se motæ. Similiter in sensationibus mouetur animal à se, videt enim homo á se imaginat, auditque, & tamen in his mutationibus non possumus assignare partem per se mouentem, distinctam á parte per se mota, præcipué integrales: tamen in mutationibus spiritualibus, vt in volitionibus, & intellectionibus hoc ipsum inuenies, intelligit enim homo seipsum, & á se vult. Similiter in his autem impossibile est partem integralem mouentem distinctam á per se mota, cum sint potentiæ spirituales, quæ carent organo corporali, & consequenter partibus integralibus: sed hæc quamuis difficilia sint, non debent nos facere ab exposita recedere. Pro solutione tamen aduertendum. Primò, quod in agmentatione duplex est actio, alia dispositiua, qua disponitur, & consequitur alimentum: alia est conuersiua alimenti in substantiam aliter, & hæc dicitur, propriè augmentatio. Quo supposito, dicendum est, quod in illa actione dispositiua facilé est assignare partem per se mouentem, & per se motam; quia pars per se mouens est totum viuens: pars vero per se mota est alimentum

mentum. At vero in actione conuersiua etiam est duplex. Ratio quædam dicitur nutritio, & est illa, qua extenditur forma substantialis ad informandam materiam alimenti, alia est, qua dicitur cognitio, & est illa, qua totum, & partes totius habent maiorem quantitatem, quam antea habebant, quia in augmentatione viuentis, quælibet per se augetur. Modo dico, quod in qualibet actione istarum potest assignare pars per se mouens, & pars per se mota. Nam in nutritione pars per se mouens est totum viuens: pars vero per se mota est materia prima alimenti.

Sed contra hoc dicet aliquis, quod totum est, quod nutritione non autem est materia prima: ergo pars per se mota, non est materia prima: sed tantum compositum, & sic hoc verum est: assignare, non posse pars per se mouens.

Respondetur, quod hoc nomine nutritio significat actum in ordine ad terminum, sicut generatio inquantum actio: atque ideò, vt sic, non denominat subiectum: sed terminum: at vero vt nutritio est, denominat subiectum, & quia ipsa materia est, quæ mutatur in nutritione de vna forma in aliam, ideò dicitur materia prima pars per se mota, non autem compositum, sicut generatio, vt actio denominat terminum generationis, quia totum dicitur generari: sed vt nutritio denominat subiectum, scilicet materiam, quia ipsa tantum materia est subiectum generationis.

Vel secundò respondetur, quod materia dicitur pars per se mota, quia est pars informata forma viuentis, quod sufficit. Si autem rursus dicat, quod distinctio hæc partium non solum debet esse essentialium: sed integralium, ita vt tam pars per se mouens, quam per se mota debet esse integralis: sed materia prima in nutritione non est pars: sed essentialis: ergo non est pars per se mota patet communia, quia hac sola ratione diximus materiam, & formam grauis non per se esse principium per se mouentem, & partem per se motam. Sed respondetur, quod non est necesse, quod vtraque pars mouens, & mota sit integralis, nisi quando motus recipitur in toto composito, sicut contingit in motu locali, in quo nec materia esse potest, quæ localiter mouet nec forma, quod mouetur: sed totum, quod locum adquirit: at vero in nutritione, quæ subiectatur in materia prima, quæ ita motaque informata dicitur sufficit vltima pars sit integralis modo dicens, scilicet, quia quod mouet est materia, quæ est pars essentialis.

Deinde in illa actione, quæ dicitur augmentatio, qua totum adquirit materia quantitatem potest, etiam assignari pars per se mota, & pars per se mouens. Nam pars per se mouens sunt partes præexistentes in viuente: pars vero per se mota sunt partes de nouo aduenientes; quamuis enim dicantur in rigore per se motæ, scilicet, per se productæ. Nam vt rectè probat argumentum terminus nutritionis, non mouet. Dicuntur autem per se motas, hoc est, per se productæ, & hæc est differentia inter has actiones, quod in motu locali pars per se mouens dicitur, impleus; pars vero per se mota dicitur impulsa in motu augmentationis, pars per se mouens dicitur, producens, pars per se mota dicitur informata, quod sufficit, quia per se motum non sumitur in illo rigore, vt subiectum illius se habeat aliter nunc, quam prius: sed vt passionem aliquam sonat, ita vt

per se motum vel patiatur, vel producatur ex quo patet solutio ad primum argumentum.

Pro solutione secundi aduertendum est, quod duplex est motus alius physicus, qui est motus actus entis imperfecti, ac diuisibilis, vt docuit Aristoteles. 6. Physicor. text. 3. dicens omne B. esse diuisibile, aliud autem est specialis, seu Matthe. vt intellectio, volitio de quo loquens Aristoteles tertio de Anima capite quarto, intelligere esse quoddam pati: certum ergo est quod Aristoteles docet, quod á se mouetur diuisibile, esse in partem per se mouentem, & partem per se, motam locutum fuisse de motu physico, non autem de speciali. Quo supposito respondetur primo, quod in omnibus sensationibus pars per se mouens est cerebrum, quod principium omnis sensationis est: pars vero per se mota est potentia sensitiua, tam interna, quam externa simul cum suo organo, etiam principio in qua residat. Secundo respondetur, quod in visione, pars per se mouens est obiectum colore affectum, media specie sensibili: pars vero per se mota est oculus organum corporale: in sensibus autem externis cum accedant ad spirituales sufficit, vt pars per se mota sit integralis, qualis potentia interna cum suo organo: pars vero per se mouens est species sensibilis ad illud vero de intellectionibus iam diximus non comprehendi ab Aristotele, quia non sunt motus physici, quamuis aliquando reperiatur pars per se mouens, & per se mota. Nam pars per se mouens est ascensus principiorum, pars vero per se mota est ascensus conclusionis, hoc in discursu, ad primam autem intellectionem mouetur motus à Deo secundum sententiam Sancti Thomę, vel decipit, quod species integrales sit per se mouens, & intellectus ipse pars per se mota, & idem contingit in volitionibus. Nam cum sint motus spirituales, non est necesse vt in his, quæ ramus partem integralis mouentem, & motam: sed incorruptibilibus solum. Sed aliquid proportionatum partium per se, & motam: sed in corporibus solum: sed aliquid proportionatum parte per se mouenti, & parte per se, moti.

Sed vltimo obijciet, quod Aristoteles 6. Physic. text. 2. ait alia mouentur ab extrinseco: ergo non mouetur á se sed ab alio. Respondetur vnum esse in alio genere motus, non in eodem. Pro quo aduertas moca, & alia mota, & mouens exemplum est, vt baculus quando mouet aquam, est mouens: quando vero mouetur. Ab alio, est motus. Exemplum secundi imago formati, vel pomum mouet voluntatem, vt illud optemus ipsum tamen, non mouetur, sic se habet appetitus in animalibus, quod est mouens, & etiam motum est mouens, quando est causa operationum animalium est motum ab extrinseco. id est, ab appetibili: omnis enim appetitus causatur ab aliquo appetibili: atque ideò quamuis executio motus localis sit ab extrinseco in genere motus progressiuè tamen in alio genere motus est ab extrinseco, nempe ab appetibili: ergo est agens extrinsecum. Vnde Auicena ait balneum est in anima agens desiderium.

Secunda conclusio grauia, & leuia mouentur á generante. Probat ratione Sancti Thomæ, desumpta ex hoc principio philosopho, qui dat formam dat esse sequentia ad formam, id est, generans cum forma dat genito omnia accidentia, quæ ad perfectionem naturalem illius spectant: sed quamuis in loco naturali est perfectio naturalis grauium, & leuium: ergo generans, qui dat formam grauibus, dat etiam quietem loco naturali: hanc autem consequi non potest, nisi medio motu: ergo dat motum,

quo

quo consequatur perfectionem illã naturalem, sicut si aliquis homo generaret aliquem hominem, & impediretur; ita vt non posset producere risibilitatẽ; si postea influatur illa risibilitas, debet tribui generanti; cuius ratio est. Quia nondum erat cõpleta generatio, quouſque producũtur propriè passiones, quas compositionem secundum naturam aptum erat habere: ex principio autẽ huius rationis deducuntur duo. Primum est, quòd actus quo genitum perficit animalia á se non tribuitur generanti: sed genito ipsi. Vnde ignis dicitur calefacere á se, quia calefactione perficit aliud, & non ipsum. Secundum est, quòd actus ille quo genitum non semper, sed tempore certo perficitur; qualis est augmentatio non tribuitur generanti, sed genito: quia tantum ille actus secũdus generanti tribuitur quo genitum omnino tempore est aptum perfici secundum naturam. Ex quibus rectè intellectis soluuntur omnia, quæ obijci solẽt contra rationem hanc.

Obijciunt primo, ex hac ratione sequi, quod omnis actio grauium, & leuiũ sit á generante scilicet actio, qua ignis calefacit, & qua frige facit; quia hæc sũt perfectiones grauium, & leuium soluitur autem obiectio ex primo documento, quod his actionibus potius animalia á se perficiantur, quam se ipsa: generans autem solum dat genito cũ forma perfectionem; quia ipsum perficit non illã, qua aliud perficiens audit: quod cũ calefactio sit actio transiens, quę in passo recipitur ex eo, quod ignis calefaciat á se non sequitur, quod sit in actu, & in potentia simul: sequeretur autem si á se localiter moueretur, quod motus localis in ipso met igne recipiatur, & maneat.

Obijciunt secundo, quòd saltim sequitur viuentia non moueri á se: sed á generante sicut hoc, quod est quiescere in proprio loco est perfectio grauium, & leuiũ ita hoc, quod est moueri actualiter est perfectio viuentium: ergo vtrũ quę autem neutrum est á generante: sed facile soluitur obiectio tũ ex eo, quod moueri actualiter non est perfectio viuentium: sed hoc, quod est per se mouere, & habere partem per se mouentem, & partem per se motam, & hoc tribuitur generanti, sicut risibilitas tribuitur enim autem risus. Tum etiam secũdo non tribuitur generanti moueri actualiter: quamuis sit perfectio viuentium, quia non sunt apta moueri: sed certis tẽporibus, sicut enim tribuitur augmentatio, aut nutritio, quia his genitum non semper est aptum perficio: sed certis tẽporibus dum, scilicet quamuis perfectã dispositionẽ membrorum non attingit.

Et si dicat, quod saltem nutritio debeat tribui generanti, quia quando viuit homo vel animal nutritur, licet nõ semper augeatur. Ex Aristot. primo de generatione cap. 5 ergo semper animal aptum est perfici nutritione, & consequẽter hæc saltem perfectio tribui dicitur generãti: sed Resp. quod enim in omni instanti est nutritio: sed quando reparatur deperditum; quod autem Aristot. docet semper nutriti animal, quandiu viuit intelligendum est in omni ętate, quia semper deperditur, & restauratur aliquid per susceptionem alimenti: non autem, quod in omni instanti fiat nutritio, vel dicendum, quod solum generans dat genito perfectionem, quam potest habere eo ipso, quod est animal aptum nutriri. Primo nutritio fit á generante; continuatio verò ipsius á se ipso, quia cõtinuationem non est aptum habere ipso, quod est.

Tertio obijciunt, quod si graue sit á suo centro, & postea abstrahatur ab illo rursus quod moueatur ille secundus motus non est á generante: sed á seipsis. Patet sequela, quia cum primum locũ ad quisiuit completa est generatio, sed Resp. quòd, licet in primo loco esset iam perfecta, & completa generatio, & sic quando illo secundo motu, motu moue

tur perficit, & ideò tribuitur generanti motus ille.

Tertia concluſio in grauibus & leuibus ſolum eſt principium paſsiuum principale intrinſecum in ordine ad motum localem : ſed forma illorum eſt principium actiuum inſtrumentale, ſimul cum grauitate, & leuitate.

Prima pars concluſionis probatur, quod ſcilicet in grauibus, & leuibus ſit principium intrinſecum principale paſsiuum ad motum localem primò ſic, tam materia, & forma in grauibus, & leuibus eſt natura: ſed omnis natura eſt principium intrinſecum principale motus: ergo forma, & materia in grauibus, & leuibus: ſed non eſt forma, neque materia principium actiuum in illis; (vt probatum eſt,) ergo eſt paſsiuum. Confirmatur hoc ipſum, quia principium paſsiuum motus nihil aliud eſt, quam incliniatio ad motum deorſum, & ſurſum aliàs non naturaliter: ſed violenter mouerentur: ergo materia, & forma ſunt principium paſsiuum motus localis grauium, & leuium.

Secunda vero pars concluſionis probatur, ſcilicet quod forma ſubſtantialis in grauibus, & leuibus ſimul cum grauitate, & leuitate ſit principium actiuũ inſtrumentale motus, licet non principale. Primo ſic, omne agens quando agit in paſſum, vel dat eſſe coniunctum cum illo paſſo per ſe, vel per ſuam virtutem inſtrumentalem derelictam in paſſo, quia omne agens Phyſicum agit per contactum, ſicut ignis quando introduxit ſuam formam in lignũ eſt cõiunctus per ſe: at verò quando animal generat aliud animal ad animatum materię non præſens per ſe: ſed per ſuam virtutem derelictam in ſemine: ſed generans in grauibus, & leuibus non poteſt eſſe præſens per ſe ad motum localem illorum: ergo debet eſſe per ſuam virtutem derelictam in illis inſtrumentalem: ſed hæc virtus debet eſſe forma ſimul cum grauitate, cum nulla alia res poſsit aſsignare, quæ ſit inſtrumentum generationis: ergo forma ſubſtantialis ſimul cum grauitate, & leuitate eſt principium actiuum inſtrumentale motus. Secundo probatur nam omnis eſſentia eſt cauſa inſtrumentalis efficiens propriarum paſsionum: (vt docuit Sanct. Thom. 1. parte quęſtio. 75. articu. 2.) ergo forma ſubſtantialis grauium, & leuium debet eſſe cauſa efficiens inſtrumentalis propriarum paſsionum: ſed hoc ordine, quod eſſentia ſit cauſa immediata primę paſsionis eſt eſſentia media prima paſsione ſit cauſa inſtrumentalis ſecundæ: ſed ſic eſt, quod hoc, quod eſt grauia, & leuia moueri ad ſua propria loca eſt propria paſsio grauium, & leuium, & non eſt prima, quia inter hanc, & formam ſubſtantialem mediat grauitas, & leuitas; ergo illa ſecunda paſsio ſcilicet moueri ſurſum aut deorſum dimanat á forma ſubſtantiali media grauitate, & leuitate tamquam á principio inſtrumentali actiuo. Vnde ſequitur deceptum fuiſſe Valles contra Verſia. 11. & Scotus. 1. quęſt. putantes grauitatem, & leuitatem eſſe qualitates paſsiuas ad motum naturalem, non actiuas.

Quod præter dicta, probatur ex Ariſtotele quarto. Phyſicorum text. 86 dicente rarum, & denſum contrarietate leuitatis, grauitatisque eſſe efficientia motus, & ſecundo cœli tex. 104. aſſerente minorem grauitatem maiori pelli, & ratione efficaci probat: Nam impetus impreſus á proijciente projectus, eſt qualitas actiua: ergo ſimiliter grauitas, & leuitas impreſa ictis á generante ſunt qualitates actiuæ. Et ſecundo vrgentius. Nam ſi eſſent qualitates paſsiuę, cum potentia paſsiua ſit potentia contradi-

tionis

tionis scilicet, non minus ad vnum, quam ad alterum determinata: ergo grauia Ver. Gra. remoto proijciente minus sursum, quam deorsum naturaliter mouerentur. Nec obstat si dicas illa potentia denominari á forma substantiali. Nam forma substantialis non operatur immediato; sed aliquo organo intermedio, quod tantum carent grauia, & leuia, quod expræse testatur Aristoteles, Sanct. Thomas opusculo 32. & 12. quæst. 36. artic. 2. & Augustinus 3. confessionum capite. 6. vbi dicit corpus pondere suo mitti ad locum sursum enim adimatum est: sed ad locum sursum ignis deorsum lapidis ponderibus suis agunt.

Dices tantum in his, quæ mouentur á se tamquam á proprio actiuo principali est dare partem per se mouentem, & per se motam: ergo similiter in his, quæ mouentur á suis formis, tamquam á proprio actiuo instrumentali. Respon. longé disparem esse rationem. Nam á quibus datur pars per se mouens, & per se mota datur principium principale motus, ne idem sit in actu formali, & in potentia formali: at vero in grauibus, & leuibus solum est instrumentale principium. Vnde quamuis in illis non sit huiusmodi distintio partium solum sequitur, quod idem sit in actu instrumentali, & potentia formali.

Sed præter hæc quæ dicta sunt ex quo contra vniuersam doctrinam sunt argumenta aduersariorum ideſt est effectus in actu postulat causam in actu teste Aristotele. 1. Physicorum capite 3. & motus actu postulat ex quo infertur falsam esse sententiam antiquorum Empedocles, scilicet & Anaxagore asserentium grauia, & leuia moueri á cœlo, quam opinionem Valles contro Versia. 10. putat esse Aristoteles eo quod dicat illa moueri á generante in qua etiam opinione est Pereyra, & Petrus Martinez 4. de cœlo capitulo. 3. in merito tantum, quia cum Aristoteles. 8. Physicorum tex. 33. docet grauia, & leuia moueri á generante loquitur de particulari non de vniuersali, & ita non loquitur de cœlo, quod patet, quia ipse Aristoteles primo cœli tex. 89. impugnat cœlum mouere grauia, & leuia, quia scilicet ex eo sequitur maius graue vel leue tardius moueri in suum locum naturalé, quam parum graue, vel leue; tum etiam sequitur graue cum maxis accedit ad locum naturalem tardius moueri, quia magis distat á cœlo, quorum vtrumque, & falsum est, & contra experientia.

Infert secundo falsum esse, quod dicit commentator 3. & 4. cœli tex. 32. quem sequitur Pereyra 7. Physicorum capitulo 15. scilicet quod, sicut remus per se mouet nauem, & per accidens mouetur á naui: ita grauia, & leuia mouent per se medium & per accidens mouentur á medio, quod plusquam falsum est primo, quia enim semper eadem pars medij sub est his mouilibus: sed alia, & alia.

Secundo quod necesse est, vt grauia, & leuia ante motum localem semper motu alij moueantur, sicut remus ante aquam mouet nauem, & ab illa moueatur necesse est moueri aliquo motu animalis nempe extensione, & contentione brachiorum, quę mouent remum.

Infertur tertio falsum esse etiam quod dicit Benetus tertio Physicorum textu. 24. grauia, & leuia quo ad inclinationem motus per se moueri á generante vel á remouente prohibens tamen quo ad continuationem motus moueri á se ipsis hoc inquam falsum est, etiá primo quia si generans est causa particularis, motus etiá erit reliquorum nam cum prima pars sit diuisibilis:

ergo

ergo á secunda eius medietate iam distat generans & per consequens sicut illam causat ab ea distans causauit etiam reliquas etiam si distet ab illis aut dicas qui potest quare illã causare possit magis vero distantem non possit. Secundo, quia 8. Physi. cap. 4. aperte docet Arist. remouens prohibens non per se, sed per accidens solum mouere cum solum tollat impedimentum & non determinet quo moueat: sed illum relinquit suæ naturæ vt scilicet si sit graue moueat deorsum, si leue sursum tandẽ in calce huius quęstionis præter ea, quæ dicta sunt cõtra vniuersam doctrinam super sunt soluenda non nulla argumenta contrariorum, idest est effectus in actu postulat causam in actu recte Arist. 1. Physi. cap. 3. & motus actu postulat mouẽs in actu cum motus sit actus mobilis à mouente vt docet Arist. 3. Physicorum cap. 3. sed quando grauia & leuia mouentur vel generans est corruptum vel ab illo distans: ergo ista nõ mouentur á generante sed à se ipsis Resp. quidam & est communis solutio quod nõ est necesse quod generans sit prẽsens per se ad motum, sed sat est quod sit præsens per suam virtutem derelictam in mobilem scilicet passio citra generans relinquit grauitatem grauibus vt ipso absenti moueri possint, sed hęc solutio in sufficiẽs est deficit in duobus primo, quia virtus derelicta à generante semper est instrumentum: ergo semper est agens á quo idest semper est id quo generãs mouetur potest, ergo assignare mouens quod principale, quod moueat & agat corrupto vel generante aut absente deficit: ergo deficit mouens quod atq; ideò motus deficit cõsequẽtia probat quia virtus derelicta à generante est forma quædã hæc autem solum est mouens quo deficit: ergo mouens quod ex hoc oportet assignare: ergo debet esse suppositum aliquod prẽter virtutem derelictam à generante. Secundo, quia instrumentum hoc habet ex sua ratione vt non moueat nisi motũ á principale agente deficiẽte aut generante non potest moueri, ergo neque mouere graue aut leue eo circa dicendum est, quod quamuis generans absit aut corruptum sit adest tantum prima causa suplens generationis defectũ attribuitur autẽ motus generanti quod dedit formam substantialem & virtutem motiuam quis, vtitur in instrumentis Deus ad motum.

Secundum est illa solum accidentia possunt esse à generante, quę fiunt cum regenita: sed motus non fit cum regenita: ergo motus non fit á generante minimé probatur, quia res mota incipit per primum sui esse motus vero per alterũ non esse. Resp. falsum esse motum aliter incipere, quam graue aut leue dixi mus supra in anima non habere motum minimum, & ita incipere per vltimum, & quamuis vnum esset quod motus non inciperet cum esse genita nihil probat argumentum nam etiam est à generante, quod aptum est semper perficere genitum, & quamuis in instãti in quo est genitum non esset tantum immediate potest illud instans esse aptum cum incipiat per vltimum non esse: & quia huius modi est motus etiam est à generante.

Tertium argumentum est, quod habet potentiam actiuam si recte applicetur passum agit per se grauia V.G. habent potentiam actiuam tendendi deorsum nempe grauitatem: ergo si sint extracta á locis naturalibus mouebuntur deorsũm á se minimũ probatur, tũ quia si grauia sunt supra lignum putridum illum rumpunt sua grauitate, & deorsum feruntur cum quia sua grauitate rapium ferrumq; secum minus graue deorsum sibi aligatum: ergo habent virtutem tendendi deorsum, scilicet grauitatem confidens generans solet aliquã do generare aliqua quorum alterum sit magis grauè alterum minus grauè: ergo si tunc quærimus causam in æqualitatis extra generans, etiam erit quærẽda causa motus extra generãtem. Resp.

Ad

Ad primum solum probare grauia, & leuia habere virtutem actiuam, qua possint adipisci suum locum naturale: hæc autem virtus instrumentalis est nō principalis, quia cum non sit in elementis aliud passum á mouente: Tale moues non potest esse principale: sed instrumentale actu, alias idem simul esset in actu, & in potentia. Ad confirmationē. Resp. concedendo antecedens, & negando cōsequentia. Nam sicut illius inæqualitatis non quærimus causam principalem extra generans: sed instrumentalem, ita dissimilis motus solum causa instrumentalis erit, quærenda extra generans nempe maior & minor grauitas quare hic collocata sint non illic: Sed dices quando genitū mouetur contrario motu ab eo quo mouetur generans, tunc genitū non poterit mouere á generante. V. C. quando silice & ferro per contactum producitur ignis, qui sursum mouetur: ferrum vero, & silex, quę sant generatio deorsum. Similiter in fulmine, quod fit in aere per Anthiparistasim, si talis detur (de quo 2. lib. de generatione latius dicam) idest per vnius contrarij circa alteram positionem, scilicet frigiditas, fugiendo á calore, & é contra: vbi contrarijs motibus genitū, vt pote fulmen, & generans, scilicet calor & frigus pugnantia mouentur: ergo non mouentur etiam virtute instrumentali grauia genita á suis generantibus. Resp. concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia generans non mouet genitū suo motu. sed per virtutem quā tribuit genito. Vnde nullum est inconueniens, si generans non moueatur motu sui geniti præsertim, si sit æquiuocum. Videmus enim in ijs, quę á cœlo generantur id ipsum, quia illa recto motu mouentur sursum, aut deorsum: cœlum vero circulariter Giratur, & Deus cum immediate rem aliquam producit corpoream res genita sursum, aut deorsum mouetur Deo ipso in mobili manente.

Quarto principaliter ad idem arguitur quando aliquod corpus mouetur á proijciente, quanto magis distat ab illo, & á termino á quo tardior est ille motus: sed grauia, & leuia dum magis accedūt ad suum locum, eò velocius mouentur: ergo á se mouentur, & non á generante. Confirmatur vnum corpus graue per se mouet, & expellit aliud: ergo, vt sic, pōt mouere se ipsum actiue V. C. si lapis grauissimum sit in trabi in quā sustentabatur, & lapis fundat illam & secū rapiat tūc lapis est causa qua ratione lapis moueatur deorsum: ergo ex se potest moueri. Resp. ad argumentū disparem esse rationem, quia cum lapis á proijciente mouetur sursum violenter quidē mouetur & ideo tardiori motu, quo magis distat á termino á quo, quia impetus quasi lāguescit, & remittitur: cū vero deorsum mouetur, quia naturaliter motus eius velocior est cum magis distat á termino á quo, quia magis accedit ad suam perfectionem, quę autem sit causa huius maioris velocitatis in fine quam in principio lib. 8. quæst. 1: per varios articulos de monstro. Ad confirmationem dicendum, quod non valet est causa per se mouendi aliud: ergo se ipsum ratio est, quia cū mouet aliud possumus distinguere motum á mouente: si vero se moueret id non possemus. Vnde lapis ille mouendo trabem per accidens mouet se ipsum, & sic suo pondere actiue fertur deorsum instrumentaliter tamen.

Vltimo arguitur contra eandem conclusionem argumento illo á pluribus agitato, & nondum ex acte soluto, sic, natura virtute sua reducit se in suam pristinam sanitatē per ęgritudinem amissam, & aqua calida calefaciente remoto reducit se in suam pristinam frigiditatem: ergo grauia, & leuia extra naturalia loca posita virtute sua possunt se reducere ad sua loca naturalia.

Circa solutionem huius præcipue á quo reducatur aqua in suam pristinā frigiditatem ablato calefaciente. Iuniores Philosophi plurimas solutiones addu-

adducunt simulq; impugnãt in hoc lib. q.4.1.est comentatoris,2.de anima tex. 115.dicentis,quod calor quo aqua apparet calida nõ est in ipsa aqua:sed in quibusdã partibus aquæ coniunctis: ita .n. videmus,quod cũ aqua calefit producũtur quidã vapores calidi.Vnde quia ablato combustibili aqua in frigidat illos vapores , ideo dicitur reduci in pristinam frigiditatem. Hæc tamen solutio merito reijcitur,falsum est enim , quòd calor,qua aqua redditur calida nõ sit in ipsa aqua cũ sit dispositio ad corruptionẽ aquæ:ergo necessario subiectatur in illa,alias impossibile esset,quod aqua corrumperetur,quia semper haberet suam frigiditatem,quę illã conseruat. Vnde alter Auicen.lib. 1. sufficient,c. 36. quẽ sequitur Soncin.8.Metaph.q.3.aliter dicit,quod aqua calida frige fit á sua forma sub nullo alio medio accidenti ablato tãtum calefactiuo.Quòd si obijcias, quòd aqua medio aliquo accidẽti debet frige fieri;& non solũ sua forma.Resp. Soncin.quòd sunt aliquæ actiones,quæ nullo accidenti inter medio indigẽt ad hoc,vt exerceantur vt si ab homine auferatur risibilitas & postea iterum fluat ille influxus nullo medio accidenti fiet ab ipsa forma substantiali hominis, sic etiam ad hoc, quod ipsa aqua reddatur frigida,non indiget aliquo accidẽti:sed solũ sua forma substãtiali á qua,vtá principio radicali frigiditas pululat:sed etiã hæc opinio falsa est quia si aqua vt se reducat in pristinam frigiditatem non indiget parte per se mouente , & per se mota etiam, nec vt moueatur localiter indiget parte per se mouente , & per se mota,quod est contra S. Thom.& veritatem cuius opinionem putat se sequi, tenet consequentia, quia eadem est ratio vnius,& alteris mutationis . Tertia sentẽtia est AEgydij asserentis aquã per accidens se in frigidare hoc modo,quia per se corrumpit calorem. Vnde fit vt per accidens se in frigidet:sed neq; hæc solutio placet,quia natura in generando nunquam per se intendit corruptionẽ:ergo aqua nõ per se corrũpit calorẽ nisi per se generando frigiditatẽ. Quarta solutio est cuiusdam Iacobi Folinerensis dicentis aquę partes calefactę nõ esse æqualiter calidas, neque æqualiter frigidas. Vnde quæ magis frigidę sunt minus frigidas in frigidant,sicq;fit restitutio frigiditatis deperditæ : sed quidẽ, neque hęc solutio difficultatẽ euacuat, quia fieri potest, vt omnes partes aquæ sint ęquè frigidę,& ęquè calidęvltra suũ gradũ:ergo tunc non est á quo reducãtur in pristinã, & intensam frigiditatẽ. Quintus modus dicendi est Burlei vir, aliás solo nomine ridiculus sequũtur.n. illum Iuniores Philosophi , qui dicunt aquã eo casu reduci in pristinam frigiditatẽ ab aere circunstante,& ambiente,quod si illis obijcias, quod agens minoris virtutis non potest producere vltra sphęram suæ actiuitatis effectũ in passo:sed fieri potest quod aqua sit magis calida qnám aer circunstans frigidus: ergo aer non potest refrigerare aquam.Resp.isti nullum esse incõueniẽs. Nam contingit,quòd agens minoris virtutis producat maiorẽ virtutem in passo propter materiam acommodatam,& quia materia aquæ est magis dispositа ad frigiditatem susciendam, hinc est, quod aer maiorem frigiditatem in illa producat,quam in se habet, sicut ferrũ candens in probabili sententia,non habet calorẽ vt octo , & tamen applicata stupa producit calorem, vt octo in illa, quia ipsam cõburit huius rei sola ratio est,quia stupa cũ sit materię raræ magis acõmodata est adformam ignis,quã ferrum cuius materia est plus magis dẽsa:ita ergo in hoc casu contingit, quòd aer producit in aquam maiorem frigiditatẽ;quã habet in se aer propter materiæ acõmodationem. Et si iterũ secundo obijcias,quòd si aqua calida ponatur in vacuo ; tunc enim nõ posset ab aere circũstanti in frigidari,& tñ reduceret se in pristinã frigiditate in specie:ergo

solutio

solutio est nulla. Resp. quod in illo casu ille calor aquę corrumperetur, quando corrumperentur partes humidæ aquæ, in quibus erat talis calor, sicuti naturalis calor vitalis corrumpitur, quando desinit esse humidum radicale, quòd est subiectum illius.

Sed nihilominus, nec solutio ista solvit argumentū, & sicuti istis authoribus precedentes solutiones nō placent, ita nec mihi, & alijs ista placet: est. n. (si fas est ita loqui) sententia ista Toleti intolerabilis, & solutiones, quas adducit deteriores ipsa sententia. In primis enim falsum est, ꝙ bona Philosophia abhorret, scilicet quod agēs minoris virtutis possit producere maiorem virtutē in passo, quā habet in se, quia vt docet Phisi. 1. de generatione animaliū. c. 7. omne agens in principio actionis est dissimile: in fine vero simile cū passo, ita quod quādo agēs, & passum sunt similia cessat actio quia agens nō agit in omnino simile, cō stat autē quod agens solū intendit assimilare sibi passum: ergo nō potest producere effectū perfectiorē se ipso, aliàs in fine actionis agens, & passum erūt dissimilia, & ita nunqua cessavit actio. Secūdo falsum est, quod ferrū cādens producit ignē in stupa. Nā vt optime Vallesius in quolibet mixto sunt partes poro sę aere plenę, quę facile transmutantur in quolibet, & ita ignē. Vnde in ferro in partib⁹ porosis est ignis quo cōburit stupā, secus non posse ignē producere quātumuis haberet intēsum calorē, falsum est etiā, ꝙ in vacuo non produceretur alia frigiditas in aqua, quia nullū agens naturale intendit per se corruptionem: sed generationē (vt supra dicebā.) Vnde corruptio vnius semper est alteri⁹ generatio: sed corrūpitur calor: ergo generatur frigiditas, vt octo, nisi impediatur ablato: ergo impedimēto forma substātialis producī frigiditatē. Tandē cōuincitur falsitas huius sententię hac sola ratione, quia ignis infrigidatus aliquātulū ex reactione aquę frigidę nō reducit se ad pristinū calorem ab aliquo circunstanti, vel ambiēte, cū nihil sit igne calidi⁹: ergo nec aqua reducetur ad pristinā frigiditatem amissam ab aliquo circunstanti, quia nihil est aqua frigidius.

Quare his omnibus omissis existimo dicendū cum Capreol. in 2. d. 6. quæst. 11. Ferra. 7. Phi. q. 5. Sot. hic. q. 2. quod aqua calida ablato calefactiuo redducitur in pristinam frigiditatem ab ipso generante tanquam à causa principali, & à forma substantiali aquæ, tanquam à causa instrumētali cuius ratio est, quia per talem motum redditur aqua ad perfectionem suam naturalem, quam semper apta est habere: ad hoc autem nō indiget aliqua media qualitate, quia vt bene Soncin. quādo aliqua forma agit in se ipsam nō vera mutatione: sed per modum sequelæ nō est necesse, vt agat medio aliquo accidenti frigiditas autē illa nō producitur per mutationē vllam: sed fluit, ac dimanat à forma per modum sequelæ, sicut in principio dimanant omnes passiones ab essentia.

Iam tandem ad loca Arist. ex quibus supra dicebam athores sumpsisse occasionem contrariæ sententiæ. Respon. ad primum non esse neq; inueniri apud Arist. Ad secundum ibi Arist. intellige re principium passiuum principale non actiuum. Ad tertiū, quod ibi Arist. vult, quod elementa operētur secundū motū instrumentalem. Sed dices, quod ipse 8. Metaph. c. 4. ait, quod eodem modo se habent motus grauium, & leuiū; sicut illud, quod est scięs in habitu antequā sit sciens in actu constat autem, quod scięs in habitu ad hoc, quod sit sciens in actu non indiget aliquo extrinseco: sed se ipso tantum: ergo eadem ratione grauia, & leuia dum habent grauitatem, & leuitatem ad hoc, quod moueantur ad propria sua loca non indigent extrinseco: sed á se ipsis, & non à generante mouētur. Confirmatur ex eodem Phisi co. 4. de cœlo capite. 7. Vbi ponit differentiam inter sanabile, & ægrotabile

ex vna

ex vna parte, & inter motum grauium & leuium ex altera, scilicet quod ægrotabile indiget aliquo extrinseco actiuo, scilicet medicina ad hoc, quod habeat sanitatem: at vero grauia, & leuia nullo modo indiget extrinseco actiuo ad hoc quod ad sua propria loca moueantur: sentit ergo Arist. grauia & leuia moueri á se ipsis, & nõ á generante. Ref. ad primum quod tibi solum intendit Arist. ostendere discrimen inter actũ primũ, & actum secundum stat. ergo similitudo in hoc, quod sicut scibus in habitu nullo indiget extrinseco ad hoc, vt fiat in actu, quia habet iam species intelligibiles ad actũ scientię, ita grauia, & leuia nullo indigent extrinseco ad suũ motũ quia iam habent grauitatem, & leuitate. differentia tamen vertatur in hoc q̃ scies in habitu est causa principalis scię tiæ in actu: forma vero substantialis tantum instrumentalis causa illius motus. Ad confirmationẽ dico in hoc consistere differentiam, quod ad hoc vt aliquod corpus ægrotabile sanetur indiget instrumento aliquo extrinseco, puta, medicamento: ad hoc autem quod grauia, & leuia moueantur nõ indigent aliquo instrumento extrinseco. sed potius hoc instrumentum est illis intraneum, licet indigeant generante, & causa principali (vt dictum est) & hæc de hoc á secundo, & 1. par. quæst.

SECVNDA pars quæstionis de natura in ordine ad alia considerata.

EX dictis præcedenti parte quæstionis manet explicatum quidquid ad quidditatem & essentiã naturę secundum se spectat, restat vt intelligatur ipsa in hac 2. part. quatenus ad alia comparatur. De quo sex etiam sunt videnda. Primo si materia sit natura. Secundo si animæ cõueniat. Tertio si ratio naturæ vniuocè materię & animę conueniat. Quarto si motus cœli sit naturalis. Quinto si natura differat ab arte, & Physica à Mathematica. Vltimo si Mathematicæ abstrahant à materia sensibili, & quomodo.

ARTICVLVS. I.

Vtrum materia prima sit natura?

DOctor Vall. asserit hac in parte materiã nõ esse proprie naturã, quod conatur probare ex Arist. 5. Metaphi. tex. 5. vbi postquam numerauit plures acceptiones naturæ aperte dicit, quod proprie natura dicitur forma, & essentia: materia vero improprie, ex eo scilicet, quod est formæ susceptrix. Et ratione probatur, quia natura est nomen virtutis, & dignitatis: ergo omnino non conuenit materiæ, quæ omnino est imperfecta, & pura potentia. Confirmatur, quia aliás etiam priuatis esset natura, quia etiam priuatio est principiũ á quo motus. Dices tamen, quod priuatio nõ est causa: bene tñ materia (vt q. sequeti patebit) contra hoc est, quia quãuis materia sit causa rei generitę. & intrinseca in suo genere: tamen non est causa respectu motus; si enim esset præcipue deberet esse in genere causæ materialis: sed hoc nõ quia motus nõ subiectat in materia: sed in toto composito. Secundo sua detur idem, quia si materia esset natura sequeretur, quod calefactio aquæ sit naturalis. Nam quamuis renugnet ratione formę aquę: materia tamen illius habet inclinationem ad formam ignis: ergo etiam habet inclinationem ad dispositiones formæ ignis; talis autem est ca-

est calefactio: ergo consequēs tamē est ab surdum, quia huiusmodi calefactio violenta est. Tertio, & vltimo, quia vt á secūdo tertio patebit natura est per quā distinguntur naturalia ab artificialibus imo, & naturalia interse per diuersas naturas: constat autē quod non distingun tur per materiā, quia corruptibilia saltē habent eandē materiam (vt lib. præcedenti .q.2.in.2.p.q. probatum est) & artificialia etiam habent suam materiā ergo solum differunt per formam, & cò sequenter materia non est natura. Confirmatur, quia in artificialibus sola forma est ars, & sola illa constituit rem artificialem: ergo sola forma est natura constituens rem naturalem.

Breuiter opposita conclusio, scilicet quod materia sit natura verior est, eamque tenent omnes Arist. expositores in hoc loco, &.5.Metaph.Perey.lib.7.c.17 Philosophiç, Iabell. q.6. & patet ex ipso Arist. in hoc c.1. qui non solum dicit materiam esse naturā proprie: sed etiā laudat antiquos in hoc, quod ponebant materiā naturam, &.5. Metaph. citatur inter plures modos quibus natura dicitur vnus illorum inquit est quod dicitur de materia, & ratione patet. Nam si materia nō sit natura sequitur, quod trāsmutatio substantialis non sit naturalis, quod est ab surdū. Sequella patet, quia illa nō est naturalis ratione formæ, quę producitur, quia forma est terminꝰ productus: ergo est naturalis ratione materiæ solum, quia est principium, & causa illius, & ita materia habet inclinationē passiuam ad illā, & consequenter est natura. Sed dices, quod materia non est principium transmutationis per se: sed per accidens: ergo non est natura (supra enim præcedenti libro dicebamus) in materia esse principium accidentale transmutationis non autem perse. Resq. quòd hoc, quod est esse per se principiū motus stat dupliciter. Primo per se, & primario, & sic nec materia, nec forma sunt principia motus, quia nō est effectus primarius formę neq; operatio alicuius substātiæ creatæ alio modo sumitur per se, & secundario (sicut 1. Post. c.4. diximus hanc esse per se homo est risibilis quāuis non primario) & sic materia & forma sunt principia per se motus, & hoc sufficit, vt aliquid sit natura: suprá autem solum negabam materiā esse per se. Primo principium transmutationis, ita vt trāsmutatio sit terminus adæquatus potentię, quę est in materia. Sed rursus dices ad rationem naturæ requiritur, quod sit principium motus per se primo, quia vtrumq; hoc ponitur indifinitone naturæ, Resq. quod non negamus naturam in dicta definitione sūmi per se primo, ideſt radicaliter: sed tā tū per se primo, ideſt immediate. Quāuis ergo substantia creata sit principiū motus radicale: non autem immediatum, & hac ratione conuenit illi definitio naturæ.

Probatur secundo conclusio materię conuenit definitio naturæ: ergo est natura. Antecedens patet. Nam est principiū, & causa motus eius in quo est, quia est principium motus grauiū, & leuiū. Nam talis motus pendet á materia tanquā à principio passiuo (vt dixi art. vlti. primæ partis quæstionis) quod principiū sicut inclinat ad formam substantialem grauium, &c. ita etiam inclinat ad accidentia propria eorum quorum vnum, & potissimum est motus: ergo materia habet inclinationem ad illum ac per consequens est causa illius, & ita conuenit illi proprie, quod sit natura ommno.

Ad argumenta Valles ad primum dico, quod Aristot. eo loco tantum ab est, quod neget materiam esse naturam quod id asserit: sed solum negat, quod sit tam propria & perfecta natura, sicuti forma, quod nos etiam fatemur. Ad primam confirmationem dico, quod nomen naturæ non est ita nomen dignitatis, & perfectionis, quam principij, & causæ; adque adeò non solum conuenit formæ: sed materiæ. Ad secundam

confirmationem, dico priuationẽ non esse naturã, quia quamuis sit principiũ motus: non tñ est causa illius: materia vero vtrumq; habet, quia sicuti est principiũ, & causa rei in facto esse, sic etiam est principiũ, & causa ipsius fieri, atque transmutationis, causa inquam & principium passiuum, & in facto & in fieri, & quamuis motus non subiectetur in materia: sufficit tamen, quod sit causa quare motus subiectetur in toto composito. Ad secundum fateor quod calefactio, qua aqua calefit est naturalis ratione materiæ, quæ habet principium passiuum illius: non tamen est naturalis similiciter, quia repugnat formæ, quę est magis ac perfectius natura quã materia. Vnde quia aqua non constituitur in esse talis per materiam: sed per formã; ideo similiciter ille motus est violentus licet secundũ quid, scilicet solũ ratione materiæ sit naturalis. Sed dices: ergo eadẽ ratione motus deorsum dicetur naturalis igni saltẽ secundũ quid. Nam quãuis repugnet formæ ignis erit tamen naturalis ratione materię. Resp. negãdo sequellã nam motus ille non est ordinatus ad formam substantialem tanquam dispositio illius: calefactio vero est dispositio ad formam ignis. Ex quo fit quod materia inclinatur ad calefactionem, tãquam ad dispositionẽ, & medium quo acquirenda est forma ignis: non autem inclinatur, pro vt est in igne nõ inclinatur ad formam ignis, & sic motus deorsum non est naturalis igni. Ad tertium dicendũ, quod naturalia ab artificialibus, non solũ differunt per formã: sed etiam per materiam: materia enim artificialium est ens in actu: naturalium vero ens in potentia: naturalia vero licet saltem generabilia inter se non differant per materiam non est incoueniens, quia differãt per formã, neq; est de ratione materiæ, quod per causam differãt naturalia inter se: imo aliqua est natura communis omnibus rebus naturalibus, vt materia alia vero quæ differunt vt forma. Adõ confirmationem Resp. quod quamuis artificialia sola forma constituantur: naturalia vero vtroque constant, scilicet materia, & forma, & sic fit vnum perse, quod ex vtraq; resultat.

ARTICVLVS. II.

Vtrum anima sit natura?

Albert. hic tracta. 1. & Simpli. tex. 3. negant animã esse naturam præsertim rationalẽ, & ita quod nõ cadit sub definitione naturæ assignata: probant multipliciter præcipue tamen. Et primo de omni anima sua detur, quia Phis. 2. de anima illã definit per corpus Physicũ, aut naturale, tanquã per subiectum: ergo natura cõstituitur subiectũ capax animæ, & ita anima ipsa non erit natura. Secũdo natura est determinata ad vnum anima: autem est principiũ mouendi ad plures differentias positionũ (vt late dico. 2. de anima, & 2. lib. de cœlo) scilicet sursum, & deorsum, &c. (vt videre est in augmento naturali plantæ, & in motu progressiuo animalis:) ergo anima nõ est natura. Cõfirmatur, quia anima est principiũ motus mediate, ideſt mediis instrumentis, scilicet musculis, & nerbis in animalibus vel aliquo alio: natura aũt est immediatũ principiũ motus: ergo idem, &c. tandem omnia corpora cõueniunt in hoc, quod est habere animã: ergo anima non est natura, tenet consequentia. Quia omnia corpora sunt entia naturalia absolutè.

Tertio peculiariter de anima rationali probatur, idẽ 1. ex Aris. 1. c. qui diuidit naturã in id, quod est in subiecto, & in subiectũ: anima autẽ rationalis non est subiectũ vt constat, quia nõ est materia neq; est in subiecto, quia nec ineſt subiecto nec á materia pendet. Rursus hic tex. 12. ait Aris. formã, quæ est natura separabilẽ esse á materia non secundum rem:

rem: sed secundum rationem: anima autem rationalis separabilis est secūdum rem: ergo non est naturæ. Confirmatur, quia ad Physicum naturalē spectat agere de omnibus formis, quę sunt naturæ (vt probatum est supra prēcedenti lib. q. 3.) sed ipse Arist. 1. de partibus animalium. c. 3. non spectare ad Physicum agere de anima rationali, ergo.

Cum hoc tamen contraria concl. scilicet quod anima omnis sit naturæ probabilior est, & tenenda, quę est S. Tho. hic, & aliorum & Perey. lib. 2. c. 12. imo est Arist. in hoc. c. definiens naturam explicans distinctionem rerum naturalium à nō naturalib⁹ adduxit exemplum in plantis & animalibus quę habent naturā per animam, & hoc ipsum colligitur ex code infra, 3. Phys. qui desit motum per rationem, quę etiam conuenit motibus animaliū, imo etiā diuisio motus, qui est actus entis in potentia secūdum quod tale quā traddit. 5. Phys. c. 2. cōprehēdit etiā motus animalium augmentationem scilicet, &c. sed motus originatur à natura in animalibus, quę est forma viuens & anima tanquā á causa, & principio: ergo anima est naturæ quę est principium & causa motus.

Probatur secundo quodlibet animal secundū propria rationē, & homo ipse secundū vltima differentiā pertinet ad cōsiderationē physica, & ita philosoph⁹ tractat de illis in libris de animalibus: ergo secundū propriā rationē est ens naturale & cōsequenter pro vt sic constituitur per naturā proprié constituuntur autē per animā: ergo anima secūdū propriā rationē est natura similiter anima rationalis est principiū, & causa motus eius in quo est: ergo est natura, quia hæc est definitio naturæ sed occurrit Simplicius dicens ꝙ definitio naturę tantum conuenit principio passiuo, & non actiuo motus probat, quia mutatio dicitur naturalis nō propter principium actiuum ꝙ quādoq; est extrinsecum: sed propter principium passiuū, quod est semper intrinsecum: ergo mutatio dicitur naturalis propter principium passiuum tātum, & ita anima quę est principium actiuum nō erit naturæ. Cōfirmatur quia mutatio naturalis dicitur quādo res, ita mouetur sicut apta est natura sua moueri vnumquodq; autē aptū est sic, vel aliter moueri propter principiū passiuum moueri. n. est quoddā pati. ergo natura solum est principium passiuum, & ita anima non erit natura. Hęc tñ non obstant ad primum. n. dico, quod quamuis principiū actiuū quandoq; sit extrinsecum tñ aliquando, etiam est intrinsecū & nō dicitur mutatio naturalis solum quādo est extrinsecum, quia tunc solū erit naturalis ratione principij passiui quādo vero vt in viuentibus principium actiuum est intrinsecum tunc ratione vtriusq; principij actiui scilicet & passibi mutatio dicit naturalis. Ad cōfirmationē neganda est minor aliquando. n. res apta est moueri natura sua nō solū propter principiū passiuū: sed etiā ꝓpter actiuum, vt videre est in augmentatione, & alijs motibus animalis.

Ad argumēta in principio dicēdum, ꝙ animalia omnia, & inanimata etiā quantum ad præsens institutum sic se habent ꝙ animalia in suis motib⁹ claudunt omne id quod est perfectionis in motibus inanimatorū, & aliquid amplius, & ita habēt quod mobeantur á suis principijs intrinsecis, quod habent inanimata, & præpter hoc viuētia habent, ꝙ in se habent principium nō solū passiuū intrinsecum motus: sed etiam actiuum quod est maxima perfectio ex quo fit ꝙ in hoc cōueniunt omniū istorum motus ꝙ scilicet: sunt naturales: vndecum in viuētibus principium motus est nobilius habet etiam nobilius nomen quo significatur, & ita non appellatur natura cōmuniter dicta: sed anima nomen autē naturę tributum est alijs cæteris rebus sicut ca. de differētia in Logica dicebam ꝙ nomen superioris diuisi acōmodatur mēbro diuidēti minus principali aliquado

propter imperfectionem, ex quo infertur quod nomen natura dicitur vsurpatur primo secundũ suam cõmunitatem & sic comprehendit omne principiũ intrinsecum motus siue actiuũ siue passiuũ, quia natura vt supradixit distincta est contra principiũ violentũ motus, ꝙ est extrinsecum, & ita natura importat principiũ intrinsecum, & vt sic cõprehẽdit etiã animas: alio modo sumitur natura pro vt est nomen magis peculiare adaptatũ principijs motus, quę non habent aliquã perfectionem nisi esse principia intrinseca, & hoc modo habet tantũ quod sit principiũ motus inanimatorum, & per hoc patet ad primũ argumẽtũ anima enim definita est ab Arist. per corpus physicũ & naturale sumendo naturale non secundum totã suam latitudinẽ: sed secũdo modo pro vt adaptatur inanimatis tantũ & sic non habet perfectionẽ anima, & est in potentia ad illã. Vnde definitur anima secundũ rationẽ animę per corpus naturale tãquã subiectũ. Ad secundũ Resp. ꝙ illud Axioma sei licet natura est determinata ad vnũ debet intelligi de natura secundo modo sumpta pro vt differt ab anima: ita vt natura, quę solũ est principium passiuum motus determinata est ad vnũ. Secus vero illa quę est principium actiuum illa .n. ad plures differentias motus ordinatur vt patẽt in motu progressiuo. Quod si dicas quod motus progressibus nõ videtur naturalis omnino, quia partim fit sursum: ex hac ergo parte violentum est, quia ipsum animal est graue. Respõdetur tamen ꝙ quãuis ea ex parte qua motus progressiuus sit sursum non sit naturale corpori in quantum graue est, est tamen illi naturalis in quantum viuens est, & ita simpliciter naturalis, quia vt sic est motus animalis. Ad confirmationẽ primam dico, quod quãuis anima sit mediatum principium motus quia mediis instrumentis causat motũ habet, quod sit natura quia est principiũ primum, & radicale indefinitione enim naturę iã dixi, quod vox primo nõ sumitur pro immediate: sed pro radicali forma. n. etiam inanimatorum cũ sit substantia nõ est immediatum principium mouẽdi: sed media grauitate, &c. Ad secundã Resp. ꝙ eodem argumento posset probari hominẽ non esse animal, quia inanimalitate conueniunt bruta non in homine sicut ergo hęc cõsequentia nõ tenet, quia cõmittitur fallacia accidẽtis quia ex vi illius non probatur quod homo nõ sit animal: sed quod non sit tantum animal: sed aliquid aliud, scilicet rationale: ita in proposito ex hoc, ꝙ omnia entia naturalia nõ habeant animã non sequitur quod anima non sit natura: sed colligitur ꝙ non sit solũ natura: sed natura animata, idest principium actiuum motus modo explicato.

Ad tertium, quod intendebat animã rationalem non esse naturam dicẽdum quod anima rationalis quamuis non sit subiectum vel materia est tamen forma existens in subiecto á quo, licet nõ dependeat ipsum tamen essentialiter informat. Ad confirmationem forma, quæ est natura dicitur ab Aristot. separabilis á materia secundum rationẽ nã quamuis anima rationalis separetur secundum rem non tamen habet, quod sit natura vt est separata secundum rem: sed pro vt est coniuncta naturæ, & facit cõpositionem cum illa, & ita secundum hunc statum sola ratione ab illa separatur. Ad secundã confirmationem potius illo argumẽto soli datur natura sententia nã ad Physicum naturalẽ spectat agere de anima rationali nõ secundum ꝙ est separata, sed secundum ꝙ est coniuncta, & ita Arist. 3. de anima disputauit de anima rationali secundum operationes, & intellectus & voluntatis, quod est proprium in nostra anima, quę sicut habet duos status alterum in materia alterum separatum ab illa, ita pertinet ad duas scientias ad metaphisicũ quatenus separatur á materia, & ad physicũ quatenus est illi cõiuncta, & hoc vult Ar. illo loco.

ARTI-

ARTICVLVS. III.

An natura vniuoce dicatur de materia & forma?

SCotus tenet partem affirmatiuam & Iuniores id probabilius iudicãt quod scilicet dicatur potius vniuocé quã analogicè, quia forma habet quod sit natura per suãessentiã ita materia per suam: ergo vnum non habet quod sit natura per ordinem ad aliud: ergo vniuoce conuenit vtriq; ratio naturæ. Secundo quia ratio substantiæ, & ratio principij imo, & ratio causæ vniuoce dicitur de materia & forma; ergo & ratio naturę.

Secunda opinio scilicet, quod dicatur analogice de materia, & forma probabilior apparet, quæ est Albert. hic tract. 1. cap. 3. Auicen. comment. 1. huius libri Valles Controuer. 11. Simplic. tex. 3. Percy. 7. Phy. c. 7. & Vid. expressa sentẽtia Arist. 1. hic tex. 12. dicit formã esse magis naturam quam materiam, & primo de partibus animalium c. 1. forma inquit natura potius dicitur propter amãquam é cõtra, & 5. Metaph. tex. 5. ait formam proprie appellari naturam; at vero materia nõ dicitur natura, nisi quatenus est susceptiua formę, & ratione patet materia non habet, quod sit principiũ motus, nisi ratione formæ: ergo est natura propter formã antecedẽs patet nã aut loquimur de motib⁹ proprie dictis, ad illos clarum est, quod materia nõ habet inclinationẽ, nisi ratione formæ. V. C. ad motũ sursum, & deorsum ratione formæ, quã actu habet ad motũ vero alterationis ratione formę quã appetit ad quã talis alteratio ordinatur, si vero sit sermo de motu large sumpto hoc est de mutatione eadem ratione constat, quod materia non est principiũ talis motus, nisi ratione formæ tanquã finis absolutẽ: ergo materia nõ dicitur natura, nisi propter formã & consequenter analogicé. Probatur secundo, quia actus & potentię cũ sint primo diuersa nihil datur cõmune vniuocè, sed materia, & forma sunt actus & potẽtia: ergo illis nihil datur cõmune vniuocè: sed tãtũ analogicé.

Dico secundo natura vniuocé dicitur de omnibus formis, quod dixerim contra quosdã Neotericos, qui superflue, & plus licito de hoc loquuntur demonstratur, quia forma & actus vniuocé conuenit omnibus formis substantialibus de ijs enim in præsentiarũ est sermo: ergo & natura vniuocé dicitur de omnib⁹ formis patet consequentia, quia ratio naturę, & formæ naturalis realiter idẽ sunt, ita vt qualiter aliquid habet, quod sit forma & actus, ita habet quod sit principiũ intrinsecum motus non ratione alterius: sed ratione sui: ergo eodẽ modo habet quod sit natura.

Ad primum dico quod quamuis materia habeat suã distinctam essentiam á forma cũ hoc tñ; quod essentia hæc materię determinetur ad aliquã speciẽ habet per formã, & ita per illam etiam habet, quod sit principiũ peculiaris motus & quietis: forma vero licet habeat inclinationẽ ad materiam non tñ per illã habet speciem nec per ipsam determinatũ. Ad secundũ dicendũ quod substantia non dicetur vniuocè de materia, & forma tam quãuis substãtia cõpleta dicatur vniuocè de suis inferioribus, quæ sunt entia cõpleta non tamen opus est, quod dicatur vniuocè de partibus, quia respectu illarũ non est genus, vel dices, quod quamuis substantia dicatur vniuocè de materia, & forma principium vero, & causa potest dici analogicé.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum motus cœli sit illi naturalis?

QVæstio hęc lumen habet propriũ libris de cœlo vbi Deo dante latius examinabitur interim tamen, quia est in vsu illam hic agitare non nulla dicenda sunt. Ad eius explicationem prima ergo sentẽtia est Auicen. 9. Metaph. c. 2. quem sequitur Scot. in 2. d. 2. q. 6. qui asserit motum cœli non esse naturalẽ nec violentum: sed præter naturalem & ita cõsequenter tenentur dicere eius formã non esse naturã eandẽ sententiã sequitur Albertus hic suadent primo, quia omnis motus naturalis ordinatur ad comparandam aliquam perfectionẽ naturalem motus autem cœli non potest comparare aliquam perfectionẽ debitam cœlo, ergo non est naturalis. Secũdo motus naturalis ordinatur ad quietem (vt supra præcedenti parte quæstionis explicatũ est) motus autẽ cœli nõ ordinatur ad quietẽ: ergo non est naturalis. Cõfirmatur ex Alberto motus naturalis nõ est infinitus: sed motus cœli est infinitus natura sua: ergo nõ est naturalis. Tertio motus naturalis debet effici à causa naturali: motus autem cœli causatur ab intelligẽtia, quæ non est causa naturalis: sed agit per intellectũ & voluntatẽ: ergo motus cœli nõ est naturalis. Cõfirmatur, nã si cœlo est naturalis motus ad occidens etiam erit naturalis motus ab Occidenti in Oriens, & ita habebit duos motus naturales.

Opposita omnino sentẽtia scilicet, ꝙ motus cœli sit naturalis est S. Tho. 1. p. q. 7. art. 3. ad. 4. Simplicij & Toleti. q. 3. Sot. q. 1. Sol. ad secundũ Perey. lib. 7. c. 7 & 8. & 9. Scoti in 2. d. 2. q. 6. quæ sententia, vt explicetur aduertẽdum, quod hic supponimus ex cõmuni Philosophorũ, & astrologorum consensu cœlum moueri, quod tamen negarunt Theodoretus super Epistolã ad Heb. c. 8. Theophilatus ibidẽ Procopius Gaza Genes. 1. Lactantius, Firmianus 3. lib. diuinarũ institutionum. c. 14. & alij quos refert Sixtus Senen lib. 5. Bibliotecæ sanctæ annotatione. 3. & lib. 6. annotatione. 334. & quidam scripsit librũ ad probandũ cœlum quiescere, & terrã esse, quæ perpetuo giratur: sed Philaster Episcopus Brixiensis hanc opinionẽ numerat inter hæreses, & S. Aug. 1. & 2. lib. super Genes. ad literã dicit hanc opinionẽ esse cõtra veritatẽ Philosophiã, quia ciuitates nõ apparent semper in eadẽ distantia ad pollos mundi: sed Resille Calcus id prouenire ratione motus terræ. Contra ergo modo videremus vnũ pollum modo alium, & astra, quæ sunt prope illos. Consequens tñ est falsum: ergo (sed de hoc. 1. lib. de cœlo) alij, vt Chrisostomus dixerunt cœlũ non moueri: sed tantũ astra, quæ opinio suo loco impugnabitur.

Prima concl. motus cœli non est naturalis á principio actiuo intrinseco probatur ratione S. Tho. principiũ actiuum motus est anima, forma cœli nõ est anima; ergo nõ est principiũ actiuũ intrinsecũ motus, & per cõsequẽs eius motus non est naturalis á principio actiuo intrinseco, maior ex præcedentib⁹ cõstat, quia moueri á se est principiũ viuentiũ vnde dicebã solũ in viuentib⁹ naturale, esse principiũ actiuũ motus in nõ viuentibus vero passiuũ: minor vero scilicet, ꝙ forma cœli non sit anima probatur, quia nõ est vegetatiua, quia corpus cui cõiungitur talis anima nõ est corruptibile, & augmẽtabile: cœlũ vero, nec augetur nec nutritur, nec corrũpitur, ergo forma cœli nõ est vegetatiua: similiter nõ est anima sensitiua, quia corpus cui cõiungitur talis anima habet operationes sensuum: in cœlo vero nõ est tactus, nec auditus, nec visus, nec aliquis sensus: ergo forma eius nõ est sensitiua anima, ꝙ etiã nõ sit intellectiua, patet, quia cũ omnis anima vniat corpori propter ea ꝙ indiget illo tanquã organo, & instrumẽto ad suas operationes anima intellectiua vnita corpori, quia indiget illo vt obiecto, ideſt phantasmate, ꝙ prius sensu percipiatur. In corpore aũt cœlesti nõ potest esse sensus (vt probatũ est,) ergo nec anima intellectiua, ac per consequens

sequens nulla anima est in cœlo forma eius, & cõsequenter caret principio actuo motus. Si dicas ꝙ anima pót vniri cœlo propter motũ locale: cõtra est, quia ad tale motũ nõ est necesse mouens informare mobile: sed sufficit cõtiguitas mouẽtis ad mobile. Vnde inter vtrumq; debet esse cõtactus vel ad inuicẽ, vt quãdo vtrumq; est cop⁹, vel vni⁹ ad alterũ, vt quãdo mobile est spirituale: nõ ergo anima, quę spiritualis est vnitur corpori propter motũ locale. Sed dices ꝙ Aris. 1 cœli. c. 12. docet cœlũ viuere, & se mobere: ergo habet formam, quę sit principiũ actiuũ motus. Resp, ꝙ cœlũ potest cõsiderari, vel vt est ens per se, & sic nec habet animã nec principiũ actiuũ motus. Secũdo potest sumi pro agregato ex ipsa substãtia cœlesti, & intelligẽtia, & sic quia includit intelligẽtiã, quæ habet vitam, & dicitur viuere, quo autem pacto ex intelligentia, & cœlo fiat vnum, secundo lib. de cœlo dicemus.

Secunda concl. motus cœli est naturalis illi ratione principij passiui, volo dicere non solũ, ꝙ motus cœli sit naturalis ratione principij passiui intrinseci, quasi solũ sit naturalis ratione materię: sed etiã dico esse naturalem ratione formę; ita tñ, ꝙ ista forma nõ est principiũ actiuũ: sed tm passiuũ respectu talis motus. Hęc cõcl. est S. Th. & reliquorũ (quos supra citaui) probatur. Primo, quia motꝰ iste, aut est in cœlo naturalis, aut violẽtus. Si primũ habeo intentũ ꝙ aũt nõ sit secundũ patet. Quia talis est motus est perpetuus nullũ aũt violentũ potest esse perpetuũ. Prętera quando aliquis motus est violẽtus alicui corpori; cõtrarius motus est illi naturalis; quia. n. motus terrę sursum est violẽtus terrę, motus deorsum est illi naturalis: si ergo iste motus est violẽtus cœlo alius est illi naturalis, & cõsequenter iã est cœlo aliquis motus naturalis, neq; est alius nisi circularis: ergo. Sed dices ꝙ iste motus neq; est naturalis, nec violẽtus: sed solũ pręter naturalis, sicut conuenit igni circulariter moueri motu prętər naturali ad raptũ primi mobilis, & sicut motus aquæ dum ascendit sursum per fistulam motu prętərnaturali ratione boni vniuersi ne detur vacuũ: sed cõtra quando aliquis motus est prętərnaturã, alius est naturalis secundum propriã rationẽ (vt patet in igne) cui licet cõpetat prętər naturam motus circularis habet aliũ motum sursum omnino naturalem: ergo etiam cœlum habebit alium motũ naturalem secundũ propriam perfectionẽ confirmatur. Nã motus, qui est prętər naturã respectu vnius alteri est naturalis manifestũ est autẽ, quod motus circularis non est naturalis alicui prętər cœlũ: ergo non cõuenit illi prętər naturã: sed omnino naturaliter: nõ enim potest esse aliquis motus in rerũ natura, qui non sit naturalis alicui corpori secũdũ propriã rationẽ. Cõfirmatur secũdo, quia natura sua, quęlibet res inclinat in proprias operationes: ex Arist. n. 1. cœli c. 3. vnũquodq; est ꝓpter suã operationẽ ergo cœlũ natura sua habet inclinationẽ in suũ motuũ, ac per cõsequẽs propri⁹ mot⁹ est illi naturalis. Probat. 2. cõcl. cœlũ est ens naturale, quia cõstat materia, & forma: ergo habet naturã, quę sit principiũ alicuius motus, & quietis: in cœlo autem nõ est aliquis motus, nisi circularis, & á natura habet figurã circularẽ, & perpetuitatẽ, quæ ordinatur in motũ circularem: ergo habet motũ â natura, aliás Physicus naturalis non ageret de cœlo. Confirmatur ex Arist. 1. cœli. c. 2. vbi in toto illo capi. nihil aliud intendit quam probare motum cœli esse naturalem, &. 7. Metaph. c. 2. enumerans corpora naturalia inter ea numerat cœlum & .12. Metaph. c. 2. inter substantias naturales, similiter ponet cœlum.

Ad argumẽta in principio. Resp. ad primum verum esse, quod motus naturalis est ad cõparandam perfectionẽ aliquã, ei quod mouetur, vel alijs, & ita motus cœli est ad perfectionẽ horum inferiorum scilicet ad perpetuitatẽ generatio

num, quam sine illo non haberent: non autem est necesse, quod sibi comparet perfectionem, illa enim, quæ in corruptibilia sunt respectu corruptibilium habent se, sicut agens aut rum, & liberale: aut rum enim non agit nisi ex putata retributione ab effectu, & ideo semper agit propter suam vtilitatem: agens vero liberale agit propter commodum aliorum, & ita corruptibile semper mouetur propter, acquirendam propriam perfectionẽ; incorruptibile vero propter perfectionẽ aliorum: vel secũdo dico quamuis probabiliorẽ iudicauerim aliquando cõtrariam sententiam, quod cœlum adhuc cũ nũc de facto mouetur, mouetur quidem propter suã perfectionem, quę consistit in hoc, quod est alia omnia á se perficere ordinando illa in suos fines naturales, sicut supremum agens, & æquinocum.

Ad secundum varij sunt modi dicendi, quos afferunt iuniores eorum, quivolunt cœlum quiescere: sed optime refutantur ex Arist. qui 8. Physi. probat aliquem motum naturalẽ esse perpetuum circularem, scilicet & ex hoc probat infinitatẽ motoris. Dicendum ergo quod solum in motibus rectis de ratione motus naturalis est, quod tendat in quietẽ non in circularib⁹. Quod si dicas, quòd post diem iudicij cessauit motus circularis cœli. Resp. ita esse: sed per miraculũ, quiẽ, non quia cœlum natura sua ordinetur ad quietẽ. Vel secundo dices, quod etiã motus circularis cœli habet, quod sit naturalis, quia est propter quietẽ nõ quidem negatiuam, vel priuatiuam, quę est non moueri (de qua libro sequẽti dicam) sed propter quietem, idest propter acquirendã propriam perfectionem supra explicatam. Vel randẽ tertio dices, quod iste motus est propter quietem nõ tanquam propter finẽ: sed propter quietem tanquam propter principium illius quamuis enim ex Arist. non est timendũ, quod cœlum quiescat: tamen habet principium, & radix quietis, ita vt possit á motu cessare si tolleretur intelligẽtia motus illius, sicuti quãuis ab humanitate põt auferri naturaliter propria suppositalitas, neq; ab anima intellectiua, & voluntas, & tũ secundum omnes si Verbum diuinum relinqueret humanitatem, dimanaret ab ea suppositalitas, & ab anima intellectus, & voluntas.

Ad tertium dico, quod motus potest esse infinitus duplicitèr. Vno modo ex parte spatij, & qui hoc modo est infinitus nõ est naturalis, quia non habet terminũ. Alio modo ex parte durationis, & sic potest aliquis motus esse naturalis, & infinitus corporib⁹ incorruptibilib⁹. Ad primi cõfirmationẽ. Resp. quod si motus cœli consideretur ratione principij actiui, non est omnino naturalis, quia efficitur, & dependet á causa, & principio libero: sufficit tamen, q̃ sit naturalis ex parte principij passiui ratione cuius ipsum est inclinatum ad motum circularem quo circa aduerte, quod quãuis intelligentia, quæ mouet cœlũ nõ sit causa naturalis: habet se tamen ad motũ talis causæ per hoc, quod ita indefectibiliter mouet, ac si esset causa naturalis per hoc, quod ab authore naturę ordinata est, vt perpetuo assistat suo mobili, illudq; in cessanter circũ circa trahat: sed dices vnicuique potentiæ passiuæ naturali correspondet sua actiua naturalis: sed potentia passiua, quã habet cœlũ in ordine ad primum motũ est naturalis: ergo & actiua, quam habet intelligentia vel si hęc non est naturalis passiua, quã habet cœlũ non est nisi obedientialis. Resp. illa maior est vera, si per agens naturale intelligatur nõ solum id, quod agit per naturam absque intellectu, & voluntate: sed quod agit in defectibiliter, & ad talem effectũ ex natura rei ordinatur, & quia hoc modo se habet Angelus respectu motus cœli, quẽ licet causet per intellectũ, & voluntatem: tũ quia indefectibiliter & ex natura rei ad illũ ordinat ideo hoc sufficit vt potentia passiua cœli dicatur naturalis. Ad secũ

dam

dā cōfirmationē dico, quod motus cœli ab Oriente in occidens, & ab Occidenti in oriens non sunt duo motus contrarij, sed vnus continuus circularis.

ARTICVLVS. V.

Vtrum natura differat ab Arte, & Physica: à mathematicis.

QVæstio ista duplicem sensum potest habere; Primus, si differant realiter res artificiales à suis subiectis, quæ sunt entia naturalia; alio modo. Vtrum differant formaliter, & in vtroque sensu philosophi illam disputant. Iabell. quæs. 7. Sot. quæst. 2. Toletº q. 4. Vall. quæs. 12. Sed tamen de hoc secundo sensu quæstionis (articulo sequenti dicetur.)

Quod ergo dubitamus solum est de naturali. An ab artificiali distinguatur, & quod non videtur. Primo, quia forma artificialis est causa, & principium motus, sicut forma naturalis (vt patet in figura nauis, & in Globo) est enim causa motus illius nauis autē artificiale quid est: ergo. Secundo ars saltandi principium est motus saltationis, & ars citharizandi motus modulationis: consonantia enim & modulatio motu artificioso fiunt. Confirmatur, nam ars dicitur imitari naturam: non est autem in quo possit illam imitari, nisi in hoc, quod sit principium motus, imo vere communiter dicitur, quod ars perficit naturam: perfectio autem non fit nisi à proportionato, & aliquo modo simili: ergo.

Aduertendum, quòd naturale distinguitur à fortuito, á violento, & libero, & artificiali: diuersimodē tamen: in primis enim naturale differt á libero, quia illud est necessarium: hoc vero indifferens, & ita tam naturale quam liberum conueniunt in hoc, quod vtrumq; est á principio intrinseco. Naturale vero dicit principium necessarium. Liberum vero indifferens. Vnde vtrumque istorum violento opponitur, quia violētum omnino est ab extrinseco: (vt videre est in proiectione lapidis sursum) opponitur: ergo violentum libero, & naturali vt opponitur libero, idem est, quod contra propriam electionem, vt cum vapulatur puer á magistro, vt vero naturali opponitur violentum, idem est, quod contra naturam, hoc est contra naturalem inclinationem. Ex quo colligitur duplex violentum alterum contra propriam electionem: alterum contra propriam inclinationem. Similiter naturali, & libero opponitur per distinctionem supernaturale, id est, ab vtroque distinguitur, quia supernaturale illud dicitur quod est vltra proprias vires, & propriā inclinationem, tam naturalem, quam liberam, vt restitutio sanitatis. V. C. tibię, absciſſæ, vel cæcitatis, quæ fiebat á Christo Domino, & Sanctis. Item actus diligendi Deum super omina, vt est finis beatitudinis, etiam supernaturalis dicetur; quia electio hominis secūdum proprias vires non poterat illud obiectum pertingere. Præterea differt naturale á fortuito (vt quæstione quarta dicetur) quia naturale semper eodem modo euenit: fortuitum vero est raruū.

Vt autem intelligas qualiter etiam naturale ab artificiali distinguatur. Secundo aduertendum, quod ars dupliciter sumitur vno modo, vt significat habitum practicum intellectualem existentem in mente artificis, alio modo pro qualitate, & figura producta ad extra in aliqua materia, quæ est effectus illius habitus (vt quæs. 3. art. 3. dicitur.) Rursus ars quæ est habitus artificialis practicus. Duplex est, quædam versatur circa actiones, vt ars saltandi, atque canendi, &c. aliæ circa opus factum per actionē artificis versatur circa pingendi, & no-

mur-

mificandi, de quibus satis diximus præfatione ad vniuersam logicam.

His positis dico primo, ars his omnibus modis explicatis sumpta distinguitur á natura, & ita naturalia ab artificialibus. Probatur de arte pro vt habitus quidam est, quia natura est principium motus: ars vero vt habitus est, est principium modificandi, vt scilicet recté fiat: ergo distinguntur inter se: habitus enim (vt libris de anima patebit) non concurrunt ad substantiam actus, & motus: sed tantum ad modum etiam si sint supernaturales (excipio habitus qui est lumen gloriæ, sicut illum excepi in Logica capite. 26. quæstione. 1.) Confirmatur ista ars est quid spiritale, sicut eius subiectum, quia residet in intellectu natura vero est quid materiale, scilicet materia, vel forma (vt dictum est) ergo distinguntur. Probatur secundo de arte illa, quæ versatur circa opus factum, quia ars ista non est principium operandi aliquid in eo in quo est: sed in aliqua alia extrinseca materia: sic enim Arist. 6. Ethicorum docuit artem esse factibilia, non circa agibilia: natura verò semper est principium operandi aliquem motum, eius in quo in est (vt vidimus) ergo distinguntur ars ista, & natura. Probatur tertio loquendo de arte, pro vt est effectus artificialis, quia de his effectibus, qui consistunt in sola actione notissimum est, quod differant á natura, & á naturalibus; quoniam natura est principium motus, & non est motus: naturalia vero constant in se tali principio: illæ vero operationes artificiosæ, vt saltatio, &c. neque sunt principia motus, neque habent in se talia principia, quia sunt modificationes motus, quod scilicet sic lædetur pes politus cardine (vt ex Sancto Augustino dicebam, quæstione. 2. Prohæmiali in Logica art. 1.) ergo differt natura ab arte hac ratione.

Solum ergo restat, vt distinguatur natura ab arte, pro vt ars dicit formas artificiosas, quæ sunt aliquod opus operatum, & inter naturalia, quia inter hæc videtur esse maior conuenientia: aliquando enim per artem fiunt aliquæ formæ similes in figura naturalibus. Et de his etiam probatur primo, q differant á naturalibus, quia ex Sancto Thoma, secundo contra Gent. capi. 76. naturalia habent producere alia sibi similia, vt homo hominem, vel ignis ignem: artificilia vero non ita, non enim cathedram, vel lectum producit lectum. Vnde in hoc recte antiqui dicebant, quod si cathedra ponatur sub terra ibique putrefiat, non producet aliam cathedram: sed lignum quia forma in naturalibus eodem modo se habet in effectu producto, sicut in causa producente: forma enim equi eiusdem rationis est in equo producto, sicut in producente. Vnde sicut producens potuit productum generare, ita quod productum est aliud potest etiam producere: at vero forma artificialis, non ita se habet, quia cathedra aliud esse habebat in Idea, & mente artificis, & aliud esse dum est producta: in mente enim artificis esse spiritale: in ligno vero esse materiale, & ita quamuis in mẽte artificis potuit habere vim producendi; non tamen, vt est in ligno iã producta, & hæc sit prima differentia inter naturam, & artem sumptam pro forma artificiosa.

Dico secundo natura differt ab arte sumpta pro forma artificiosa secundo, quia naturale est aliquid vnum per se, quia eius materia, & eius forma sunt substantiæ, quarum: altera se habet, vt potentia: altera vt actus incompletus: forma vero artificialis cum suo subiecto est vnum per accidens, quia subiectum est ens completum, & substantia similiter, & forma artificiosa est ens completum, & accidens. Vnde falso iuniores hic quæstione sexta dicunt, quod differunt accidentia naturalia ab artificialibus, quia

quia illa dicunt subiectum, tanquam materiam, non tamquam partem sui: at vero artificialia dicunt subiectum, tanquam partem, vt statua dicit formam, & materiam, tanquam partem, hoc inquam falsum est. Nam si intelligant, quod subiectum est pars statuæ faciens vnum per accidens cum forma statuæ, hoc etiam habet subiectum cum accidenti naturali. Si vero intelligant subiectum esse aliquam partem componentem vnum per se cum forma statuæ, hoc est absurdum. Quoniam ex subiecto, & accidenti adhuc pueri sciunt, quod non fit vnum per se. Dicendum ergo, quod statua, & similia artificiosa dicunt formam connotando subiectum, sicut facit album.

Dico tertio natura differt ab arte sumpta pro forma artificiosa, tandem differt, quia natura est principium motus, quoad substantiam: forma vero quæ est ab arte est principium motus, quantum ad modum, patet. Figura nauis non est principium motus ipsius nauis: sed est principium celeritatis, scilicet, vt celerius moueatur, idem etiam patet in alijs figuris. Figura enim circularis solum etiam causat expeditiorem motum, & figura acuta celeriorem versus sursum, & per hoc patet ad primum, & secundum argumentum.

Ad tertium dico, quod ars imitatur naturam in tribus, scilicet, in effectibus. Secundo, quia agens artificiale imitatur agens, quod est á natura. Tertio, quia forma artis est similis formæ naturali: cum vero dico, quod imitatur ars naturam in effectibus, intellige in illis artibus, quæ versantur circa operatum non circa actiones: inter alia enim hoc habet natura, quod quamuis naturalibus rebus dederit plura communia accidentia: vnicuique tamen donauit propriam figuram diuersam specie ab alijs, quæ in subiectis alterius speciei reperitur. Ex quo fit, quod ex figura magis, quam ex quolibet alio accidenti sensibili ignoscitur magis vniuscuiusque animalis, & rei naturalis species. Quare multi antiquorum figuras dixerunt formas substantiales, & rerum essentias. Vnde inter artes, quædam imitantur naturam, quantum ad eius effectus, & operationes, vt ars sculptoria, ars pingendi, &c. aliæ huius modi, quæ producunt effectus similes illis, quos natura producit: aliæ vero artes naturam imitantur ineffectibus producendis, quia tales producunt effectus quales producet natura, si illos produxisset, vt domificatoria, quod constat ex fine ad quem ordinatur domus. Secundo agens artificiosum naturali imitatur.

Primo, quia producit effectum similem formæ, quam habet. Secundo, quia tollit impedimenta, & contraria, vt introducat suam formam, verbi causa, quando dolantur ligna, vt fit statua, quod facit agens naturale, ex quo etiam formæ artificialis, & naturalis habent assimilari, quia vtraque supponit subiectum dispositum. Verum tamen est, quod arte etiam natura perficitur, quia licet opera, quæ fuerunt á Deo immediatè creata, non possint ab homine emendari, cum sint valde bona, quæ tamen per duas causas propagata sunt ex actione, & reactione subierunt aliquos deffectus, quos ars hoc pacto emendat respicit, verbi causa arborem pulchram natura sua in rectitudine fructibus. &c. Aliam vero deformem tunc arte imitando pulchrum naturæ, quod erat per se á natura corrigit deforme, quod contigerat per accidens, & non ex prima naturæ intentione, cum hæc non appetat malum propter se: sed propter bonum (vt quæstione quinta dicam) hic autè modus non sufficit, vt dicatur arté perfe-

perfectiorem esse natura, quāuis illam perficiat, quia perficit imitando.

Restat tandem examinandum qualiter inter naturam, & artem fiat explicata distinctio. An in quā realiter, vel formaliter tantum de quo.

Dico quarto, & vltimo loquendo de arte, pro vt est habitus intellectus sine dubio distinguitur realiter ab intellectu in quo est, vt in subiecto: loquendo vero de artificiali forma productain materia dico, quod comparando formam artificialem in ordine ad subiectum, q̄d est ad substantiam distinguitur realiter ab illa, idest á natura: in ordine autē ad quantitatem, id est subiectum quo forma artificialis non distinguitur ab illa realiter: sed ratione primum patet satis ex dictis in ante prædicamentis in Logica quæstione vltima, vbi probatum est omne accidens, quod cum quantitate identificatur realiter distingui, sicut ipsa quantitas á substantia, quod dixerim propter relationes, quæ capite de ad aliquid dixi, identificari cum substātia. Secundum vero etiam patet. Nam si summamus aliquam quantitatem in auro, vel in Virga, & incurbetur, fiatq̄ aliquis artificiosus circulus, vel figura, non ponitur in virga, vel auro noua qualitas (vt probaui capite de actione) hæc autem figura est idem cum quantitate: ergo. Ex quo infertur, quod forma artificialis, quæ in sua ratione includit quantitatem discretam, tamquā subiectum, vt domus nō differt realiter á substantia, quia quantitas discreta est idem realiter cum subiecto (vt dixi capite de quantitate.) Infertur secundó, quod natura est perfectior arte, & naturalia artificialibus, nec mirum cum illa dimanauerit naturaliter ab intellectu diuino, hæc ab humano & ideo illa in dies sunt minus perfectæ, hæc perfectiora: Deus enim non indiguit tempore, vt efficeret cuncta valde bona, quæ temporis de cursu inpropagatione, quæ non est á solo Deo inuicem se lædunt: at homo discursu quodam paulatim perficit sua opera, corrigitq̄; defectus, & itaposteriora hominis cogitationes certiores sunt: cum hoc tamen solent plures haberi res propter artem, quam propter naram: sed non quia perfectior sit ars: sed quia vtilior, vel iucundior aut rarior, non brutorum opera perfectiora sunt aliqua, vt nidus hirundinis, quam opera hominum cum sint ab arte, quia bruta specialius diriguntur ab authore naturæ, eò quo d ipsa nō possunt se dirigere.

ARTICVLVS. VI.

Et vltimus, Vtrum Physica differat à mathematicis.

CIrca caput secundum huiussecundi libri in quo Aristo. loquens de discrimine, quod inter Philosophiam, & mathematicam versatur, in eo scilicet, quod obiectum mathematicæ abstrahit á materia sensibile: obiectum vero philosophiç minimè: difficultas ista versatur, atque etiam, quia est quasi apendix superioris articuli pro titulo aduerte, quod mathematicæ: aliæ sunt, quæ quantitatem in vniuersali considerant, vt quæ agunt de numero, & linea, quæ dicūtur p se mathematicæ: aliæ vero sunt, quæ de huiusmodi accidētib⁹ in particulari tractant, vt de numero sonoro, & figura cœli. &c. Et hęc dicūtur mediæ mathematicæ, de quibus non procedit quæstio. Sed de primis similiter considerandum, quod ea, quæ tractant mathemathicæ non sunt naturalia entia: sed illius affectiones, scilicet linea, superficies, corpus, quantitatiuum, quæ non habent compositionem ex materia & forma: vt contra Pithagoram docuit Arist. 8. Metaphy. capit. 5. quę entia mathematica non sunt realiter distincta à quantitate sensibili: sed idem prorsus

cum

eum illa, vt linea mathematica, cum linea sensibili superficies, mathematica cum superficie sensibili, vt docuit Philosophus hic tex. 19. & Metaphy. cap. 2. contra Platonem abstrahere suum obiectum, siue quantitatem á motu sine mendacio, quia abstrahentium non est mendacium (modo explicato quæstio. 2. Vniuersali in Logica) & Sanct. Tho. hic lectione. 3. Docet intelligendum non de reali separatione: sed de illa, quæ est per intellectum, nec de abstractione negatiua, quæ fit compositione, & diuisione: sic enim falsum esset dicere entia mathematica separata esse á motu: sed de abstractione præcisiua, quæ est simplicis intellectus consideratione vnius, altero non considerato, quia abstractio tunc fieri potest ab eo, in quo erat coniunctum, quæ tunc fieri potest quando id á quo aliquid abstrahitur non est de conceptu, & definitione abstracti, sic abstrahi possunt priora á posterioribus accidentibus, quæ media quantitate insunt substantiæ corpore, & ideò quantitas á cæteris accidentibus sensibilibus potest abstrahi, sine mendacio, quia est prior illis, nec de conceptu illorũ, quam abstractionem Philosophus vocat á motu: alij á forma, alij á materia, sensibili, id est, á substantia corporea: iam ergo dubium solum versatur in explicando. An abstractio illa sit formæ á subiecto, id est vtrum quantitas mathematica etiam abstrahat á substantia corporea, vt á suo subiecto, ita vt consideretur sine ordine ad illud, ex quo facilis erit solutio illius, quod petit quæstio, scilicet qualiter philosophia á mathematica distinguatur.

De primo S. Thom. 1. Physic. text. 71. Philopon. tex. 18. dicunt quantitatem mathematicam, etiam á substantia abstrahi primo ex Ari. 12. Metaph. tex. 44. vbi Geometriam, & Arismeticam, inquit nullam substantiam in considerare: ratione etiam suadetur eodem modo abstrahunt res, quo definiuntur ex Arist. 6. Metaph. tex. 2. quantitas autem mathematica definitur, sine substantia: linea enim est longitudo, sine latitudine, superficies latitudo sine profunditate, in quibus definitionibus nullius substantiæ fit mentio; ergo abstrahit á substantia. Secundo nullas proprietates demõstrat mathematica in ordine ad substantiam V. c. demonstrat quantitatem æqualem proportionem, & non proportionem, & esse infinitam diuisione, q̃ substantiæ repugnat, & solum quantiti conuenit, quod ex se minimum non habet: ergo abstrahit substãtiam á quãtitate.

Dico primo quantitas mathematica non solum, non est abstracta á substantia: sed neque ab illa abstrahi potest. Ita S. Thom. 1. par. q. 85. art. 1. ad secundum, & Opuscul. 7. Albert. 5. Metaph. trata. 3. Ferra. hic, & ratione patet. Primo tamẽ supponendum est mathematicam non versari circa materiam; & esse scientiã perfectam, tunc sic colligo ex posterioribus cap. 10. omnis scientia perfecta potissima demonstrationem tradit per definitionem sui obiecti: mathematicæ autem scientiæ perfectæ conficiunt demonstrationes potissimas per definitionem: quantitatas autem non potest definiri, nisi per substantiam: ergo non potest considerari mathematicæ obiectum sine ordine ad substãtiam & consequenter neque ab illa abstrahi confirmatur eodem modo abstrahunt res quo definiuntur quantitas non potest definiri, nisi per substantiam: ergo abstrahi non potest á substantia ex Aristot. enim. 6. Metaph. 5. accidentia non possunt definiri, nisi per additum, id est, sine addito, quod est subiectum: cum ergo quantitas sit accidens substantiæ, nõ potest definiri nisi per illam. Sed dices quantitas mathematica non abstrahit á substantia corporea: ergo nec à materia sensibili seu á motu: consequens est falsum, & sequella patet. Nam substantia corporea est ens reale: ergo constat materia:

materia: ergo eſt materia ſenſibilis. Reſpondeo ex Sanc. Thom. Opuſculo. 70. quod ſubſtantia corporea interdum appellatur materia ſenſibilis: interdum vero materia intelligibilis. Nam quatenus ſubſtat qualitatibus, quæ immutant ſenſum, & illo percipiuntur materia ſenſibilis dicitur, quatenus tamen ijs qualitatibus remotis conſideratur materia, intelligibilis dicitur, quia tunc ſentiri non poteſt: ſed ſolum intelligi, & eadem eſt ratio de quantitate ipſa, ſine dictis qualitatibus: iam ergo cum ſubſtantia corporea tum ſolum eſt ens naturale, quando partes eius eſſentiales includunt rationem naturæ, & tunc ſine illa relatione conſideratur, & materia intelligibilis ſubſtantiâ dicitur. Vnde relinquitur, quod obiectum matematicæ abſtrahant á materia ſenſibili, & dicat ordinem ad materiam, id eſt, ad ſubſtantiam.

Dico ſecundo, Philoſophia diſtinguitur à mathematica hæc eſt quaſi illatio ex præcedenti patet obiectũ vtriuſque valde diſtinguitur, & modus tendendi, eſt diſtinctiſsimus: ergo inter ſe ſunt diſtinctæ, antecedens patet, obiectum phyſicæ eſt ens naturale, (vt in præfatione philoſophiæ dicebam) provt dicit principium, & radicem motus, & intrinſecum ordinem ad illum: mathematica vero conſiderat abiectum, vt abſtractum á motu. Et rurſus philoſophia conſiderat materiam ſenſibilem, id eſt, ſubſtantiam, pro vt qualitatibus ſenſibilibus affectam: mathematica vero ex dictis abſtrahit á dicta materia ſenſibile, modo explicato: ergo. Dices, quod tractant de eiſdem rebus ſenſibilibus vtraque ſcientia, ſcilicet de quantitate, quæ eſt ſenſibilis. Quod ſi dicas, quòd mathematica agit de illa, pro vt abſtrahit á materia ſenſibili. Contra quia multo melius philoſophia poteſt abſtrahere á ſenſibilibus, quia eius ſubiectum eſt ſubſtantia, quæ eſt prior omnia ccidenti ſenſibili, & conſequenter poteſt conſiderari; ſine illis. Obijcies ſecundo, Aſtrologia eſt ſcientia mathematica, quæ tamen non abſtrahit á materia ſenſibili: ergo. Reſpondetur, ad primum, quod quamuis de eadem re mathematici, & philoſophia agant: nõ tamen eodem modo, nec de eodem obiecto. Et ad replicam dico non negare ſubſtantiam materialem poſſe conſiderari, ſine accidentibus ſenſibilibus, & ſine materia, vt conſideratur á mathematico: tamen pro vt conſideratur à phiſico non poteſt, quia agit de illa præciſſe, vt habet principium motus, & quietis. Secunda vero obiectio petit explicemus. Vtrum mediæ mathematicæ verbi cauſa Perſpectiua, & Aſtronomia, ſubalternæ Geometriæ, & Muſica, & Aſtrologia ſubalternatæ Ariſmeticæ ſint connumerandæ inter mathematicam: an vero inter Philoſophiam Paul. Venet. tex. 2. ad phyſicum aſſerit ſpectare, quod contendit ex Ariſt. hoc loco, & quia mathematica abſtrahit á motu: Aſtrologia verò non abſtrahit ab illo, quia cœli tractus, & diuerſos motus cõſiderat: ergo aſtrologia non eſt mathematica. Exiſtimo tamen dicendum cum Auerroe. text. 18. Simplicio Alexandro; & S. Tho. Opuſc. 70. &. 2. ſecundæ, q. 9. ar. 2. ad tertium, quod ſcientiæ illæ reducendæ ſunt ad mathematicam, non ad philoſophiam, patet rationes S. Tho. Obiectum formale ſpecificat ſcientiã, non materiale: ſed in obiecto illarum ſcientiarum ratio formalis obiecti mathematicæ reperitur: ergo ſimpliciter ſunt dicendæ mathematicæ, quamuis materiale habeant à phiſica, quod autẽ id quod participant de mathematica ſit formale, conſtat ex eo, quod illarum demonſtrationes fiunt per media principia mathematica, & ita ſubalternantur mathematicæ. Ariſt. autem ſolum loquitur de mathematicis ſubalternatis proprius accedere ad Phyloſophiam ſcientiam ſubalternatam, quia habent contractum aliquid Phyſicum, vt muſica

fica habet contractum numerum per sonum, sicut ad nigrum magis accedit palidum quam album: sed occurrit Valles, quod saltem perspectiua spectet ad physicum, ex Aristotele, text. 2. dicente perspectiua, aut considerat mathematicæ lineam: sed non quatenus mathematica: sed quatenus physica. Respondeo, quod illa reduplicatiua non significat per spectiuam esse philosophiam, vt male putat Valles, alias non liceret confiderare mathematicam lineam, vel secundum abstractionem mathematicam sed significat conditionem quandam, sine qua non esset perspectiua, scilicet, si non consideraret lineam contractam ad visualem, sicut ignis dicitur comburere quatenus ligno á proximatus. Ad rationem supra factam dico Astrologiam abstrahere quidem à motu physico. Nam solum considerat motum, quatenus quantitas est, non secundum eius qualitates, quod profecto possum affirmare, quia non nihil istis operam dedi.

Ad argumenta in principio respondetur. Ad primum Aristotelem negare solum substantiam secundum se, id est, tanquam subiectum considerari á mathematico, quia secundum se solam quantitatem considerat, non tamen negat illam quantitatem considerari á mathematico in ordine ad substantiam. Ad rationem primam dico, quod in illis definitionibus, quamuis non sint ex actæ semper ponitur substantia implicitè. Nam si per concreta dentur iam eorum materiale est substantia: si vero per abstracta nequeunt definitè cognosci, sine ordine essentiali ad substantiam. Ad secundam antecedens est falsum. Nam sicut quantitas dependet in suo esse á substantia, sic in receptione suarum passionum, cum media substantia illa recipiatur, & ita non possunt passiones demonstrari de quantitate nisi in ordine ad substantiam.

QVAESTIO. II.

De quidditate entis naturalis, quantū ad suas causas in communi.

CElebris est profecto tractatus iste, & vtilitate, imo necessitate plen⁹, in quo tam de causis incommuni, quam in particulari, animus est agere licet rē altius perscrutemus, dicamurq; falcem in alienam frugem mittere: cum enim scire (vt dixi primo posit.) sit rem per causam cognoscere qui quid sit causa ignorauerit, penitus ignorans erit: infra autem quæstione quinque discutientur. Primo si ad Physicum tractatus iste spectet. Secundo de numero Causarū. Tertio si habeant vnam communem rationem, & definitionem. Quarto si idem possit esse causa, & effectus. Vltimo si causa sit magis in actu quam effectus.

ARTICVLVS. I.

Vtrum ad physicum spectet de causis agere?

IN hac re certissimum sit, quod ad Physicum spectat, agere de causis naturalis entis, quæ veritas quasi pro hemialis. Probatur, quia sicut cognitio rei perfectæ in omni genere (vt ex Veneto supra dixi quæstione quinta primi libri) non potest haberi nisi cognitis omnibus illius, non modo, prædicatis, & modis, tam essentialibus, quam accidentalibus, sed & causis per se, etiam extrinsecis: sic perfecta notitia in quauis scientia (quę absolute potest dici perfecta) tunc habetur cum omnia ea cognoscūtur, quæ de illa retradere ad illam scię tiam spectat: ea vero sunt.

Primo an sit. Secundo differentia essentialis

tialis constitutiua obiecti talis scientiæ qua differentia illud differt ab aliorum obiectis. Tertio propositiones, quæ ab illo obiecto ratione illius differentiæ dimanant, quæ omnia de ente naturali docuimus hactenus. Quarto sunt tradendæ causæ illius obiecti, quatenus tale est, per illam differentiam constitutiuã: cumque ens naturale, vt sub physicam considerationem venit, habeat causas in omnibus causarum generibus, ita quod, licet non omnes entis naturalis proprietates, per omnia causarum genera demonstret; tamen nullum est genus causæ, quo adhanc, aut ad illam demonstrandam non vtatur, ideo pertinet ad hanc scientiam, exponere causam materialem, efficientem, & finalem, entis naturalis, quatenus causæ illius sunt. Vtrum autem, aliæ scientiæ vt Methaph. & Matth. demonstrent proprietates suorum obiectorum, per quod libet genus causæ, ipsæ viderint.

Et quidem causarum doctrina in communi ad Metaphy. si cum pertineat. Primo, quia causa, & effectus sunt primæ, & adequatè differentiæ entis, quod rectè diuiditur in causam, & effectum, diuisio autem entis in hac latitudine, transcendit omnia subiecta cęterarum scientiarum.

Secundo; quia causa, vt sic abstrahit ab omni materia, tam sensibili, quã intelligibili, & ab omni motu, & mutatione. Nam licet vix inquam, nisi per motum, & mutationem, causas explicet philosophus, quod maxima ex parte loquatur de causis rerum naturalium, quę nobis sunt familiares; ex his tamen definitionibus, ellitiendas vult, easque mutationem non includunt, quod facilimum est substituto nomine actionis, in locum motus, & mutationis, sumptaque actione in communi, pro vt omnes operationes complectitur.

Objicies primo Dialecticus etiam agit de omnibus causis incommuni, de omnibusque causarum generibus. Respondeo primo non agere de illis, quatenus causę sunt essendi; sed qua ratione sunt ad demonstrandum idoneę. Secundo Dialecticus non constituit genera causarum; sed supponit illa, & accipit á Metaphisico.

Objicies secundo omnia diuersa ad eandem scientiam spectant, vel ratione vnius communis naturę, vt animal & planta, vel ratione contrarietatis, vt calidum, & frigidum, hęc non modo, quia communicant in natura communi qualitatis sensibilis, sed etiam, quia sunt contraria spectant ad eandem scientiã, quippe cum vnum contrarium sit ratio cognoscendi alterum; at quatuor genera causarum non habent secundum se vnam rationem communẽ vniuocam, nec sunt contrarię; cum se non impediant; sed potius seadiuuent: ergo cognitio omnium causarum in communi ad nullam vnam scientiam spectat. Respõdeo, quidquid sit vtrum causa vniuocè analogice ve dicatur, de quo infra tñ entia diuersa ratione analogię, seu proportionis cuiusdã interse, possunt ad eandẽ scientiã spectare. Nihilominus, licet ad Metaph. pertet, vt propria doctrina, hęc quę tradẽtur de causis in cõmuni. Tamẽ quia dum causas entis naturalis indagamus, & quomodo causent eadem fere opera causas in communi docere possumus, quia illarum, vt sic ignorata natura vix percipiemus causas: entis naturalis, & denique, quia causarum, vt sic cognitio toti physicę naturali est adeò necessaria, vt ob illarum ignorationem sępe discipuli quasi hęreant nisa libra, ideo necessarium duximus latè disputare de causis in communi absolutè, & vt ab Arist. significauit hanc doctrinam esse Metaphysicę propriam, & nihilominus á physica à curatè per tractandã esse ideò eadem de causis omnino traditur in Physicis, & in metaphysicis. Nam. 5. metaph. transfert de verbo pœnę ad verbum integrum caput tertium libri secũdi Physicorum.

Secundo

Secundo certum sit, quod in hac parte & loco Physicorum agendum est de prædictis causis, quia præterquam, quod facit Arist. ratio est clara cũ enim præcedenti libro explicata sint principia entis naturalis. Consequens est, vt eius causas aguoscere mus cum principium sit prius, quam causa, vt autẽ perfectius cognoscantur de omnibus agendum est.

Vltimo certum sit, quod ordo iste agendi de causis ita vt primo de materiali, & formali; deinde de efficienti, & formali, postea de omnibus in communi; tandem de subordinatione earum inter se congruus est, & fere necessarius; tum quia Aris. isto ordine tractauit de causis; tum quia merito de intrinsecis prius, quam de extrinsecis agitur: inter intrinsecas vero materia est quasi fundamentum entis: at forma est complementum materiæ, & perfectio vnica autem quæstione vtramque comprehendemus, quia in multis est vtriusque eadem, aut similis doctrina. Et denique probatur, quia cum cętera sunt paria, ita quod vnum non pendet ab alterius cognitione nullus datur ordo doctrinæ: atque adeo sequemur est ordo naturæ, procedendo à prioribus, & imperfectioribus secundum naturam, seu in essendo: sed causa materialis est imperfectior, vt sic, vt constat, deinde formalis: efficiens enim iam supponitur in acta per formam antea quam intelligitur ordinari ad perficiendum aliud, & ipsum se ordinat, vel quasi ordinat ad finem. Vnde agentia naturalia in generatione quasi se destruunt in individuo, vt conseruetur species, quam vt bonum communius magis amant: causis autem ita cognitis illas inter se comparauimus (vt fecit Aris.) tunc enim facile erit iudicare: vtrum causa, vt sic possit definiri in communi, & vtrum dicatur vniuocè de omnibus causis. Tandem explicabitur prima causa, quantum ad an sit: hæc enim cognitio ferè omnino habetur per rationes naturales physicas, quantũ ad lumen naturale: de quidditate autẽ; & proprietatibus huius primæ causæ in metaphysica agendum est.

ARTICVLVS. II.

Vtrum, & quid sit causa in communi.

IN hac re primo omnes conueniunt, quod causa formaliter importat relationem secundum esse ad causatum: de materiali autem rem absolutam cui conuenit illa relatio, in aliquibus quidẽ vt in materiali, & formali, & in efficiẽti, causa creata relatio realis est, in quibusdam vero, vt in causa efficienti in creata & finali etiam creata relatio rationis est, quia nec Deo in est aliqua relatio realis causæ, nec finis, vt sic illam potest importare cum antequam sit res quæ est finis sit effectus propter finẽ, vt ante sanitatem quæ est finis sunt medicamenta, quę sunt media ad sanitatem. Vnde causa non est quid vniuocum ad omnes causas, cum enti reali, & rationis, ex dictis quæstione. 2. ante prædicamentali in Logica non possit dari aliquid commune vniuocum: sed analogicum proportionalitatis, quod vnica definitione potest explicari; ita tenet Fonseca loco infra citando, quia nec ab Ari. nec ab alio græcorum incommuni desinita est causa: sed diuisa. Secundo, quia Ari. 5. Metaphy. Secundo vbi distinguit nomina diuersarum significationum, distinguit etiam nomen causæ tamquã æquiuocum. Tertio, quia effectus diuersimodè pendent à suis causis: ergo nõ potest ab illis vna, & eadem ratio dependẽdi abstrahi. Secundo etiam certum est, quod vt supra dixi, q. 1. primi libri principium & causa habent se sicut superius, & inferius principiũ namq; importat ordinem originis, & principiationis, vel

prioritatis in ordine ad principiatũ: causa vero præter hoc habet influere in effectum. Vnde fit, quod causa propriè loquendo non reperiatur, nisi inter ea, quę habent diuersas naturas saltem numero distinctas, quia vnum non influit nisi in aliud; quod ab ipso pendet, & consequenter, nisi in aliud, quod habet naturam distinctam ab ipso. Vnde in diuinis quamuis vna persona aliam producat, non dicitur aliam causare quia habent eandem numero naturam: dicitur tamen vna principium alterius non propter ordinem naturæ, quia vna persona non dicitur prius natura alia. Sed vna dicitur principium alterius, quia trahit originem ab alia quæstione.

Quamuis autem non sit dubium circa prædicta: est tamen circa descriptionem causæ incommuni. Arist. namque neque hic nec. 5. Metaphys. illam in communi descripsit recensiores tamen philosophi variè eam descripserũt, AEgydius primo de Generatione, quæstione. 13. & alij ita definiunt; causa est id, quod per se, idest; non per accidens dat esse rei, sub intellige post non esse desumpserunt ex Arist. 5. Metaphys. capit. 18. tex. 22. dicente, quod secundũ quod res est dicitur tot modis, quot causę, Proculus vero libro de Causis, & admittit Sanctus Thom. hic lectione. 10. & Soto. ait, causa est id ad quod aliud sequitur, ita vt particula aliud excludat principium à ratione causæ, quia in diuinis non aliud producit cum semper fit eadem natura in producto, & producente, & per vox sequitur, non intelligitur, quæcumque sequella, vt est illa qua consequens sequitur ad antecedẽs, vel dies ad noctem: sed de sequella per influxum, & ita non conuenit priuationi, nec cuiuis alteri principio ad quod sequitur aliud sed necessariam connexionem tantiam, quæ definitio sic intellecta parum vel nihil differt ab ea, quam affert Perey. libro. 8. capite primo dicens, causa est, quæ in suo genere per se, & principaliter concurrit ad constituendum effectũ, quæ potest adaptari, tam causis intrinsecis quã extrinsecis, dũmodo constituere idẽ valeat, & influere. Hãc autẽ definitionem, & præcedentem in merito reijcit Valles, dicens illam ægrotare. Vnde ipse sic refutat, quia effectui etiam conuenit definitio. Ex quolibet enim effectu sequuntur omnes causæ á quibus illæ pendẽt, cum tamen non ex qualibet causa sequatur effectus, nisi adiunctis, & applicatis omnibus causis, & remotis impedimentis. Secundò, quia etiam conuenit relatiuis interse, & etiam priuationi ad quam sequitur motus. Quare ipse aliter definit dicens, causa est id per quod respondetur interroganti propter quid fiat, & factum sit hoc. Hæc ponit controuersia tertia: sed quidem quamuis non sim medicus certè iudico istam definitionẽ Valles. magis quam Soti ægrotare. Primo, quia datur per extrinseca omnino. Secundo, quia vel propter quid summitur in rigore, & itaidem est, quod id cuius gratia, & sic solum includit causam finalem, & consequenter est diminuta definitio, quia non conuenit omni definito: si autem propter, quid sumatur in sua latitudine, conuenit definitio pluribus, quam definitum: conuenit enim indiuisibilibus, vt puncto: si enim quæras propter quid terminatur linea? Benè respondeam, quia clauditur punctis: similiter conuenit priuationi, rogatus enim propter quid generatur animal. Directè dices eo, quod non erat, cum tamen neque indiuisibile, nec priuatio sit causa: ergo definitio Valles, nulla est aliter alij definiunt causa est id propter quod res est, sicut inuit Aristoteles, primo Physicorum septimo, tex. 68. sed eisdem rationibus impugnatur ista, quibus impugnatur Valles. Tandem Fonseca primo Metaphysicorum, capite sexto, quæstione prima, sectione tertia, defendit definitionem Proculi, si Verbo sequitur intelliga-

colligatur naturalis dependentia, & verbum esse summatur, vt commune est esse reali, & intentionali, vt ita comprehendatur finis: clarius tamen inquit causa sic describitur, causa est principium á quo aliquid per se pendet quæ descriptio desumpta est ex Auicen. libro de Causis capite tertio, & illam iuniores amplectuntur, principium ponitur loco generis, quia latius patet, quam causa cum priuatio, & indiuisibile sint principium, per se ponitur ad excludendam causam per accidens, & priuationem, cum dicitur id á quo satis declaratur aliud esse causam aliud effectum, & quod habent essentias numero distinctas. Vnde in diuinis vna persona non est causa alterius, licet apud sanctos, more Græcorum accipientes nomen causæ pro principio vna persona dicatur causa alterius, ita loquitur Augustinus libr. 83. quæstionum quæstione. 16. & hanc definitionem eligo, licet etiam non displiceat hæc cum sit nostra causa, vt comprehendit etiam creantem, & conseruantem est id, quod posse dat esse distinctum ab ipso esse causæ, primis verbis reijcitur priuatio, quia non dat esse positiuè: sed est terminus á quo: reijcitur etiam terminus in relatiuis, quia ab illo hæc non pendent; vt á causa: sed vt ab obiecto, vltimis verbis excluditur productio æterna filij, & Spiritus sancti. Ex quo infertur, quod omnis causa est prior natura, quam suus effectus, imo esse aliquid prius natura alio propriè non est nisi ei se causam illius.

Sed contra hanc definitionem videntur pugnare primo, quia causa, & effectus sunt relatiua (vt dictum est) sed hæc sunt simul natura (ex capite de ad aliquid:) ergo causa non est prior suo effectu. Secundo indiuisibilia sunt causa, quia punctum. Verbi causa influit aliquid esse in lineam, scilicet, esse terminatam: ergo non latius patet principium quam causa, tertio Aristot. quarto Metaphysicorum, capite secundo, inquit causam, & principium conuerti inter se, sicut ens, & vnum: ergo non latius patet principium, quam causa. Respondetur ad primum, quod causa, & effectus dupliciter possunt considerari. Primo formaliter pro rationibus causæ, & effectus, & hac ratione sunt simul. Alio modo materialiter pro rebus absolutis, quæ fundant illas relationes, & ita res, quæ est causa est prior re, quæ est effectus, sicut res, quæ est pater, prior est, quam res, quæ est filius: quamuis paternitas non sit prior filiatione.

Ad secundum falsum esse punctum aliquid influere, in lineã, vt enim docet Sanctus Thomas in tertio, distinctio. 11. articulo primo, & nos dicemus in libro sexto, puncta non sunt in linea, vt in subiecto, & vt forma in materia: sed tamquã annexa, & adiuncta illi, cui nullum dat esse, quam esse terminatũ, quod non est aliquod esse: sed solum, quædam negatio maioritatis, vel infinitatis.

Ad tertium dico Aristoteles more vulgi loquutum appellans, omne principium causam, qua ratione. 12. Metaphysicorum capite secundo, est locutus dicens priuationem esse causam, cum tamen id multoties, & in rigore neget.

ARTICVLVS. III.

Quotuplex sit causa.

CIrca numerũ causarum variè Philosophi senserunt, ad tria tamẽ capita omnia eorum dicta reducam. Primum est eorum qui plures quam quatuor causas esse dixerunt, ita Plato cum suis, vt refert Themist. in Prohemio philosophiæ dixit autẽ esse sex, scilicet materialem, formalem, instrumentalem, efficientem, finalem, & exemplarem,

quibus subscribit Valles Cõtrouersiarũ 13. Henricus, quæstione. 51. quantum ad exemplarem; quod autem sit causa instrumentalis addenda probant. Nam si quæ sit ex quatuor positis ab Ari. ea esset efficiens: hæc autem non potest esse, quia efficiens est vnde motus (vt quæs. 4. patebit) instrumentum autem non est huius modi, quia primum, vnde motus est agens principale: ergo non potest esse efficiens. Præterea, quod sit addenda dicta causa exemplaris patet, quia causa est per quam sufficienter. Respondetur ad propter quid rei: sed ad aliqua propter quid non potest responderi, nisi per exemplarem, patet, in artificialibus. Si enim quæras propter quid imago Cæsaris habeat capillos crispos, sufficienter. Respondetur per exemplar, scilicet, quia Cæsar erat crispus. Item in naturalibus; si quæras propter quid homo est visibilis, habetque alias passiones, quas non habet equus, satis. Respondetur, quia idea hominis talis est. Et tertio generaliter pro istis authoribus argumentor, quod sint plures, quam quatuor causæ. Nam elementum est causa mixti, & semen causa viuentis, & cibus causa nutritionis, & tamen non in aliquo genere causæ, ex quatuor scilicet formale, materiale, efficiẽti, finali: si enim essent, essent quidem in materiali: hoc non, quia materialis manet in effectu; hæc autem omnia minime: ergo. Confirmatur: Nam absentia naturali causa est submersionis nauis: non tamen videtur esse in aliquo genere istorum. Quare, qui consulit, & qui præcipit; & qui orat, & qui redimit causa est effectus; qui sequitur per impetrationem, per cõsilium, &c. Et tamen non est in aliquo genere istorum: ergo plures sunt, quã quatuor. Confirmatur instrumentum est vera causa (vt dicebam) & tamen nõ est in aliquo illorum generum: ergo, &c.

Secundum caput est eorum, qui pauciora ponunt, quam quatuor genera causarum inter quos, quidam Stoici, (vt refert Laertius de Vitis Philosophorum) quos sequitur Seneca Epistola. 77. solam causam efficientem ponunt; hac ratione efficiens, & causa conuertuntur, & effectus à sola efficienti deriuatur: ergo sola efficiens est causa. Socrates vero (vt refert Plato in Phedona) solam causam finalem esse dixit, quia causa est per quam Respondemus ad propter quid; ad hoc autem per finem solum respondemus. Themistius autem solas duas causas constituit Prohemio Physicorum efficientem, & finalem; materialem vero, & formalem dixit, non causas: sed conditiones esse, quia causæ semper sunt perfectiores, aut æquè perfectè cum suis effectibus: materia vero, & forma sunt imperfectiores suo effectu, nempe cõposito, quia sunt partes illius: omnis autem pars imperfectior est suo toto: ergo non sunt causæ.

Tertium caput, quod verè caput, & regula dici debet est eorum, qui quatuor tantum genera causarum esse dixerunt, scilicet materialem, formalem, efficientem; & finalem, quorum primus fuit Aristote. hoc capite tertio, & secundo Post. capite secundo, & Sanctus Thomas, & omnes alij Peripatetici: Fonseca enim primo Metaphysicorum, capite septimo, quæstione prima, sectione quarta, dicit esse omnium grauium Philosophorum Auicenã primo, sufficient. capite decimo, Albertus hic tractatu secundo, & iuniores omnes, qui modus, vt verior; & vniuersalior amplectitur á nobis: sufficientia autem huius multipliciter summitur; sufficiat tamen primo effectus naturalis tantum sunt duæ causæ intrinsicé: ergo causæ solum sunt quatuor. Nã in ente naturali necessario est materia ex qua fiat, cum naturaliter, & ex nihilo nihil fiat, necessario etiam est forma á qua habeat esse hoc aliquid, cum á materia nõ possit determinari, & præter has nulla

est

est alia causa intrinseca: ergo tantum sunt duæ causæ intrinsicæ entis naturalis: sed præter has intrinsecas necessario sunt duæ extrinsicæ, altera efficiens quæ facit compositum, cum nihil se ipsum possit facere: hæc autem efficiens non agit temere: sed cum ordine, & aliqua intentione ad finem, cum videamus similes effectus ab vna causa produci: ergo necessaria est causa finalis propter quam efficiens agat, & præter has non sunt aliæ extrinsicæ: ergo tantum sunt quatuor genera causarum. Nam si materia est, necessario mouetur ad aliquam formam: sed non mouet seipsam: ergo est aliquod agens eam mouens, quod est causa efficiens, & hoc agit propter finem: ergo non sunt pauciores quam quatuor. Secundo effectus si fit ex nihilo euenire potest, vt nulla causa interna indigeat saltem in esse substantiali, verbi causa, si sit res simplex, vt substantiæ separatæ; si verò fit ex aliquo, cum illud non sit tota res, quæ fit; alioquin fieret ex seipso necesse est, vt fiat ex aliquo ante existente addito aliquo quo compleatur, & absoluatur: ergo si fiat ex aliquo indiget duabus causis externis efficiente, & finali, & duabus internis materiali, & formali, quod autem non sint plures, patet. Prædictæ quatuor causæ effectum omnem absolbunt ergo nullus effectus pluribus causis indiget. Nam quò res sunt compositiores, eò pluribus causis indigent: indigèt enim causis externis quibus res simplices non egent: sed res naturales præcipuè, quæ intereunt, & gignuntur sunt omnium maximè compositæ, & inijs solum quatuor causæ enumeratæ reperiuntur: ergo non sunt plures.

Ad argumenta pro Platone respõdetur ad primum falsum esse, instrumẽtum esse causam distinctam á reliquis: sed reducitur ad causam efficientem; licet non sit principalis, & ita non est principium. Vnde motus absolutè, est tamen vnde motus consequenter, quod significauit Arist. text. 31. numerando inter alias causas efficientes semen, quod est instrumentum proprium: hoc autem est causæ efficientis principalis vti instrumento in suis actionibus. Vnde fit quod instrumẽtum semper indiget eleuari, vt producat effectum cum principali agente (vt videre est in serra) quæ ab artifice eleuatur, vt artificiosa scindat, quæ eleuatio aliquando ponit in instrumento motionem saltem: aliquando vero nihil: sed ipsum ordinatum est, natura sua, ad effectum principalis agẽtis (vt patet in calore respectu ignis ad producendum ignem) vnde fit, quod nõ omne instrumentum mouet motum, quamuis omne moueat, pro vt est virtus alterius principalis agentis, quod cõtingit quando instrumentum est accidens: secus vero quando est substantia, (sed de hoc quæstione quarta, fusius dicam.)

Ad secundum causa exemplaris profecto causa per se est formalis, nec per hoc augetur numerus causarum in genere, qualiter hoc sit statim quæstione sequenti. 3. articulo explicatur.

Ad tertium omnia illa posita in argumento, reducuntur ad genus causæ materialis: Aduerte tamen, quod materia, pro vt est causa rerum materialium duplex est, quædam compositionis tantum, quædam compositionis, & alterationis simul: dico ergo quod cibus causa est materialis nutritionis: sed est materia alterationis, & compositionis simul, quia manet in re quæ nutritur, vt maneat autem necesse est prius alterari, vel corrumpi (& idem dicendum de embrione) quod manet in viuenti; si tamen alteretur, & corrumpatur prius forma embrionis: semen autem non solum est causa materialis: sed etiã efficiens instrumentalis, saltem ratione virtutis relictæ in ipso ab agẽte (idem dicendum de elementis) quod reducuntur ad idem genus causæ materialis,

terialis,quamuis non maneant formaliter:sed virtualiter solum. Ad confirmationem Nauta per suam absentiam causa est per accidens sumersionis nauis,reduciturque ad genus causæ efficientis,quamuis Valles,dicat in genere moris esse causam per se,quando poterat,& tenebatur curam habere de naui:sed re vera id non capio ; quamuis enim,vt imputetur illi nauis submersio requiratur,vt possit,& teneatur illius curam habere, quia ijs omnibus positis non est causa per se: sed per accidens,quia omissionis non datur causa per se adhuc in genere moris, quando non est formaliter volita : sed tantũ indirectè.

Ad quartum dico,quod omnes illæ causæ reducuntur ad genus causæ efficientis:imo sunt veré causæ effisientes, licet morales,qualiter autem causa naturalis efficiens differat à morali , & quotuplex illa sit(quæstione quarta statim fusse dicetur.)Ad confirmationem patet ex dictis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum inter has cauſas ſit vna alia perfectior,& de ordine earum.

BReuiter dico primo finis est perfectissima causa,vt sic,idest,in modo operandi,& causandi. Deinde efficiens. Tertio forma. Quarto materia ita Sanctus Tho.hic,& ideò dicit,quòd finis dicitur causa causarum,idem tenet Albertus libro primo,capite quinto patet, finis in modo causandi nullam præsuppo nit causam,& aliunde est causa omnino immobilis:reliquæ vero præsuppo-nunt finem,& causam,vt motæ saltem á fine(vt quæstione quinta dicetur) ergo in modo causandi finis perfectissima est. Item efficiens non causat componendo,nec est pars alterius:ergo est perfectior forma,quæ sic causat(vt dicetur quæstione tertia,& quarta)forma vero perfectior est,quam materialis , quia perfectius est,& nobilius actuare, quod habet forma,quam actuari,quod habet materia:ergo imperfectior omnium est materia,nec per hoc existimes rẽ, quò perfectior est , eó perfectius causare, quantum ad modum causandi de quo loquimur:imo imperfectius solet causare perfectiori modo quatenus minus dependenter causat,vt licet materia prima sit imperfectior , quam secunda, quæ est substantia completa : ratio tamen causandi perfectior est prima;quã secunda,quia minus dependenter:addit tamen Fonseca secundo Metaphysico. cap.2.quæstione prima,section.vltima, quod inefficientibus,& finibus essentialiter,& ex natura sua subordinatis sem per res,quæ perfectiori modo causant, si id efficiant,vt principales causæ , & non vt instrumenta tantum perfectiores sunt, dixit ex natura sua, quia alia est ratio de ijs finibus,quos sibi appetitus proponit quippe qui non raro expetit res meliores propter deteriores rerum naturas peruertendo:sed hoc iusauthoris dictum falsum est,quia vt omnes & ipse fatetur,quæstione secunda, homo subordinatur essentialiter soli ; & tamen sol non est res perfectior homine.

Dico secundo ordine causalitatis prima est finis,vt patet ex argumentis pro prima conclusione;deinde efficiens , & forma per quam efficiens est in actu sunt simul : imo prius natura est ipsa forma,quam efficiens cum ab illa habeat,quod sit in actu : respectu tamen alicuius determinati effectus prius est efficiens,quam forma dans esse formale ipsi effectui ; quia forma ipsius effectus,vel saltem formæ , inductio producitur ab efficiente: materia verò licet respectu primæ formæ , quam habuit

buit in instanti creationis, non fuerit prius natura, quam illa forma: tamen respectu aliquarum formarum, quæ vel ẽ materia educuntur, vel in eam inducuntur prius causat materia, quam forma, quia vel est causa entitatis formæ, vel saltem inductionis: cum hoc tamen, licet hæc vera sint, placet regulam generalem huius assignare ex Alberto, tractatu secũdo, capite quinto, ex quo iuniores desumpsere authore innominato: possunt enim istæ causæ quatuor modis considerare, scilicet, aut secundum effectum, & executionem, aut secundum inuentionem. Tertio secundum esse, quarto, & vltimo secundum rationem agendi; si considerentur secundum effectum priores sunt causæ internæ, quam externæ, quia vt de se patet magis appropinquant effectui, & hoc modo prior est materia in qua susciptur motus, & forma: deinde forma ipsa: tertio efficiens, quod causat motum, & generas, quarto finis, qui vltimus est in executione: si vero considerentur, quantum ad esse, primum locum habet efficiens, quia existit prius præparat, ac disponit materiam: secundo est ipsa materia, tertio forma quę educitur de potentia illius, quarto finis, qui sicuti est vltimus in executione, ita & in esse: tandem si quarto modo cõsiderentur quantum ad rationem agendi, prior est forma, secundo efficiens quod agit ratione formę: tertio finis vltimo materia, quia nullius est actiuitatis.

Ex quo infertur clare, quod idem respectu eiusdem potest esse causa, & effectus in diuersis generibus causarum: non tamen in eodem genere causę, ita Sanctus Thomas, quinto Metaphysicorum, lectione secunda prope finem probatur, quia quatuor genera causarum sunt sibi inuicem causę (vt dictum est) vt materia causat formam, seu inductionem illius, forma dat esse formale ipsi materię, efficiens est causa finis secundum esse reale: finis vero mouet finaliter ipsum efficiens, & ita est causa quod efficiens causet in diuerso genere causę, quia aliás idẽ esset simpliciter prius, & posterius respectu eiusdem, atque adeó idem esset immediate causa sui ipsius secundum eandem rationẽ formalem, quod fieri implicat, vt infra magis patebit. Sed dices finis in genere causę finalis causat seipsum, & ita idem finis dicitur primus in intentione, & posterior in executione, etiam respectu sui. Respondeo, quod secundum intentionem causat, & secundum esse reale causatur.

ARTICVLVS. V.

Et vltimus, vtrum omni scausa possit dici magis in actu quam ipsius effectus vt sic.

DIfficultas ista partim exposita est á nobis primo post; sed id tempori dedimus, sicut & alia multa: concernit enim illud dubium. Vtrum propter vnumquodque tale, & illud sit magis: vtrumq; tamen hic plenius soluetur Veneto. in summa Philosophię libro primo, tractatu. 2. ad tertium, capite. 8. ait illam maximam esse falsam, Flandria limitat, vt illud propter, quod aliud est tale debeat esse vel magis tale formaliter, aut eminenter, vel saltem æquè tale Caietanus, Soto, & Fonseca, secundo Metaphysicorum, capit. 1. textu. 4. imo, & Thomistus, Phylopus,

Albertus, & ipse Aristoteles, ibi dicunt habere verum dummodo causa sit capax eiusdem hominis, & rationis, siue vniuoce, siue analogicé: sed contra, quia non sequitur Petrus est homo propter Ioannem, hic ignis est calidus propter illum: ergo Petrus est magis homo, aut ille ignis est magis ignis recensiores. Primo post. 2. q. vnica ad octauum dicunt, quod illa maxima limitanda est. Primo quando idem prædicatum inest vtríque vni propter alterũ in quo conuenit, cum alijs authoribus. Secundo vt tale prædicatũ suscipiat magis, & minus, saltem eminenter, & ita sequitur aer est calidus propter solem: ergo sol est magis calidus formaliter, vel eminenter. Tertio vt sit inter res positiuas. Vnde non valet odit peccatũ propter Deum: ergo magis odit Deum. Quarto, vt sint diuersa prædicata alij magis limitant. Primo, quod in genere causæ finalis talis finis debet esse causa totalis. Vnde non tenet dilligo Deum propter retributionem, si retributio nõ est causa totalis illius retributionis. Secundo limitant, quod effectus comparetur ad causam sub ea ratione sub qua ab illa causatur, & hæc limitatio videtur S. Thom. quia prima parte, quæst. 87. art. 2. ad tertium, & quæstione. 88. art. 3. ad secundum ait debere intelligi in eodem genere causæ, non in diuersis: ideo inquit non sequitur color videtur propter speciem: ergo magis videtur species nec sequitur Deus est causa nostræ cognitionis: ergo Deus est primum cognitum á nobis, quia res non cognoscitur propter Deum, aut speciem, vt propter rem cognitam: sed vt propter causam cognitionis. Hęc ergo explicatio Sancti Thom. mihi placet, (vt statim dicã) sed illę tot supra positę limitationes, cum non colligantur ex verbis maximé Aristotelis, nec ex ratione: sed solum ex difficultate soluendi argumenta contra illam maximam, quod est vsus nominalium damnant dictam maximam, tamquam falsam absolute dictam.

Dico ergo absolutè loquendo, omnis causa potest dici magis in actu, quã eius effectus, vt sic, & ita absolute etiã loquendo verum est, quod propter vnũ quodque tale & illud sit magis. Ita Aristot. 1. post. 2. & secundo Metaph. cap. 1. text. 4. & meo videri sensus illius maximę est, quod si effectus alicuius causę, vt est effectus illius habet talẽ perfectionem á fortiori sequitur, quod causa habeat illam perfectionem eo modo quo est capax illius, siue illam habeat in gradu perfectiori formaliter, aut eminenter, siue inequali. Vnde vox magis in illa maxima nihil aliud significat, quam hęc vox á fortiori, vel fortè facit sensum negatiuum, id est non est minus tale, qui modus loquendi communissimus est, & ita intellecta habet verum in omni genere causę, quidquid alij dicant non verificari in materiali, & formali. Vnde illud verbum propter debet summi latè, vt conuenit omni generi causę (vt dicebam articulo secundo) verbi causa, si forma habet esse sustentata á materia seu subiecto: ergo materia magis, id est à fortiori participat in suo genere illam perfectionem, & ita est. Nam materia est ipsummet fundamentum, & substentaculum formę similiter, si nix habet ab albedine, quod sit alba: ergo albedo à fortiori participat illam perfectionem in suo genere, & ita est. Vnde cum volumus significare, quod aliquid est perfectissimè album dicimus esse ipsammet albedinem, & sic in alijs esse ipsammet sapientiam, &c. Similiter si tu es homo propter patrem tuum, vt propter causam efficientem: ergo pater tuus á fortiori habet rationem hominis, & quidem in hoc, vt minimum causa excedit effectum, quia est prius natura quam ille. Similiter si assentior conclusioni propter prę-

missas: ergo á fortiori prębui assensum

prę-

premissis, vt certioribus, saltem prioritate naturæ, & hoc vult Arist. si atente legatur (vt ego explicui ibi) scilicet quod præmissę non debent esse cognitę prius vt cumq; sed prius prioritate naturæ, quia propter illarum assensum, vt propter causam assentimur conclusioni & ita Arist. ibi distinguit hoc, quod est præmissas esse priores, & esse causas. Similiter habet verum in fine, vt si seruo mandata propter dilectionem Dei: ergo saltem prius natura habuit dilectionem Dei quam volitionem seruādi mādata, quoniam ad illum actum, & licet finem dilligamus actu nobiliori, quam ipsa media: nobilior enim est actus dilligere aliquid propter se, quam propter aliud: non tamen oportet, vt intensius amemus finem, quam media, imo eadē intensione, qua dilligis efficaciter finē propter se mediū dilligis etiam propter illum. Vnde satis manet probata prima pars conclusionis, scilicet, quod causa vt sic potest dici magis in actu quā eius effectus, vt sic, quia effectus habet esse actu per causam: ergo á fortiori magis idest prius causa est in actu.

Argumenta, quæ possent obijci contra hanc veritatē peccante reo, quod statum, vt effectum causæ eum qui, vt sic non est effectus illius; ideò notanter dixi sermonem esse de effectu, vt sic talis causę. Vnde non valet minuo sanguinem propter sanitatem, vel ambulo: ergo á fortiori magis minuitur, vel ambulat sanitas, sicut non valet Ebrius fit propter vinum: ergo magis est vinū; dilligo Deum propter retributionem: ergo video obiectū propter speciem, & sic in alijs, &c. non inquam tenet consequētia quia effectus sanitatis, vt est finis nō est illa minutio, vel ambulatio, vt sic cum hęc operationes secūdum se possint esse nociuæ: sed sunt effectus illius sub ratione boni conducentis operanti gratia sanitatis; & ita sensus est illa minutio, & ambulatio sunt mihi bona propter sanitatem: ergo á fortiori sanitas est mihi bona. Similiter ebrietas, vt sic non est effectus vini: sed nimius calor ad quem in homine ratione subiecti consequitur distemperantia humorū: atq; ideò ebrietas. Vnde bene sequitur, quis est nimis calefactus à vino: ergo vinum á fortiori habet illam perfectionem caloris. Præterea in homine iusto dilectio illa Dei non est effectus solius retributionis: tamen quatenus est effectus illius bene sequitur qui dilligit Deum propter retributionem, quatenus per illam dilligit, certum est, quod saltem prius natura āmat retributionē, & actu nobiliori, quia illam propter se, Deum propter alium. Præterea tandem ego video propter speciem, aut Deum, vt propter causam efficientem visionis bene sequitur: ergo perfectio visionis prę cōtinetur in Deo & in specie, vt in causa perfectius quidem, vel minus perfectē secūdum quod illa causa magis vel minus influit in visionem.

QVAESTIO. III.

De quidditate entis naturalis quantum ad suas causas in particulari, & primo de materiali & formali.

EGIMVS de causalitate materię, & formę in communi modo agendum venit de ipsarum causalitate in particulari, quia ergo (vt dixi articulo quarto conclusione secunda comparando seriem causarum ad effectum) prima est materia, deinde forma. Tertio efficiens, tandem finalis, & hic considerabimus causas in ordine ad effectum, ideò prius de causalitate

tate causarũ, quę sunt intrinsicæ, agim⁹ & primo de materia, &c. de quibus sex sunt examinanda. Primo quid sit causalitas materię. Secundo in quo consistat huiusmodi causalitas. Tertio si detur causa formalis, & quid sit. Quarto de effectu vtriusq; causæ. Quinto si exẽplar sit causa formalis, vel efficiens. Sexto si Deus possit supplere vicem causæ materialis, aut formalis internę.

ARTICVLVS. I.

Vtrum detur, & quid sit causa materialis?

CONclusio affirmatiua, scilicet, quod detur causa materialis certa est ex dictis art. 3. præcedentis quęstionis, quod autem hæc causa sit potentia ex qua cũ insit aliquid fit docet Aristote. hic, cap. 3. tex. 28. & 5. Metaph. 2. &. 7. Metaphi. 7. &. 8. tex. 26. & est communis sententia. Probatur, sicut, quod simpliciter & absoluté dicitur esse est ipsum ens subsistens, ita & quod dicitur fieri seu causari vt sæpe docet Aristot. & S. Tho. 1. p. quæst. 49. art. 2. Vnde formam educi ex potentia materiæ non est aliud, quam fieri consequenter ipsam formã actione illa eadem, qua fit compositum non alia diuersa, vt male putarũt Scot. 7. Metaph. quæst. 10. Antonius Andreas quest. 4. & alij quos referunt Soncin. 7. Metaph. quæst. 23. & Zimara Theoremate 100. eadem ergo actione qua fit compositum fit, & vnitur materiæ forma, quæ ex illa educitur, vel eadem inducitur. Primo quia vna actio sufficit. Secundo, quia forma producitur, seu inducitur, vt ex vitalis actionis ipsa potestha bere esse naturaliter: at forma ex vi eductionis, vel inductionis petit habere suum esse, vt vnita materię: ergo illa actione vnitur illi. Tertio si forma educta è materia alia actione produceretur alia vniretur certe prima actio esset creatio; vt sic enim produceretur illa forma independenter á materia, vt contingit inanima rationali, quæ vna actione creatur à Deo, & alia inducitur in materia; fateor quidem nos merito intelligere, quod illa actio productiua formæ prius natura terminatur ad formã, quam ad vnionem formæ, cum materia, & in hoc sensu recte dicitur, quod forma prius natura est, quam sit vnita: cum ergo subsistens sit id, quod absolutẽ fit sequitur causalitatem vnius cuiusque causę sumendam esse potissimum in ordine ad ens subsistens, considerando, quod illi tribuat talis causa, quomodo vẽ cõcurrat ad illius esse fieri, seu cõseruari: materialis ergo causa, quæ cõplectitur, tam materiam primam quã secundam, tam proximam, quam remotam, tam compositi naturalis, quam artificialis: tam compositi per se, quam per accidens dat seipsam composito per hoc, quod in se recipit illius formam, & ita deseruit illi eo modo, quo fundamẽtum domus deseruit reliquę domui. Vnde infertur facilis intelligentia prædictę definitionis causæ materialis: materialis enim causa est ex qua vbi per particulam, ex, inuitur materiam causare recipiendo, & quasi fundando per illam fit aliquid intellige compositum, seu ens completum per vox cum insit intelligitur, quod causat se ipsa, & remanẽdo intra compositum, vt partem illius vbi aduertit S. Thom. 5. Metaph. cap. 2. lect. 2. quod in hoc materialis causa differt á priuatione, & á contrario (vt dicebam lib. 1. quæst. 5.) quę definitio conuenit etiam materię prima adhuc quatenus ex illa fit homo, qui propriè dicitur fieri ex prę supposito subiecto, licet anima rationalis nõ educatur ex materia: sed á Deo creetur.

Dico secundo propiśimé causa materialis dicitur, quę alteram partem compositi recipit in se, scilicet formam,

mam, quę se habet vt complementum perfectio; seu absolutio causæ materialis, cumque compositum alterum sit substantiale ex materia, & forma substantialibus, vt homo alterum accidentale cuius saltem vna pars est accidens, vt album sapiens, &c. & hoc alterum sit naturale, vt ea, quę enumerauí alterum artificiale, vt statua, sic etiam materialis causa: altera est primũ subiectum formæ substantialis, quæ dicitur materia prima, & supra causam materialem sumptam in communi addit illa verba primo, & per se, & non secundum accidens ex qua cum insit aliquid fit, &c. alia est subiectum accidentium, quę siue illud sit substantia completa; vt Angelus respectu sui intellectus, siue incompleta, vt anima respectu sui intellectus, siue aliud accidens respectu formæ intellectionis, alia est causa materialis artificialis formæ, vt lignum figuræ Mercurij, vel Iouis, & aduerte, quod ad has numeratas reuocantur omnes illę causę; quę respectu aliarum præ supponuntur, vt quid perfectibile, quæ vel sunt simplices respectu simplicis formæ, vt genus respectu differentiæ, & essentia respectu existentiæ, vt dixi in ante prædicamentis ad Logicam, vel sunt compositæ, vt partes respectu vnionis, quæ se habet vt illarum actus, & complemẽtum seu pulchritudo ex illis consurgens, quo pacto, tam materia quã forma dicuntur causæ materiales respectu compositi, qua ratione hoc importat vnionem partium. Item partes definitionis respectu vnionis, quia illæ dicuntur vnitæ, ita vt constituatur definitio per modum vnius. Similiter definitum sumptum pro supposito dicitur causa materialis, tam sui generis quam suę differentię (vt in sinuaui 2. part. sumularum cap. 7) Præterea personalitas, seu suppositalitas importatur, vt causa materialis totius naturæ complętę, qua si cuiusdam formę, quę in suppositalitate recipitur, vt in fundamento essendi, & vt quidditas in eo, quod quid est, vt suppositum in homine habet se, vt causa materialis humanitatis & tandem ex ijs facile poteris colligere formales causas respondentes prædictis materijs.

Sed contradicta duo videntur obstare. Primum omnis causa in illo prior naturæ in quo causat debet esse actu (v articulo vltimo præcedentis quæstionis dixi) materia autem in illo priori quo recipit formam, non est actu cum de se sit pura potentia (vt probatum est 1. lib. q. 3. art. 4.) ergo materia non est causa. Confirmatur, quia materia recipit formam per dispositiones: ergo dispositiones potius sunt causa per se, quam materia. Secundo materia limitat, ac determinat formam (vt milies diximus,) ergo non potest susciperc formam specialem, qualis est anima rationalis, tenet consequentia. Quia receptũ est ad modum recipientis, scilicet recipienti proportionatum: anima autem rationalis in materialis est: nequit ergo recipi in materia aliàs accidens etiã spirituale posset recipi in subiecto corporeo, cuius contrarium docui quæstione vltima post prędicamentali articulo secundo.

Ad primum Resp. negando maiorem, quę solum est vera in causa efficienti: secus vero in reliquis: imo vt materia sit causa debet esse pura potentia, quia causare materię, est recipere formam. Ad cõfirmationẽ, dispositiones pręuię cõditiones sunt receptiones formę, & causę materiales per accidẽs, nõ per se in quo Perey. 8. Phyſi. valde est deceptus intendens dispositiones illas esse instrumenta materię, cum solum causa efficiens principalis vtatur instrumento, quia illa solum habet virtutem, quam potest cõmunicare instrumento ipsum eleuando: (sed de hoc. q. 4. sequenti. Secundum argumentum petit articulum sequentem.

ARTI-

ARTICVLVS. II.

Vtrum, & quomodo causa materialis causet etiam respectu formę rationalis?

PRęcedenti libro.q.3.1.p. quęst. non nulla de hoc diximus, quę necesse sunt hac in parte absoluere circa modum causandi materiæ respectu animę rationalis Auicen.9. Metaph. cap.4. & Auizembron in lib. fontis vitę omnes formas, etiam rationalem dixerũt creari à substantia separata. Idẽ sensit Ochã quod lib.2.q.2.& in.2.d.4.&.5.Gabriel. d.1.q.1. contra quos infra cum de causa efficienti particulari tractem dicã. Nã alios omnes, qui circa hanc difficultatẽ decepti sunt supra impugnaui.

Quibus omnibus omissis fit cõclusio. Causa materialis primo habet causare; deinde formæ ab illa pendentis conseruat entitatem, & inductionem; animę vero rationalis solum causat inductionem. Tota autem difficultas consistit in huius explicatione pro quo aduerte, quod causa materialis potest summi vel respectu suppositi cui se ipsum dat, eo pacto quo formam seipsam dat etiã eidem supposito, quæ causalitas (vt dixi á secundo præcedenti) reuocatur ad formalem, vel sumitur, vt in tali compositione de seruit, quasi fundamentum alterius partis compositi, scilicet formæ, quæ ex natura sua petit esse: atq; adeó fieri non separata à tali fundamẽto, causalitas ergo materiæ seu subiecti respectu formarum, quæ naturaliter pendẽt á subiecto, vt extra illud non possint nisi miraculose cõseruari consistit in hoc, quod tam ad fieri, quam ad conseruari concurrat talis materia, vt necessarium receptaculum substentans talem formã omnino indigentem illo receptaculo eo, quod nisi miraculose per se subsistere non potest, & ita talis substentatio respectu harum formarum est causalitas causæ materialis, & ideo hæ formæ dicuntur esse in illa, vt in causa: atque adeó edduci ex illa de potentia ad actũ sicut, & dicuntur, & produci, & edduci ab agente, vt enim vox. Ab, vel alia similis dicit habitudinem causæ efficientis, ita particula, ex, in proposito dicet habitudinem causę materialis, quod sufficit, vt formę, quæ ex materia edducuntur non dicantur creatæ, quia licet sunt omnino de nouo, tam quo ad essentiã, quam quo ad existentiam: tamen á causa ita efficiente ex vi talis productionis non fiunt independenter á subiecto sustentante talem formam: sed dependenter ita vt efficiens ad productionem effectus indigeat alio adiubante in genere causæ materialis, & hanc iudico rationem à priori, alias informas omitto: manet ergo probata prima pars conclusionis. Secunda vero scilicet, quod respectu animæ rationalis non causet entitatem, nec edductionem: sed solum inductionem, patet, quia sicuti generans in genere causæ efficiẽtis causat illam eãdem inductionem, ita materia absolutè & per se eandem inductionem substentatur. ergo causat illam in suo genere, & hoc meo iudicio voluerunt Soto, & alij dicentes materiam primam esse in potentia naturali ad formam rationalẽ licet Valles, & alij Thomistę id negent, aiunt enim nullum agens naturale posse producere animam rationalẽ in materia: sed errant omnino. Primo, quia rationales anima est naturaliter informatiua materiæ, & actus illius: ergo materia est potentia naturalis rationalis formæ. Secundo licet solus Deus producat hanc animam: eam tamẽ producit, vt causa naturalis, idest vt author naturę, ita quod materia dispositа exigit, ac petit iure naturali, vt Deus producat animam. Tertio quia, licet non detur causa creata naturaliter producti ua ani-

na animę rationalis: datur tamen causa naturaliter inductiua in genere cause efficientis: ergo huic Resetiā causa materialis eiusdem inductiua in suo genere. Sed dices anima non producitur per generationem: sed tantum inducitur: ergo homo proprié non generatur, quia nulla eius pars producitur per generationem propter hoc argumentū Marsell. 1. de generatione quæst. 5. ait generationem hominis deficere á ratione vere generationis naturalis: sed plane errat, quia omnia, quę ad hanc generationem concurrunt, scilicet dispositio materię animæ creatio, & eius vnio ad materiam naturaliter fiunt, vt ostendimus, per quod soluitur argumentum negando consequentiam. Ex quo infertur primo, quod omnis forma siue naturalis, siue supernaturalis, quę producitur entitatiue dependens á causa materiali, scilicet ab eius subiecto non creatur: sed educitur ex illo, si vero producatur entitatiue independens á subiecto, tū creatur. Colligitur secundo differentia inter creationem, & motum, seu mutationem Physicam, quod creatio (vt docet S. Tho. 1. p. q. 45. & ibi optime Zumel & 2. contra Gent. c. 17) est productio entis in quantum ens seu productio totius entis, & vt clarius dicam productio alicuius ex nihilo, ideſt nō ex aliquo præsupposito subiecto, seu causa materiali cōcurrente simul, cum causa creante ad illum effectum: at transmutatio Physica semper est ex præsupposito subiecto ideſt fit causa materiali ad illam concurrente, & per hoc patet ad argumentū vltimum præcedentis articuli, quod materiam limitare formam debet intelligi, quod illarum, quælibet est vna in ordine ad vnam materiam: inde tamē male infertur, quod rationalis forma non possit recipi in materia, quia illud axioma receptum debet esse ad motum, &c. intelligendum est de ijs, quæ pendēt in sui esse à recipiente; de accidenti verò spirituali non est eadem ratio, quia dependet in suo esse á subiecto: atq; ideò, nisi in subiecto spirituali esse nō potest.

ARTICVLVS. III.

Vtrum, & quid sit causa formalis?

QVod detur causa formalis satis patet ex dictis præcedenti quæst. art. 3. solū potest esse dubium de modo causalitatis illius. Nam quod Plato tenuerit non esse causam formalem (vt refert Fonsec. 1. Metaph. c. 7. q. 1. Sectione 6. non credo: ratio autem illius dicūt esse, quia causa formalis non præcedit tempore suum effectum, vel potius eo quod forma videtur esse ipse met effectus productus. Immutationibus namq; naturalibus sola forma secundum entitatem fit de nouo, sed ad hoc iam dixi lib. 1. q. vlt. & q. 4. formam non fieri: sed compositum ideoq; proprié dicitur, quod forma causat cōpositum, & non se ipsam, quomodo autem effectus formæ distinguatur ab ipsa forma dicam articulo sequenti.

Hæc ergo sententia relicta, vt intelligatur modus causandi istius causæ, aduertendum, quod forma habet plures effectus, tam in composito quam in materia; primum enim dat esse quidditatiuum, & specificum materię & composito. Materiæ quidem non quia forma efficiatur de eius essentia: sed quia materia non habet aliquam speciem determinatam, nisi per formam, compositio vero dat speciem, quia ab illa sumitur vltima differentia compositi. Secundo etiā forma improbabili sententia, quam posui. 1. lib. q. 3. 1. p. q. causa est existentię, tam in composito, quam in materia, cōpositum namq; fit capax proximè existentiæ per formam, quia existentia specificatur ab essentia: compositum autē habet speciem per formam, & ita & existentiam,

ſtentiam. Tertio habet forma limitare capacitatem materiæ, quæ de ſe indiffe rens erat, & capax plurium formarum: vltimo autem determinatur per hanc quam recipit: de his ergo tribus dubiū eſt, quę ſit ratio qua cōſtituitur forma in eſſe cauſę formalis, & quānis Soncin. & Perey. videantur dicere, quod vtrum que illud primum ſit, ratio cauſę formalis, ſcilicet dare eſſe, quidditatiuū, & eſſe exiſtentiæ. non tā eſt verum, quod ratio cauſæ formalis ſit dare eſſe exiſtentię, quia in Chriſto Domino anima verè habet rationem formæ informantis, & ita cauſæ formalis, & tamen non dat eſſe exiſtentiæ, quia in Chriſto nulla eſt exiſtentia creata.

Sit ergo concluſio ratio cauſæ formalis eſt, quod ſit actus per quam res conſtituitur in aliquo certo eſſe ſpecifico. Probatur ſicut materia cauſat compoſitum (vt dictum eſt) recipiendo formam, ita forma cauſat idem compoſitum actuando, per ſiciendo ſeu complendo talem materiam in tali eſſe formali. Vnde ſicut reſpectu compoſiti hęc eſt fundamentum eſſendi, & quidditatis illius, ſic forma eſt complementum illius, ex quibus, vt cauſis intrinſicis compoſitum coaleſcit. Confirmatur, quia quis non videt rem per ſe pendere, vt á cauſa ab eo á quo primo habet ſpeciem, & diſtinctionem: ſed hanc habet res á forma: ergo. Quod autem illa recte aſsignetur, vt diffinitio formæ tenet Sotus quæſti. 3. quę tamen non reperitur in Ariſt. qui non multum curauit cauſam formalē explicare diffinitione: ſed exemplis dicendo, quod forma, & exemplar eſt ratio eius, quod quid erat eſſe, ideſt quidditatis rei, & huius genera, ideſt partis quidditatis; quod autem quidditas rei ſit eius forma. Probatur, quia ad quę ſtionem, quid ſit res, reſpondetur per quo illa res conſtituitur, & diſtinguitur ab omnibus alijs: ſed vnumquodque per ſuam formam quæ conſtituit illud in ſpecie diſtinguitur ab alijs: ergo ad quę ſtionem quid eſt, res reſpondetur per formam, ita S. Th. in primo diſtinctione, 1 quæſt. 2. artic. 3. quod ſi tota quidditas habet ſe, vt forma eius, quod eſt quęuis etiam pars quidditatis habebit ſe, vt forma reſpectu illius, quod eſt, licet vna reſpectu alterius habeat ſe, vt forma: altera vt materia, quando quidditas eſt compoſita: quidditas autem dicitur forma Metaph. ſuppoſiti: vna verò pars reſpectu alterius dicitur forma Puyſica: ratio eſt, quia conſideratio naturæ ſuppoſiti cum tranſcendat entia naturalia ad Metaph. ſpectat, ſed cōtradicta obijcies primo anima ſeparata veré forma eſt, & tamen non dat eſſe quidditatiuū materiæ nec compoſito: ergo non eſt ratio cauſæ formalis. Reſp. quod anima ſeparata non exercet officium formæ, nec cauſę formalis, & ita non habet propriam cauſalitatem: ſed contra cauſa formalis eſt intrinſeca: ergo intrinſecum debet eſſe illi ſemper dare eſſe ſpecificum alioquim non erit eius cauſalitas. Reſp. quod de eſſentia formę eſt nō cauſare actu: ſed eſſe cauſatibam, vel eſſe rationem cauſandi, quod habet anima adhuc ſeparata, aduerte tamē, quod in opinione S. Tho. etiam dare eſſe exiſtentiæ eſt effectus cauſæ formalis: ſed non primarius: ſed ſecundarius, ſicuti etiam determinare materiā, ergo Obijcis ſecundo obiectum intrat diffinitionem potentiæ ſeu habitus & terminus diffinitionem relatiui; & tamen vnum non eſt cauſa formalis alterius falſo: ergo docet Ariſt. omne, quod intrat definitionem quidditatiuā rei eſſe cauſam formalem illius, Reſpondetur, quod loquitur de eo, quod intrat definitionē intrinſicé, & in recto, vt quid diffiniti, quod non conuenit obiecto, & termino, quæ potius ſunt ad quod ipſius definiti, & hac ratione ſolent dici cauſæ formales extrinſicę.

Tertio inſtabis forma accidentalis etiam eſt cauſę formalis (vt dictum eſt: falſo ergo Ariſtot. cauſam formalem reſtrin-

restrinxit ad quidditatem, & partes quidditatis, Respondetur primo Arist. non enumerasse omnia exempla causæ formalis: sed potissima. Respondeo. secundo, quod sicut formę essentiales hominis vt homo est Metaphisi. est eius quidditas Physi. est eius anima sic albi, vt sic, forma Metaphisi. est ratio albi, seu albedineitas (vt dicebam quæstione tertia. Vniuersalium in Logica) vt ita loquar: Physica vero est albedo, & sicut corpori, vt sic accidit albedo, sic materiæ primæ hominis accidit anima rationalis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum exemplar sit causa formalis per se?

IN hac re quidam omnino tenent partem negatiuam, scilicet exemplar non esse causam formalem per se: sed distinctum genus causæ á quatuor supra numeratis. Ita Plato. & Henricus Gandib. quodlibet. 9, & ita nullo modo reuocant ad aliquod genus causę: (sed hoc iam impugnatum est supra.)

Secunda opinio aliorum absoluté negat esse causam formalem per se primo, quia aliás essent quinque genera causarum efficiens, scilicet finalis, materialis, formalis, & exemplaris. Secundo forma dat esse per se ipsam, hoc est per veram & realem informationem. Nam si sufficeret extrinsecus conferri esse efficiens etiam, & finalis essent causæ formales, quia ita dant esse tunc sic exemplar, non informat: sed extrinsecus dat esse: ergo non est causa formalis per se. Tertio accides effectui, vt fiat ad imitationem exemplaris, cum alias fieri posset sola mentione: ergo non est causa per se. Quarto in rebus naturalibus non datur causa exemplaris: cum tamen verum sit reperiri in illis omnia causarum genera: ergo non est causa per se saltem Physica. Tertia sententia reducit exemplar ad causam formalem, & ita facit illud reductiue causam formalem non per se. Ita Alexand. quinto Metaphisicorũ. commento tertio, & quod agens per intellectum respiciens ad exemplar operatur hoc est agendo nititur illud á se, qui rationes huius, quia faciles omitto.

Vltima opinio affirmat exemplar nullo modo posse reduci ad genus causæ formalis: vel esset diuersam præter quatuor, vel esse causam efficientem. Ita Valles, secundo Physiconrum quæstione. 13. Tartaretus ibidem quęstione secunda: sed isti omnino dicit esse causam efficientem, & idem sentire Scotum in primo diffinitione secunda, quęstione secunda, & dict. 36. articulo primo. His tamen omnibus omissis.

Dico primo exemplar non est distinctus genus causę á quatuor enumeratis probatur ex dictis quęstione præcedenti, tum ex dicendis solutione argumentorum secundę opinionis.

Dico secundo exemplar non reducitur ad causam formalem etiam si illud respiciat agens in operando. Probatur primo quia aliás omnis finis esset exemplar, quia etiam illud semper, & necessario respicit agens dum operatur. Secundo quia agens per intellectum, actione sua non nititur assequi ipsum exemplar: sed similitudinem exemplaris seu exempla, tum sicut agens naturale non vtitur actione sua á se qui suam formam: sed similitudinem illius seu effectum sibi similem: ergo exemplar non reducitur ad causam formalem eo, quod illud respiciat agens in operando.

Dico tertio exemplar, vt sic directe, & per se est causa formalis, hęc conclusio satis probat præcedentem, & est

& est Arist. vbi supra art. 1. docentis secundum genus causę esse formam, at- que exemplar, vbi formam realem nomine formæ seu speciei: intelligibilem vero seu obiectiuam nomine exemplaris complexus est idem sentit S. Thom. 5. Metaphis. vel 2. vbi docet formarum alias esse intrinsecas, alias extrinsecas, & ait exemplar esse formam extrinsecam ad eum modum quo ponebat Plat. Ideas rerum. Nam sicut homo habet esse albus per albedinem, vt per formã inhærentem, sic habet esse exemplatũ per suum exemplar, vt per formam extrinsecam, nec tamen omnis forma extrinseca est exemplar, vt visio non est exemplar rei visæ Arist. vero inter reliquas formas extrinsecas solius exemplaris meminit, quia fuit á Platone constitutum, vt nobum genus causę, & habeat peculiarem difficultatem. Hæc cõclusio est etiam Caietani. 1. p. q. 44. art. 3 & Fonsec. 1. Metaph. q. 1. fauet Augustin. qui lib. 70. q. Ideas existentes in mente diuina appellat formas principales, & merito Idea in græco significat formã: sed exeplar nihil aliud est quam Idea: ergo vt sic habet esse causa formalis. Probatur exemplar dat ipsi exemplo extrinsecum esse, & non ratione alicuius prioris formę: ergo non reductiue: sed directe est causa formalis. Probatur Philosophi, ac Theologi Ideas asserunt esse formas principales, quarum imitatione formę reales reducuntur in materia. Probatur ratio quidditatis, quæ ab Arist. ponitur q̃ sit causa formalis cõplectitur non modo formam realem atque informantem: sed etiam intelligibilẽ, seu exemplarem Ideam enim est quædam ac prototipa ratio essendi rei cuius est Idea: forma vero informans ideo dicitur ratio quidditatis, quia additione sui ad materiam absoluit ac complet quidditatem rei & constituet in certa specie: ergo eadem ratione exemplar erit causa formalis cum sit ratio essendi, & quidem si exemplar reductiue tantum pertineret ad causam formalem non coniunxisset Arist. cum forma dicẽdo secundum genus causę esse formam ac exemplar aliquin instrumenta etiam cum efficiente principali coniungenda erant, quia instrumenta ad principalem efficientem reducuntur vt quæstio. sequenti dicetur quod non fecit Arist. ita etiam tenet Magist. Zumel. 1. p. quæst. 19. artic. 2. quæst. 1:

Dico quarto exemplaris causa aliquo modo etiam est efficiens vollo dicere quod licet exemplar sub ratione exemplaris non importetur vt principium factiuũ sicut nec idea vt sic vtrumq; enim eadem est ratio exemplar namq; vt sic formaliter importat extrinsecam formam exemplati quod exemplari debet esse quasi cõmensuratum, & aptatum, & ita cum de re producta ad similitudinem exemplaris interrogamur cur sit perfecta vel imperfecta Respõ. quia est exemplati est in suo esse exemplari talis vel nõ talis qualis est in suo esse reali, at si sumatur qua ratione quasi dirigit ipsum agens principale, vt producat exemplata illi exemplari similia reuera se habet qua si principium agendi sicut se habet ars, & hoc pacto pertinet ad genus causę efficientis seu agentis & hęc videtur mens Arist 7. Metaph. 9. dicentis ab arte fiunt ea quorum species sunt in anima vt sanitas in materia fit á sanitate, quæ est in anima & statua similiter: sed sanitas & statua, quę sunt in anima nihil aliud sunt, quam exemplaria sanitatis, & statuę realis productę: ergo exemplar aliquo modo est efficiens ita S. Tho. etiam. 1. p. q. 44. art. 3. vbi ait exemplar esse necessarium ad productionem rei ad hoc vt effectus determinatam formam in materia propter exẽplar ad quod inspicit siue illud sit extra siue interius mente conceptum fauet Seneca Epistola ad Lucilum dicens exẽplar est ad quod artifex inspiciens operatur quidquid operatur, & ita iubatur qua si ipso exemplari imo Stoici asserunt

runt causam efficientem vti exemplari vt instrumẽto in quo tamen errãt, quia agens non mouet exemplar, neq; ei vim aliquam agendi communicat; id tenet expresse Durandus. in 1. d. 36. quæst. 3. in fine, vbi ait, quod exemplar est principium agendi: idque senserunt Valles, Tartaretus, & Scotus supra citati, licet errarint existimantes exemplar, non esse causam formalem, quod bene affirmans Zumel vbi supra statim in eadem, quæstione solu. ad secundum ex professo nescio qua ratione contendit exemplar non esse aliquo modo efficiens.

Iam probatur primo, conclusio exemplar, quod sibi proponit artifex, vt aliquid non aliter videtur concurrere ad exẽplatũ, ac ipsa ars: imo vero eo pacto, quo Magister solet manuducere discipulum, vt scribat, vel depingat eodem pacto ipsum exemplar videtur manu ducere, & ita licet quis careat arte. Dices tamen exemplari potest, & solet producere exemplata illi similia: sed ars concurrit effectiué: ergo & exemplar. Secundo quod forma naturalis præstat agentibus naturalibus, id forma intellectualis, scilicet exemplar, seu Idea præstat agentibus per intellectum: vtraq; enim ipsi agenti est ratio agendi, vtraque determinat actionem ad speciem certi effectus: non modo imitatione passiua, vt vult Fonseca vel tantũmodo, vt terminans extrinsecus: sed etiam, vt manuducens, ac dirigens, & ita ratione exemplaris ipsum agens dicitur producere sibi simile, & effectum vniuocum, quodammodo, sicut agens naturale assimilat effectum suę formæ, & ita rectè intelligitur, quod ait Arist. 7. Metaphisi. 9. omnes effectus fieri quodammodo á causa vniuoca, seu simili, quia quando artifex operatur dum V. C. per exemplar domus, domus producta ad extra est similis producenti ratione exẽplaris: ergo tale exemplar est principiũ producendi domum, aliás non diceretur effici á causa efficienti simili, nisi similitudo esset in principio effectiuo, at est similitudo ratione exemplaris, ideoque Arist. vbi supra cum dicit secũdum causarum genus esse formam; atque exemplar satis significat id ipsum, quod est forma respectu agentis, esse principium efficiendi respectu effectus á tali agenti producti naturale quidem si forma sit naturalis: intilligibile autem si sit exemplar. Confirmatur, quia ideó sapientia diuina, quæ dicitur creaturarum speculum ponitur in scriptura, quod sit principium per, quod creaturæ sunt productæ, vt dicitur Ioannis. 1. omnia per ipsum facta sunt, & Gene. 1. in principio, idest in filio seu per filiũ, vt quidam explicãt cui tribuitur esse creaturarum exemplum. Confirmatur secundo, quia ideò artifex fecit hunc effectum, & tali modo non alium, nec aliter quia vsus est hoc exemplari, & nõ alio, quasi principio agendi.

Ad argumenta in principio Respon. Ad primũ, quod solum probat esse plures species causarum contentas sub illis quatuor generibus: exemplar enim causa formalis est. Ad secundum dico definitionem formæ in communi non esse quod informet: sed quod sit ratio essendi, & hoc pacto non dubium est, quin dentur multę formę extrinsecus dantes esse, quo pacto visio est forma visi, vt sic, & hæ dicuntur formæ, quia se ipsis dant illud esse extrinsecũ, quod non conuenit efficienti, & fini. Ad tertium dicendum per se esse, & non per accidens, quod in operante per intellectum detur internũ exemplar, scilicet conceptus rei faciendæ, licet fit per accidens, quod dentur externa exemplaria. Ad quartum, & vltimum Respond. non esse opus, vt omnes causæ in specie reperiantur in naturalibus: sed sat est, quod reperiantur quatuor genera causarum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum effectus formalis, & materialis ex natura rei distinguantur à suis causis?

CIRCA hoc quidam dicũt predictos effectus materialis, & formalis causę non distingui á suis causis, nisi secundum nostrũ modum concipiendi. Probatur primo supponendo omnem modum distinctionis, & illius explicationem ex quæst. 3. vniuersali in Logica, quia causa materialis non causat formalem, nec contra hæc causat materialem, quia causa materialis, & formalis sunt causæ intrinsicæ sui effectus: at sibi inuicem non sunt causę intrinsicę: sed extrinsicæ: vna ergo non est causa alterius, tunc vltra, nec ambæ causant compositum, tum quia existunt posterius quam illud cum ab illo accipiant esse, tum quia res causata distinguitur realiter á suis causis, at compositum non distinguitur á materia, & forma: ita ergo neq; effectus formalis vtriusq; ab illis. Secundo nulla res potest distingui realiter ab eo quod est suum esse intrinsecum, aliás distingueretur á se ipsa: sed effectus causæ materialis, & formalis qui non est alius, quam cõpositum ex illis, ab illis habet suum esse intrinsecum: ergo effectus causæ materialis, & formalis ab eis non distinguitur. Dices esse compositi, quod est effectus materię & formę differt á materia per esse quod recipit á forma, & á forma differt per esse receptum á materia. Contra esse compositum recipit á materia non est effectus formæ: sed materiæ, nec vice versa est effectus materiæ esse, quod compositum recipit á forma: materia enim dat composito esse materiale: forma vero formale: sed non est in composito alia entitas præter materiam, & formam: ergo effectus materialis, & formalis non distinguitur realiter á suis causis, cum in composito esse materiale, quod habetur á materia, non sit aliud quam ipsa materia: esse vero formale non sit aliud quam ipsa forma. Tertio sua detur idem forma totius est verè causa formalis suppositi, vt diximus, & tamẽ nõ causat formaliter aliquem effectũ á se distinctum: ergo non omnis causa formalis causat effectum formalem à se distinctum. Quarto causa materialis, & formalis non nisi vt vnitę causant totum, vt enim intelliguntur separatæ non causant: sed sunt causatiuę, vt supra dicebam de anima rationali separata, & tamen nihil est in composito, quod distinguatur ab illis vt vnitis, & sit effectus formalis illarum: ergo effectus formalis, & materialis non distinguitur á suis causis. Quinto & vltimo album Ver. Cau. non solum habet formaliter esse vnionis albedinis cum subiecto: sed etiam ipsum met esse albi entitatiue, quod non habet, nisi ab albedine: sed albedo seipsa, & non aliquo alio, neque ex natura rei ab ipsa distincto causat esse album entitatiue, quod esse videtur proprissimus effectus ipsius formę: ergo effectus formalis non distinguitur á forma.

Conclusio tamen affirmatiua, scilicet, quod formalis, & materialis effectus ex natura rei distinguantur à suis causis tenenda est, quę fere est cõmunis omnibus. Probatur quia aliás idem omnino secundum rem esset causa, & effectus atque adeò idem esset sibi causa essendi, & esset se ipso prius causa enim saltem natura est prior, quã suus effectus (vt dicebam quęstione prę cedenti.) Dices idem potest esse causa, & effectus secundum rationem diuersam

sam obiectiuam, & ita sufficit distinctus modus concipiendi inter causam formalem, & suum effectum, idem de materiali contra est ergo causa materialis, & formalis non sunt causæ reales, & Physicę: sed tantum dicerentur causę, idest rationes obiectiuę priores in esse cognito, quam suus effectus, qualiter in posterioribus dicebam vnũ attributum Dei esse causam cognitionis alterius, & ita immutabilitas Dei diceretur verè causa efficiens æternitatis, & tam natura diuina, quàm quodvis eius attributum, & operatio posset dici causa formalis Dei si inter causam & effectum sufficeret distinctio rationis, quod est absurdum. Nam vt dictum est hic non agimus de causis demonstrandi, seu cognoscendi: sed de causis essendi, quæ reuera debent á parte rei distingui á suis effectibus non modo obiectiue: sed hæc veritas solutione argumentorum magis patebit.

Ad primum Respond. proprium munus formę esse, quod det ipsi composito esse formale essentiæ, quamquam neque esse existentiæ inquit recipit forma á composito: sed vel tantum ab efficienti, & fine si non edducatur de potentia materiæ, vel ab efficiente fine, & materia si de eius potentia edducatur, & absolute dicendum est formam dare composito suam essentiam, & existentiam formalem Ver. Cau. albedo dat albo, tam essentiam quam existentiam albedinis. Addo quod licet compositum supra materiã, & formam non addat rem ab illis distinctam; addit tamen modum, scilicet vnionem ex natura rei distinctam, & ita patet.

Ad secundum compositum enim non à materia & forma præcisse habet suũ esse intrinsecum: sed etiam ab illarum effectu formali, scilicet ab vnione, quæ vt dixi, ab illis ex natura rei distinguitur.

Ad tertium Respon. quod quidditas respectu suppositi non est ita propriè causa formalis, & ita solet appellari causa formalis Metaphisica non Physica, quia licet suppositalitas à parte rei distinguatur à quidditate in rebus creatis, & Metaphisice concipiatur, & significetur ipsa quidditas, vt forma suppositi: in re tamen ipsa suppositalitas est quid effectiue, aut quasi effectiue dimanans à natura, & eam terminans de qua re latius alibi.

Ad quartum omissis aliorum solutionibus, quę non omnino satisfatiunt Respondeo: quod materia, & forma, vt sic, absolute sumptę sunt simpliciter, & propriè prius natura quam compositum, & prius se ipsi sunt vnitis; atque adeò non causant per vnionem: sed per se ipsas: vnio vero est potius ipsa causatio causæ materialis, & formalis sicut illuminatio non est per quam Sol illuminat, propriè loquendo, quia illa non est virtus, per quam illuminati: sed est ipse effectus in fieri, quod vt melius intelligatur notandum causam tribus modis accipi primo pro re, quæ denominatur causa absolute omnino accepta, quo pacto Sol dicitur causa lucis, & in hoc sensu intelligi debet illa propositio, quod causa est saltem prius natura, quam suus effectus. Secundo sumitur relatiue, vt dicit relationem ad effectum quomodo pater dicitur causa filij, & sic sunt simul natura vt supra dicebam. Tertio accipitur quatenus ab ea actu causatur effectus, qui modus medius est inter duos tradditos, quo pacto generans dicitur causa geniti & illuminans illuminati, & sic posset etiam dici, quod causa, vt causans est prius natura, quam suus effectus in esse quieto in quo sensu motus actio, & passio dicũtur prius natura, quam effectus non nisi, quia sunt via ad illum tanquam ad terminum: præcisse tamen loquendo de

prioritate naturę non ita est illuminãs enim, & illuminatum sumpta formaliter simul omnino sunt; quia causa nõ causat per suam actionem: sed per suã virtutem: actio vero potius est ipsa causatio, nec est prius natura quam passio. Confirmatur, quia sicut Sol est prius natura, quam lux, sic prius natura habet esse Sol quam sit illuminans. Aliter explicat Fonseca has causæ acceptiones, vbi supra sectione sexta ad primum: sed in quo nos ab illo dissentimus ab omnibus impugnatur. Ex his ergo facile intelligitur solutio data ad quartum. Vnde materia, & forma sunt causæ prius natura primo modo ex illis tribus, quam ipsum compositum, quod ratione vnionis est illarum effectus.

Sed contra, dices ergo idem omnino est effectus formæ, & materiæ, consequens est falsum, cum materia, & forma sint omnino diuersæ, & aliquando, vna sit materialis, alia spiritualis: ergo, Respondeo imo idem omnino effectus potest prouenire á quatuor generibus causarum, vt homo est effectus suæ materiæ, & formę nec non generantis, & finis quem sibi tale agens proposuit: sed magis patet ex solutione ad quintum, ad quod dicendum effectum, seu causatum simpliciter non esse, nisi ipsum compositum, vt album Ver. Cau. est effectus, & habet esse tale ab albedine in genere causę, formalis á corpore in genere causæ materialis ab efficiente, & fine in suis generibus causandi entitatem vero albedinis habet ab albedine non vt á causa talis entitatis esset enim albedo causa sui ipsius: sed vt á causa essendi album, vt sic, ideſt albedo causat esse album in genere causæ formalis, & iste est modus causandi causarum intrinsecarum, restabat in quirendum, an causę intrinsicę existant prius natura, quam suus effectus: sed partim ex dictis difficultas hæc manet explicata, & omnino absoluta ex dictis primo libro quęstione vltima.

ARTICVLVS. VI.

Et vltimus. Vtrum Deus possit supplere vicem causæ formalis, aut materialis?

BREVITER dico primo Deus non potest suplere vicem causæ materialis, aut formalis internæ absolute, & simpliciter loquendo explico inter quatuor genera causarum, hoc est proprium materialis, & formalis vt nullo modo possint suppleri ab ipso Deo qui licet ita sit finis, & efficiens & exemplar creaturarum vt quæuis creatura produci possit solo Deo concurrente, vt causa illius extrinseca, ita vt ipse solus, & non alia creatura sit finis efficiens, & exemplar illius effectus: at non ita fieri potest, vt Deus sit causa materialis, aut formalis interna, ita vt ipse informer, aut informetur vere, & realiter in se ipso immediate; cuius ratio est, quia causare extrinsecus, & genere suo nullam habet imperfectionem ad mixtam á qua tamen internæ causę non possunt exsolui cum necessario sint partes, vel entis per se, ac proinde entia in completa, vel entis per accidens in quo ente ea pars, quæ est subiectum est in potentia respectu accidentis: altera vero est accidens illius: Deus autem nec potest esse in potentia, nec potest esse accidens alicuius, vt constat, & ita non potest esse causa materialis, aut formalis interna: sed maius dubium est vtrum in genere causæ extrinsicæ possit Deus supplere effectum causæ internæ mate-

materialis, vel formalis vt vtrum possit aliquid esse album sine albedine creata aut sine subiecto creato, aut possit aliquid esse homo, sine humanitate, aut suppositalitate, aut subsistens sine subsistentia.

Resp. & dico secundo, quod hoc nõ potest explicari satis nisi Philosophiæ limites transiliemus: interim tamen existimo dicendum Deum in genere causæ externæ, quamuis quãcumque rem ab alia distinctam in essentia, & existentia (non disputo modo de relationibus, aut actionibus vitalibus: de quibus libris de anima posse inquam illam rem producere, & conseruare immediate per se ipsum in dependenter á quavis alia entitate creata, & ita potest producere, & conseruare accidentia sine subiecto, & subiectum sine accidentibus, & tunc nec ex illis accidentibus & Deo fit album Ver. Cau. nec ex illo subiecto, & Deo: Deus enim ibi non supplet proprie loquendo effectum illarum causarum, qui vt diximus est ipsum compositum: maius tamen dubium est quando, & quomodo Deus possit se ipso intrare compositionem alicuius entis aliquo modo, vt contingit in incarnatione, vbi Deus ita supplet suppositalitatem creatam, quod re vera Christus constituitur homo ex diuina suppositalitalitate, & humana natura.

Respondeo & dico tertio Deus in se ipso potest supposítare, quamuis entitatem nõ modo substantialem, sed & accidentalem, & ita posset fieri album ex albedine, & Deo ita, quod Deus immediate in se ipso supposítaret albedinem sicut supposítat humanitatem, á qua tamen albedine, vt dixi, non informaretur, quia informari habet ad mixtam imperfectionem; cum tamen Deus non fit vllo modo accidens nõ videoqua ratione se ipso possit alicui subiecto proprie esse formale, ita vt illud esset sapiens, sine sapientia creata album sine albedine eo pacto quo datur mohomo, sine suppositalitate creata: sed de hoc alibi.

QVAESTIO. IIII.

De naturalis entis causa efficiente?

ACTVM est præcedenti quęstione de naturalis entis causis intrinsecis in particulari consequens: ergo est vt eiusdem causas extrinsecas examinemus, & primo de efficienti dicere oportet, cũ cõsideratio nostra causarũ sit respectu effectus quo modo dicebam, quod efficiens finem præcedit cuius tractatio nimis grata est, & necessaria: eximiæ enim difficultates præter communes discruntur ne tamen fiat confusio in prima parte huius quæstionis dicam de causa efficienti secundum se, & in commune in secunda vero de eiusdem in particulari in qua singulæ diuisiones causæ efficientis pro sequentur. De primo sex sunt videnda. Primo quid sit efficiens causa. Secundo si forma sit ratio agendi, ita vt ab ea proueniat maior, vel minor actiuitas agentis. Tertio si talis actiuitas sit limitata in agentibus secundum naturam. Quarto si agens, & passum debeant esse distincta, & quomodo. Quinto si agens sit actuale quale est passum in potentia. Sexto si agens, & passum sint semper simul.

ARTICVLVS. I.

Quid sit efficiens, & quomodo causet?

QVOD detur causa efficiens in distincto genere causandi supra probatum est quæstione secunda, & ita solum inquirimus de modo, & ratione huius causæ, nec loquimur de illa secundum habitudinem relatiuam ad effectum: sed absoluto pro vt est fundamentum relationis, nec de quocumque absoluto, quod in causa efficienti inuenitur, quia non agimus de principio quo agit de quo articulo sequenti: sed causalitatem voco illam secundum quam dat esse, producitque effectum quid hoc sit.

Secundo aduerte quod causa efficiens alia est naturalis, vt ignis generans respectu geniti, & aliæ causæ necessariæ: alia est libera illa, scilicet in cuius potestate situm est operari, & non operari qua ratione causa libera est homo earum actionum quarum est dominus (vt dicebam quæstione secunda prohemiali in Logica articulo primo) rursus causę liberę, quędam sunt Physicę, & naturales. quæ licet habeant in sua potestate operari, & non operari posito tamen obiecto, & omnibus requisitis ad operandum, & ablatis etiam omnibus impedimentis non possunt non habere suum effectum, quia licet huiusmodi causa sit libera: producit tamen effectum quantum ad exercitium non expectando aliquem extrinsecum consensum, talis causa fuit Deus, quando libere produxit mundum, & est artifex respectu operis artificiosi, & homo in ordine ad propria opera libera: aliæ vero sunt causę liberæ non Physicę, & naturales: sed morales tantum, quæ cum libere operentur ipsis tamen positis, & præsente obiecto, & ablato impedimento potest effectus esse, & non esse, quia hæ causæ non causant effectum, quantum ad exercitium: sed solum proponendo obiectum expectãt consensum alterius ad hoc, vt effectus fiat vnde talis causa solum mouet ad effectum, quantum ad specificationem, talis est causa consulens, exortans, præcipiens, depręcans, redimens, & qui ab alio quidpiam meretur, vt in sinuaui supra quęstione secunda articulo secundo in fine. Vnde fit vt vna, & eadem causa respectu diuersorum effectuum possit esse Physica, & moralis, vt constat in eo, qui consulit, qui respectu cõsilij, qui est proprius actus illius est causa Physica: respectu vero eius, quod alteri consulit est causa moralis: non ergo loquimur in præsenti de morali causa: sed de Physica, siue libera, siue necessaria.

Tertio aduerte, quod inter efficientes naturales, quędam attingunt effectum medio motu, & transmutatione, vt sunt causę Physicę: alię vero quadam simplici media emanatione, sicut Deus per creationem, & rursus priores quędam efficiunt transmutatione perfectiua, sicut Sol illuminans cœlestia corpora, &c. alię media transmutatione proprie dicta, & corruptiua: loquimur enim hic de mutatione, & motu proprie non Metaphisice, sicut finis mouet appetitum.

Prima conclusio causa efficiens est suppositum absolute, & simpliciter & in hoc etiam patiens conuenit cum agente, quod dixerim contra Fonsecam primo Metaphis. capite primo quæstione quinta vbi ad rationem efficientis solum requirit, quod sit singulare, & non suppositum. Conclusio tamen est Aristoti. primo de anima capite. 4. tex. 64. vbi docet animam, nec irasci, nec timere sicut, nec texere vel ędificare: sed hominem potius, & secundo de anima ait humanitas, nec net nec ambulat: sed homo patet actio supponit agens, & efficiens subsistere per se, saltem in principio actionis, & ita secundum Philosophos, quod per se potest operari per se potest existere; qua ratione probant animam existere per se: ergo nihil agit nisi quod per se existit: sed nihil per se

exist

existit in statu naturali, nisi suppositū: id enim quod per se existit est id, quod est: ergo est suppositum: sed agens, & efficiens, idē prorsus sunt: ergo si agens necessario est suppositum etiam, & efficiens. Secunda pars conclusionis patet & primo, quia respectu actionis in manentis idem est agens, & patiens: sed agens est suppositum ex dictis: ergo & patiens. Probatur secūdo, vniuersaliter, quia recipere per se actionem, nihil aliud est, quam illam in se non ratione alterius substinere, quod præstari naturaliter non potest, nisi ab ijs, quæ per se existunt, vt suppositā: alia enim omnia indigent naturaliter aliquid in quo sint: ergo etiam patiens debet esse suppositum: argumenta autem, quæ contra hoc difficultatem ingerunt partim soluta manent primo libro, quæstione vltima, articulo vltimo, vbi inquirebamus vtrum actiones sint suppositorum: partim vero infra hoc, & sequentibus articulis soluentur.

Dico secundo, & sit conclusio secunda causæ efficientis, causalitas in communi consistit in hoc, quam producere, quomodocumq; sit productio, vel per transmutationem, vel sine illa: loquendo autem de causalitate efficientis Physici, consistit in hoc quod est transmutare, aliud in quantum aliud, cuius definitio exacta ponitur ab Aristotele hic textu 29. quod sit suppositum. Vnde est primum principium mutationis, & quietis ita comprehendit Physicam efficientem tantum. Nam efficiens in communi est id à quo incipit res, quod idem valet, quod esse principium productionis: habet ergo causa Physica agere, siue simplici emanatione, siue actione Physica, & ratione patet de explicatione datę definitionis, cuius sensus est, efficiens est id à quo primo actio oritur. Nam particula. Vnde explicat modum proprium causandi huius causæ, sicut dixi de illis particulis, ex, in causa materiali, & per in formali additur primum secundum Themistium Soto, & alios vt excludat instrumentalem, quę non est causa efficiens directe: sed reductiue vel additur secundum alios, quia licet materialis in suo genere sit prima, & similiter finis, tamen effi est merito dicitur prima simpliciter, quia est prima in executione: materia enim habet ab efficiente, quod reducatur de potentia in actu; & præterea, quia non omnis causa efficiens præsupponit materialem: forma vero est effectus efficientis: finis autem solum est prior in intentione: manet ergo efficiens suppositum. Vnde est primum principium mutationis, & quietis.

Dices finis est realis causa executionis ipsius effectus, & est prior, quam efficiens: ergo simpliciter est prior Respondeo, non est ita efficax causa effectus, vt semper cum primum mouet efficientem sequatur effectus, neque attingit illum immediate in se ipso: sed quatenus mouet efficientē. Probatur secundo conclusio. Causalitas causæ efficientis consistit in eo quo posito, & ablatis omnibus alijs est causa efficiens in actu: huiusmodi autem est agere. Nam non est intelligibile, quod procedat actio ab agente, quin causa efficiens sit in actu, & ablata actione non potest habere rationem causandi in actu: ergo eius causalitas est agere, nec valet solutio Soncinæ quinto Metaphisicorum, quæstione quarta, quod saltem per potentia Dei potest intelligi, quod sit actio quin sit effectus productus; atque ita sit causa efficiens in actu non valet, primo quia ad hoc vt causalitas causæ efficientis consistat in agere satis est, quod ex natura rei non possit esse actio absque eo, quod sit effectus.

Secūdo quia, nec per potentiā absolutā Dei potest esse actio sine effectu producto, quia actio non potest esse de nouo, nisi, quia est productio vel producta:

cum autem non sit producta (vt dixi capite de actione in Logica.) Sequitur necessario esse productionem, & consequenter actionis. Secundo obijcit Soncin. actio est effectus causæ efficientis: ergo non est eius causalitas. Respon. actio non est effectus causæ efficientis: sed via ad effectum producendũ, quod si vellis illam effectum vocare adhuc non constituit efficientem in esse istius, quia est effectus: sed quia est via ad illum. Objicies tertio efficiens non solum habet producere de nouo: sed etiam productum conseruare, & hoc non facit media actione: ergo Respon. quod etiam causa conseruatrix est efficiens, quod habet per continuationẽ actionis effectus producti, qui modus constituit peculiarem modum, & rationẽ causæ efficientis: contentam tamen sub efficienti in communi, (de quo secunda parte quæstionis latius dicam) & in hoc tandem distinguitur efficiens à natura: illa enim est principium quod vnde motus & actiones hæc vero solum principium quo.

ARTICVLVS. II.

Vtrum forma sit ratio agendi causę efficientis?

QVantum attinet ad id, quod primo & per se quæstio inquirit facilis est conclusio affirmatiua, scilicet forma est semper principium, & ratio agendi hoc est, forma substantialis est præcipua ratio agendi remota tamen, accidentalis vero est ratio proxima, ita vt respectu alterius formæ accidentalis sit præcipua ratio, & principium agendi: respectu vero substantialis formæ est instrumentum, quod ita facile, & succinte dico quantum ad formam accidentalem, quia de ea iterum cum de instrumento agamus reddibit absolutus sermo. Probatur ergo conclusio, quia vnum quodque in tantum agit, in quantum est ens in actu. Nam quod est in potentia non agit: sed vt multum patitur: quælibet autem res est in actu per suam formam: ergo in vnoquoq; forma est ratio, & principiũ agendi. Confirmatur, quia agens vniuocum intendit assimilare sibi effectũ in forma: forma ergo est qua, quodlibet agens agit: id autem intelligẽ de forma singulari, quia ex dictis suppositum est, quod agit: forma ergo suppositata est principium agendi: ita tamen vt existentia sit conditio sine qua non, cum forma eadem permanens cum diuersis existentijs sit principium earundem operationum, vt patet de anima Christi, quę si destituta esset diuina existentia, & propriam haberet principium esset earundem operationum: sed contra conclusionem dices, si forma est semper ratio agendi sequitur, quod vbi fuerit maior multitudo formæ, ibi erit maior actiuitas, consequens est falsum; nam in stupa est magis intensus calor, quia est ignis, quam in ferro, vbi non est ignis; plus tamen calefacit ferrum, quam stupa: ergo. Hoc argumentum petit explicemus qualiter multitudo formæ iuuet ad maiorem (primo de Generatione) actiuitatem illius etiam quantum ad substantiam, ita vt agens plus habens de multitudine formæ perfectiorem effectum producat substantialiter? In qua re prima opinio est affirmatiua, quam tenet Marsill. quęscione. 18. Nimph. textu suo, 195. & Toletus quęstione. 13. & videtur eam tenere Sotus secundo Physicorum, quęstione quarta ad quintum probatur primo. Nam intensio fit pœnes hoc, quod in eadem parte subiecti sit maior multitudo caloris: sed calidum habens multitudinem caloris in diuersis partibus potest illum producere in eadem parte alterius

alterius subiecti: ergo potest producere calorem intensiorem. Minor probatur, nam suppono agens habere densiorem materiam, atque adeò plures partes, quam passum, tunc passum potest recipere totam formam agentis: sed nō potest recipere illam multitudinem caloris secundum diuersas partes: ergo secundum eandem: ergo magis intensæ, patet hoc. Nam agens communicat passo totum quod habet: ergo totus calor, qui est in agēte communicatur passo, ergo omnes partes caloris: sed istæ non possunt recipi in diuersis partibus passi, quia non habet tot partes, sicut agens: ergo aliquæ partes caloris multiplicantur in eadem parte subiecti: ergo resultat calor magis intensus, quod amplius patet, quia nulla est pars in agente, quæ non agat in passo: suppono enim esse intra spheram: sed non possunt omnes partes agentis agere in diuersis partes passi, cum sint pauciores: ergo plures partes agentis in eadem parte passi: ergo vel efficiunt effectum intensiorē, quā quælibet posset, & ita sequitur intentum, vel æquè intensum, & ita sequitur dari naturaliter duas causas totales contra dicta in secundo physicorum.

Secundo idem calor in materia magis densa habet maiorem virtutem, & actiuitatem, quam in materia rara: ergo pōt producere perfectiorē effectū: antecedēs probatur ex Ar. 8. phy. tex. 80. vbi ait in maiori magnitudine maior virtus existit, & patet etiam experientia. Dices habere maiorem actiuitatem quoadmodum vt velocius producat: nō vero vt intensius. Sed contra ex multitudine formæ crescit actiuitas quoadmodum agendi: ergo etiam quoad effectū cum non sit maior ratio. Item calidum vt quatuor in materia densa habet maiorem actiuitatem, quā calidum vt quatuor in materia rara: ergo in eodem tēpore in quo istud secūdum producit calorem vt quatuor producet illud vltra calorem vt quatuor in hoc enim consistit ratio fortioris agentis: item ad hoc, quod aliquid agat in aliud sufficit, quod habeat maiorem actiuitatem, quam illud: sed calidum vt quatuor in materia densa habet maiorem actiuitatem, quā idem in rara: ergo potest agere in illud, sed non potest agere in illud nisi intendendo calorem vltra quatuor, ergo potest id facere.

Tertio probatur ex multis experientijs. Nam ferrum candens non habet calorem tam intensum, sicut ignis; & tamen producit calorem ita intensum, sicut ille: ergō maior patet. Quia nō est ignis: videmus enim illud postea frigefieri, & manere in sua forma naturali, minor probatur. Nam producit ignem in stupa: ergo & calorem ita intensum, sicut ignis, & semper ferrum calidum magis calefacit, quam lignum equè calidum, vt patet, si vtrumq; æquali tempore, & æquali distantia approximetur ignis, & postea separentur. Item aer in hyeme sua frigiditate congelat aquā, & tamen remissior est eius frigiditas, quam aquæ: ergo maior probatur. Nam aqua non habet á quo alio congeletur, minor etiam patet. Nam si eius frigiditas esset æquè intensa etiam condensaret aer.

Quarto duo homines æqualis virtutis possunt simul iuncti in id, quod posset alius duplæ virtutis: ergo duo calida æqualis virtutis v. g. vt quatuor poterunt simul iuncta in id, quod solum posset aliud calidum duplæ virtutis, scilicet vt octo, accidens patet. Nam ad portandum graue, vt octo requiritur virtus vt octo: sed tamen si duo homines quorum quilibet habeat virtutē vt quatuor coniungantur possunt ferre tale graue, vt octo: ergo licet ad calorem vt octo, requiratur calidum vt octo, si tamen coniungantur duo calida, vt quatuor poterunt producere calorem vt octo.

Quinto si sit hic vnus ignis, & adueniat alius æqualis virtutis, magis calefiet cubiculum: ergo multitudo agentium

iubat ad intensionem: Item ex perimur cubiculum lucidum ab vna candela fieri magis lucidum aduenientе alia equalis intensionis, cum prima, ergo. Dices aduenientem candelam non intendere lumen: sed producere illud in partibus, quæ non erant illuminatæ a prima: sed contra. Nam suppono omnes partes esse a prima illuminatas; tunc quidem fit adhuc magis lucidum ergo.

Sexto vitrium ad quod reflectuntur radij solares non habet intensiorem calorem, quam aer, & tamen propter densitatem, & multitudinem formæ producit intensiorem effectum: ergo maior pater. Nam agens nihil producit in distanti, quod prius non producat in medio: ergo nullus gradus caloris est in vitrio qui prius nõ fuerit in aere quo mediante calefit, minor probatur: Nam vitrium comburit stupam, quam nõ comburit aer: ergo intensiorẽ effectum producit quam aer. Item videmus loca cõcaua, & sæpe quæ directè calefiunt, sol magis calefacere, quam aerem medium: ergo. Præterea, nam omnes consentiũt infimam regionem aeris esse calidiorem quam mediam in qua propter suã frigiditatẽ generantur grando, nix, &c. cuius causam assignant, quia radij solares prouenientes ad terram reflectuntur in aerem proximum terræ, & in ista reberueratione magis calefit, tunc sic radij solares non sunt aliud, quam ipsa lux, quæ cũ sit accidens non transit de subiecto in subiectum: ergo ista radiorum reflexio ex reberueratione non potest aliter intelligi, nisi quod terra propter multitudinem materiæ recipit maiorem calorem, & ita potest calefacere intensius: ergo ista multitudo materiæ iubat ad intensionem. Cõfirmatur, nam speculum illuminatum directè illuminat postea intensius aliquam partem, vt experientia constat ergo, &c.

Prima conclusio, multitudo formæ maxime iubat ad actiuitatem agentis, quoad perfectiorem modum agendi accidentaliter, scilicet vt velocius, & vehementius agat, & ad maiorem distantiã in hac omnes cõueniunt & Arist. 8. physicorum tex. 80. vbi ait in maiori magnitudine maior virtus existit. Probatur, nam per multitudinem formæ sfrescit, ipsa forma accidentaliter, & extensiue: ergo & eius actiuitas, & sphera. Vnde forma minus intensa aliquando potest propter multitudinem excedere in hac actiuitate formam magis intensam. Nam ista actiuitas accidentalis prouenit, vel ex multitudine formæ, vel ex intensione ipsius: sed augmentum prouenies ex multitudine potest esse maius, quam prouenies ex intensione: ergo forma minus intensa potest esse magis actiua quantum ad modum: in ipsa tamen multitudine formæ maior vnio partium magis iubat, & ita æqualis calor in materia densissima etiam, vt in ferro vehemẽtius calefit, quam in aqua cum quia habet plures partes caloris, tum etiam quia partes quo magis sunt vnitæ eo sunt proximiores passo, & hinc oritur illa maxima quam tradit Aristot. in principio Metheoro. virtus vnita fortior est seipsa dispersa, iubat etiam ad id maior aproximatio agentis, & quies ipsius, vt experientia constat.

Secunda conclusio, multitudo formæ nihil iubat ad actiuitatem, quoad perfectiorem modum agendi substantialiter, scilicet vt intensius agat ita Venet. hic cap. 23. Saxo. quæst. 15. Victoria in relectione de augmento charitatis, Valles & Villalpand. 2. Physi. nullum agẽs agit in sibi simile, omne enim agens intendit assimilare sibi passum: ergo postquam assimilabit non agit amplius; ergo habens calorem, vt quatuor in quantacumq; multitudine non potest efficere in aliud vltra calorem vt quatuor patet consequentia. Quia illud calidum vt quatuor non potest producere calorem, vt quinque nisi prius producat,

ducat, vt quatuor: ergo quando illuc perueniret actio non amplius efficiet, tunc enim iam passum est perfectum simile agenti: ergo tunc cessat actio.

Secundo nam aliàs sequitur, quod duo calida remissa possint sine aliquo extrinseco se producere vsq; ad summũ calorem, quod est omnino falsum, & contra experientiam, sequella patet. Nam sit calidum vt quatuor, densum & aliud vt quatuor rarum, tunc ratione multitudinis potest primum producere in secundo calorem intensiorem. v.g. vt quinque istud autem calidum, vt quinque, potest istum gradum intensiorem communicare primo calido, quod tantum est vt quatuor, & sic consequenter vsque ad octauum: ergo, &c. & idem casus potest fingi inter quatuor calida æquè intensa, & æquè rara si tria agant in vnum illorum producent intensiorẽ calorem propter pluralitatem agentiũ, & postea, &c. Imo & idem potest argui de pluribus partibus continui eiusdem calidi, quod aget adinuicem in seratque adeò plures partes ignis in vnam, & ita idem ager in seipsum, & confirmatur nam sequitur, quod effectus intendat suam causam, vt patet in dicto casu loquês est falsum. Nam ad hoc vt aliquid agat in aliud requiritur, quod habeat maiorem virtutem, quam illud, implicat autem habere maiorem virtutem, quam illud, & recepisse totam virtutẽ ab illo, quia nemo dat quod non habet ergo, &c.

Tertio sequitur calorem summe intensum posse amplius intendi: atque adeò non terminari ad maximum in intensione probatur. Nam sit calidum vt octo, id materia densa, & aliud in materia rara primum habet maiorem actiuitatem: ergo potest in secundo producere intensiorem calorem. Dices in tali casu, quia iam est summus calor non producet intensiorem. Contra, nam illud calidum vt octo, est agens naturale, & potest producere calorem intensiorem: ergo producet illum patet hoc. Nam sicut se habet calidum, vt quatuor densum ad aliud calidum, vt quatuor rarum; ita calidum, vt octo, densum ad calidum, vt octo rarum; ergo sicut illud potest intendere aliud ita, &c. Dices passum non habere potentiam, nisi ad recipiendum calorem, vt octo, & ideò ex defectu illius, &c. Sed contra, nam cuilibet potentiæ actiuæ naturali correspondet potentia passiua naturalis, vt probabimus in principio Phys. ergo cum calidum, vt octo, densum habeat potentiam actiuam ad producendum maiorem calorem dabitur naturaliter potentia recepriua illius; calor enim, vt quatuor in materia densa est productibus caloris, vt quinque in rara: ergo calor vt octo in materia densa erit productibus calorem vt nouẽ in rara; aliter possent respondere, quod calor vt octo, nũquam est nisi in igne: materia autem ignis semper est rara; vnde negatur casus. Sed cõtra, quia aliquãdo materia vnius ignis est minus rara, quam alterius. Præterea suppono in materia densa esse calorem vt septem, talis calor potest producere calorẽ vt. 8. in materia rara: ergo si calor, vt. 7. sit in duplo densiori materia producet calorem, vt nouem in materia rara; tantum enim crescit de intensione in effectu, quantum de multitudine formæ in causa.

Quarto, nam virtus intensa & extensa sunt distinctę rationis vt patet: sed calor, vt quatuor in materia densa non habet nisi virtutem intensam, vt quatuor; ergo non potest producere nisi calorem vt quatuor: ergo probatur consequentia, nam illo effectus vt sic formaliter procedit a virtute tantum intensiua: sed illa non est nisi vt quatuor; ergo, &c. vel ecõtra illud agens habet virtutem ad intendendũ, vt quinque, ergo habet virtutem intensiuam vt quinque: ergo & calorem vt quinque, quod sic ostenditur nã ideò colligimus

calorem

calorem esse magis intensum quia producit intensiorem effectum: ergo dicere quod calor in materia densa producit intensiorem effectum, est dicere quod calor in materia densa est intensior quã in rara contradicta supra in quæst. 6. Itẽ actio non fit nisi inter contraria vt dicit hic Arist. sed vnum æquè intensum non contrariatur alteri non enim differunt nisi in multitudine formæ: at in multitudine non est contrarietas, alias calor magis extensus contrarietur minus extenso: ergo confirmatur actus remissi quantumcumq; multiplicentur non augent habitum in doctrina D. Tho. ergo similiter, &c.

Ad argumenta primæ opinionis ad primum negatur minor: ad probationẽ Resp. quod cum agens non possit tunc communicare passo suam extensionem ideò non potest communicare omnem multitudinem caloris quam habet: sed cõmunicat omnibus partibus passi omnem intensionem caloris quam in se habet. Non autem omnem multitudinem & extensionem partium, cùm autem partes agentis non sint separatæ: sed componant vnam totalem causam non est necessarium cuilibet parti agentis correspondere suam distinctam partem in passo: sed totum illud agens communicat passo totum effectum cuius est capax.

Ad secundum Resp. sicut ibi ad impugnationem dico esse maximam differentiam, multitudo enim formæ pertinet ad perfectionem extrinsecã agentis, gradus vero formæ suæ est essentialis latitudo ad perfectionem intrinsecã vnde cum modus agendi non solum correspondeat perfectioni intrinsicè: sed etiam extrinsicè in deest, quod maior actiuitas quoadmodum agendi crescit ex multitudine formæ, & ex alijs circũstantijs in prima conclusione enumeratis ad vero effectus quoad substantiam & gradus solum correspondent virtuti intrinsicæ & essentiali agentis, & ideò hoc non crescit nisi virtute intrinsecæ causæ crescente, vnde licet calidum magis densum vincat aliud in actiuitate accidentali nõ sequitur, quod possit agere in æquè densum, vel magis intẽse quam illud, sed velocius & attingendo plures partes in intensione vt dicemus infra.

Ad tertium Resp. probabilius mihi videtur in ferro candenti, latere in poris ipsius aliquem ignem nam vt ait Plato in Thimeo nihil sine igne potest fulgere fulgor autem ille, qui ibi apparet non est nisi lux quæ nõ subiectatur nisi in igne, sed licet ignem nõ haberet posset stupam inflamare, sicut vitrium adrefexionẽ radiorum inflamat illam nec ad hoc est necessarium vt producat calorem intensiorem: sed ille calor qui nõ est sufficiens ad corrumpendam formã ferri sufficit corrumpere formã stupæ, quæ propter eius tenuitatem minus potest resistere contrario, destructa autem formã stupæ statim sequitur forma ignis adducens secum calorem vt octo, circa quod vide dicta in 7. Physi. q. 1. quo modo autem ferrum calefaciat intensius quam lignum æquè calidum dicemus infra quintũ. Illud autẽ de aere congelante aquam nihil probat, Resp. tamen propter densitatem & dispositionem aquæ sequi congelationem in illa non in aere, sicut eodem calore liquefit cera & induratur lutum de quo vide dicta in lib. de cœlo. q.

Ad quartum negatur consequentia. Nam ferre magis vel minus graue nõ arguit perfectionem in virtute solum: sed etiam in multiplicatione virtutis, quia ibi non est ordo perfectionis & intensionis, vnde ibi crescit virtus proportionaliter ad effectum. Nam sicut virtus crescit in multitudine, ita & effectus in magnitudine ponderis, hic vero est ordo perfectionis & intensionis, & ideò non fit proportionaliter augmentum. Nam virtus crescit in multitudine, & effectus in intensione: ibi autem in multitudine

titudine crescit causa & effectus.

Ad quintum. Resp. quod adueniens calidum de nouo æqué intensiuum primo præexistenti iubat quidem ad hoc, vt producatur modo intensior calor in medio. quam antea producebatur: non tamen intensior, quam sit in aliquo illorum. Primum enim calor, licet egerit totum, quod potest supposita resistentia passi: non tamen egit totum, quod ex se absolute poterat, alias induxisset totam suam formam, & si esse ignis produxisset ignem, & sic superueniens calidum nihil faceret: aliquando ergo nõ potest vnum calidum inducere in passo totam suam formam, vel propter distantiam, & resistentiam passi, vel propter paruã resistentiam propriam ad reactionem contrarij, vel propter paucitatem formæ ad actiuitatem: cum autem calidũ superueniens ad hęc omnia iubet, iubat etiam ad hoc, vt possit inducere intensior forma in passo, ac si primum calidum egisset totum, quod potest superueniẽs mihi, vel omnino faceret: sed multum iubaret ad conseruandam formam ab alio productam, & istud est, quod ex perimur duobus calidis æqualis virtutis intensiorem calorem prouenire, quam ab vno solum, & hinc etiam est, quod licet calidum, vt quatuor densum non possit calefacere, nisi vt quatuor communiter tamen intensius calefit quam aliud calidum, vt quatuor rarum: istud enim nõ potest communicare totam suam formam propter rationes dictas: cum ergo calidum duplo densius æquinaleat intensione duobus raris: non mirum quod intensius calefaciat, quam vnum rarum (sic patet ad illud de lumine) adueniens enim lucerna magis illuminat aliquas partes aeris, quam prima sola adiubat enim illam, &c.

Sed contra, in aere non est resistentia ad lumen: ergo non est par ratio. Itẽ prima lucerna agit totum, quod ex se potest: ergo secunda adueniens cum nõ fit maioris virtutis, nihil amplius potest. Resp. licet in aere non sit resistentia per se ad recipiendam summam lucem, quam illi potest dare lucerna: est tamen resistentia peraccidens, in quantum non posset habere illam summam lucem, sine eo, quod habeat ignem, & quia ad ignem est per se resistentia: peraccidens autem ad lucem, quæ cum illo aduenit, &c. Sed contra, nam ignis non producit lumen mediante calore, nec dependenter necessario à calore: ergo, licet si resistentia ad calorem, & ad formam ignis: non tamen ad lumen: antecedẽs patet. Nam calor, & lux sunt qualitates distinctæ, & licet forté mediante luce producat calorem: non tamen mediante calore lucem, quod patet. Nam relinquit in passo calorem, vbi non relinquit lucem, & calor relictus in aqua non est eiusdem speciei, cum calore ignis, & tamen non illuminat: ergo. Itẽ ignis multa notabiliter illuminat, quę nõ notabiliter calefit, & sol illuminat medios cœlos, quos tamen non calefacit, & hinc etiam summitur argumentum, licet cœli medij resistant calori: imo, & sint incapaces illius: tamen recipiunt maximam lucem: ergo licet aer resistat calori: potest tamen recipere lucem, cui nullomodo resistit, nec per se nec peraccidens, cum productio luminis non pẽdeat necessario ex productione caloris. Et vt magis pateat difficultas: suppone Deum abstraxisse á lucerna virtutẽ calefactiuam: relicta tamen & virtute illuminatiua, sicut aliquæ naturales illuminant, & non calefaciunt, vt carbunculus, si plures ponantur in eodẽ cubiculo magis illuminant: ergo.

Aliter posset dici, quod secunda lucerna aduenies multiplicat lucẽ in eadẽ parte: non tamen intendit prima, si secũda produxerat lucem, vt quatuor, superueniẽs producit in eadem parte alim lucem, vt quatuor, quæ non efficiunt lucem, vt octo: intensio enim nõ est qualisqumque multiplicatio qualitatis: sed perfectio eiusdem qualitatis per se, & non

non per accidens. Sed contra; nam quid aliud est lumẽ, vt octo, quã duo lumina, vt quatuor, in eadem parte subiecti, aut quam maiorem vnionem habẽt illi gradus, quam isti: ergo cum gradus formæ intensę sint homo genei (vt diximus. q. 6.) non potest fingi, quod subiectum habeat in eadem parte duo calores, vt quatuor, & non calorem vt octo. Præterea, nã si illa duo lumina, vt quatuor, nõ habent inter se vnionem? ergo sunt accidẽtia solo numero distincta in eadẽ parte subiecti. Itẽ nam si ibi esset lucidum, vt octo, nõ aliter produceret lumẽ, vt octo in aere quã producunt illa duo lucida, vt quatuor: ergo. Itẽ nam postquam aer recipit lucẽ, vt quatuor, non est in potentia ad recipiendũ in eadem parte aliam lucẽ, vt quatuor, nõ enim est in potentia ad gradum, quem habet, tum quia alias lucidum, vt quatuor, ageret in omnino simile, quod est cõtra Ar. & ita solũ primum potuisset hoc. Nam sm aduenies est ęqualis virtutis, nec tribuit illi actiui tatem per se, tum etiã quia, sicut recipit aliam lucẽ, vt quatuor, posset recipere alias in infinitũ, & ita per talem multiplicationem appareret magis lucidum, quã si haberet intensissimam lucem ignis. Suppono enim hanc esse vt duodecim, tunc sic duo lucida, vt quatuor, faciunt apparere aerẽ lucidum vt. 6. ergo 8. lucida, vt quatuor, facient apparere aerem lucidũ, vt. 24. atq; adeò lucidiorẽ quam si haberet formã ignis. Tandem, nam similiter postquã calidum, vt quatuor possuit calorẽ, vt quatuor in aqua potest aliud calidum, vt quatuor ponere alium calorem, vt quatur in eadẽ parte aquę: hoc aũt esse falsum patet, nam talis aqua calefactiua, vt quatuor quando superuenit aliud calefaciens calefit sucessione, vt patet: ergo cũ resistẽtia passi: ergo non producitur aliquis gradus caloris, quin expellatur alius frigiditatis: ergo productis, quatuor gradibus caloris de nouo, expelluntur de nouo quatuor gradus frigiditatis, qui remanebãt: ergo nulla remanet frigiditas in illa materia: sed frigiditas, vt octo nõ potuit expelli, nisi a calore, vt octo ergo ibi est calor, vt octo.

Resp. ergo quod licet passum non resistat lumini: at vero prima lucerna, nõ potuit cõmunicare totam suam lucem, quia habet in se parum formę, & etiam quia quò partes aeris magis distant á lucerna, eò minorem lucem participant. Vnde superueniẽs candela multiplicãs formam actiuã & proximando magis illam partibus aeris iubat intra latitudinem suæ perfectionis, vt producatur intensior effectus, quã antea non tamen, qui excedat virtutẽ intensiuã alicuius earum: sed illuminat intensius partes, quæ quia antea erant multũ distantes: non poterãt, ita illuminari á prima sicut modo illuminantur á secunda, cui sunt proximiores. Sed contra, nam quando in passo nõ est resistentia vlla agens potest illi cõmunicare totã intensionem suæ formæ, licet sit parum multiplicata vel condensata in ipso agente, vt si habeat lucem, vt duo in materia rara; cur non potest cõmunicare totam illã lucem in materia æquè rara: ergo quòd prima lucerna habeat parũ formæ, non est sufficiens ad hoc, quod non potuerit cõmunicare totam intensionem suæ formæ, nec etiam ad id sufficit alia ratio, quod aliquæ partes magis distant & ideò minus participant formã &c. Hoc inquam non satisfacit; nã vbi nulla est resistẽtia æqualiter agit in partem proximam ac in remotam (vt probauimus. 3. Phy. q. 2.) Nam si pars pedalis lucida, vt duo potest in vno instanti producere lucem, vt duo in vna pedalitate, cur ista pedalitas non potest in sequentem in eodem instãti & alia in aliam in infinitum. Item nam si ponatur vnum planum è regione duorum lucidorum, quæ sint in triangulo & ęquali distantia, tunc magis illuminatur ab illis duobus, quam ab vno tantum; & tamen non magis distat ab vno, quam ab alio: ergo?

Resp.

Resp. in omni opinione est ponendi aliqua resistentia. Nam aliás; cur lucerna non illuminat tantum partes distantes, quam proximas, sicut ergo diximus de sole minus illuminare partes distantes quam proximas; quia spatiū non est æquè dispositum; aer enim est in purus plenus, quam minutissimis corpusculis quæ quo lōguis á lucido sunt collocata maiorē efficiunt vmbram, ac sub inde impediunt, ne lux recipiatur: ita est dicē dum de lucerna á qua exeunt vapores crassiores, qui diffusi per spatium impediunt lucem. Vnde cū superueniēs multiplicet formam & extendat sphērā efficit, vt si extendebatur lux addecem vlnas, modo extendatur ad. 20. atq; adeò vt passum, quod participat lucē, vt duo modo participet lucē, vt tria propter maiorem aptoximationē: iubāt ergo se ad tollendā in dispositionem subiecti. & supplendam distantiā: ille tamen casus de duabus lucernis in triangulo oppositis, vni plano non arguit æqualiter distare planū ab illis, quia aliæ partes illius magis distabūt ab vno, & a Proximabunt alteri, &ē contra. Præterea nā, vt diximus 7. Phy. q. 1. omne agēs magis agit in id, quod directe sibi obijcitur, quā in id, ꝙ ad latus. Vnde cū aliquę partes plani nō ita directe obijcerentur primę lucernę, sicut postea secundæ inde est magis illuminari.

Ad sextū aliqui adhibent solutiones datas ad primū, quod non est intensior calor: sed maior multitudo. Sed quod multitudo iubat ad intensionē: sed iste solutiones iā sunt impugnatæ: alij asserūt, quod intēsior calor producitur in vitro vel in conuallibus, quā in locis prominētioribus, vel in aere & ideo reflecti calorem in aerē est, quod terra magis calida calefaciat aerē &c. Sed cōtra, nam sequitur, quod sol aliquid in distāti, quod nō agat in propinquo. Resp. hoc ideò esse propter maiorē dispositionē subiecti. ita enim videmus calefacere aerē: non autē cœlos medios, & ignis inflamat stupam non autem aerem mediū eodem modo producit in aere medio calorē, vt quatuor at verò inconcauo vel in vitro, istā ti producit calorē, vt. 6. propter maiorē dispositionē. Sed contra, nam ad intēsionem caloris recipiendā magis aptus est aer, quā terra: ergo non est causa maior aptitudo subiecti, vt producatur in distā ti intensior calor, antecedens probatur. Quia aer est cōformior igni, qui est propriū, & connaturale subiectum caloris: ergo est magis aptus ad calorē. Item intensior calor est connaturalis aeri, quā quilibet mixto. Et præterea aer non habet vllā frigiditatē contrariā, quam tamen habet mixtū: ergo. Itē nam sol mediante aere calefacit terram: ergo si in aere nō est niſi calor, vt quatuor nō poterit in terra producere calorem, vt. 6. aliás sequeretur actio a proportione minoris inęqualitatis. Dices calorē, vt quatuor aeris in virtute propria producere calorē, vt quatuor vt instrumentū tamē solis producit calorē, vt. 6. in terra sicut diximus, quod in virtute substantię producit substantiā. Sed contra, nā si in virtute Solis producit maiorem calorem quam in se habeat. Cur etiam non illum producit in alia parte aeris, cum (vt probatum est) sit subiectum magis aptum. Item nam (vt diximus. 2. Phyſi. quæſt. 5.) quando calor calefacit non est instrumentum alterius: sed agens principale. Vnde numquam potest calefacere vltra gradum, quam habet, aliás calor, vt vnum, produceret calorem, vt 6. & tunc diceremus, quod in virtute substātię & cōfunderetur omnis proportio inter agēs, & passum. Itē nam si esset minor calor, nō ita calefieret terra: ergo operatur ſm̄ suam virtutē & non ſm̄ virtutē substantiæ. Tandem nā licet aliquādo inflametur stupa, non inflamato aere medio nō est, quia in stupa ponatur maior calor, aut quia stupa sit subiectū magis aptū calori: sed potius, quia est minus aptū, & minus cōpatitur caloré in se quā aer (vt supra diximus) eodem modo

impugnatur

impugnatur solutio aliquorum, qui propter experientiam supra posſitam de speculo asserunt illud intensius illuminari, quam aerem medium. Sed contra hoc millitant omnes rationes posſitæ. Item quia aer, sicut est magis aptũ subiectum ad calorem, ita & ad lucem: habet enim maiorem raritatem, & diaphanitatem.

Respon. nec in vitro, nec in cõuallibus esse calorem intensiorem, quam in aere nihilominus vitrum intensius calefit, quam aer: non tamen producit intensiorem calorem, quam sit in aere (vt supra diximus quintum) aer; ergo licet habeat æqualem calorem in intensione minus sentitur, tum quia propter raritatem materiæ, & paruitatem formæ nõ tam cito calefacit, & propter reſistentiã passi non posſit cum tam parua actiuitate illam vincere: at in vitro cum sint plures partes materiæ condensatæ, ac per consequens plures partes formæ iubant se in actiuitate, & ideò velotius agunt, & magis vincunt reſistentiã passi & ita posſunt communicare totam suã intensionem, quam non potuit aer: hinc ergo prouenit, quod stupa inflametur a vitro: non autem á solo aere. Sed contra, nam quando inflamatur stupa, non est immediate contigua vitro; sed mediat aer: ergo vitrũ posſuit in aere maiorem calorem, quam in se habebat: ergo habet calorem magis intensum, quã aer. Resp. vitrum, & aer medius agunt in stupam in vi vnius agẽtis & ideò propter multitudinem formæ communicat totam intensionem caloris istæ formæ, quam solus aer non posſet communicare. Adde etiam in aere esse maximã humiditatem in quam agens vitrũ potest illũ magis disponere ad hoc vt vincat stupam, quæ sua siccitate re agebat, & aliquando etiam, vt infra dicemus in tendit calorem aeris iã remissum propter humiditatem principia, & alias causas eodem modo. Resp. loca concaua, & saxa aparere magis calida propter multiplicationem caloris, & maiorem velocitatem in agendo: non tamen semper propter maiorem intensionem caloris, quam sit in aere. Sed contra, nam loca eminentiora sunt tan densa; & tamen non apparent tam calida: ergo item si in terra non est intensior calor, quam in aere quomodo inde reflectuntur radij ad aerem calefaciendo illum. Resp. sol calefaciendo terram eleuat exalationes calidas, & siccas quę cum contrarientur temperamento mediæ regionis non durant in illa, sicut in ista, quam ideò efficiunt calidiorem aliquando etiam aer, licet receperit. v. g. calorem, vt quatuor, ad communicandum illum terræ: sed tamen propter aduenientes impressiones, & propter loca frigiditatem, quæ trãsit & propter summam humiditatem sibi conuaturalem, cui repugnat tam excessibus calor remittitur aliquid de calore & tunc terra conseruans calorem receptum potest intendere calorem aeris. Vnde aer sæpe apparet frigidus, & hinc est loca eminentiora, licet sint tandensa sicut concaua, nõ ita calefieri, quia aere frigidiore crebrius mota refrigerãtur, & quia non habet partes tam coniunctas adinuicem nec tam directe oppositas agẽti, sicut concaua. Item quia agẽs numquam imprimit effectum in distanti, quin prius in medio. Vnde si medium est parum aptum ad effectum etiam distans: cum autem aer qui circũstat loca præminentiora sæpius mutetur non est aptus ad recipiẽdum multum calorem, & ita non potest tantus calor deduci ad terram, quia cum aer. v. g. habeat calorem, vt vnum, & erat dispositus ad recipiendum calorem vt duo tunc mutatur & quando in illo erat producendus secundus calor producitur in aduenient tantum gradus primus, & sic de alijs. Vnde non deducitur ad terram nisi ille calor, qui ponitur in aere hinc etiam est existenti æquali calore, vt in meridie non ita calefieri hominem, quando spirat aer, ac quando omnino cessat.

Sic

Sic patet ad confirmationem: speculum enim habens plus materiæ, habet plus lucis: non tamen magis intensam, & ideo potest communicare suam intentionem melius, quam aer propter rationes dictas supra ad quintum.

Et per hoc patet ad argumentum, & rationem dubitandi supra factam, præcipuè ex solutione ad tertium primę sententię, vbi dictum est qualiter in ferro candenti sit non solum calor: sed ignis vel quod si ibi non sit ignis intensus, ille calor sufficit materiam raram stupæ ignire: non tamen ferri.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ actiuitas principij agẽdi habeat terminum.

IN hac peculiari quæstione, quę ex præcedenti oritur: cum enim vissum sit qualiter multitudo formæ iubet ad maiorem actiuitatem, consequens est examinare. An prædicta actiuitas formæ in naturali agente sit limitata: in quo primo certum est, quòd potentiæ & principia operandi non requirunt determinatam intensionem ad hoc vt agant per se loquendo: sed idem omnino quod dat esse potest dare agere: sed perfectius esse, dat perfectius agere, quia ex dictis res agit in quantum est in actu, & ita calor quantumcumque remissus potest agere ex parte sua, neque est; cur calor, vt octo, possit producere calorem, vt octo, & calor, vt vnum, non possit producere colore vt vnũ hoc enim est per se, vt quoduis agens possit producere actum æquè perfectum, ac habet in se. Notanter dixi per se, quia per accidens sæpe non potest agere, vel ratione resistentiæ medij, vel distantiæ & hic ratione obiectum paruum solet non percipi: non quia nullas producat species: sed quia potentia non est intra spheram actiuitatis illius obiecti, & ita non recipit speciem ab illo, vel ex eo quod in aere sunt interposita aliqua corpuscula, quæ non sunt receptiua specierum, & ita imperium, productionem illarum maximè, cum non nisi recta linea producantur (vt tertio de anima dicetur) vel quia potentiæ cognoscitiuæ virtus est adeò debilis, vt cum specie imperfecta non possit operari. Vnde contingit eandem rem in eadem distantia videri ab vno & non ab altero, vel melius ab vno, quam ab altero, & hoc sibi voluit Aristot. lib. de sensu in fine, vbi ait dari quoddam interuali extremum, vel maximum, seu maximè distans. Vnde nullus aspectus fiat. Secundo certum est, omnia principia agendi causæ creatæ vniuocæ terminari intrinsicè, quoad maximum ad effectum certæ perfectionis. Ita Aristot. 1. de cœlo capit. 11. text. 116. vbi ait dari maximum, quod potentia potest, & & quod per illud definiri debet, quia si potest illud poterit omne, quod est infra illud, vt si potest portare centum libras, potest & duas, &c. & ita datur perfectissimus actus intellectus creati, quo non potest producere perfectiorem, & idem dico de potentijs volitiua augmentatiua, nutritiua, &c. Probatur quia tam perfectio potentiæ creatæ, quam perfectio effectus illius sunt per se intensa à natura, & ita vtraque debet esse intrinsicè determinata. Dixi causæ vniuocæ, quia forte datur causa æquiuoca creata, quæ non habet nisi terminum extrinsecum. Vt si dicas, quòd cœlum non potest producere viuens, & infra hoc potest producere quodcũque mixtum, quantumcumque perfectum, si forte mixti inanimati perfectio non terminatur, nisi extrinsicè adviuens, ita vt non possit esse, tam perfectum, ac est ipsum viuens: sed infra viuentis perfectionem possit attingere, quãuis aliam.

Ex quibus colligitur conclusio affirma-

firmatiua, scilicet actiuitas cuiusuis principij agendi, siue potentiæ creatæ habet terminum, quia natura intrinsicè determinata est: difficultas tamen restat. An similiter potentiæ, quæ agũt per medium materiale habeant terminum, quantum ad distantiam medij, aut spatij per quod agunt, quod solet vocari sphera actiuitatis. Magr. Soto. 1. Physicorum quæst. 4. & Gregor. in. 1. dist. 3. quæst. 1. dubio primo dicunt prædictam spheram actiuitatis, etiam ratione resistentiæ terminari extrinsice ad minimum quod, ideſt ad non gradum talis effectus productiuitatis vt dicatur huc non accedit effectus ante hanc partem ad quamcumque aliam proximiorem. Respondeo tamen & sit.

Secunda conclusio potentiæ, quæ agunt per medium materiale non habent terminum quantum ad distantiã medij, seu spatij per quod agunt, per se loquendo, & ita non habent terminum secundum spheram actiuitatis, ita Soncin. 8. Metaph. quæstio. 3. & alij contra multos alios Neotericos, & suppono, vt probabilius, quod statim infra demonstrabo nihil agere actione materiali, & Physica in distans nisi per medium, vt ignis non calefacit manum distantem immediate: sed aermet hic calefactus, calefacit manum iam: probatur conclusio. Quia si nulla sit resistentia in passo, tunc agẽs in subiectum immediatum agit, quoniam potest in illo, & hoc similiter agit, quoniam potest in aliud, & hoc in aliud, & sic de singulis: ergo talis agentis sphera per se non est terminata, quia per se est vt agens agat quantum potest in immediatum, & hoc producat in alio, quoniam recipit á primo agente. Dixi in tali subiecto, quia sæpe hoc ex natura sua non est capax tam perfectæ formæ: atque est in ipso agẽte vt forte nullum corpus ex creatis præter Solem potest naturaliter habere, tam perfectam lucem; atque est ea, quæ est in Sole, sicut nec potest recipere formam substantialem Solis, dixi in cõclusione per se, quia peraccidens ratione resistentiæ medij habet profecto determinatam spherã. Nam ratione illius resistentiæ producitur forma imperfectior, quam sit in agẽte, & deinde illa forma producta imperfecta in alio subiecto producit aliã imperfectiorem in illo ratione nouæ resistentiæ, quam inuenit in illo: atque adeò minuitur continuo perfectio effectus, & tandem potest esse tanta resistentia in passo & tam parua actiuitas in agente vt nihil agat, & hac ratione Sol minus illuminat hæc inferiora remotiora ab illo, quia aer plenus est minutissimis corporibus, & vaporibus crassis; quæ quo magis distant á Sole maiorem vmbram efficiunt, & ita stellæ (loquor in opinione asserente, quod habent lucem á Sole) licet multum distent á Sole perfectissimè tamen illuminantur ab illo; illuc enim vsque non perueniunt vmbræ. Sed quæres hæc sphera actiuitatis peraccidens terminata: terminatur ne intrinsice ad maximum, & minimum. Respondeo. quod terminatur, patet ex Aristot. lib. de sensu, vbi supra dicente dari maximum, seu extremum interualli. Vnde res cerni possit, & vnde primum fiat aspectus probatur quia effectus causæ agentis est totus simul, itaque tota eius actio potest esse producta, ita vt nihil super sit producendum: ergo tunc illa actio erit intrinsicè terminata intensione, & extensione. Præterea virtus agentis, & virtus medij resistentis sunt intrinsicè finitæ: ergo effectus ratione vtriusque est intrinsice terminatus, & ita tenendum est, quod peraccidens ratione resistentiæ datur certa pars passi, quæ receperit effectum agentis æqualiter in minori perfectione, quam reliquæ omnes partes, & ita quod in aliquibus partibus datur æqualis effectus: atq; adeò negandum est, quod agens agat, ita vniformiter difformiter, quod in nullam

deter-

determinatâ parte agat æqualiter, vel posset dici, & id sufficeret ad soluenda argumenta, quod datur indiuisibile caloris, etiam quo ad extensionem terminans vltimo totam illam extensionem caloris, seu cuiusuis alterius effectus productiue: cum hoc tamen contra secundam conclusionem, scilicet quod potentiæ, quæ agunt per medium materiale, perse loquendo, non habeant terminum, quantum ad distantiam medij. Obijcies primo, quia aliàs tale agens esset infinitæ actiuitatis, quia si agere in magis distans arguit maiorem virtutem actiuam, agere in quantumcumq; distans, arguet infinitam virtutem actiuam. Respondeo negando consequentiam, quia non habere terminum in sphera actiuitatis, modo dicto, non prouenit ex perfectione agentis: sed ex multiplicatione agentium, seu magnitudine (vt articluo præcedenti dicebam) quæ si in infinitum multiplicetur, quid mirum si consequenter multiplicetur effectus. Vnde si regio aeris esset omnino pura; & ad recipiendum lucem disposita, quantumcumq; magna esset, reciperet in se totam lucem æquè perfectam. Dices tota illa conseruaretur à Sole: ergo conseruatio tunc á Sole argueret infinitam perfectionem in illo. Respondetur negando consequentiam, quia tunc Sol immediate tantum conseruaret lucem aeris sibi immediatè: distantissimam vero lucem non diceretur conseruare, nisi quatenus cõseruat conseruatiuum illius lucis. Dices quæ est ergo sphera actiuitatis agentis. Respondeo, agere in passum sibi proximum de qua re alibi.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum agens, & actum efficiens, & effectũ debeãt ẽsse distincta.

SVpposito, quod detur sphera actiuitatis agentis erga passum, statim consequitur, quod agens, & passum debeãt esse distincta aliquo modo: quia tamen hic agimus de omni agente in cõmuni; & vt magis pateat conclusio ponenda aduerte. Quod primo certum est in hac re, quod ratio seu principiũ agendi, & patiendi debent esse distincta saltẽ ratione nostra; ratio enim agendi est potẽtia actiua (vt dictum est) ratio vero patiendi est potentia passiua, quę vt minimum distinguntur ratione nostra. Septimo certũ est non modo principiũ agendi, & acti; sed etiam ipsum agens, & actum aliquando esse duo supposita realiter distincta, nonunquam vt entia partialia, vt quando vna pars viuentis agit in aliam, nonunquam vt totalia vt quando ignis agit in lignum. Tertio certum est, quod non semper agens, & actum sunt duo supposita totalia, neque id vnquam sentit Aristot. constat enim, quod animal seipsum mouet progressiuè, & vna pars viuẽtis agit in aliã: imo quod dixerim contra quosdã Neotericos, motus potest esse simpliciter violentus ipsi passo, & quod sit productus ab eodẽ, quod patitur v. c. nimis calor febris est leoni, seu homini violentus simpliciter, & tamen aliquando prouenit ab eodem supposito, cui est violentus talis mot⁹. Ratio est quia vna pars potest agere in aliam, producẽdo motum, qui simpliciter sit violentus ipsi supposito. Quarto certum est, quod eadẽ pars potest esse mouens, & mota peraccidens ad motum alterius; quo pacto dixit Aristot. in animali cor est pars per se mouens, & idem est motum peraccidens, idest ad motum alterius, scilicet ad motum totius animalis, & Nauta potest per se mouere nauem, & ipse peraccidens mouetur ad motum nauis. Quæstio ergo tantum est, vtrum agens, & patiens debeant esse distincta supposita totalia aut saltem partialia, ita vt pars per se mouẽs, seu agẽs proxima di-

stinguatur realiter á parte per se mota, seu acta.

Conclusio affirmatiua verissima est, quæ a multis iudicatur principium perse notum: imo & dignitas certè ad minus ea est probabilior, & Aristot. 7. Physi. à principio & lib. 8. cap. 4. a text, 77. vsque ad. 50. & primo de generatione. 7. &, 8. & 50. Metha. 12. &. 9. Methaph. 1. vbi ait omne, quod mouetur ab alio moueri, & quod potentia actiua est principium trasmutandi aliud, in quantum aliud. Vnde concludit quod potentia actiua, & passiua requirunt distincta subiecta, idem sentiunt Alexan. Simpli. Auerro. S. Thom. 1. par. quæst. 2. articu. 3. vbi late, & benè id explicat Magr. Zumel Capreol. 2. distinct. 3. quæst. 1. & distinct. 13. quæst. 24. & in 4. distinct. 43. quæst. 2. Soncin. 9. Metaph. quæstio. 8. Ferra. 1. contra Gent. 13. &. 8. Physic. quęstione. 29. Vicomercatus Iabell. Soto & Thomistæ communiter. Patet primo in dictione Aristot. omne, quod mouetur. aut mouetur à mòuẽte externo, vt proiecta á proijciente, & de ijs patet ab alio moueri secundum Arist. hic & 4. lib. & 8. cap. vltimo mouentur à corpore medio cõcitato: sed a proijciente ratione impulsus, vt docet S. Thom. secundo de cœlo lectione. 8. & de potentia quæst. 3. artic. 11. & communiter omnes eodem modo motus naturales grauium, & leuium, & reductio alicuius, vt aquę calidæ in pristinam frigiditatem tribuuntur generanti vt mouenti principali (vt docuimus quæstione 2. articulo. 7.) Et prẽter authores ibi citatos tenet id Fonseca 1. Metaph. 7. quæst. 3. sectione. 5. Ferra. 5. Physicorum & quarto contra Gent. & S. Thom. ibi & primo contra Gent. cap. 13. & 7. Metaph. lectione. 8. & prima secundæ quæst. 36. artic. 2. &. q. 9. ar. 3. ad. 1. & de potentia quęst. 5. & in 1. distict. 28. q. 4. art. 1. ad. 2. Aut rursus quod mouetur, mouetur à principio interno principaliter, vt viuẽtia in quibus altera pars per se mouens, & altera pars per se mota (vt dictum est de corde) motus enim dilatationis, & constructionis debet tribui generanti, quia debitus est in primo generationis instanti à perfectione illius viuentis; aut vt docet Arist. causatur á quodam humore, seu corpore subtili in corde contento (de quo libro de Anima) motum autem nutritionis, generationis, & augmentationis causant ipsæ partes præexistentes in actu, & maxime cor, agentes in cibum disponendo illud, & aplicando ipsi alito, & ita non oportet confugere ad id, quod ait Soto. 8. Physic. quæst. 3. quod etiam ista nutritio. & augmentatio tribuantur generanti (quod dixi de corde in animalibus) suo modo dictum, puta in plantis in quibus radix vicem habet cordis: quomodo autem in actibus cognitionis, & appetitionis distinguantur ali quo modo agens & actum dixi prima quæstione. 1. part. quęstionis articulo vltimo. Nam licet obiectum non efficiat proprie illos actus; tamen suo modo mouet in ratione appetibilis, & cognoscibilis, vel dicito cum Sancto Thõ. 1. part. quæst. 77. artic. 6. Caieta. quęst. 79. articulo. 2. in fine dubij Marsill. 2. de generatione quæstione. 17. & ibidem recensiores lib. 1. quæstione. 14. Iabell. 9. Metaph. quæstione. 13 Vener. summ. de generatione capit. 23. quod maxima illa Arist. omne quod mouetur, &c. nõ intelligitur, nisi in mouentibus corporeis motu Physico, & materiali tamen (vt dixi) etiam in ijs suo modo verificatur, & ita vniuersaliter loquendo dicendũ est, omne quod mouetur, ab alio moueri. Primo vel tamquam à principio effectiuo immediato, vt lignũ calefit, ab igne. Vel secundo vt ab eo quod dedit virtutem á qua profluit motus quasi per quandam resultantiam, & ideò illi, qui dedit virtutem tribuitur motus iuxta dicta. Vel tertio, non vt á principio effectiuo: sed vt ab obiecto motiuo. Vnde absolute idẽ omnino potest

esse

esse efficiens, & recipiens, vt se habet intellectum. Verbi causa respectu intellectionis, & ita nō oportet recurrere ad id, quod moraliter tantum loquendo non Physi. docuit S. Tho. 1 secūdę. q. 9. art. 3. ad. 1. quod actus voluntatis circa. Medium causantur à volitione finis, volicio vero finis tribuitur authori naturæ, primo quia hoc modo non saluatur, nisi quod principium mouendi, vt quo distinguitur à principio recipiendi: eadem enim voluntas est, quæ producit illos duos actus. Et præterea quia volitio finis (vt dixi) Physicè est a voluntate; moraliter tamen tribuitur authori naturæ: quia producitur ille actus, nulla præcedente consultatione; aut deliberatione, & ita videtur ipsa voluntas ferri ab authore naturæ, in quo sensu dicitur, quod bruta non se mouent: sed mouentur instinctu naturali. Vnde patet quod id, quod capreol. in. 2. distinctione. 24. quæst. 1. dixit quod in illa volutione finis voluntas nullam habet efficientiam, dici non potest: ille enim actus vitalis est liber, & meritorius (vt de prima Angelorū volitione Theologi concedunt) quod magis quæst. 5. sequente patebit.

Argumenta verò, quæ contra conclusionem positam obijciunt Scotus in 2. distinct. 2. quæst. 10. & distinct. in. 25. quæst. 1. ad primum & .9. Methaphi. quæst. 14. Henrri. quod lib. 9. quæst. 5. Gregor. in 2. distinct. 6. quæst. 1. Gabriel. ibi & distinct. 2 Vall c. 7. & 8. Physicorum in textu & quæst. 42. ex dictis hic & art. illo vltimo 1. part. 1. quęst. manent soluta.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm agēs debeat esse tale actu quale est passum in potentia.

COnclusio affirmatiua, scilicet quod agens semper debet esse tale & efficiens in actu, quale est passum in potentia, est Arist. 1. de generatione 7. vbi ait maximam partem veterum summa animi consensione affirmasse, nullam rem similem a simili quidquā pati: alios verò contra nihil posse agere in dissimile: ipse verò, ait quod agens & patiens debēt conuenire, ideſt esse similia in materia, & subiecto, vt ratione illius patiens sit receptiuum formæ ipsius agentis: formæ verò debent esse dissimiles & magnopere contrariæ; aliás enim non est cur alterum magis, quam alterum sit agens vel patiens, & confirmat aliás idem posset agere in seipso vbi Aristot. loquitur de actione, & repassione entium corruptibilium inter se: inter alia enim non est necesse quod conueniant in materia vt patet in cœlis intelligentijs &c. & Deo agentibus in hæc inferiora. Probatur secundo ratio agendi est actus, sicut ratio patiendi est potentia: ergo omnis effectus continetur in patiente ratione potentiæ in qua est ad actum in agente vero ratione actus vel formalis, vel virtualis, vel eminentis formaliter tale dicitur, cum agens est in specie simile ipsi mutato, vt sic vt calidum agens, respectu calidi producti virtualiter tale non habet formaliter illum actum productum, vt piper & vinum solent dici calida in actu virtuali, ita vt habeant actum productiuum caloris, qui tamen actus non sit formaliter calor, similiter viuens in suis qualitatibus actiuis, quibus alterat conuertitur cibum; & se auget continet virtualiter maiorem quantitatem, quam habeat actu, formaliter eminenter autem est tale, quod habet in se principium effectiuum illius actus, ita tamen, quod non est aptum ad habendum formaliter illum actum, quem producit hoc pacto Sol eminenter est calidum herba, & Angelus habet eminenter locum seu motum loca-

lem corporeum, quem sua volutione, & intellectione causat, & ita eminenter continere aliquid perfectius est, quam continere virtualiter, quod enim virtualiter tantum continet, vel solet, esse omnino indigens actu formali, vt aqua dum calida est iuxta dicta, vel salem potest recipere illum actum formalem, vt vinum, & piper possunt fieri formaliter calida: ratio autem, cur huiusmodi actus virtualis, aliquando non excludat indigentiam actus formalis est, quia res, quæ ita habet actum virtualem est tantum in actu primo ad agendum in alia, non in actu proximo, & perfecto, & ideò exigunt actum formalem per quem sint talia in actu secundo, hac ratione in Deo non concedimus virtutes, seu potentias distinctas ab aliquibus inmanentibus actibus. Deus enim non oportet esse in actu primo, in ordine ad actũ secundum, quem possit in se recipere, aliás esset in potentia, & non esset purus actus.

Propter dicta tamẽ merito dubitabis.

Vtrum omnis actio fiat proportione maioris inæqualitatis.

REspondeo quod cum agere, vt satis patet sit alter á se comunicare nihil autem possit communicare alteri, quod non habet primum requiritur, vt agens habeat formaliter, vel eminenter formam, quam debet introducere in passo cũ vero pati sit recipere ab aliquo, quod prouenit ex indigentia, ideò ex parte passi requiritur, secundo vt careat forma, quam debet efficere agens, ex quo patet semper agens, & passum habere inter se aliquam dissimilitudinem, vel in forma, vel in gradu formæ: agens enim est in actu: passum vero in potentia, & ideò omne agens intendit assimilare sibi passum producendo formam, quã in se habet in subiecto, quod ea caret, ex quæstione autem octaua patet, non sufficere dissimilitudinem in sola multitudine formæ. Præterea licet passum ratione materiæ habeat semper aptitudinem ad formam producendam ab agente: ratione tamen formæ in compassibilis cum ea quam agens intendit resistit, & impedit eius actionem. Quare vt sequatur actio opus est vt maior sit actiuitas agentis, quam resistentia passi, & hæc dicitur proportio maioris in æqualitatis. Hæc omnia esse requisita tradunt ex Arist. omnes authores hic.

Sed contra primo, agens aliquando producit formam, quam nec formaliter, nec eminenter continet: ergo prima conditio non est necessaria, antecedens probatur. Nam calor aliquãdo producit frigiditatem, & frigiditas calorem: ergo, quod patet, nõ videmus sæpe vnam qualitatem magis fortificari per antiparistasim, & circumpositione contrarie: ergo quia contraria intendit illam. Vnde aquę puteales in hyeme quãdo aer est calidus, sunt ipsæ frigidæ, & natantes magis famescunt frigiditate aquæ magis intendente calorem vitalem; atq; adeó magis de quoquente cibum: item in media regione aeris, quæ est frigida generantur cometæ calidissimi, vt patet ex Arist. primo Metheo. ignis etiã aqua aspersus redditur fortior & aurora est frigidior, quam aliæ partes dici propter aduentum lucis quæ se habet vt contrarium. Tandem habitantes in terris frigidis sunt robustiores, quam in calidis, vt patet ex Arist. sect. 4. problematum secundo, passum aliquando est simile agenti: ergo alia conditio est superflua, antecedens probatur. Nã ferrum calidum, vt quatuor, agit in lignum calidũ, vt quatuor, & vna lucerna illumi-

illuminat, aliam. Item idem agit in seipsum: & nihil est similius alicui, quam idem sibi, maior patet. Nam oculus seipsum immutat per proportionem, & aqua seipsam in frigidit dum reducit se ad pristinum statum.

Tertio, aliquando à proportione minoris inæqualitatis sequitur actio: ergo. Vltima conditio non est necessaria, antecedens probatur. Nam guta sæpe cadens cauat lapidem: ergo prima guta aliquid effecit, & tamen eius actiuitas est minor, quam resistentia patsi: ergo item omne agens in agendo repatitur, & tamen aliquod illorum erat minoris actiuitatis: ergo. Item aqua quando amisit frigiditatem, vt sex, per solam frigiditatem, vt duo, se reducit & vincit calorem, vt sex: ergo sequitur actio a proportione minoris inæqualitatis.

Ad primum Respondet Nimph. primo de generatione tex. suo. 159. Vener. in summa cap. 23. Marsill. ibi quæst. 18. & alij ex qualitatibus actiuis dimanare species, quasdam, quasi immateriales, quæ sunt instrumenta per quæ operantur, quæ tendunt in passum: sed cum illud absistat reflectũtur in ipsum agẽs & intendunt qualitatem illius: sed sine fundamento fingunt isti species, quæ tamen nihil possint de seruire ad alterationem, & transmutationem materialem & Physicam. Item, nam cum istæ species ponantur tamquam instrumenta qualitatis actiuę non possunt esse maioris actiuitatis, quam ipsa qualitas à qua dimanat: sed ipsa qualitas non potest intendere seipsam: ergo nec species reflexæ id possunt. Præterea, nam talis species sunt accidentia; ergo non possunt migrare de subiecto in subiectum. Aliter Respondet Gallenus libro de simplicium facultatum capit. 3. aquas puteales frigidas apparere nobis in state, quia manibus calidis atractantur: in hyeme vero apparere calidas, quia atractantur manibus frigidis: sed hoc non sufficit. Vnde enim vna aqua est in se frigidior, vel calidior alia. Nam si eadem manus tangat in vere aquam putealem, & non putealem experietur vnam frigidiorem alia, & extracta á puteo post aliquantulum temporis redditur minus frigida in se: ergo. Respondeo ergo ad argumẽtum; & ad eius probationem negando antecedens: nec enim á contrario, nec à se ipsa intẽditur qualitas: sed ab extrinseco agente, vt patebit in singulis experientijs. Ad primam dicendo, quod in vere, & etiam in hyeme adducit sola terra vapores calidos & sicos ab aqua vero humidos, & frigidos isti vapores sunt in aere, qui si sit nimis calidus in vere conseruat vapores calidos, & resistit frigidis, qui fugientes á contrario latent in cauernis, & profundis locis, & ideò in frigidant illã: in hyeme autem aer cum sit frigidus resistit vaporibus calidis, qui in appetentes ipsa efficiunt calida. Sed contra, aqua posita iuxta ignem non fugit ab illo nec vlla alia res naturalis habet motum naturalem, quo fugit á suo contrario: ergo nec illi vapores fugiũt. Respondeo, licet isti motus non reperiantur in rebus grauibus, & terrestribus non inconuenit reperiri in subtilioribus exalationibus, quæ sunt principia Metheorologicarum impressionũ, sicut ex ligno viridi igni applicato experimur egredi vapores quosdam, quasi fugientes actionem ignis, & castaneæ ad ignem positæ resiliunt propter vapores eggredi connantes, eadem etiam ratione interiores partes animalis sunt calidiores in hyeme propter retensionem spirituum vitalium, qui calidissimi sunt, & virtute animæ retinentur ad tuendas præcipuas partes corporis, & ratione extrinseci contrarij non exeunt ad exteriores partes: Cometa etiam per antiparistasim fit; exalatio enim ignea intra nuuem frigidam contenta densatur, & tandem fit ignis concurrente

rente simul aliqua speciali influentia ignis autem formalis aqua res persus aliquantulum in principio diminuitur propter repulsionem. Postea autem reiecta minima aqua roboratur, & crescit aurora etiam ideò est frigidior, quia calor præcedentis rei ex absentia solis est factus remissior, & quia nocta vigent constellationes, planetarum in frigidantium; ad vltimam experientiam patet ex dictis.

Ad secundum quantum ad illud de ferro candenti diximus supra ad aliud. Respondeo, agentia intentionalia quæ operantur actione immanente non intendunt agere sibi simile: sed sibi proportionale non enim agunt ad communicandum se alijs: sed ad perficiendum se & in his etiam saluatur dissimilitudo sufficiens inter agens, & passum: ratio enim agendi est diuersa á ratione recipiendi, & per operationem res aliter se habet, quam antea aliquando etiam agentia Physica sunt causæ æquiuocæ, & tunc solum producit effectum, quem eminenter continent, vt aqua reducens se ab frigiditatem, & graue mouens se ad deorsum, & in his dissimilitudo requisita est, quod forma, quæ est principium agendi sit alia ad ea, quæ est terminus actionis, principium autem agendi tunc non est forma accidentalis, sed ipsa substantialis.

Ad tertiũ negatur antecedens. Ad probationem. Respondeo, quod licet prima guta nihil auferat á lapide causat tamen humiditatem aliquam in illo, & secunda auget, & tertia amplius; &c. humiditas autem est mollificatiua; sed è contrario siccitas est induratiua illa: ergo guta, quæ tandem inuenit dispositum, & mollificatum lapidem causat illum. Vnde, quælibet guta respectu sui immediati effectus habuit proportionẽ maioris in æqualitatis.

Ad aliud dicemus, quæstione sequenti ad vltimum. Respondeo, reductionem illam non fieri á remanente frigiditate, vt duo; sed ab ipsa forma substantiali per naturalẽ emanationem, quę quantum ad hoc est maioris actiuitatis, quã calor, vt sex resistentiæ.

Vtrum autem omne agens dum agit repatiatur ab eo in quo agit (lib. de generatione dicetur) interim tamen constat id non esse vniuersaliter necesse, vt patet in Deo, intelligentijs, & cœlis in quibus datur actio sine repassione. Vtrum? vero saltem in agentibus corruptibilibus habeat vniuersaliter verum, alibi dicam.

ARTICVLVS. VI. & vltimus.

Vtrùm agens vel illius virtus & actum sint semper simul.

IN hac re primo certũ est, quod agẽs seu efficiens, & effectum proxime ab illo sunt semper simul in actionibus in manentibus, quia in ijs idem est agens ex distis, & patiens, efficiens, & effectum mouens, & motum: secundo quantum attinet ad eos motus, quibus aliqua proprie se mouent certum est, quod agens & actum sunt semper simul, licet in illis distinguamus partem per se mouentem, & partem per se motam: hæ enim partes (vt dictum est) nõ modo sunt simul; sed continue aut saltem omnino cõtiguæ, vt patet in corde respectu totius animalis, & idem contingit, quantum ad simultatem in motu locali progressiuo animalium, & in augmentatione, & nutritione. Quæstio ergo est de alteratione, generatione, & motu locali illi⁹ mobilis, quod á motore extrinseco totaliter distincto mouetur vt ab agẽte principali. Suppono enim

ne enim modo statim probandū, quod motus alius sit localis: quo acquiritur vbi vt dicebā in prædicamentis Logicæ) alius augmētationis quo acquiritur quātitas de nouo alius alterationis quo acquiritur qualitas; & alius generationis quæ potius est mutatio, quę est acquisitiua substantiæ, & suppositi productiua. Suppono etiam, quod efficiens aliud sit principale aliud instrumentale, quod tetigi art. 1. huius quæstionis. Tertio certum sit, quod in ijs motibus quatenus causantur à Deo, quod possum semper simul cum Deo agenti secundum substantiam, quod non probo, quia 2. p. quęstionis peculiaris, hęc erit quæstio operatur enim Deus, vt author naturæ proportionaliter eo modo, quo agentia naturalia: hęc autem in ea, quæ possunt agere immediate per se ipsa immediate agunt similiter. Quarto certum est, quod attinet ad Angelos quod vnus potest alloqui, & illuminare alium, & infundere species animæ separatæ ad quā cumq; distantiam, cum tamen nihil agat immedium tunc. Verum autem similiter possit mouere localiter aliquā rem distantem S. Tho. negat, & Zumel 1. p. quęst. 52. sed multi illis contra dicūt dicentes, quod Angelus existens in terra secundum substantiam potest mouere ipsum cœlum distans, licet nihil imprimeret in medium, quia cū moueat volitione, & intellectione sua efficaci; non est cur ad mouendum indigeat præsentia substantiali: est tamen res Theologa suo loco discutienda. Conclusio autem affirmatiua, quo ad agentia corporea tenenda est, in quo non nulla est difficultas probatur tamen. 1. ex Arist. 7. Phys. 2. & 1. Metaphis. docente necesse esse mundum hunc inferiorem latio nibus superioribus contiguum esse, vt inde tota eius virtus gubernetur, idem repetit primo de Generatione. 7. quem sequti sunt omnes fere eius expositores Græci & Latini Auerro. Alexan. ab Alexandro, Albert. tract. 1. cap. 4. & Sanct. Tho. probatur. 2. natura maxime abhorret vacuum (vt lib. 4. dicetur) non modo propter integritatem & perfectionem vniuersi, sed etiā ne detur corpus, quod non possit cœlestes influętias recipere. Tertio alias in rem mobilem, quantumuis distantem posset dari actio, consequens est contra oppositum opinantes ergo. Sequella probatur, quia si Sol potest illuminare aerem inter quē, & Solem detur vacuum, & ita non sint simul non videò cur non posset illuminare aerem, etiam infinite distantem si daretur lux enim producta. Non est mouenda per vacuum: ergo maius vel minus vacuum non facit, quod actio minus bene fieri possit. Quarto si ignis V.C. potest agere ex natura sua in distans, sine eo, quod agat in medium: ergo si inter vltimam superficiem ignis, & aeris interponeretur subtilis lamina ferrea valde densa non minus ageret in prædictū aerē, ac si vbi est illa lamina esset aliud corpus, quod facile pateretur ab igne, & pono illam laminam non habere multam frigiditatem, qua minuat vires illius ignis: at constat experientia, quod prædictus aer nullo modo calefit, quouis ąque lamina sit calefacta: ergo non potest agere in distans nisi per medium. Vltimo patet inductione, & primo in motu locali, qui est vectio: requiritur. n. contactus quantitatiuus inter vehens, & vectum: vehere enim est supra se ferre: tractio autem secundum Arist. 7. Phys. 2. dupliciter fit primo moto ipso trahēte, vt quando equs motus trahit virum, & tunc trahens coniunctum est tracto. Secundo fit quiescente eo, quod trahit, vt quando magnes trahit ferrum, & tūc optime docent Auerro, Alex. & alij, q magnes diffundit qualitatem per medium vsq; ad ferrum: atq; adeò producit illam in ipso ferro: non enim mouetur ad magnetem vt ad centrum: sed ratione impressę qualitatis, quod confirmat Galen. lib. 3. de facultate naturale. Nam quando res mouetur ad aliā, pro-

pria virtute naturali, tunc quanto maior est tãto velocius mouetur, & in qua cumq; distantia sit: ferrum autem non in quacumque distantia mouetur ad magnetem, nec si sit in magna quantitate, & magnes in parua. Sed dices, quæ est illa qualitas impressa á magnete in ferro, Resp. est qualitas motiua, sicut est ea, quam Angelus V. C. imprimit in cœlum, quæ qualitas, licet sit diffusa per totum aerem, aut lignum: hæc tamen corpora non sunt ex natura sua apta trahi á magnete, vel quia habent aliam qualitatem illi repugnantem, vel quia ad illum motum non sufficit qualitas producta á magnete, sed etiã alia, quæ est in ferro, & non in alio corpore, sicut vt producatur visio, non sufficit species producta ab obiecto: sed etiam virtus visiua. Vnde magnes trahit ferrum, & non paleas: electrum vero paleas, & non ferrum, & per hoc soluuntur plura argumenta cõtra hoc, & alia á nobis soluentur lib. 7. vbi ex professo iterum reddibit sermo: hæc enim hic adducta sunt præcipue pro cõplemento doctrinæ, & tractatus de efficienti in communi iam quid illud sit in particulari videamus.

SECVNDA PARS,

Quæstionis quartæ, de naturalis entis causis efficientibus in particulari?

Dictum est, & pro virili explicatum quid sit efficiẽs eiusq; causalitas in cõmuni præcedenti. p. i. quæst. in hac vero secunda eiusdẽ multiplices diuisiones in particulari prosequemur, de quo decem sunt examinanda & discutienda. Primo si efficiens causa alia sit per se, alia per accidens. Secundo, si fortuna & casus sint efficientes per accidẽs. Tertio, quid sint fortuna, & casus. Quarto, si efficiens alia sit principalis alia instrumentalis. Quinto, si accidentia sint instrumenta productionis substantiæ. Sexto, si efficiens alia sint prima alia secundæ. Septimo, si creaturæ sint causæ secundæ, & vere efficientes. Octauo, si Deus conseruet, vt prima causa omnes effectus secũdarum, & cõcurrat ad actiones earum. Nono, si idẽ numero effectus possit pẽdere á pluribꝰ causis. Decimo & vltimo si efficientes aliæ accidentaliter, aliæ essentialiter subordinantur & Deus, vt omnia hæc exacte explicentur.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm efficiens alia sit per se alia per accidens?

IN diuisionibus istis causę efficientis sumimus á per se, & per accidẽs conformiter ad dicta. 1. post. c. 4. ea enim, quę rei per se competunt. Primo cõpetere dicenda sunt, & quia Arist. 5. Metaph. hoc ordine causas inuestigat.

Conclusio ergo affirmatiua, scilicet quod causa efficiens, alia sit per se, alia per accidens cõmunis est, & tenẽda, quæ solũ indiget explicatione, quam potissimum colligemus ex Arist. hic & S. Tho. 1. secundę, q. 74. art. 4. &. q. 85. art. 5. & de potentia art. 6. ad sextũ, &. q. 1. de malo art. 3. ad quartũ igitur causa per se dicitur illa, quę per virtutẽ suę naturę, seu formæ producit effectum per se intentum á tali causa ratione suæ actionis, licet aliunde non sit per se intentus ab ipso operante, quo pacto ex vno actu peccati

cati per se causatur dispositio ad illum cõsimilẽ: ex actibus enim causantur per se dispositiones & habitus inclinates ad similes actus. Vnde quando aliquid assignatur, vt causa per se debet explicari forma aqua vel proxime, vt cum dicitur calidum calefacit, vel radicaliter habet ipsa causa virtutem ad causandum, ita vt assignetur forma aqua per se, & naturaliter dimanat virtus proxime causati ua illius effectus, & ideò hęc est per se ignis calefacit, quia esse calidum competit igni ratione suæ formæ, ita quod ab illa per se, & naturaliter dimanat calor: sed non quod alicuius effectus, aliquando datur vna aut altera causa per se quo pacto luminosum est per se causa lucis, aliquando autem non vna aut altera: sed concursus plurium qua ratione ecclipsis causatur ex positione Solis & Lunę in tali situ, qui conuersus si fiat regulariter, & certo suis temporibus determinatis, licet rarissime: effectus tamen inde secutus est per se, si vero proueniat raro, & præter intentionem erit per accidens, vt quod, hominem ambulantem lapis descendens percutiat est per accidẽs, quia nec lapis ex vi sui motus ad id descendebat, nec homo ad id mouebatur, nec ille concursus solet esse certus determinatis temporibus, & locis, &c. ad illum effectum.

Dico secundo causa per se alia est alicuius positiui, alia negationis, seu priuationis, quæ licet non sint per se intentę rationi sui, cum vt sic non habeant rationem boni: sed ratione alterius, in quo sensu dicuntur effectus per accidens, idest ratione alterius: tamen causantur per se, idest non á casu quando cõsequuntur per se ad positiuum per se intentum, sicut ignis causando calorem ex principali intentione consequenter causat priuationem frigiditatis non per se, idest ratione sui, nec vero per accidens, idest á casu, & sic intellige Sanct. Thom. primæ secundæ, quæstione. 75. articulo primo.

Dico tertio causa per accidens, quæ scilicet est illa, quæ non est per se modo explicato multis modis dicitur. Primo ex parte causę. Secundo ex parte effectus: ex parte causę dupliciter, vel quãdo accidens, quod est causa per se significatur, vt causa, vt in hac medicus ędificat vel quando suppositum cui accidit, ita operari significatur, vt causa, vt Gallenus ędificat; ex parte vero effectus significatur causa per accidens, quãdo causa ipsa aliquo modo attingit effectum: præter intentionem tamen, ita vt ex vi talis actionis, nec propter se, nec propter aliud fuerit intentus, idque contingit dupliciter. Primo quando attingit ipsum effectũ in se ipso, quo pacto 8. Phi. dicitur quod diuellens columnam causat per accidens, vt remouens prohibens descensum lapidis, & sic vnum malum dicitur causa cuiusuis alterius, quatenus, tollit gratiam, & verecundiam, quę retrahebant á peccato, &c. Hic pertinet causa aproximans, & ita qui aproximat ignem ad comburendam domum dicitur causa combustionis. Secundo modo illa causa per accidens non attingit ad effectum: sed ad aliquid ex quo vt ex occasione sequitur effectus, vt pecunia data artifici est causa artificiati, & persecutio tyranni est causa meriti vbi aduerte, quod quando causa est per accidens, tunc æqualitas causæ non arguit æqualitatem effectus, vt si quis ęquali impulsu diuellat duas columnas nõ sequitur, quod lapides suprapositę ęqualiter moueantur: sed qui grauior est velotius mouebitur. Sed contra dicta obijcis ex dictis articulo primo, primæ partis actiones sunt suppositorum per se: ergo in hac Gallenus ędificat non importatur, causa per accidens: sed per se illius actionis, respondetur actiones sunt per se suppositorum, idest suppositum est id, quod operatur non per se, idest suppositum, vt sic, non importat causam per se talis actionis.

ARTI-

ARTICVLVS. II.

Vtrum fortuna & casus sint causę efficientes per accidens?

IN hoc articulo solum dicemus de fortuna, & casu quantum ad an sint. Nam in sequenti quid isti sint discutietur, & primo videtur, quod nullo modo dentur casus, & fortuna. Primo quia vnius effectus possunt esse causæ, etiam per accidens: ergo nullo modo sunt: nullus enim est effectus, qui nõ habeat causam per se, & determinatam: inuentio enim thesauri, qui fodit terram, quãuis respectu huius sit per accidens: respectu tamen aliarum causarũ debet esse per se intentus: ergo nullus effectus est productus à fortuna, vel casu. Secundo probatur idem, & explicatur, quia omnis effectus quantumuis per accidens respectu nostri, saltem respectu Dei non est per accidens: sed per se intentus, & pręuisus: omnia ergo fiunt sicut Deus videt, & vult: nullus ergo est effectus fortuitus: sed ad hoc dicendum est, quod solum respectu causarum particularium datur talis effectus. Nam respectu Dei omnia eueniunt, sicut vult, & prouidet; sicut enim si dominus aliquis mitteret duos seruos ad diter agendum, ita quod vnus viam alterius ignoraret: dominus tamen mitteret, vt sibi ipsis obiassent tunc obiatio esset á casu ipsis serbis: non tamen respectu domini, qui sciebat, & volebat seruos obiare: sed contra insurgit Albertus primo si nihil est á casu respectu causę primæ: omnia ergo eueniunt iuxta illius beneplacitum, ac per consequens nulla erit contingentia in effectibus, nec liberum arbitrium. Secundo quia si nihil est á casu respectu Dei: omnia ergo quę fiunt in ijs inferioribus intendit Deus, & vult, consequens est falsum. Quia Deus non potest intendere, aut velle monstra, quæ fiunt ex deordinatione naturę, cum nihil inordinatum intendat Deus. Tertio quia iam sequeretur nihil esse in mundo frustra, sicut nihil est á casu respectu Dei: sed omnes res consequi suos fines. Tertio principaliter probatur, quod non sint casus, & fortuna, quia August. primo rectractationum retractat se, quod ijs nõminibus casus, & fortuna vsus fuerit, quibus vtuntur Gentiles imo Philosophi antiqui ante Arist. nihil de ijs causis egerunt.

Notandum, quod cum Arist. hic sermonem instituerit de causis agit de fortuna, & casu merito, quia inter causas connumerantur: aduertendum tamen ex S. Tho. 3. contra Gent. cap. 74. quod per hoc, quod prouidentia Dei sit omnibus rebus non tollitur, quod res aliquę sint á casu, quod multis probat rationibus etiam. 1. p. quęst. 22. potissima tamen hęc est, quia effectus fortuitus nihil aliud est, quam raro contingens, & per accidens intentus (vt statim explicabitur) sed hoc ipsum potest esse á Deo pręuisum, quod sint aliqui effectus raro, & à causis particularibus non intenti: ergo in ijs autem quę fiunt in corporibus cœlestibus nullus est effectus fortuitus, neque ibi habet locum fortuna, quia semper eodem modo contingunt, neq; in naturalibus necessario, quomodo homo generatur ab homine, & equs ab equo: multo ergo perfectius huiusmodi necessitas, & regularitas in ijs, quę in cœlestibus corporibus fiunt.

Conclusio ergo certa est, quod dantur casus, & fortuna, & multi effectus ab eisdem productis vt á causis per accidẽs efficientibus, ita docet Arist. vbiq; & late hic cap. 4. & 5. sunt autem per accidens ex parte effectus, primo modo explicato articulo præcedenti, vt qui fodit terram ad plantandam vineam, si inueniat thesaurum dicitur causa per accidens, illius inuentionis: quomodo autem ista differant inter se docet Arist. cap. 6. (& nos

nos articulo sequenti dicemus.)Probatur primo ex communi modo loquẽdi: omnes enim communiter concedunt multos esse effectus fortuitos,& casuales,& ratione patet, quia effectus casualis dicitur qui fit per accidens ab aliqua causa,quæ aliud intendebat, & præter eius intentionem:multi autem sunt huiusmodi effectus, vt videre est in fodiente sepulchrum,neq; iste effectus habent aliquo modo causam per se particularem:ergo fiunt á casu vel á fortuna,ergo datur casus,& fortuna.

Ad argumenta ad primum, quod est stoicorum dicendum, quod omnes effectus per accidens habent aliquam causam particularem, etiam per accidens, quamuis respectu causæ vniuersalissimæ sint per se intenti, quod non obstat quo minus causa particularis dicatur fortuna,& casus:omne autem,quod est per accidẽs reducitur ad id quod est per se; potest intelligi primo quòd omne ens,quod est accidens subiectatur in aliquo ente per se,idest in substantia. Secundo quod omne id,quod alicui conuenit per accidens alteri conuenit per se, sicut disgregatiuum vissus per accidens conuenit corpori: albo vero per se.Tertio quod omnis causa,quę est per accidens respectu vnius effectus, etiam per accidens productus reducitur ad alium qui productus est per se ab eadem causa:non tamẽ,quod ipsemet effectus fuerit per se ab alia causa productus, & ita saluatur,quod fortuna sit causa illa,quę prẽter effectum per se productum habet alium per accidens raro contingentem,& respectu illius dicitur fortuna, vel casus. Ad secundum bene ibi respondetur,ad replicam primam Alberti dico negando consequentiam, quia prouidentia Dei non solum versatur circa effectus ipsos,quantum ad hoc, quod est esse vel non esse: sed etiam quantum ad medium,vt sint contingenter,vel necessario raro,vel semper,& ita applicuit diuersas causas necessarias,vel defectibiles,quia voluit.Ad secundam Deus etiã monstrua intendit fieri,quamuis impotent de ordinationem particularis agentis,quia huiusmodi de ordinatio ordinatur à Deo ad communissimum bonum vniuersi. Ad tertiam dico nihil posse fieri omnino frustra in rerum natura: sed vnumquodq; aliquem finem consequitur,saltem illum quem prima causa intendit. Ad tertium August. solum docet non esse vtendum Christianis hoc nomine fortuna, si illo intelligatur aliquod nomen(de quo statim) non tamen negat quod sint aliquę causę particulares,quibus effectus fortuiti contingunt: antiquos autem illos ipse Arist. capit.4. reprehendit,quia de casu,& fortuna nõ meminere. Vtrúm autem respectu causarum vniuersalium,vt Angelorum, & cœlorum possit esse fortuitus effectus (de quo Perey. lib.9. & S. Tho. 3. contra Gent.capit.86. & ibidem Ferrar. & alia huiusmodi á me exposita sunt lib. 1. Periharm.capit. 8. quæstione vnica. articulo.1. &.2.

ARTICVLVS. III.

Quid sint fortuna, casus & fatum?

VArie res ista ab authoribus etiã fortunati ingenij explicata est quidã ex antiquis quos refert Arist. supra fortunam esse Deam causantem per se nobis tamen occultam de quo D. August. 2. 4.5.&.7. de ciuitate Dei Plutarchus lib. de fortuna Didimus super Odiseã 23. Cœlius Rodeginus lib. 22.cap.9. in fine & lib.28.capit. 12. qui error potius quam opinio statim impugnabitur Boetius autem vt Iuniores referunt quiddi tatem fortunæ contemplans importare dixit in abstracto ipsum effectum fortuitum & non causam illius, sed etiam errat,quia licet quæstio sit de nomine potuisset

potuisset enim ipsemet effect⁹ in abstracto dici fortuna: de facto tamen hęc vox imposita est ad significandam causam illius effectus, quam antiqui vel putabant vel dicebant, licet id non sentirent esse Deam. Sed quod alij dicunt, & est veritas quod sit causa per accidens effect⁹ fortuiti impugnatur primo, quia saltem non videtur reduci ad genus causæ efficientis: sed etiam formalis vt imago aliqua á casu dicit representare Cęsarem quando pictor qui eam depinxit intendebat alterius rei imaginem conficere, & tamen imago vt causa formalis se habet, ergo. Sed ad hoc dicendum quod imago illa dicitur esse causa formalis respectu suæ representationis: tamen non dicitur á casu representare nisi per respectum ad agens, quod alium finem intendebat, vnde per ordinem ad efficiens: sed contra alterā particulam in qua dicitur quod est causa per accidens argues quoniam omnis effectus determinatus debet habere causam determinatam, sic dictum est in hoc secundo libero: sed effectus omnis est determinatus, ergo à causa determinata: non ergo per accidens, neque á casu. Secundo si aliquis effectus esset indeterminatus ille esset inuentio thesauri V. C. ab eo qui fodit terram iste autem effectus iam habet causam determinatam, scilicet fossionem terræ: ergo, tertio ars magica docet inuenire loca vbi reperitur thesaurus: ergo est effectus determinatus, tenet consequentia, quia de ijs quæ fiunt per accidens, & indeterminate non est scientia, nec regula in arte. Confirmatur, quia scientia est de fortuna: ergo fortuna est quid determinatum, & non per accidens.

Dico primo fortuna non est aliquod diuinum numen, vel Dea idem dico de fato quod aliqui appellant parcas, & cōtrarium est manifestissimus error pater, quia fides statuit vnicum esse Deum imo & ratio naturalis .8. lib. huius, & 12 Metaphis. Item Esay. 65. numero. 11. damnantur hi qui fortunam, qua si Deā collunt. Item quia Deo non sunt tribuenda absurda, quæ tribuentur fortunæ, scilicet esse cœcum instabilem, &c. ridiculum: enim est ponere Deum absque intelligentia omnium, & cui eueniunt omnia pręter eius intentionem talis autem est fortuna cum sit causa per accidens respectu effectus non visi neque intenti ergo.

Dico secundo fortuna est causa efficiens per accidēs ex electione in ijs, quę sunt propter finem, & raro contingunt ita Aristot. hic cap. 5. probatur .2. explicatione singulorum, quæ hac definitione continentur; dicitur enim in primis causa, nā Philosophi aliter accipiunt fortunam quam vulgus iste enim fortunatum effectum vocant illum, qui est per accidens, & ab illo etiam hominē fortunatum vel infortunatū nuncupant: propriè autem fortuna est id quod talē effectum causat similiter est causa efficiēs, & non formalis, &c. quia proprium est causę efficientis agere propter finē fortuna: ergo nō est qualiscumq; causa: sed illa cui intēdens finē aliquis effectus accidit cuius respectu fortuna dicit. Prętera dicitur caausa efficiens per accidens non quidem propter aliquod accidens quod conueniat illi, & sit coiunctū sicut album quod est in artifice est causa statuę per accidens: sed talis dicitur fortuna propter eccidens quod comungitur effectui per se intento, qui effect⁹ tripliciter potest esse talis aut .n. sequitur semper vt ad substantiā corpoream sequitur quātitas aut plerumq; vt quod homo habeat quinq; digitos aut sequitur raro vt quod habeat sex digitos sic: ergo effectus per accidens causat fortuna ideſt raro. Itē est causa efficiens per accidens ex electione propter finem nō ita quod effectus sit intentus á particulari agente, & illum ordinet inaliquē finē iam .n. non esset fortuitus: sed quod intēdat aliud, ad quod sequitur effectus fortuitus quamuis nō in merito posset referri

referri ad effectum fortuitum nō quod ille sit intentus: sed quod aptus sit ordinarium aliquem finem ex quibus sequitur differetia inter causam, quę dicitur occasio atq; fortuna nam illa etiam dicitur respectus, qui sequitur per accidens tamen occasio non attingit Ad ipsum effectum, vt patet quando tirannus martyrem cruciat, qui solum est occasio præmij. Sequitur secundo quare dicatur fortuna occulta causa, quia cum sit respectu effectuum per accidens ex illis non potest deuenire in cognitionē causæ, & sicut etiam solet dici bona, vel mala ratione effectus.

Dico secundo, quod etiam ex dictis cō sequitur, quod fortuna distinguitur á casu in hoc, quod fortuna est causa per accidens efficiens in ijs, quę ex intentione possunt operari: casus vero causa est per accidens in alijs, quæ ex intentione operātur, & hoc est quod dici solet, quod casus parijt errorē in natura: fortuna vero in homine, vbi aduerte, quod quidā effectus sunt minus fortuiti, quam alij V.C. in sortibus Phyalā auream euenire alicui, & victoriā reportare in bello dubio, effectus sunt minus fortuiti, quā inuentio Phyalæ, dum fodiebatur terra aut victoria reportata in bello temerario & ita possunt dari aliqui effectus, qui partim sint á fortuna, seu causa: partim á causa per se, & de ijs videtur loqui Cicero. 2. de diuinitate dicēs fortunam, & casum tunc esse, quādo aliquid ita euenit: cum tū vel conuenire, vel aliter euenire potuerit, quantū est ex vi illius operationis. Vnde etiā dicitur fortuna prouidentia posita, & ita intelligendus est Arist. 2. magnorum Moral. cum ait fortuna debet esse in ijs, vbi nec mens vlla nec recta ratio est, & id circo vbi mens plurima, ac ratio, ibi fortuna minima, vbi vero plurima fortuna, ibi mens per exigua, & ideò inquit nemo iustum, nec fortem, nec quemquam alium virtute præditum, quatenus talem aliquis apellauit fortunatum. virtus enim non á casu, & fortuna: sed ex electione ea uiritur, vbi non significat, vt aliqui inepte censerunt stultos esse magis fortunatos idest euenire illis successus magis prosperos: sed magis per accidens. Hinc intelligitur cur antiqui, vt refer Gallen. in oratione assuasoria ad bonas artes in principio operū, & Alciatus emblemate 98. & Pierius Valerian. in suis Hyeroliphicis. 88. lib. 39. constituebant simul figuras Mercurij, & fortunæ, vt sibi aduersantes illū insidentem cubo hanc sphęrę illū præsidentem artibus, hanc cæcā in sanā, & brutam tandem considera, ne fiat æquiuocatio nos loquutos de causis Phisicis. Nam certe causa, quę Physice loquendo est per accidens illa moraliter solet appellari causa per se, vt qui sciens & videns applicat ignū ad comburendā domum dicitur causa per se moraliter cōbustionis. Ex quibus omnibus colligitur monstra, quę cōtingunt naturaliter esse effectus á casu non modo respectu generationis: sed etiā respectu impediētis, quia neq; impediens intendebat per se monstrum: sed sibi simile: ex eo vero, quod causę dissimiles, vnaquæq; producit aliquid sibi simile consurgit effectus constitutus ex dissimilibus, quia illius causæ fuerunt dissimile, quod dixerim contra Iuniores quæst. 13. falso dicentes monstrum esse effectum per se respectu impedientis.

Dico tertio fatum vere dicitur & est dispositio causarum secundarum á quibus dependent effectus illi inferiores, quæ dispositio, & ordinatio, pro vt est in Deo dicitur prouidētia, qua ordinat effect' ad suos fines, quę est omnino inuariabilis, & immutabilis, pro vt est in Deo quatenus vero aliquid est effect' huius prouidētię potest esse cōtingēs, quaten' dependet á secundis causis defectibilibus & ita dicitur fatū. Cum vero dico, quęc dispositio in Deo est omnino necessaria, intelligesm quid, & ex suppositione, quia simpliciter est libera, pro vt in creaturis

vero

vero mobilis & contingens quia variari potest ex natura rei & ita fatum est dispositio causarum simpliciter mobilis ex quibus patet quod in ijs rebus, quæ dependent á solo Deo & non fiunt mediis causis secundis nullum est fatum, quia non est ordinatio, & dispositio secundarum causarũ hęc veritas de sumpta est ex communi Theologorum nam errores alios quos refert S. Tho. 1. p.q. 116. art. 3. & Iuniores hic supra retulli, & impugnaui 8. cap. 1. Periharme. art. 1. & 2. quos tempori dedi non enim multũ nec hic nec ibi prosunt Philosopho.

Ad argumenta ad primum dico quod imago illa dicitur esse causa formalis respectu representationis non tamen dicitur á casu representare nisi per respectum ad agens quod alium finem intendebat, & ita per ordinem ad efficiẽs. Ad secundum vnus & idem effectus potest esse determinatus, & per se respectu causę non tamen omnes: sed multi sunt indeterminati respectus scilicet agentis liberi, quia præter eius intentionem. Ad tertium per se est quod quis fodiat terram per accidens vero, quod huic coniungatur inuentio thesauri, & per accidẽs, etiam respectu operantis intendentis alterum, vt plantare vineam, &c. Ad quartum fateor per artem illam merito prohibitam posse scire locum thesauri, & thesaurum inueniri: sed hoc non est per accidens, sed ex intentione operãdi. Ad confirmationem quod hoc ipsum quod est esse causam per accidens conuenit per se illi causę, quę est fortuna sicut esse contingentẽ causam conuenit per se libero arbitrio, & esse corruptibile corruptibilibus semper, & incorruptibiliter cõpetit de quo plura instantia capit. de specie, quæst. 1. adduxi. Vnde si quis dicat effectum fortuitum iam habere causam per se, scilicet fortunam. Resp. quod fortuna dicit causam indeterminatam de se vnde dicere quod effectus fortuitus per se procedit á fortuna est dicere, quod procedit per se á causa indeterminata: sed dices qui ludunt hac intentione vt lucrentur, & lucrantur etiam fortunati dicuntur, & tamen iste effectus est ex intentione: ergo. Respõ. quod in illo effectu est aliquid de fortuito hoc quod est non sequi ex natura rei ex lusu: simpliciter tamen non dicitur esse á fortuna nec á casu, quia per se intentus: dicitur tamen iste fortunatus vulgo ratione effectus vt supra dicebam.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum causa per se efficiens alia sit principalis, alia instrumentalis?

RElicta causa per accidẽs, & eius partibus explicatis de causa per se iterum venit agendum de qua sit prima, (conclusio causa per se recte diuidetur in principalem, & instrumentalem, ita Arist. hic cap. 5. & est cõmunis sententia totius Philosophiæ, quia omnis causa per se, aut instrumentalis est, aut principalis nec vlla alia inuenitur per se efficiens: cuius explicatio o, timé traditur á S. Tho. 3. p. quæs. 62. art. 5. principalis: ergo causa dicitur quę per virtutem suę formę agit cui assimilatur effectus sicut quando ignis suo calore calefacit & agit per virtutem suæ formę, & ignis productus assimilatur producẽti & causanti: instrumẽtalis autem non agit per virtutem suę formę: sed tãtum per motum quo mouetur á principali agente, sicut lectum non assimilatur securi: sed artis seu exẽplari: vnde manifeste infertur, quod forma quę est in igne neque eius calor non sunt dicenda instrumenta ignis, vt statim demonstrabo: sed principia vt virtutes operandi, iam ergo instrumentum duas habet actiones vt docet S. Tho. vbi supra vnam instrumentalem secundum quam operatur non vi aut virtute propria: sed agentis principalis vt

lis, vt in exemplo posito de securi aliam habet actionē propriā quæ cōpetit sibi secūdū propriā formā quo pacto securi ratione suæ formæ atq; adeo vt causæ principali cōpetit scindere verū est non cōcurrere ad actionē instrumētalē nisi exercendo actionē propriā vt serra scindendo facit lectū. Dices videtur etiā ꝙ ad scissionē habeat se vt instrumentum motū á principali agente. Respōdeo vere respectu scissionis vt sic mouēs serrā nō se habet nisi vt approximans ipsam causam efficientē licet respectu illius motus vt sic & artificij quod in illo reperitur artifex sit principalis causa. Vtrū autē necessario propria actio instrumēti semper debeat esse præuia respectu effectus á principali agente intenti, & vtrum semper instrumentū á Deo assūptum ad aliquā actionē supernaturalē quo pacto eriā ignis inferni sumitur ad cruciandos spiritus debeat habere propriā actionē distinctā ab instrumentali, id est, ab actione agentis principalis dubiū est non paruum & alibi forte latiús docendū: interim tamē aduertēdū quod cum in causa efficienti phisica reperiantur duo scilicet ratio formalis agendi, & cōditio sine qua causa non agit licet fieri non posset vt ipsa causa operetur absq; ratione formali quæ á Deo supplerī nō potest (vt dictū est q. 3) de potētia tamen absoluta Dei potest causa efficiens operari absq; conditione sine qua non quia illā potest supplere, v.c. quia calidū est causa vniuoca calefaciēdi per caloré repugnat quod vt talis causa absq; calore operetur idē dicendū de causa æquiuoca similiter repugnat vt aliquod instrumentū vt tale operetur absq; eo ꝙ est ratio agendi ipsi instrumento, vnde quia tota hæc ratio est vsus & motio á præcipuo agente implicat quidpiā operari vt instrumentum nisi agens præcipuum illud moueat & illo vtatur quædam autem conditiones sine quibus efficientes causæ modo de facto non operantur possunt á Deo suppleri ita vt ipsæ causæ sine illis operentur. v.c. vt calidū calefaciat conditio necessaria est vt calor ipse substentetur á substantia sine qua substētatione in Eucharistia species si sint calidæ vere calefaciunt, & vere immutant sensum. Item approximatio, & applicatio est conditio sine qua non agit efficiens tamen per virtutem diuinam ignis potest calefacere ad quamcūq; distantiam & secundū Theologorum probabiliorem sententiam corporea vox qua Christus vocabat mortuos ad vitam operata est circa animas quæ longissimē distabant ad quas vox peruenire non poterat, notanter dixi ali quas conditiones posse Deum supplere non omnes quia singularitas causæ solum est conditio quæ implicat suppleri quia implicat dari vniuersale realiter separatum ab omnibus singularibus (vt contra sententiam male tributam Platoni probaui in Logica.) Item quod efficiens existat vel stiterit extra causas est cōditio quā repugnat supleri quia repugnat aliquid operari ꝙnō habeat vel habuerit ꝙpriā vel aliena existētiā quāuis enim, vtcūq; posit intelligi quod id ꝙ modo non existat moueat & operetur, eo quod aliquando habuit existentiam qua ratione intelligimus, quod graue iam olim corruptum operetur modo mouendo deorsum aliud graue ab ipso genitum quo tamen, quod non habet nec habuit existentiam operetur aut moueat in intelligibile est quia actio, & motus supponunt agens & mouens, & operari præsupponit esse.

Secundo aduerte, quod adhoc quod instrumentum quatenus tale operetur, non semper est necessarium, quod habeat ante actionem præcipui agentis, propriam operationem ab illa realiter distinctam, vt optimè docuit Scotus, in quarto. d. 1. q. 1. sed fieri potest, vt operatio præcipui agentis, & instrumenti sit vna & eadem quæ ab illo procedat per propriam virtutem ab hac vero virtute, & motione alterius, nam secundum pro-

babiliorem sententiam pliantasmà est instrumentum intellectus agentis ad producendam speciem intelligibilem, vt dicetur secundo de anima, & dictum est partim quæstione secunda vniuersali in Logica, non tamen habet actionẽ præuiam distinctam ab actione intellectus agentis, & intellectus & voluntas sæpe sine habitibus supernaturalibus producunt actus supernaturales, vt sunt instrumenta Dei, non tamen habent aliquam operationem præuiã nisi ex actibus nec hoc solum est. Verum, vt quidam putant in rebus spiritualibus: sed etiam in corporeis, nam ferra quæ est instrumentum fabri non habet operationem propriam, quæ præcedat formã artis. Nam secare, quę maxime propria illi videtur non conuenit ferræ nisi vt mota ab artifice, neque etiam oportet operationem instrumenti esse realiter priorem actione præcipui agentis, vt constat in eodem exemplo, & clarius in sygillatione, quæ fit ab agente præcipuo sygillo, vt instrumento, nec Sanct. Thomas, prima parte, quæstione. 45. articulo quinto, docens instrumenta habere operationes proprias, & præuias dixit oppositum. Nam ibi tantum meminit eorum, quæ vt instrumenta per formam aliquam propriam operantur, qua disponant ad actionem agentis præcipui, vt constat in exemplo quod adducit de aere, quod virtute ignis cuius est instrumentum per priorem calefactionem potest ignire: sed quamuis concedamus in omni instrumento esse necessariam propriam actionem, quæ præcedat eã, quæ est agentis præcipui: hoc tamẽ non est tanta necessitas, vt non possit diuina virtute suppleri, ita vt licet calor ignis generantis, ad hoc, vt tamquam instrumentum illius educat de potentia materiæ, formam ignis geniti debeat habere calefactionem præuiam naturaliter potest tamen Deus facere, vt idem ignis generans eodem calore, vt instrumento producat ignem genitum, nulla præcedente præuia calefactione. Ratio est, quia præcedens illa actio respectu instrumenti á quo est non se habet vt ratio agendi tum quia ratio agendi, semper est in agente: huius modi autẽ actio, cum sit transiens non est in agente: sed in passo tum etiam, quia agens applicat rationem agẽdi, cum primum incipit esse effectus: sed huius modi actionem non applicat calor ignis, cum primum incipit forma ignis geniti, quia potius primum esse formæ, est primum non esse actionis propriæ caloris: ergo illa actio non se habet ad instrumentum, vt ratio agendi: sed ipsa actio verbi causa calefactio, & eius terminus; scilicet calor disponunt illud subiectum, circa quod agens principale, & instrumentum operantur ad hoc, vt sit idoneum ad recipiendum formam ignis, qui generandus est. Vnde fit, quod calor qui virtute ignis prius tempore recipitur in passo, quam producatur ignis genitus non est, vt quidam male dicant instrumentum ad generandum ignem: sed solum dispositio materialis; calor vero, qui habet rationem instrumenti, est ille, qui subiectatur in igne generante, vt docuit Sanctus Thomas, in. 4. distinctione secunda, quæstione secunda articulo quinto, quæstiuncula prima, in fine corporis.) Ratio est, quia non potest effectiuè etiam, vt instrumentum producere formam, nisi id quod potest producere vltimam dispositionem ad illã: calor autem existens, verbi causa, in aqua non potest producere calorem, vt octo, qui est vltima dispositio ad formã ignis, cum calor aquæ multum deficiat ab hac summa latitudine: ergo nec actio, quæ est in materia, præcedit tempore formam, neque eius terminus possunt esse instrumenta ad generationem præcipui effectus; cum ergo sine controuersia possit Deus supplere omnem dispositionem, quæ se tenet ex parte materiæ, ita vt in materiam aquæ summę frigidæ possit per instrumentum produ-

cere

ducere formam ignis, non repugnat, vt per calorem existentem in igne generante, tamque per instrumentum producat ignem genitum, sine vlla præuia dispositione, quæ prius existat in materia ex qua generatur ignis, & hinc fit etiam, quod cum idem sit aliquod agens habere præbium contactum, quod habere præuiam actionem. Nam agens Physicum, nec tangit sine actione, nec actio sine tactu: sed probatum est posse Deum supplere in instrumento actionem illius præuiam: ergo etiam potest suppleri contactum præbium. Ex quo infertur non esse necessarium respectu effectus supernaturalis, quod instrumentum assumpeum á Deo habeat præuiam actionem, & vix ex cogitari potest, quæ actio sit illa ignis inferni ad cruciandum spiritum, & verba consecrationis ad transubstantiandum panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi similiter non videtur necessarium, quod huiusmodi instrumenta recipiant in se virtutem aliquam intrinsecam, neque permanentem, neque transeuntem: sed quod ipsa immediatè per se sint virtutes agendi obedientiales respectu Dei, sicut contingit in alijs, quæ obedientialiter recipiunt formas, cum quibus ex natura sua nullâ habêt ꝓportionẽ, vt intellectus creatus recipit visionẽ Dei, quæ omnia valde consideranda sunt: ad multa enim per se conducunt.

Dico secundo instrumentum prima diuisione partitur in coniunctum, & separatũ (vt docet S. Tho. vbi supra artic. 5. & 4. contra Gent. ca. 41. coniunctũ dicitur, quod ex natura sua est coniunctum agenti principali, vt manus, lingua, &c: separatum vero, quod non ita se habet, & moueri solet per coniunctum, vt serra, &c. & quidem videtur esse contra rationem instrumenti, saltem proprie sumpti, quod habeat actionem instrumentalem dum actu nõ mouetur ab agente principali: minus tamen proprie appellatur instrumentum, quo pacto, gerens vices alterius, dicitur eius instrumentum. Vnde sacramenta causant gratiam, vt instrumenta separata, quia non sunt quasi organa Christo coniuncta, quamuis Eucharistia, quodammodo forte dici posset instrumentum coniunctum, quod proprie, & absolute habet humanitas Christi respectu diuinitatis ad causandam nobis iustitiam, &c. aliter explicat Soto quæstione tertia hic, sed contra Sanct. Thom, & veritatem vt infra patebit.

Dico tertio & vltimo instrumentum, siue coniunctum, siue separatum aliud est naturale, aliud artificiosum aliud morale, patet, quia totidem sunt causæ efficientes per se. Sed dubium & difficultas est quo pacto artificiale concurrat. Nam morale non hic spectat, & de naturali articulo sequenti dicetur. Respondeo, quod omnis actio artificis, primo & per se est motus localis, quia homo seclusis actionibus naturalibus nihil potest immediate circa alia corpora, nisi per motum localem, & ita quoduis artificiatum ab homine factum resultat ex motu locali, & ita ad omnes actiones artificiales primo, & per se concurrit virtus motiua, qua potest homo se, vel alia mouere: ratio vero ars, & exemplar concurrunt dirigendo, sic vel aliter vllum motum, vt resultet hoc, vel illud artificiatum, sed ad hoc aliquando sufficiunt instrumenta innata, vt ad canendum aliquando requiruntur etiam alia, vt tuba hæc autem instrumẽta ad tria deseruiunt potissimè. Primo ad expellendum corpus á loco, in quo est introducẽdo aliud in locũ illius, & ita serra non aliter diuidit lignũ aut scindit, quã expellẽdo partes ligni á loco in quo sunt introducta, serra in eodẽ loco. Secũdo deseruiũt ad deferẽdũ aliquod corpꝰ seu cõiũgẽdo, cũ alio, vt calamus defert atramentũ, ꝙ approximatũ papyro illã

humectat, &c. vel deſeruit ad aliquid, vt nō dicam Orologia tradū Regas. Tertio ad faciendā collisionē maiorē, vel minorē, vt reſultet maior vel minor ſonus, quæ inſtrumenta ratione ſuę quātitatis figuræ duritiei, &c. ſolēt eſſe minus, vel magis apta inſtrumenta: nec negari poteſt, quod concurrant effectiuē, ita quod virtus motiua, quæ eſt in inſtrumento ſit ratio agēdi, & per illā effectiuē moueāt aliud corpus: hoc vltimū dico cōtra Scotū in. 4. d. 1. q. 5. in reſponſione ad primā quæſtionē, vbi docet hæc omnia inſtrumēta propriē nō eſſe actiua: ſed ſolūpaſſiuē cōcurrere recipiēdo effectū formaliter incōpoſsibilē cū effectu formali, qui eſt in alio corpore, Duran. etiā in. 4. d. 1. q. 4. ait quod in ijs inſtrumētis ratio agēdi eſt ipſe motus: ſed plane errat, quia hic potius eſt via & tēdētia ad terminū: probat tamen primo Scotus, vbicūq; eſt aliqua formalis incōpoſsibilitas duarū entitatū, vna expellit formaliter aliam nō actiuē, ſed plura corpora habēt incōpoſsibilitatē reſpectu eiuſdē & vbi, ſicut qualitates cōtrariæ reſpectu eiuſdē ſubiecti: ergo formaliter ſe expellūt. Secūdo ferra v. c. non habet in ſe, niſi quātitatem, & figuram motum localē, & duritiē de quibus omnibus cōſtat, quod non ſunt formæ actiuæ, ergo. &c.

Ad primū dico, quod præter illam incōpoſsibilitatē formalē, habet vnum corpus virtutē effectiuē motiuā, qua producit effectiuē illos effectus formales incōpoſsibiles, ſicut angelus imprimis effectiuē impulſum in corpus, vt moueat illud, & ſi nullā habeat cū illo incōpoſsibilitatē reſpectu eiuſdē vbi. Ad ſecūdū nego antecedēs: ſed præter illas entitates numeratas datur virtus motiua (vt dixi.) Tadē in calce huius articuli ad diſſoluēda multa, quæ cōtra dicta poſſent obijci notādū, q̄ cauſæ ſecūdæ ſolēt appellari inſtrumēta primę cauſę, quia ab illa habent virtutē agēdi, & grauia & leuia reſpectu motus, quo ad generantem ueniunt, & grauitas, & leuitas dicuntur virtutes inſtrumētales, & quoduis accidēs quatenus ordinatur ad diſponēdam ſubſtātiam, & potētię vitales, ſeu potius ſubiecti partialia: partes vero integrales, in quibus illæ reſidēt dicūtur animæ inſtrumēta, ſeu organa, vt docet Ari. 1. de anima nō modo reſpectu actionum, ad quas nō habēt virtutē propriā, vt lingua reſpectu locutionis artificialis: ſed etiā reſpectu illarū ad quas habēt propriam virtutē, vt ſic enim nō ſunt propria inſtrumēta, cū in illis reſideat propria, & proxima virtus agentis principalis, vt in organo viſus, reſidet virtus proximè illicitiua viſionis, quia tantū ſunt partes agentis principalis tamē iſta habēt etiā propriā vim partialem, licet nō talē, & ita ſunt quaſi virtus proxima partialis agentis ſimpliciter, ſunt alia accidētia ſeparata, quæ nō ita pēdent ab influxu agentis principalis, vt impulſus impreſſus lapidi à proijciēti, & ſuo modo etiā virtus, quæ eſt in ſemine, hæc dicuntur inſtrumēta, quia licet in illis reſideat virtus proxima actionis independenter ab actuali cōcurſu agentis, ſunt tamē eius virtutes, & eius loco ſubſtituuntur.

ARTICVLVS. V.

Vtrum accidētia poſsint eſſe inſtrumenta ad producendā ſubſtantiam.

NOn in infimū locū inter Philoſophicas quæſtiones, hæc difficultas habet, imo valde neceſſaria eſt, & ad multa intelligēda p vtilis. Circa præſentē ergo quæſtionē variæ ſunt ſententiæ, & duæ potiſsimum extremæ, & tertia ſentētia eſt media. Prima eſt Scoti, & aliorū ſequētiū, qui tenēt accidēs, nec vt inſtrumentū, nec vt cauſa principalis poſſe attingere ad productionē ſubſtātiæ. Fūdamētū autē huius ſentētię ſunt iſta; primū nullū q̄ eſt imperfectū poteſt attingere perfe

perfectiorem effectuum, producere alioquin ex hoc, quod Deus sit effecau sa omniũ creaturarum non probaretur, & perfectiorem illis: sed accidens ex natura sua, est imperfectius omnino substantia; ergo neq́uit producere illa.

Secundo inferius, est fieri, quam facere: sed accidens non potest fieri substantia: ergo nec facere illam aliquomodo. Propter hoc argumentum Vall. sentit cum Scoto, si accidens est instrumentum ad productionem substantiæ, vel accidens, quod est inagente, qui est productus ab igne in ligno non ille, qui receptus, est impasso, Verbi gratia calor est instrumentum ad productionem substantiæ, vel ergo calor, qui est in igne, vel calor, qui est productus ab igne in ligno, non ille qui receptus est in passo; tum quia ille corrumpitur ad generationem substantiæ: tunc etiam secundo quia hoc est propriũ natiuitati, quia est generatio viuentium, quod esset instrumentum taliter ab illo accidenti, quod est in materia in qua introducitur forma, quæ generatur: ergo saltim in generatione aliorum non viuentium, non est instrumentum tale accidens, quod est in passo, quod autem neq́ue calor qui est inagente; probatur, quando ferrum candens generat ignẽ calor ferri non erat sufficiens ad causam dam formam ignis in ferro; ergo nec in altero passo.

Secunda sententia est Perey. qui dicit accidentia virtute propria attingere ad productionem substantiæ, non vt instrumenta probatur hæc sententia. Nam si calor est instrumentum ad producendum ignem, & alter ignis est causa principalis; aut ergo ignis producit ignem eadem actione, qua calor, vel diuersa: ergo calor attingit ad productionem substantiæ tantum non ad ipsam substantiam ignis, quod asserit Scotus. Sic eodem, tunc sic omnis actio caloris est calefacere, &c. Sed calor virtute propria ait calefacere & per hanc, & eamdem actionem, producit substantiam.

Secundo si calor producit ignem, qui est instrumentum iguis ad producendum alterum ignem est agens virtute alterius: vel ergo calor agit virtute ignis, qui mouet, & dirigitur ab illo eo modo quo serra ab artifice, & hoc aperte falsum est: calor non mouetur, vel quia recipit aliquod influxum ab igne, & hoc etiam falsum est, quia ille influxus etiam est accidens, & non potest magis attingere ad productionem ignis, quam calor ipse, vel est instrumentum, quia est virtus. Natura sua ordinati ad suum effectum: sed hoc aperte falsum. Probatur primo, quia calor habet natura sua, quod sit virtus ignis, & virtute propria: ergo virtute propria producit ignem, antecedens probatur. Quia quod est illi essentiale est virtute propria illi, & vt causæ principali: sed essentiale est calori, quod sit virtus ignis: ergo essentiale est illi; & tamen virtute propria habet producere ignem.

Confirmatur, quia quemadmodum calor, quá calor habet calefacere, ita quá talis est virtus ignis: sed calefacere has, & virtute propria: ergo id quod conuenit illi, vt virtus ignis, etiam conuenit virtute propria: sed vt sic habet producere ignem: ergo secundum virtutem propriam habet producere ignem.

Confirmatur secundo, quia ignis non solum producitur per calorem: sed etiam per motum, vt in percussione silicis per lumen, vt in rarefactione radiorum solarium, & etiam per calorem, qui non est in igne, nec productus ab igne: ergo ista accidentia habent producere ignem ratione ignis: sed ratione sui ac per consequens vt causæ propriæ.

Tertio principaliter arguitur calor virtute propria habet producere calorem, qui est vltima dispositio ignis:

ergo vt ſubſtantiam ignis, conſequentia patet. Quoniam vltima diſpoſitio & forma ſubſtantialis alicuius rei ſimul producuntur, antecedens probatur. Calor vt octo propria virtute habet producere calorem, vt duo, & vt quatuor: ergo, & vt octo, quia non, eſt maior ratio. Confirmatur, quia calor vt octo virtute ſua habet producere ſibi ſimile: ſed non poteſt producere ſibi ſimile, niſi calorem, vt octo virtute propria producit ignem: ergo, &c.

Tertia ſententia eſt Sancti Thomæ, quam ego explicare intendo tribus concluſionibus. Prima eſt accidens eſt cauſa propria, & principalis producendi aliud accidens, quæ concluſio non intelligitur de omnibus accidentibus, quia non omnia accidentia ſunt operatiua: ſed intelligitur ſolum, de his, quæ ſunt operatiua, vt calor eſt cauſa propria, & non inſtrumentalis producendi alium calorem. Probatur iſta concluſio contra Scotum, qui videtur eſſe oppoſitæ ſententiæ, aſſerens calorem non ſolum eſſe inſtrumentum ad producẽdum ignem: ſed etiã ad producẽdũ caloré. Sed nihilominus ad producendum calorem, calor non eſt cauſa inſtrumentalis, probatur ſic. Inſtrumentum non habet formam proportionatam ad producendum effectum: ſed calor eſt proportionatus reſpectu alterius caloris producti: ergo eſt cauſa propria illius, & non ſolum inſtrumentalis.

Secundo, quia ſi reſpectu caloris calor eſſet inſtrumentum; reſpectu alterius effectus eſſet cauſa propria, quia ad inſtrumentum cauſa propria debet eſſe reſpectu alterius actionis, & alterius effectus, quæ ſint, ad effectum principalis agentis: ſed non habet calor aliud effectum, nec actionem priorem, quam calefacere: ergo reſpectu calefactionis non eſt inſtrumentum calor; ſed dicendum eſt, quod ſit cauſa propria.

Sed dices, contra hoc calor non calefeceret, niſi virtute ſubſtantiæ, quia ſubſtantia ignis. Verbi gratia, eſt, quæ propriè calefacit medio calore: ergo calor ſolum eſt, inſtrumentum.

Reſpondetur, quod quamuis ſubſtantia ignis calefacit medio calore: tamen, non ſequitur, quod calor ſit inſtrumentum: ſed ſolum eſt cauſa proxima calefaciendi: at vero ſubſtantia ignis eſt cauſa remota, ſicut quamuis ſol, & homo generent hoc modo, non ſequitur, quod homo ſit inſtrumentum, quia non omne, quod agit in virtute alterius eſt inſtrumentum, aliàs omnes cauſæ ſecundæ eſſent inſtrumentum: ſed vltra hoc requiritur, quod non ſit proportionatum cum effectu, quia ergo calor eſt forma proportionata cum calore producto, ideò calor quamuis agat, vt virtus ignis cauſa propria eſt calefactionis. Vnde ignis inquantum calidus eſt cauſa vniuoca producendi calorem, & calor eſt cauſa agendi: tamen inquantum ſubſtantia eſt cauſa æquiuoca, & quaſi cauſa vniuerſalis. Nam vtrumq; eſt etiam cauſa alterius ignis, & non agit alia actione, quam calefactione, & infra latius dicemus.

Sit ſecunda concluſio contra Perey. Accidentia non attingunt ad productionem ſubſtantiæ ſecundum propriam virtutem, & vt cauſa propria, & principalis, hæc concluſio ſatis probatur argumentis Scoti præſertim argumentum eſt quoniam id, quod eſt inferius non poteſt attingere, vt cauſa propria ad producendum ſuperius: atque perfectius, cuius ratio eſt, quia efficiens neceſſario debet prohabere in ſe effectum, quem producat, quia in iſto genere cauſæ nemo dat, quod non habet, ſed accidentia non poſſunt continere perfectionem ſubſtantiæ, nec formaliter, vt conſtat, quia non ſunt

ſub-

substantiæ, nec eminenter, quia id quod continet aliud eminenter perfectius continet, quam illud sit in se: si ergo accidens contineat eminenter substantiam perfectius esset, quam substantia, quod est absurdum, & nullus concedit: dicendum ergo est, quod accidens possit nullo modo substantiam producere virtute propria, nec valet duæ solutiones, quas addiuit Perey. capite de cimotertio dicit enim, quod accidens, & substantia possent comparari dupliciter vel in ratione entis, & tũc perfectior est substantia accidenti, vel in ratione producentis & producti, & sic est perfectius accidens.

Sed hæc solutio non placet, quia id quod est perfectius alio secundum rationem producentis debet esse perfectius, vel æquale perfectum cum alio in ratione entis, quia vt dicit id, quod producit aliud necesse est, quod contineat illud, vel formaliter, & æque perfectum in ratione entis, vel eminenter, & tunc erit perfectius: ergo non potest accidens esse nobilius secundum rationem producentis, & imperfectius in ratione entis, alàs vt bene inquit Scotus ex hoc, quod dicit, sic causa omnium creaturarum non probatur, quod sit perfectior omnibus creaturis in ratione entis.

Respondetur secundo, quòd effectus alicuius causæ potest esse duplex, vno modo per se productus, & quod per se attingitur ab aliqua causa, alio vero modo quasi per resultationem, quia necessario sequitur ex primo. Dicit ergo, quod accidens non attingit per se, & immediatè ad producendam substantiam: sed etiam ad producenda accidentia, ex quibus prædictis sequitur ipsa substantia producta, quasi per accidens, & inquit, quod causa primo modo non potes esse imperfectior effectu: causa vero secundo modo nihil impeditur, quod sit in perfectior.

Hæc inquam solutio nihil valet, primo, quia huius modi causa per accidens, aut est propria, aut instrumentalis, si instrumentalis habeo intentum contra illum; si propria non soluit, quia quod est causa propria semper debet contingere effectum, siue procedat illum mediatè, vel immediatè.

Secundo contra hanc solutionem est, quia accidentia solum sunt causæ substantiæ, per hoc quod producant alia accidentia, ex quibus sequitur substantia, sunt solum causa instrumentalis, & dispositiua, probatur. Quia animalia, quæ fiunt ex putredine terræ non dicuntur fieri à dispositionibus, quæ sunt in terra, tamquam á causa principali, quia est causa principalis eorum Sol, & alia corpora cœlestia, & tamen dispositiones, quæ sunt in terra sunt causa hoc secundo modo, quia producuntur accidentia. Ex quibus sequitur prima ipsa substantia: sic ergo in illis causa principalis est Sol, & in igne causa principalis est alter ignis.

Tertia Conclusio: Accidentia attingunt ad productionem substantiæ solum instrumentaliter. Probatur ista conclusio, primo multis ex principijs, quibus constat, quod accidentia producant substantiam, & tamen non producant virtute propria, nec vt causa principales: ergo vt instrumentalis. Minor satis constat, sicut prouata est in prima conclusione. Maior probatur primo modo, quia calor ferri candentis producit ignem in stupa. Secundo ignis producitur ex rarefactione radiorum solarium: in speculo tamen ibi nulla adest immediata substantia: ergo, &c.

Nec valet si dicas, quod tunc producitur substantia ignis à causa vniuer-

salt, quia quamuis hoc ita sit: non tamen immediate agitur ibi causa celestis: sed medijs accidentibus, quæ producuntur in hijs inferioribus.

Tertio etiam constat de virtute seminis, ex qua efficienter causatur viuens: quæ tamen est virtus accidentalis, & instrumentum alterius generantis. Idem etiam quarto de calore viuentes, quo cibus conuertitur in substantiam aliti, est enim productiuus substantiæ: ergo sequitur accidentia attingere ad productionem substãtiæ aliquo modo sunt instrumenta.

Et ratione probatur, quæ colligitur ex Sancto Thoma, prima parte, quæstione. 54. articulo tertio, & quæstione. 77. articulo primo, substantia creata, non potest esse principium immediatum operandi: sed substantia creata est principium producendi alteram substantiam: ergo producit illam medio aliquo accidenti, consequentia est nota. Minor probatur ex dictis quæstione præcedenti siue illa substantia, quæ agit ad productionem alterius sit particularis, siue sit cœlum, aut intelligentia, quæ est causa virtualis, maior huius discursus patet, scilicet, quod creata substantia non agat immediatè, probatur sic, quia substantia creata est immediatum principium essendi: sed esse & operari distinguitur realiter: ergo substantia creata, non vt immediatum principium operandi, sequitur: ergo, quod sit medio aliquo accidenti: sed productio substantiæ est operatio aliqua; ergo illa non immediate prouenit à substantia aliqua, sed ab accidenti. Vnde sequitur solum in Deo esse idem, quod operari solum in Deo operatio, & substantia immediatè ab accidenti proueniunt ad nostrum mundum.

Sed contra istam rationem obijcies. Primo, quia substantia est immediatum principium accidentium saltim, quibus operatur aliàs daretur processus infinitum; ergo etiam potest esse immediatum principium ipsius operationis.

Confirmatur, quia propriè passiones immediatè dimanant ab essentia; quæ tamen sunt accidentia. Respondetur, ad primum negando consequentiam, quia accidentia illa, quibus medijs operatur substantia dimanant immediatè á substantia propterea quod causantur á generante eadem actione, qua fuit producta substantia per modum sequelæ, vel si dimanant per aliam diuersam actionem, quæ appellatur simplex emanatio, & hoc non est inconueniens immediatè prouenire á substantia; at vero productio alterius est transmutatio quædam, quæ non sequitur per modum sequelæ, & de ea loquimur cum dicimus non posse immediate prouenire ab substantia.

Et ad confirmationem dico eo modo propriam passionem saltim primam immediatè dimanare ab essentia. Nam aliæ propter primam non, nisi mediantibus primis causatur: nulla tantum propria passio causatur per transmutationem: sed aut per modum sequelæ, aut noua actione aut per simplicè emanationem.

Sed si dices illas tantum. Probatur emanatio si sit actio est accidens, si propria passio est accidens; quomodo ergo immediatè procedit á substantia poterit etiam immediatè procedere aliud, quodcumque accidens, ac per consequens, quælibet alia productio. Respondetur, negando consequentiam, ratio est, quia illa accidentia consequuntur ex natura rei ad esse ipsius substantiæ: atque adeo substantia per eamdem potentiam ordinatur ad esse suum, & ad esse illorum: at vero transmutatio, vel operatio aliqua, quæcumque non sequitur ex principijs ipsius substantiæ. Vnde non ordinatur immediatè ad illam substantiam per se: sed medio alio accidenti.

Secun-

Secundo principaliter arguitur contra eandem rationem, quia si hoc aliquid probarit loqueretur, quod non forma accidentalis posit esse immediatū principium agendi, quia quælibet forma accidentalis est immediatum principiū sui esse inexistēte, sicut forma substantialis sui esse per se: sed illud esse inexistente distinguitur reali distinctione ab operatione: ergo non immediatum principium operandi. Respōdetur similiter negando consequentiam, quoniā est dispar ratio.

Pro quo nota quasdam esse formas, quę natura sua ordinantur ad esse, & in illis consequenter se habet operatio, aliás vero, quę per se ordinantur accidētia per operationem; huiusmodi sunt naturales potentiæ: dico ergo quod ea forma substantiali nō potest dimanare immediate operatio, quoniam illa accidentia intenditur propter esse, & consequēter propter operationem. Vnde indiget alio á se ad hoc, vt operetur, ita quod illud aliud per se ordinetur ad operationem, & quia accidentia productiua sunt huiusmodi, quæ quamuis possent & principaliter intendunt propter operationē, hinc est quod quamuis non aliquo alio: sed seipsis principia operandi, & huiusmodi sunt accidentia.

Sed obijcies contra hoc & .2. cœli capit 3. qui dicet, quodlibet ordinatur propter suam operationem: ergo substantia etiam ordinatur in suam operationem: sed respondetur quod quamuis, tā substantiæ, quam accidentia operatiua ordinentur ad operationem: tamen diuerso modo, quoniam substantia ordinatur in illam, tamq; in finem, quo consequitur propriā perfectionem, Vnde magis ordinantur in esse proprium operatio, quoniam ipsa in operationem, quia est propter seipsam perfecta: at vero accidentia, quę sunt operatiua ordinantur nd operationem, tamquam in finem, quem intendit, ita quod esse istorum sit propter operari, & ideò istæ formæ accidentales sunt absq; alijs formis principium operandi, non autem sub alijs.

Sed obijcies vltimo contra hoc, quoniam multa sunt accidentia operatiua, quę non sunt naturalis potentiæ, vt calor & aliq passibiles qualitates similiter & habitus operatiui similiter, quales sunt virtutes morales, & intellectuales, & tamen sunt immediate operatiua: ergo quamuis substantia non sit ordinata ad operandum, quemadmodum ordinatur naturalis potentia potest ipsa substātia esse immediatum principium operādi. Respōdetur quod omnia huiusmodi accidentia, licet non sint potentiæ, vt bene ait Laci. 1. p. q. 77. art. 1. quia propriū est naturalis potentiæ habere statum potentiæ, & in actu primo distinctum ab actu secundo, licet ista distinctio sit secundum rem, vel secundum rationem: calor autem non dicitur esse in actu primo, virtutis vero & habitus, quamuis conueniant cum potentia, in hoc, quod est quandoque esse in actu primo: differunt tantum in eo, quod non ordinātur ad sicaputè operandum, & ideò non dicūtur, nec sunt naturalis potentię tantum conueniunt omnia ista accidētia, in hoc quod est á natura ordinari ad ipsas operationes, & ideò non indigent alio principio operatiuo magis proximo, sicut substanria quę ordinatur magis ad esse, vt diximus quemadmodum non ad formam substantialem, necesse est materiam disponi ab aliquibus accidentibus tantum ad dispositionem, nec est necessarium alia dispositio, quia ipsamet est dispositio, sic ad operandum indiget substantia virtuti operatiua tantum illa, nō indiget alia proximiori virtute.

Vnde ad primum respondetur quod causa principalis alicuius effectus est perfectio illo, vel saltim equē perfecta vt in agentibus vnuocis: at verò causa instrumentalis non oportet, quod sit perfectior, sicut in agentibus artificialibus quāuis artifex contineat perfectionem effectus per formam artis: tamen

instrumentum non continetur; quamuis ergo accidês sit in perfectius subsitã tia potest esse instrumentum ad illam producendam.

Ad secundum respõdetur, quod sicut accidens: v.g. calor facit substantiam instrumentaliter, ita fit substantia instrumentaliter, id est fit virtus, & instrumentum substantiæ.

Ad tertium respondetur, quod accidês quod est instrumentum ad productionẽ formę substantialis, si loquamur in viuentibus est accidens, quod scilicet vtrobiq; scilicet in agẽti principali, & in instrumento separato, quod est semen, quamuis diuersimodo, quia in ipso agenti principali accidens, quod est instrumentum est potentia generatiua, quæ non est instrumentum coniunctum: sed remotum, quia non attingit immediate ad productionem totius vel formæ substantialis: sed ad decisionem seminis: at vero virtus quę est in semine vt instrumentum separatum, & attingit ad generationem ipsam immediate.

Sed in genere non viuentium, solum est instrumentum illud accidens, quod est in agenti v. g. calor, qui est in igni non tamen calor, qui est in ligno: hanc enim differentiam posuit Arist. 10. Metch. inter generationem viuentium, & non viuentium, quia generatio viuentium fit á virtute actiua, quę est in eadem materia, ex qua fit generatio, & ideò dicitur natiuitas, quia fit à principio extrinseco.

Nec valet solutio, si dicas, quod adhuc quamuis generatio ignis fiat á principio intrinseco, & calore, qui est in passo differt tamen generatio ignis á generatione viuentium in alijs scilicet, quod in viuentibus fit generatio ex parte aliqua substantię generantis: non semen decisum est pars substantiæ generãtis, in non viuentibus minimé ignis nõ dat aliquam partem substantiæ alteri igni genito. Hæc inquam solutio, namlicet essentia differentia reperiatur inter has generationes, non tamen hęc sola: sed etiam illa prima, quã nos diximus, quã etiam ponit Arist. quinto Meth. imo etiam prẽter has omnes reperiũtur alia, quod scilicet virtus illa accidentalis, quę est in semine, qua mediante causatur generatio est ipsi semini naturalis: at vero accidens, quod est productum in passo ex quo generatur ignis v. g. non è ligno naturali: sed potius contra naturam, quia & violentum.

Sed si quis obijciat contra hoc virtus quæ est in semine eo ipso, quod est generatiua viuentis, est etiam corruptiua ipsius seminis: ergo non est illis naturalis. Resp. dupliciter, primo negando consequentiam, quia cũ ipsum semen sit quodam ex natura sua ordinatum ad illud vt ex ipso fiat aliud nõ est inconueniẽs, q̃ à natura sua habet virtute produ ctiuã alterius, & generatiuam: corruptiuam vero sui saltim per accidens.

Secundo Resp. quod ipsum semen est ethero geneum, habens quasdam partes actiuas, & alias passiuas, & istę corrumpuntur in generatione viuentiũ: at vero aliæ partes actiuę non corrũpuntur, nec ex earum materia fit generatio, quia postea euanescunt, vel conuertuntur in aerem, vel aliud simile.

Sed his ita suppositis adhuc fortius prob. quia in generatione non viuentiũ accidens, quod est in passo non sit instrumentum ad agendũ, quia illud, quod est instrumentum ad generationẽ substantię, debet habere aliam actionẽ prẽuiã: sed calor qui est in ligno, non habet actionem prẽuiam, & dispositiuam ad ignem, quæ ex ipso ligno generatur: ergo illa nõ est instrumentũ. Dices quod habet actionem prẽuiã, quę est calefacere, contra quia non calefacit effectiuè illã partem substãtiæ in qua est: sed solũ formaliter (vt dicemus estatim) & tamẽ in illa parte in qua est generatio ignis: ergo, &c. Dices secundo, quod habet actionem prẽuiã, quę est disponere ipsum ignũ cõtra quia disponere nõ est generare: sed

sed ad gen⁹ causę materialis reducitur.

Sed dices tertio, quod habet ratione præuiam in ipso igne, producto scilicet in illo producere calorem vt. 8. Contra quia calor vt. 8. ipsius ignis producti nō potest produci á calore ligni, tamquā á causa principali, quia numquā calor ligni est causa principalis, nec est alterius æqualis: sed calor ignis, qui producitur est maior, quam ille, qui præcessit in ligno in quo fuit semper minor, quā vt. 8. ergo, &c.

Tum etiá secundo, calor ignis producti est posterior natura, quam ipsa substantia ignis. Nam dependet á substatia in genere causæ materialis, quandoquidem subiectantur in illa, & in genere causæ finalis, quando quidem ordinatur ad illam, & in genere causæ efficientis, quia dimanāt propriæ passiones ab illa: ergo sequitur, quod nō potest esse calor ille effectus præuius prius productus, quā forma substantialis effectus enim præuius productus ab eo, quod est instrumentū prius natura sua debet produci, quam effectus principalis agentis.

Sed obijcies vltimo, quia ex hac ratione sequitur, quòd nec calor ignis, qui est agens principale possit attingere ad productionē substantię, quia nullum habet effectum præuium in ipso igne genito. Resp. quod quāuis in igne genito nō habeat effectum præuium habet tamē in materia ex qua generatur ignis v. g. in ligno, quia totus ille calor, qui præcessit in ligno adgenerationē ignis causatur á calore ignis effectiué, & tamquā à causa principali ille tamē calor receptus in ligno est dispositio ad ignem genitū de nouo, & ita habet effectum præuium calor ignis generantis.

Sed contra ea, quę dicta sunt obijciet aliquis quoniā calor ille qui præcessit in passo, nullomodo est dispositio ad formā ignis: ergo, &c. antecedens prob. Nā ille calor corrūpitur simul cū ligno, vt fiat ignis: corrupto autem ligno, & illo calore manet materia omnino nuda ad quamcumque formam recipiendam: ergo sequitur, quod calor ille præcedens nulla esset dispositio.

Et confirmatur si in illo instanti, quo corrumpitur lignum, esset sibi aliud agens produceret formam sibi similem: ergo præcedens calor, aut præcedentia omnia alia accidētia nihil omnino fuerunt ad dispositionem eius formæ.

Propter hæc argumenta dicunt, quidam in materia non præcedere dispositionem aliquam; sed omnia illa accidentia tantum habent corrumpere accidentia. Contra non tantum aliquomodo disponere materiam, ita vt ratione illorum materia sit magis determinata, & ordinata ad hanc formam quam ad illam.

Sed hæc sententia præter quam, quod est contra omnium opinionem est etiā falsa. Nam imprimis negari non potest, quod in animalibus perfectis, quę necessario generantur ex semine, virtus seminis taliter disponat materiam ad formā animalis, quod non ad aliam, quoniam illa forma non potest introduci, nisi in materia seminis decisi ab animali eiusdem speciei: ergo signum est, quod virtus seminis relinquat illam signatā ad formam totalem.

Sed dices relinquit illam signatā ad formam totalem in specie, non individuo. Contra, quia tu dicis, quod manet omnino indifferens ad omnes formas. Secundo quoniam sicut talia accidentia in specie disponunt ad talem formam in specie sic talia secundū numerum ad talem numero formam: sed ratione vniuersali. Patet de omnibus formis, quod introducantur in materia signata per accidentia præcedētia. Nam post corruptionem formæ & illorum accidentiū, nō potest nisi per miraculum introduci alia forma, nisi simili agenti in quo causata sunt illa accidentia: ergo ex natura rei illa accidentia relinquerunt illam materiam signatam. Antecedēs pater, si aplicatur aliud agēs in illo instāti, nō pōt agere-

agere immediate per ſubſtantiam ſuã, vt probatum eſt: ergo per accidentia: ſed illa accidentia nõ poſſunt attingere ad formam ſuſtantialem, niſi prius attingant ad accidentia diſpoſitiua: ſi ergo producatur tunc alia forma prꝫter illam, quam intendebat producere agẽs; quod diſpoſitiones extrinſecas produxerat miraculum eſt, ac per conſequens ex natura rei materia manebat ſigillata ad illam.

Confirmatur, quia ſit caſus, quod ignis cõburat lignũ per totũ tẽpus, quo durat lignum durat ignis tantum primũ non eſſe ligni ſit primum non eſſe ignis agẽtis, & non applicatut aliud agẽs: ſed relictis cauſis proprijs naturijs produceretur ignis à cauſa vniuerſali: ergo ſignũ eſt, quod materia non ſit ſigillata aliás non eſſet aliqua ratio, cur cauſa vniuerſalis determinaretur ad ipſum effectum potius, quam ad aliud.

Vnde ad primum argumentũ in oppoſitum reſpondetur, quod quamuis calor ille ligni producatur aduenniente forma ignis tantum paulatim, dum introducebatur in ligno diſpouebat eius materiam ad introductionem talis formæ ita quod primum non eſſe ligni. & caloris ſit primum eſſe ſignationis, & ſigillationis ad formam ſigillationis ad quam proxime, & vltimate, atꝫe etiam talis, vt iam non poſsit eſſe ſub alia forma.

Vnde ad confirmationem patet ſolutio, quod ſi in illo inſtãti aplicaretur per potentiam Dei abſolutam aliud nouum miraculum quo impediretur inflatus illius ſingularis, agens non produceret aliam formam: ſed ſequeretur illam niſi Deus faceret aliud quod prouenit ab his accidentibus. Quæ proceſſerunt, & produceret aliam formã, ſine hoc quod prꝫceſſerit diſpoſitio ipſomet Deo cauſante talem ſigillationem effectiue verum eſt, quod ſi illud aliud agens aplicaretur facile & cito corrumperetur cõpoſitum illud genitum, ſi eſſet fortis, actiuitatis. ¶ Remanet autem modo hoc vnum dubiũ contra huiuſmodi diſpoſitiones accidentales, quomodo expellantur ab eodẽ ſubiecto accidentia contraria: Sot. enim exiſtimat, quod in genere cauſæ efficientis id docet. 1. lib. q. 7. art. 2. & lib. 2. q. 4. ad. 3. Scot. Capreol. 2. diſt. 8. quæſt. 2. ad primum cõtra quintam concluſionem, & diſt. 3. contra quintam & diſt. 13. ad. 4. contra tertiam, &. 4. diſt. 1. quæſt. 5. ad tertium contra tertiã, & Durand. 2. diſtin. 30. quæſt. 1. & hi referunt pro ſe, Caiet. Victoriam. 12. q. 113 art. 2. & ſecunda ſecundæ quæſt. 24. art. 10. &. 12. Ledeſma. 1. part. quæſt. 27. art. 1, Sed nihilominus exiſtimo dicendum, quòd ſicut vna forma ſubſtantialis expellit ab eadem materia aliam in genere cauſę formalis, ſcilicet calor ab eodem ſubiecto expellit frigiditatẽ in genere cauſæ formalis, ita quod ſecũdum eandem intenſionem qua producitur calor expellatur frigiditas, quod ſi S. Tho. dicat peccatum effectiue, expellere charitatem quod in ipſo non reperio ſenſus eſt: quod peccatum ideſt actus peccati effectiué producit habitum oppoſitũ habitui charitatis, atꝫe adeò expellit charitatem effectiué, at habitus habitum, & actus actum expellunt ſe formaliter. Vnde acciidentia quę ſunt in paſſo, non effectiuè inducunt vnam formã ſubſtantialẽ, & expellunt aliam: ſed tantum materialiter & diſpoſitiuè id cauſant. Probatur, quod non in genere cauſę efficientis. Nam idem, quod eſt cauſa efficiens generationis vnius eſt cauſa efficienes corruptionis alterius, quòd corrumpitur propter in compoſibilem: ſed calor productus in ligno eſt cauſa formalis ſecundum quam ſubſtantia in quo eſt denominatur calidum nõ eſt cauſa efficiens ſuæ productionis: ergo nec eſt cauſa efficiens corruptionis frigiditatis, quæ non eſt compoſibilis cum ipſo calore: ſed formalis ſolum.

Sed dices eſt cauſa formalis expulſiõe, frigiditatis in illo gradu, quo calor intro-

introducitur: sed & efficiens ad expellē dum alium gradum. Contra quia per calorem, vt vnum non expellitur, nisi frigiditas vt vnū, ab alio subiecto, aliàs vnus gradus solum posset esse sufficiēs ad introducendam formam ignis, quia ille corrumpit alium gradum efficienter: atq; fierent gradus duo qui gradus duo explicarent alios secundos, &c.

Dicendum ergo est, quod licet forma expellat formaliter suam contrariam ab eadem parte subiecti, quamuis efficienter possit expellere contrarium, & producere aliam similem in eadem parte destinata.

Sed dices contra hoc vnum corpus expellit efficiēter aliud corpus ab eodem loco: ergo albedo similiter effectiuè nigredinem ab eodem subiecto, & calor similiter frigus. Resp. in primis negando antecedens, quia vnum corpus non expellit aliud ab eodē loco nisi in genere causæ formalis propterea, quod quātitas duorum corporum, sunt adinuicem incomposibiles.

Dico secundo, quod prius quam corpus ponatur in loco aliquo potest effectiuè expellere aliud à loco illo, in quem intendit ingredi non potest tamē calor expellere frigiditatem effectiuè aliquomodo, quia nō præexistit ad hoc quod est esse in subiecto.

Restat ergo ad argumentū in principio quæstionis positum. Resp. quo proba. calorem agentis non esse instrumētum ad generandum ignem, quia calor ferri non sufficit vt ignis: ergo non potest in aliam materiam producere. Respondetur primò, quod quādo ferrum producit ignem in stupa, etiam habet quasdam partes ignitas porosas, & quod ferrum tamen disponit materiam per calorem & formā ignis producitur à causa vniuersali, vt dicemus infra.

Super est modo respondere ad argumēta Peryrę ad primū dico quod substantia ignis, & eius calor concurrunt ad producendum ignem eadem actione, quęquidem proxime fit à calore mediate verò a subiecto ignis mediante inquam, quia medio instrumento, non tamen quia media aliqua causa principali, & quando dices, quod omnis actio caloris est calefactio tamen actio eius dē. vt instrumentum est á principio instrumentali: sed á ratione agendi, quæst in causa propria.

Ad secundum respondetur, quod calor est instrumentū ignis non quia mouetur ab illo, nec quia recipit nouum alium influxū, vt argumētum probat: sed quia est virtus natura sua ordinata ad hoc. Et quando obijcis, quod essentialiter habet esse virtus ignis ad agendum: ergo & causa propria, nego consequentiam, quia essentialiter habet, quod sit instrumentum natura sua ordinatum ad hunc effectum, qui est ignire, sicut quod est causa propria huius, quod est calefacere: sed dicitur esse instrumentum ignitionis, quia nō est proportionatum illi: causa vero propria calefactionis, quia est illi proportionatus, sicut calor, est etiam instrumentum ad nutritionem in animalibus, & tam calor animalis habet natura sua hoc, q̄ est ordinari ad talem effectū, sicut serra habet natura sua, quod sit causa propria ad scindendum, & quod posset summi vt instrumentum substantiæ genitæ.

Ad confirmationem. Respond. quod calor est virtus ignis, & vt virtus ignis habet duo alterum, vt causa propria, scilicet calefacere: alterum vt instrumentum ignire. Vnde non valet, vt virtus ignis calefacit virtute propria, & vt virtus ignis producit substantiam: ergo vt virtus ignis, & virtute propria producit substantiam, quia sumitur æquiuocé medium: hoc enim, quod est esse virtutem stat dupliciter, vno modo est, quod pendeat ab igne, tanquam á causa remota, & principali, & vt sic pendet calor ab igne, ad hoc vt calefaciat, & alio vero modo, tamquam á causa propria,

&

& vniuoca & ita pendet calor, prout inſtrumentum, cuius ratio eſt, quia calor ab igne habet, quod ſit, & quod ſit cauſa & in illa actione, eodem modo, pendet calefactio à eſſe vniuerſali: cum ergo eſſe virtutem ignis nihil aliud ad ſit, quam pendere ab igne, ſequitur, quod ſit æquiuocum.

Ad ſecundam confirmationem reſpõdetur concedendo, quod ignis poteſt producere per accidentia alia à calore tãtum illa ſunt inſtrumenta, vel ipſius ignis, vel Solis, qui eſt cauſa vniuerſalis.

Ad tertiũ argumentum principale Reſpond. concedendo eadem actione produci formam ſubſtantialem, & calorem, vt octo, nego tamẽ, quod calor per ſe attingat, vt cauſa propria ad producẽdum calorem, vt octo & ad probationẽ dicitur, quod quãuis calor, vt duo per ſe attingat ad producendũ aliũ caloré, vt duo vt cauſa propria tamẽ calor vt octo nõ niſi, vt inſtrumentũ aliũ caloré, vt. 8. cuius differẽtia eſt, quia quicumq; alius calor præter octo poteſt produci per ſe per altera & ideò calor. vt octo ſolũ poteſt produci per accidens ad productionem formæ ſubſtantialis, & quoniam quilibet calor poteſt eſſe cauſa per ſe alterijs: nõ autem cauſa per ſe, & propriæ ſubſtantiæ ideo ad confirmationem pro ſolutione ſcilicet, quod calor vt octo poteſt generare ſibi ſimilem, nõ ita vt cãuſa propria: ſed vt inſtrumentum propter rationem iam factam.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum cauſa efficiens per ſe principalis alia ſit prima alia ſecunda.

RElicta cauſa per ſe inſtrumentali cauſa; multiplici diuiſione explicata. Rurſus cauſa per ſe adhuc diuiſione indiget, de qua ſit concluſio certiſſima. Cauſa efficiẽs per ſe principalis alia eſt principalis prima, alia ſecunda, & hæc alia vniuerſalis; alia particularis: probatur & quidem quod detur cauſa prima producens ex nihilo, quę eſt ſolus Deus, demonſtrabitur partim art. 7. partim. q. 6. & partim lib. 8. huius, cauſæ vero ſecũdę ſunt aliquæ omnesnõ agentes niſi ex prę ſuppoſito ſubiecto, quæ omnes pendent á prima, non modo in eſſendo: ſed & in operando, quarum aliæ ſunt vniuerſales, alię particulares: loquor autẽ de vniuerſalibus in cauſando, vt eſt Sol non in prædicando, quo pacto artifex dicitur vniuerſalis cauſa in prædicando imaginis, pictor vero particularis verum eſt quod S. Tho. hic tex. 32. docet, quod omnis cauſa vniuerſalis in prędicando eſt quodammodo vniuerſalis in cauſando, & é contra; ratio eſt quia vnũ quodque eadem forma agit, qua habet eſſe: forma vero, & quidditas rei quantò vniuerſalior eſt in prædicando, tantò ad plures ſe extendit effectus, vt ratio artificis in communi eſt non ſolum mederi: ſed ſtatuam, aut domum facere, quod deſumpſit ex Ariſt. 3. li. huius tex. 38. vbi ait effectus vniuerſalis tradenda eſt cauſa vniuerſalis: particularis vero particularis, ideſt minus vniuerſalis effectus cauſa minus vniuerſalis, vt artificij cauſa eſt artifex, domus vero domificator, vbi manifeſte eſt ſermo de cauſa vniuerſali in prædicando, ſic etiam é contra Sol qui eſt cauſa vniuerſalis in cauſando eſt etiam quodammodo vniuerſalis in prędicãdo, in hoc ſenſu quod dicitur per ſe generare non modo hominem: ſed animal, & corpus; &c. non tamen exiſtimes, quod á parte rei detur artifex vniuerſalis in cauſando, nec quod Sol ſit cauſa vniuerſalis in prædicando ſimpliciter, & abſolute: ſed quodammodo, vt addit S. Tho. ita, quod equus genitus ab equo, & a Sole ideò genitus eſt in eſſe animalis, & corporis, &c. quia generans erat animal corpus, &c. formaliter

ter aut eminenter. Notandum secundo, quod causa vniuersalis in causando dicitur dupliciter. Primo minus proprie id, quod est causa plurium effectuum, quo modo certa aliqua medicina, dicitur vniuersalis medicina quia deseruit pluribus infirmitatibus. Secundo modo proprie dicitur vniuersalis, quia cũ alia causa particulari concurrit & non solum sua propria actione. Vnde quãdo Deus creat animam, tunc non se habet proprie vt causa vniuersalis: sed vt particularis. Tertio aduerte, quod causa vniuersalis solet dici remota, & mediata: particularis vero dicitur proxima, & immediata, si inuicem comparentur, licet inter vniuersales & inter particulares vna possit esse remotior: alia proximior, vt constat, absolute tamen causa vniuersalis in suo gecere proxima est: remota enim præcisse & absolute illa tantum dicitur, quę causalitate sua non attingit effectum nisi mediate, quomodo abus est causa ne potis, & ita causæ per accidens pro risimé dicuntur causæ remotæ non tamen placet, quod quidam docent omnem causam remotam esse causam per accidens: artifex enim vt sic secundum Arist. est causa remota imaginis: & tamen est causa per se, & forma substantialis ignis est principium calefactionis in alio: & tamen est principium per se, fateor quod aliquando causa dicitur remota, id est per accidens: sed nunc loquimur de remota, ideſt mediata causa vniuersalis dicitur etiam prior: particularis vero posterior, ita Auerr. sanct. Thomas. 1. Metaph. lectione. 2. in fine significat Fonseca. 2. Metaph. capit. 2. q. 1. sectione. 2. licet Albertus titu. 2. capit. 8. & Vicomercatus contra dicant vniuersalem dici posteriorem: particularem vero causam priorem. Quæstio est de nomine, illi priorem appellant incipiendo ab ea, quæ distantior est ab effectu, ij incipiendo ab ea, quę propinquior est illi, & vere Ar. vbiq; loquitur, vt illi primi.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum causæ efficientes per se principales secundæ habeant veram causalitatẽ.

CElebris illa fuit antiquorum stultitia, quos S. Thom. 3 contra Gent. refert asserẽtium nullam creaturam habere vim producendi aliquem effectũ: sed quod solus Deus omnia operatur, tã in effectibus substantialibus, quã accidentalibus, & secundũ istos ignis non est qui calefacit. v. c. sed Deus ad presentiam ignis, quam sententiã sequti sunt Nominales, & inter Theologos Gabr. in 4. d. 1. Et suadent primo. Quia frustra fiũt per plura, quę possunt fieri per pauciora Deus autem solus potest cuncta producere, sine adiutorio causæ secundæ creatæ: ergo solus ipse producit. Secũdo quia si causæ secũdæ possunt aliquid efficere sequitur, quod possent creare. Nam solũ possunt producere formas, materia. n. supponitur: formę autẽ sunt ex nihilo, quia nulla habet materiã,, quæ sit pars sui: ergo possent creare: consequẽs est falsum: ergo nihil producunt. Secũda opinio concedit particularibus causis quandam virtutem ad agendũ respectu dispositionis materiæ, & ad producendas formas accidentales: formæ autem substãtiales producuntur à causa superiori hanc tribuit Auicen. Sanctus Thomas contra Gent. c. 69. á qua sententia parũ differt Plato secundum aliquos. Nã hac de causa posſuit (inquiunt illi) suas Ideas, vt formas substantiales produceret, vt refert Arist. 7. Metaph. tex. 16. qua quælibet res debet fieri á suo simili: inueniuntur autẽ plures effectus, qui nõ habent causas similes particulares, vt patet in igne producto per silicis percusionẽ: ergo producũtur á virtute ista separata. 2. omnis virtus actiua in istis inferioribꝰ est accidẽs: imo ḋ genere qualitatis. s. naturalis potẽtia;

tia: sed accidens non potest attingere ad productionem substantiæ: ergo effectus secundarum causarum solunt sunt accidentia. Tertio omnia corpora habent quantitatem: quantitas autem impedit actiones, cuius signum est, quod quanto aliquod corpus est ponderosius tanto est ineptius ad agẽdum: ergo virtus ad causandam substantiam non est in causis secundis. Vnde inferunt, quod inter substãtias est talis ordo: quod prima sustantia sit agens, & non patiens: sustantiæ autem spirituales creatæ agentes & causatæ: substancia vero corporalis inferior patiens, & non agens, & ab isto modo dicendi nihil fere differt Valles Controuers. 36. vbi dicit, quod quamuis formæ substantiales inanimatorum producantur ab agentibus naturalibus sibi similibus: formæ tamen substantiales animatorum, quæ ex semine producuntur producti á solo Deo, & si contra dicas, quod inanimata, sic essent perfectiora animatis, quæ solunt disponunt materiam: illa vero sibi similia in substantia producũt. Resp. imo propter hoc animata esse perfectiora, quia illorum productio á solo Deo attingitur propter ipsorum perfectionem, sicut ex perfectione hominis prouenit, quod eius anima à solo Deo producatur & si dicas, quod sic formæ animatorum non educentur de potẽtia materiæ sicut nec anima rationalis, negat consequentiam, quia forma rationalis non ideò, quia producitur á Deo nõ educitur de potentia materiæ: sed quia est forma per se subsistens à materia independens: ialiæ vero formæ quamuis fiat á solo Deo eddu cuntur de potentia materiæ, quia pendent ab illa. Et quidẽ fundamẽtum huius authoris solum est, quia accidentia non possunt esse instrumenta substantiæ: ergo solum possunt attingere dispositionem materiæ. Et si dicas quomodo solum semen v. c. est instrumentum. Resp. quod quamuis substãtia ignis calefaciat medio calore: non tamen sequitur, quod calor sit instrumẽtum: sed solum est causa proxima calefaciendi at vero substancia ignis est causa remota, sicut quamuis sol & homo generent hominem, nõ sequitur, quod homo sit instrumentum quia ad hoc requiritur, quod non sit proportionatum cũ effectu, quia ergo calor est forma proportionata cum calore producte: ideò calor quamuis agat, vt virtus ignis est causa propria calefactionis. Vnde ignis in quãtum calidus est causa vniuoca producendi calorem: in quantum vero substantia est causa æquiuoca, & vniuersalis. Nam vt sic, est etiam causa alterius ignis: sed non agit alia actione, quã calefactione. Et si quæras tandem, quomodo ignis attingit ad productionem ignis. Respondetur, quod est diuersa ratio. Nã ignis est per se præsens quando generat alium, & ita potest per suam formã agere: animalia vero, & viuentia non sunt præsentia per se: sed per virtutem derelictam in semine, quæ non potest attingere, quia est accidens.

Vltima conclusio causæ secundæ habent veram efficientiam, & virtutem causandi, & agendi hæc conclusio non potest negari absq; temeritate: imo absque errore, tum quia est cõmunis Theologorum consensus, tũ quia aperte colligitur ex scriptura Genes. 1. Germinet terra herbam, & lignum, pomiferrum, faciens fructum iuxta genus suum. Vnde Damas. 2. lib. fidei Orthodox. cap. 7. dicit Deus dedit plantis virtutem altricem, & generatricem, & quidem loquẽdo de actionibus humanis de fide est, quod illæ operentur, & efficienter concurrant saltem in actionibus liberis, quibus iustificatur homo, ita determinatũ est in Concil. Trident. sess. 6. canon. 4. si quis dixerit liberum hominis arbitriũ à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo vocanti, & excitanti ad obtinendam iustificationis gratiam anathema sit, & alibi eadem sess. anathematizatur, qui dixerit hominem merè passiue se habere, & ratione patet

quia

quia, aliás nulla esset ratio meriti aut demeriti in actionibus humanis: hæc etiam doctrina est Arist. in isto cap. 3. dicentis Sol & homo generant hominem. Præterea, si Deus solus est qui producit effectum non est maior ratio, quare cũ applicatur ignis ad quam sequatur calefactio, quam frigefactio, si aqua, & ignis nihil faciunt, quod si dicas quod ex pacto, quem Deus facit cum causis secũdis prouenit quo ad præsentiam ignis calefaciat, & aqua frigefaciat, hoc est absurdum, tum quia est alienum a Philosophia ad dictum pactum recurrere, tũ quia si nõ est magis calefactiuus ignis quam aqua non est maior ratio, quare fit pactum calefaciendi cum igne, quam cũ aqua: quod si dicas iterũ, quod aqua est apta, sic pati, scilicet cum est præsens igni contra potentia passiua in ordine est ad actiuam non est autem aliqua virtus actiua in igne; ergo non est magis in aqua virtus ad recipiendum calorem cũ præsentia ignis, quã alterius. Item quia aliàs non possemus habere scietiam per effectus de causis si illi effectus non proueniunt nisi á solo Deo, & ita neq; esset Philosophia, nec medicina in quib' per operationes rerum earum essentias cognoscimus. Tandẽ quia frustra essent res absq; sui operatione, cum vnũquodq́ue sit propter illam ex Arist. lib. de cẽlo. Confirmatur, quia ad perfectionem agentis spectat, vt relinquat effectum perfectum, non autem sic esset nisi haberet virtutem aliquam actiuam. Vnde cum Deus sit perfectissimũ agens, consequens necessario est vt effectibus producat virtutem actiuã, quia omne agẽs producit effectũ similem sibi in id quod potest, ergo.

Secunda conclusio sicuti accidentia producunt alia accidentia sibi similia, ita substantiæ producunt alias substantias sibi similes, tam in viuentibus, quã in non viuentibus. Quãtum ad primam partem hæc conclusio non indiget probatione, tũ quia ex dictis supra art. 5. manet probatũ, & quia etiam aduersarij id concedunt. Quò ad secundam vero partẽ probatur idẽst ex Arist. hic tex. 7. formam substantialem esse causam formalem, finalem simul atq; efficientem, modo explicato. 1. par. huius quæst. art. 2. & clarius id probat. 7. Meth. c. 9. vbi docet esse generationes vniuocas substantiarum, & non solum loquitur in non viuẽtibus: sed etiã in animalibus, quãuis nõ omnia, quia aliqua sunt orbata hac virtute generandi sibi simile, vt mulus inquit non generat mulum, si autem forma substãtialis animaliũ produceretur á Deo solum, & causis superioribus, talis generatio esset æquiuoca. Vnde Arist. inquit, quod quãuis in semine sit virtus actiua ad generandũ animal, tamen illa nõ est causa vniouoca generationis animalis, quia in causa vniuoca est virtus actiua, quę est ratio agendi, habet eundẽ modum essendi cũ effectu. Dices quod animal nõ attingit productionẽ formę: sed totius. Contra, quia effectus est substantialis: ergo iam attingit formã substantialem. Secundo eadẽ actione qua fit totum, fit & anima quia nõ est capax substantiæ (præter animã rationalem) ergo si vnum animal attingit productionẽ animalis, etiam productionẽ formæ attinget, & in alio animali, ratione ergo illius dicitur generatio vniuoca. Ex quibus colligitur, quod vt generatio sit vniuoca non sufficit, vt agens disponat materiam, quia aliàs virtus seminis esset agens respectu animalis. Secundo ratione patet eadẽ pars conclusionis, quia nõ minus substantiæ istæ inferiores animatæ siue inanimatæ appetunt esse perpetuam, & indefectibile, quam accidẽtia: imo multo perfectius: sed nequeunt perpetuo esse in indiuiduo: ergo appetunt esse in spetie: ergo habent producere alias formas sibi substãtiales sibi similes. Nec valet si dicas, quòd sufficit quód disponant. Primo quoniam huiusmodi dispositio non causatur nisi ab accidẽtibus & vt á causis principalibus, & nõ solum

instrumẽtalibus, quia dispositiones sunt accidentia: ergo possunt proprié ab illis accidentibus causari, quia vnum accidens respectu alterius accidentis causa propria est non solum instrumentalis; ergo vt in substãtijs dicatur esse virtus generatiua, debet etiam esse virtus productiua substantiæ. Tum etiã secundo circa solutionem ad argumentum Arist. 7. Meth. quoniam hac ratione etiã Deus, & corpora cœlestia essẽt causę vniuocę quoniam disponunt materiam ad introductionem formarũ: sed hoc est falsum quoniam dicuntur ęquiuocæ propter diuersam formam substantialem, quam habent in se, & in effectu: ergo etiã causæ particulares dicentur ęquiuocæ: imo sequitur causas particulares superfluas esse, quandoquidem causæ vniuersales, quę habent virtutem ad producendam substãtiam: habent etiam ad disponendam materiam.

Iam ad argumenta primæ sentẽtiæ, ad primum Resp. quod in creaturis virtus actiua nõ est frustra, nam quamuis posset Deus se solo producere effectum esset tamen magna priuatio, & imperfectio secundarum causarum, quod etiã ipsæ non producerent, vnde melius talis productio fit mediis causis secundis.

Ad secundum dico, quod agens naturale producens formam non creat, quia forma (vt dictum est lib. præcedenti. q. 3.) educitur de potentia materiæ, & si materia nõ sit pars formę est tamen subiectum, præsertim quod forma non proprié fit: sed compositum vt quęst. 6. eiusdem lib. dicebam.

Ad argumenta secundæ sententię, ad primum quod non omnes effectus habent causas vniuocas: sed aliqui & isti producuntur á sibi simili in specie, & alij solum habent causas ęquiuocas, & iãi generantur à causis similibus in genere, vel secundum analogiam, vt á coporibus cęlestibus, & á Deo. Ad secundũ quod est Auicenæ dico, quod quamuis virtus actiua proxima in ijs inferioribꝰ sit accidens: hæc tamen virtus ratione sui producit alia accidentia sibi similia, vt autem est virtus substantiæ, saltem vt instrumentum illius habet substantiam producere (vt dictum est art. 5.) Ad tertium argumentum quantitas non impedit actionem corporalem, aliás nec accidẽtia essent operatiua, sed solũ impedit aliquas actiones per accidens in quantum maior quantitas requirit plus de materia, & multitudo materiæ impedit aliquas actiones saltem vitales, nec oportet dare aliquam substantiam corporalem, quę omnino sit patiens, & non agens sicuti est alia, quæ omnino est agens & quamuis detur aliquod bonum summum nil habens materiali nõ oportet, quod detur, summum malũ nil habent de spirituali, quia tale malum, vt docet optime Arist. 2. Ethi. cap. 4. seipsum destrueret, & ita non subsisteret, de quo late & bene S. Tho. disputat, quæstionibus de malo per varios articulos.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrũ prima causa efficiẽs cõcurrat ad actiones secũdarũ causarũ, & quomodo.

Hæc est illa inter philosophicas quęstiones fere præcipua, & á me in toto isto libro desiderata, non enim liceat hoc dicere vsque modo in aliquo quem viderim radicius explicatam conspexi, vt intelligatur titulus aduerte, quod in duplici sensu quæstio explicanda est. Primus si Deus cõcurrat eadẽ actione, vel diuersa ad producendũ effectum naturalem v. c. ignem, qua concurrit ignis generans (hoc enim ex præcedenti arti. manet probatum) Et vtrũ ita immediate concurrat Deus, & producat ignem, ac ignis ipse generãs, quod alijs verbis solet dici. Vtrum concurrat Deus ad effectus secundarũ causarũ, immediatione

ne suppositi: an immediatione virtutis. Secundus sensus an in effectu producto detur aliqua ratio respondens actioni productiuę, prout á Deo distincta ab ea, quæ respondet eidem actioni, prout à causa secunda in quo consistit intelligentia totius huius quartæ quęst. Notandũ secundo quod circa primũ sensum quęst. quatuor modis potest intelligi, quod causa aliqua superior concurrat cũ inferiori ad producendũ effectum, vno modo quia dat alteri virtutes actiuas, sicuti grue dicitur moueri á generante, quia ab eo accepit principia talis motꝰ, vt supra dicebã, & equs v. c. generat equm dando semini virtutẽ actiuam. Secũdo modo potest intelligi, quod fiat huiusmodi cõcursus conseruãdo virtutem actiuam vt medicina, qua cõseruatur virtus visiua v. c. dicitur agere ad videndũ. Tertio quia concurrit ad actionem inferioris applicando actiua passiuis vt qui apponit lignũ igni, vt fiat cõbustio. Quarto concurrit superior cũ inferiori eadẽ actione, qua illa, sicut artifex concurrit cũ instrumento. Hoc posito Duran in. 1. d. 37. q. 1. tenet, quod quãuis prima causa concurrat cũ secundis ad agendũ, primo & secundo modo, quia & tribuit virtutẽ & conseruat illã, & tertio modo, & quarto negat Deũ concurrere cũ causis secũdis. Probat primo & potissime, quia si Deus cõcurrit cũ causa secunda ad illiꝰ operationẽ, aut hoc fit eadẽ actione, & hoc non. Primo quia supposita conseruatione ipsius secundę causę, & suę virtutis operatiuæ, non est necessarius cõcursus Deus. Nam cũ calefactio. v. c. secundum perfectionẽ suæ speciei non excedat virtutẽ ignis operanti: per calorem, sufficienter est ab igne, vt calido, & ita non est necessarius cõcurrus superioris causæ. Prętera operatio secundæ causę est perfecte, & immediatè ab illa: ergo nõ potest esse immediate etiam á causa prima. Probatur consequẽtia, quia idem non potest produci immediate á pluribꝰ causis nisi in illis sit eadẽ virtus productiua, ideò enim dicunt Theologi Spiritum sanctum immediate produci á Patre, & Filio, quia in illis est eadẽ numero virtus spiratiua. Cõtra verò, ideò tractus lapidis non est immediate á pluribus trahentibus, neq; etiã lumen medij est immediate, & perfecte á pluribus lucernis, quia in illis non est eadẽ numero virtus trahendi, & illuminandi: cũ ergo constet in Deo, & in causa secunda non esse eandem numero virtutem causatiuam actio productiua, quæ immediate, & perfecte est causa secunda non potest fieri, quod sit á Deo. Quod vero Deus & causa secunda non concurrant ad effectum distinctis actionibus etiam probatur, quia vel vna istarum actionum esset prior, & alia posterior, vel vtraq; simul non primũ, quia ea, quæ posterior esset inueniret iam totum effectum immediate, & perfecte productũ per priorẽ & ita secunda esset superflua, neq; etiã secundũ, quia cum quęlibet harũ actionum sit sufficiẽs, vt per illam immediate, & perfecte cauetur totus effectus reliqua superflueret, nec dum quod cum actio sit idẽ secũdum rem cũ forma, aut effectu ad quẽ terminatur non est intelligibile actiones re, & numero distinctas terminari ad effectum, siue terminum, qui sit vnus numero. Confirmatur primo, quia eiusdem effectus non est nisi vnicus finis proximus: ergo vnicum tantum agens proximũ: ergo Deus, vel creatura. Confirmatur secundo, quia aliás nulla causa secunda esset libera si indigeret motione Dei ad agendum, quia non erit in potestate creaturæ operari cum voluerit, cũ non sit in eius potestate actio, qua Deus concurrit cũ illa. Cõfirmatur tertio, quia aliás nulla differẽtia esset inter motionẽ Dei naturalẽ, & super naturalem, quando quidẽ ad omnes concurrit Deus particulari influxu.

Potest prętera sentẽtia hæc alia ratione suaderi, quia quotiescumq; plures causę concurrunt ad productionem eiusdem effectus vnicuiq; illarum debet

correspondere propria ratio in ipso effectu, secus illa, quę in effectu nullã omnino rationem causare à rationibus aliarum distinctã esset superflua: sed omnis ratio, quæ repiritur in effectu secundæ causæ correspondet ipsi: ergo idem effectus non causatur á causa prima, minor constat. Quia in calore producto nulla ratio est cõsiderabilis secundũ quã producatur, quæ non sit etiã in calore, qui in agente sit ratio producendi: ergo non est opus, vt productio ipsius caloris pendeat á Deo tamquã á causa prima simul concurrente cũ causa secũda, & hoc manifestum est in omnibus causis, & effectibus vniuocis in quibus eędem omnino rationes sunt in effectu, & in causa.

Hæc tamen sententia Durandi nõ solum est temeraria, quia est contra omnes: sed etiam errori proxima, ita eã iudicat Zumel. 1. p. q. Sed adhuc etiã quã tum ad omnes in vniuersum actiones parum distat ab hęretica, & quidem S. Tho. loco infra citando, qui modestissimé censere solet hanc appellat propinquissimã duobus erroribus quos ibi adducit: pugnat enim cũ quinta ad Phil. 2. Deus operatur in nobis velle, & perficere, & Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, & Iob, 10. non ne sicut lac mulsisti me &c. vsq; compegisti me, est etiam cõtra sententiam omnium sanctorum, vt cõstabit legenti D. Augustum. tom. 3. lib. 5. super Genesim ad literam cap. 20. vbi appellat errorem sentẽtiam quorumdam dicentium Deũ condidisse omnia, quæ facta sunt initio mũdi, quæ potest vero facta sunt, non fieri à Deo Diuus Anselmus etiam lib. de casu diaboli cap. 2.

Prima coclusio Deus, seu prima causa concurrit ad omnes effectus creaturarum secundarũ causarum immediate, ita S. Tho. prima secũdæ q. 75. ar. 2. 3. li. contra Gent. cap. 67. & in 2. dist. 37. q. 2. art. 2. & de malo. q. 3. ar. 2. quem sequuntur Caiet. Ferra. Conrra. & Medina locis citatis & Capreol. d. cirata. q. vnica ar. 1. Scot. eadẽ. d. q. vnica. §. contra istã opinionem, maior etiam. q. vnica Gabr. q. & art. 1. Greg. art. 3. Bonauent. art. 1. q. 1. & Ricard. ar. 2. q. 1. & hoc quidem id est authoritas tantorum patrum satis superq; sufficeret pro cõclusione. Nam in commoda, quæ isti authores ex sententia Durandi inferunt, cũ sint Theologadissonum esse hic afferre; sed solũ naturali ratione ostendo, quæ non est vulgaris, licet á posteriori. Quia si Deus, nõ immediate conseruaret omne accidẽs, siue illud sit qualitas, siue actio: sequeretur quod manente causa secunda, & subiecto talis accidentis nõ posset Deus illud corrumpere, aut in nihilum redigere, nisi apposita alia causa secũda, aut operatione contraria, & ita non posset corrumpere, aut destruere caloré in ligno, nisi causato prius frigore calori contrario, & manente causa secunda, & subiecto calefactionis non posset Deus calefactionẽ tollere, aut impedire nisi applicata prius eidẽ subiecto causa frigefaciente, nec posset impedire, aut destruere operationẽ voluntatis creatæ vlla ratione, quia cũ talis operatio solũ auferri possit postea causa contraria, quæ solũ est oppositа operatio ipsius voluntatis, hanc enim nõ potest Deus se solo producere, nec etiã potest produci à voluntate simul cũ cõtraria operatione priori. Nec valet si quis confugiat ad habitũ, quia si habitus sit acquisitus non pugnat cum actu contrario, quamuis Deus producat habitum non destruet actum, & ita nõ posset Deus destruere actum virtutis, quia cum illa non habeat aliã causam, quæ secum pugnet, & sit incompatibilis in eodem subiecto, nisi per malum actum, & cum istud secundũ Durand. Deus non possit immediate causare, & ita non poterit actũ studiosum corrumpere, quę omnia absurda sunt: quodvero illa sequantur, si omnia accidentia, siue qualitates, siue actiones sint nõ conseruetur immediate á Deo, probatur, quia manẽte causa. 2. & subiecto alicuius accidẽtis, vt modo supponimus non est intelli-

intelligibile, quod accidens destruatur, aut desinat esse, nisi apposita causa contraria, aut secum pugnante, vel ex defectu alicuius causę conseruantis si ergo Deus vt asserit Durand. nullum habet concursum, aut auxilium, quo operationes secundarum causarum conseruet, sequitur Deum quasdam earum non posse destruere, aut impedire nisi appositis causis aut operationibus contrarijs: quasdam vero nullomodo impedire posse, quod est absurdum. Nec valet confugere ad anihilationem, quia vt omnes etiam Theologi fatentur cum Anselmo capite primo de casu diaboli Deum aliquid anihilare non est aliud, quam illi non conferre, quod conferebatur prius, & hoc rursus nihil est aliud, quam substrahere causalitatem, & concursum quo rem illam conseruabat: si ergo non conseruat operationes secundarum causarum, non habet concursum quem ab illis substrahat & ita nō potest illas anihilare. Ratio autem á priori cōclusionis infra solutione ad vltimum in secundo sensu quęst onis cōmodius ponetur. Interim cōfirmatur ex Ar. 12. Metaph. tex. 38. vbi dicit ab hoc .1. principio idest ab hac prima causa cœlū ipsum naturaq; pēdet idest omnia entia naturalia, &. 11. cœli. 9. dicit intelligentias separatas, inter quas numerat Deū omnibus rebus esse, & viuere cōmunicare.

Secunda conclusio, prima causa immediate non solum immediatione virtutis sed etiam immediatione suppositi cōcurrit cū causis secūdis ad agendū, & operandū pro quo aduerte, quod agere immediatione virtutis stat dupliciter. Primo per hoc quod virtus agētis tāgat passum immediate, & hoc est impropriè, quia cōmune est omni agenti, quod sua virtute attingat effectum. Secūdo quod agit virtute propria indepēdenti ab alia, & sic soli Deo competit agere immediatione virtutis. & inter causas secundas, quātō aliqua est magis vniuersalis, tāto agit immediatius. & é contra. Aduerte secundo quod Deus tribus modis dicitur esse in omnibus præsens ex S. Tho. 1. p. q. 8. ar. 3. scilicet sūi potētiam, presentiā & essentiam: Secundum potentiā quidē, quia immediate illi omnia sunt subdita siue corporalia, siui spiritualia. Secundū presentiam, quia omnia habet presentissima in sua cognitione, siue presentia sint in tēpore, siue futura (vt. 1. Perierm. cap. 8. dicebam) Secundum essentiam autem, quia omnia per seipsum producit (vt probatum est) patet ergo qualiter Deus agat immediate immediatione virtutis. Quomodo vero etiam agat immediatione suppositi. Ferrar. aliter, Sotus aliter, aliter & Caietanus sentiunt: sed Sotus parum differt á nobis: Caieta. vero solum ait quod immediatione suppositi concurrit ad omnes effectus secundum aliquid, quia ad effectus per creationem solus ipse secundum omnia immediatione suppositi concurrit; ad effectus vero qui producuntur per generationem immediatè concurrit. Secundū aliquid, quia omnis effectus generabiles, & corruptibiles fiunt dependenter á materia, quam solum Deus conseruat cum fuerit producta per creationem, & non est generabilis, neq; corruptibilis, quę pars est omnium substantiarum generabilium; & corruptibilium, & in omnibus effectibus reperitur: secundum ergo aliquid Deus immediatione suppositi causat in omni effectu: sed saltē quo ad effectus accidentales non concurrit Deus hoc modo, quia materia non est pars illorum aliter alij dicunt, quod solū concurrit Deus hac immediatione ad effectus, quos seipso solo producit, vt angelum, vel animā rationalem, quidquid tamē sit de hoc existimo dicendū, quod aliter requiritur, vt agens corporale immediatione suppositi operetur, & ad hoc quod agens spirituale. Nam ad primum vt sic agat opus est, vt per suam quantitatem tangat passum. Ex dictis enim capite de quantitatę in Logica non po-

est corpus alicubi esse nisi per quantitatem, vt autem agens spirituale dicatur agere immediate immediatione suppositi satis est, quod actio immediate procedat ab ipso, quia illa sola est ratio propter quam substantia spiritualis est in loco (vt capite de vbi dicebam) operatio inquam transiens, in quo non placet Magr. Zumel. 1. part. quæst. 8. art. 3. dum negat Deo actionem propriam erã seuntem, de quo statim. His positis probatur conclusio. Primo ex communi sententia etiam Philosophorum dicentiũ Deũ esse vbiq; presentẽ, per presentiã colligunt agere immediate immediatione virtutis: ergo ex hoc q̃ sit presens per essentiã erit immediatus omnibus per suam subsistentiam: sed hoc est agere immediatione suppositi: ergo. Secundo tota ratio, quare in effectibus quos solus Deus producit dicitur agere immediatione suppositi, quia operatio transiens est ratio propter quam substantia spiritualis fit alicubi: sed quotiescumque aliquis effectus producitur, etiam per generationẽ, & cum causis secundis concurrit Deus per suam actionem producendo, & conseruando (vt conclusione prima probatum est) ergo illa sua actio, & operatio transiens erit sufficiens ratio, quare dicatur immediate agere ad illum effectum, & esse ibi immediatione suppositi, quia nulla alia de causa dicitur Deus esse per suum suppositum immediatè alicubi, sicuti corpus propter quantitatem: sed ratio entis in quocumque producto à solo Deo potest causari: ergo in omni effectu immediatione suppositi inuenitur, nec est difficile intelligere, quomodo, & Deus, & creatura immediatione suppositi attingant ad eundem effectum, quia creatura, si corporalis est per quantitatem est ita immediata, & Deus per suam operationem. Vnde duo corporalia agentia non possunt attingere hac ratione eundem effectum, nisi potẽtia Dei absoluta de quo libr. quarto quæstione secunda, si vero sit spiritualis causa secunda, vt est angelus respecte intellectionis etiam ibi ad rationẽ entis producendam immediatione suppositi se habet Deus: Angelus autem secundum aliam rationem (de qua infra.) vnde etiam duo Angeli non possunt immediatione suppositi eundem effectum attingere, quia non minus, quã duo corpora per quantitatem expellunt ab eodem loco, ita per suam actionem transeuntem, quam cum illis quæst. 52. concedat Zumel propriè non debet illam Deo negare cum in ratione spiritus, & effectus producti corporei eadem sit ratio in vtroque: quod autem sit transiens actio, & in manens capite de actione in Logica satis explicui.

Ad argumenta in principio. Ad primum nego, quod cum causa secũda operatur Deus non concurrat cum illa eadem actione: quamuis enim causa secũda immediate, & perfecte operetur, necessarius est conuersus Dei, quia licet calefactio secundum perfectionem propriæ speciei non excedat perfectionem caloris, qui est ratio agendi igni calefacienti, ideò tamen propter concursum causæ secundæ operantis per calorẽ necessarius est concursus Dei, quia est causa prima & vniuersalissima quodcumq; enim ens habens esse per participationẽ pendet essentialiter ab ente per essentiã, ita vt sine illius cõcursu, & auxilio, nec possit conseruari in suo esse nec etiam deduci de non esse ad esse cum ergo constet actiones secundarum causarum esse entia per participationẽ necessario dicendum non solum causari á particularibus agentibus: sed in esse & conseruari pendere á primo agente ad aliud. Respondetur, quod quamuis actio secundæ causæ procedat immediate, & perfecte à creatura procedit etiam immediate & perfecte à Deo ab hoc quidem tamquam á causa vniuersalissima quæ a nulla alia pendet: sed omnes aliæ pendent ab ipsa, á creatura vero vt causa parti-

particulari, quæ intrinsice pendet á Deo tamquã à primo fonte essendi, & operandi. Ad probationem consequentiæ dico, quod adæquata ratio propter quam idem effectus sit productus, ac proinde eadem actio, aut productio sit immediate, & perfecte á pluribus causis, non est, quod in illis sit vna numero virtus causandi, aut producendi: sed aut quod effectus pendeat ab vna causa, vt á particulari: ab altera vero, vt ab vniuersali, & quia in spiratione diuina non sunt duo principia vnum particulare, & alterum vniuersale, ideo in duobus suppositis diuinis necessaria fuit eadem numero virtus in spiratiua ad producendum Spiritum sanctum, & quia in causis adæquatis negatio est causa negationis, sicut affirmatio affirmationis, negandum est ideò lumen aeris, aut tractum lapidis non esse à pluribus lucernis, & à pluribus trahentibus immediate, & perfecte eo quod in illis non sit eadem numero virtus: sed quia, neq; agentia habẽt eandem numero virtutem, nec vnum pendet in operando ab alio, sicut particulare ab vniuersali. Ad primam confirmationem dico, quod sicut in causis efficientibus est sub ordinatio, ita in finalibus, & quia Deus est primum efficiens, ita vltimus finis, & alij fines, sunt sub ordinati Deo, sicut alia agẽtia particularia. Vnde, sicut ad actionem omnium creaturarum concurrit effectiue Deus, sic etiam mouetur bonitas creaturæ, prout ordinatur ad Deũ, vel vere, vel apparenter. Sed dices Deus non est finis proximus: sed vltimus: ergo neq; efficiens proximum: sed remotum. Respondetur, quod aliquarum rerum, sicut creaturæ rationales non dubium quin sit finis proximus, & etiam omnes res ordinat ad ipsum Deus proxime: finis enim proximus vno modo dicitur, quasi medium ad aliud ordinatum: alio modo tamquam proxime intentus ab aliquo agente, quamuis ergo Deus non sit finis proximus primo modo, quia nõ est mediũ ad aliud: est tamen proximus secundo modo, quia per ipsam actionẽ Dei Deus intendit proxime se ipsum manifestare. Ad secundam confirmationem motio Dei necessaria est in voluntate, qua non violentat: sed seipsum atemperat pro cõditione causæ secundæ vt cap. 8. primi Periherm. Iacte dictum est. Ad tertiam diuerso modo concurrit Deus cum causis secundis: quibusdam enim solo concursu generali, idest auxilio debito suæ naturæ alijs autem speciali concursu, idest vltra debitum naturæ concesso ad specialem finem, vt est gratiæ, &c. Si quæras, quod est maius auxilium illud, quo concurrit cũ causis secundis. An illud quo concurrit se solo. Respondeo, quod iste concursus potest considerari, & ex parte Dei & sic est ipse Deus alio modo, vt recipitur in creaturis, & sic est maius, vel minus secundum diuersitatẽ effectus: dico ergo quod cum Deus seipso immediate aliquid operatur maior est concursus quam cum illud idem facit, cũ causis secundis, quia illud facit id, quod ab vtraq; causa aliàs fieret, & ita est maius saltem intensiue, quia est maioris virtutis, quamuis possem dicere, quod cum concurrit cum causis secundis est maius extensiue, quia se extendit ad plura, scilicet & ad effectum productum, & ad motum causæ secundæ.

Ad secundum argumentum, quod pro sententia Durandi feemus, vt respondeamus videndus est, difficilis ille secundus sensus. An scilicet quando vnus effectus procedit á pluribus causis necessarium sit vt ipsis diuersis causis correspondeant in effectu diuersæ rationes secundũ quas ab illis causatur, ita vt licet effectus causetur immediate ab vnaquaque causa: aliqua tamen ratio sit in eo secundum quam modo aliquo causetur ab vna causa, quo non ab alia. Sanctus Thomas. 1. parte quæstione. 104. art. 1. agens de cõseruatione causarũ adeò tenet partem asserentẽ dicens aliqua esse

agentia, quæ causant effectum secundum fieri: non autem secundum esse, vt in artificialibus ædificator causat domum secundum fieri; non autem secundum esse eo quod esse sequitur formam scilicet compositionem, & ordinem partium, qui consequitur virtutem naturalem earum rerum quibus constat domus non secus quam formacibi consequitur virtutem earum rerum quibus factus est: sed solum ædificator causat fieri ipsius domus secundum quod coniungit partes secundum quas forma domus coalescit, & esse illius: in naturalibus etiam agens quod immediate non causat formam effectus, vt talem non causat ipsum effectum secundum esse: sed tantum secundum fieri. Secundo infertur ex ijs, quod inter agentia, quæ sunt eiusdem speciei cum effectu, quales sunt causæ vniuocæ agens non potest causare formam effectus immediate in quantum talem, quia aliàs posset causare propriam formam, quod implicat, quod autem sequatur, probat. Quia si agenti vt proprius, & adæquatus effectus. Respondet ratio talis formæ, cum eadem ratio, quæ est in effectu sit in ipso agẽte, sicut causat formam effectus causauit propriam & hinc est, quod quãdo Socrates generat Platonẽ, non causat directe & per se formam Platonis: sed humanitatem; secus, vt modo inferebamus causaret propriã, & ita habet vt directe solũ causet Platonem secundũ fieri non secũdum esse. Tertio docet quod, quia agentia, quæ non habent effectum eiusdem speciei, vt sunt causæ æquiuocæ possunt producere formam effectus in quantum talem, ideò possunt esse causæ ipsius effectus, non solum quantum ad fieri: sed etiam quantum ad esse, quod sequitur formam quam per se, & immediate causant ex quibus nascitur discrimen inter effectus, vt pendent á causis vniuocis, & vt ab æquiuocis, quia effectus causę vniuocæ, qualis est calor in aqua productus à calore ignis manet in subiecto transacta calefactione; effectus vero causæ æquiuocę qualis est lumen aeris productum á luce Solis, nec momento temporis durare potest in aere transacta luminatione Solis. Ratio vtriusq; est, quia cum effectus pendeat á causa ea ratione, qua causatur ab illa, sicut effectus causę vniuocæ est ab ea secundum fieri, & non secundum esse ita cessante causatione cessat fieri: non tñ cessat esse, quia vero effectus causæ æquiuocæ est ab ea, & sm̃ fieri, & secũdũ esse cessante causatione vtroq; modo, cessat effectus. Vltimo deducit S. Thom. rationem á priori propter quam omnes creaturæ, & causæ secundę pendeant á Deo, non solum in fieri: sed etiam in esse, & conseruari, quam nos policiti sumus in fine probationis primę conclusionis ea autem est, quia cum Deus habeat esse per essentiam multò præstantius, quam Sol, habet lucé per suam naturam, quodcumq; esse, quod in ipsis creaturis per participationem reperitur multo essentialius pendet à Deo, quam lumen aeris á luce Solis, & ita multo magis implicat, quod esse participatum conseruetur in aliqua creatura aliquo momento temporis, quam quod lumen conseruetur in aere sine illuminatione solis, aut cuiusuis alterius corporis lucidi.

Ex quibus omnibus apertum relinquitur quomodo secundum sententiam Sanct. Thom. effectus ita causentur á diuersis causis, vt pro diuersitate causarum debeant in effectu assignari distinctę rationes, quarum quælibet per se, & directe causetur á propria causa V. C. in igne producto fieri illius per se, & directe causatur ab hoc igne generante, qui nõ causat formam ignis producti secundum se: sed coniunctionẽ illius cum materia: ratio vero ignis directe fit á causa quę non est ignis, qualis est vniuersalis causa v. c. cœlum: ratio deniq; entis per participationem causatur per se, & directe à Deo, qui est ens per essentiã, & hac ratione S. Tho.

1. par.

prima parte, quæst. 45. articulo quinto, ad primum docuit, quod diuersis rationibus in effectibus debent assignari diuersæ causæ, quod inquirebat. Secundus sensus qnæstionis.

Sed tamen quamuis hæc veritas sit & à Sancto Thoma doctа: cum hoc tamen non desunt inter eius expositores qui eius nominis obliti, vel eius nomine dissimulato contendant hanc doctrinā falsam esse. Primo, quia Arist. hic cap. 3. ad finem, ita acommodat rationes formales causarum rationibus effectuum, vt vniuersales causas reddat vniuersalibus effectibus, & ita inquit effectui singulari. Respondet causa singularis, & rationi generis in effectu respondere rationem genericam in causa, & especificam specificę: falsum ergo est, ꝙ agens. Vniuocum, non ita causet propriū effectum, vt cuicumq́, rationi effectus correspondeat per se propria ratio in causa. Secundo, quia quando ignis producit ignem non tantum causat. Coniunctionem formæ totalis ipsius ignis cum hac singulari materia: sed etiam per se causat ipsam rationem formalem ignis: falsum ergo est secundum dictum, Sanct. Thomæ, antecedens patet. Quia quando Deus cum igne concurrit ideò producit ignem, & non aquam, & quādo concurrit cum aqua, ideó causat aquam, &c. quia operatur secundū exigentiam secundarum causarum, inter quas ignis natura sua determinatus est ad producendum ignem sibi similem, & similiter aqua ad producendam aquam &c. Vltimo, quia ex eo, quod causa vniuoca per se producat formam effectus sibi similem in specie: non sequitur, ꝙ producat propriam formam, vt Sanctus Thomas intullit in sua ratione, neque enim ex eo, quod ignis producat ignem inquantum talem, & ita per se causet rationem formalem ignis: sequitur quod causet omnem ignem sicuti ex eo quod Deus creatione producat aliquod ens inquantum ens, non sequitur quod illa productione producat omne ens, sicut ergo ad hoc vt Deus verè dicatur producere ens inquantum ens satis est, quod producat aliquod singulare entis secundum omnem entitatem, quā habet ita, vt ignis vere dicatur producere ignem inquantū tamen, ac proinde per se causare formā ignis satis est, vt causet aliquod singulare ignis secundum rationem formalem ignis, quæ in eo reperitur.

Eandem veritatem, & doctrinam S. Thom. tribus alijs obiectionibus longè difficilioribus impugnauit, quod magis est Caie. ipse articulo quarto vbi supra, nec tamen propter illas desseruit suum authorem prima est contra id ꝙ S. Thom. negat, causam scilicet vniuocam per se causare directe, & primo formam ipsius effectus, cōtra hoc est, quod agens præcipuè vniuocum habet producere sibi simile: ergo ex natura sua habet causare in effectu formam eiusdem rationis cum propria, tenet consequētia. Quia forma effectus est fundamentum similitudinis, quam ille habet cum propria causa. Vnde producta semel forma effectus cessat actio assimilationis Secunda ratio contra illud tertiū, quod asseruit Sanctus Thomas, quod vt aliquod agens producat formam effectus, vt talem, ac proinde directè causet esse, quod sequitur talem formam, & verè dicatur producere effectum, quo ad fieri, & quoad esse nō debet habere formam eiusdem rationis cum forma effectus: sed debet esse agens æquiuocū. Cōtra quia artifex causat in statua propriam rationem formalem inquantum talem, & similiter medicus causat sanitatem, cum tamen neuter eorum causet has formas, quantum ad esse: sed solum quantum ad fieri: ergo in alijs agentibus æquiuocis effectus nō pendet á causa quantum ad esse: sed solum quantum ad fieri.

Vltima ratio contra rationem qua colligit S. Thom. quod ex eo, quod agēs

vniuocum causaret formam effectus causaret propriam in seipso. Contra est quod quoddã principium cui innititur ista ratio, scilicet producens aliquã formam, vt talem producit eam vbiquumque sit, est falsum: ergo ratio est ineficax, antecedens patet. Quia corpora cœlestia causant in corporibus inferiorum rationem formalem corporis; & substãtiæ: non tamen causant talem rationem in seipsis. Tum etiam, quia hoc principio destruitur axioma ab omnibus philosophis receptum, simile producit simile. Nam si agit sibi simile: ergo prius quam agat habet formam, quæ est fundamentum assimilationis: si vero eius actiuitas ad productionem similis necessario requirit, vt possit producere eamdem formam vbicumque sit: Sequitur, quod non supponat formam, quæ est fundamentum assimilationis. Nec enim supponit id cuius est productiuũ: quare hæc contradictio destruit principium in quo ratio S. Tho. fundatur.

Vt istas obiectiones soluat Caietanus notat vbi supra. §. ad primum quod quando Sanctus Thomas, dixit ali qua agentia causare effectus tantum in fieri, non autem secundum esse, & quod causæ vniuocæ non causant formam effectus, vt talem, & ita neque esse quod consequitur illam formam, consulto addidit illam particulam directè. Nec enim potuit, nec voluit negare, quod causæ vniuocæ in effectibus causent esse, & rationem formalem, quia cum fieri non sit aliud, quam acquirere esse agens, quod causat fieri, necessario causat esse, & cum fieri verbi causa, ignem non sit aliud, quam acquirere rationem formalem ignis, non potest agens causare ignem secundum fieri, nisi causet etiam formam ignis, & esse, quod illam consequitur: solum ergo voluit distinguere modos, quibus diuersæ rationes in effectibus causantur á diuersis causis. Cum dixit effectum agentis vniuoci directè causari ab illo. Tantum secundum fieri effectuum vero agentis æquiuoci, qualis est lumen respectu Solis causari ab agẽte directè non tantum secundum fieri: sed etiam secundum formam, & esse, & illam consequitur.

Quibus positis ad primam obiectionem respondeo, quod cum rationes vniuersales effectuum secundum omnes philosophos non causentur directè: sed indirecté ad causationem rei singularis, quando Arist. eo capite docuit effectibus vniuersalibus debere accommodari vniuersales causas, loquitur de rationibus effectuum, quæ non directè, & primario causantur: sed secundario, & indirecté, quibus verum est. Respondere rationes vniuersales in causis, quæ tantum indirectè, & secundario causant: hoc autem non pugnat cum doctrina Sancti Thomæ, qui tantum, (vt explicuimus) loquitur de ea ratione quam secunda causa primo, & directè attingit in effectu, qui in agentibus vniuocis tantum est fieri, non tamen negat secundario, & indirecté attingi totam rationem formalem effectus, & omnes eius gradus, quibus nihil prohibet comparari eosdem gradus in causa, vt illos comparauit Aristot. ¶ Ad secundam dico, quod quando ignis producit ignem, & causat fieri ipsius ignis geniti, & etiam eius formam, & esse quod illam consequitur: sed diuersimodè. Quia vnum primo, & directé: alterum verò secundario, & indirecté, nec verum est, quod Deus concurrat cum igne generante ad hoc vt ipse ignis: etiã vt motus á Deo directe & primo causet rationem formalem ignis geniti, & esse, quod illam sequitur: sed Deus tãtum dicitur operari cum causis secundis iuxta earum exigentiam, quia concursus Dei modificatus, & determinatus secundum genus causæ materialis in ipsa causa secunda, quemadmodum causa secunda aqua verbi causa natura sua determinata est ad attingendum directè

rectè fieri alterius aquæ, scilicet conjunctionem formæ aquæ cum eius materia, ita Deo concursus directè & primo non tantum attingit fieri aquæ generatæ: sed etiam totam rationem formalem aquæ, & esse, quod illam consequitur, & permanet transacto fieri. ¶ Ad tertiam obiectionem commodius respondebitur cum soluamus postremam quam fecit Caietanus ad cuius primam obiectionem dicendum est, quod vt verum sit axioma, quod inter philosophos vulgo circumfertur, quod scilicet agens præsertim vniuocum agit sibi simile secundum formam, quæ est illi ratio agendi satis est, quod tale agens in directè, & secundario producat formā effectus in qua fundatur similitudo; nec enim in ipso axiomate posita est particula directe. Vel secundo respondetur cum ipso Caietano verum esse axioma, ita vt immediatè, & de omnibus agentibus intelligatur: non tamen eodem modo in omnibus: sed in æquiuocis, quo agens immediatè producit sibi simile, & quantum ad fieri, & quantum ad esse intellige immediatione virtutis, non enim omnia æquiuoca agentia possunt immediatione suppositi attingere effectum, vt patet in cœlo: in vniuocis vero etiam agens immediatè producit simile: non tamen quantum ad esse: sed quantum ad fieri. Ad secundam Caietani dicendum, quod eodem modo verum est artificem nō causare formam statuæ inquantum talem, nèque etiam medicum formam sanitatis, sicut dixit S. Tho. in artificialibus formam domus non causari directe & primo, vt talem, ab ædificatore, & innaturalibus formam ignis, vt talem, nō causari directè ab igne generante: aduerte tamen non negare S. Tho. non per se causari ab ijs agētibus, ita vt existimet causari ab illis per accidēs: cōstat enim nihil istorum causari per accidens ab ijs agentibus: sed sumpsit hoc loco particulam per se, vt distinguitur cōtra per aliud qua ratione est idem quod per se primo, vt dixi primo posite. cap. 4. & ita in proposito illud secundum S. Th. causat per se a quo effectus immediatè, & non ratione alterius necessario dependet, & quia sic pendet effectus secundū fieri ab agente vniuoco dixit, quod secūdum fieri per se causatur ab illo; quia vero secundum formam, & esse quod illam consequitur effectus non pendet ab agente vniuoco primo & immediate: sed medio fieri, ideò dixit effectum secundum formam, & secundum esse non causari per se ab agente vniuoco: agentia vero æquiuoca quia producunt formam effectus per se primo inquantum talem, ideò effectus ipsi quos causant pendent ab illis, & secundum fieri, & secundum esse, quod permanerent trā facto fieri. Ad tertiam obiectionem Caietani concedendum est rationem Sanc. Thom. fundari super principium, quod ibi adducitur negandum tamen est illud esse falsum si recte intelligatur: debet autem intelligi de causa, & effectu quatenus in causalitate, & dependentia se recipiunt per se primo, ita, vt effectus per se primo habeat dependentiam á tali causa, & causa per se primo sit productiua talis effectus: hoc autem modo intellectum principium, cui initiatur S. Thom. non solum est verum: sed & per se notum. Nam si humanitas Platonis geniti per se primo dependeat ab humanitate. Socratis generantis, vbicumque reperiatur secundum eandem rationem specificam pendebit ab illa cum enim ea, quæ per se primo conueniunt conueniāt inseparabiliter si pendere á tali causa cōuenit per se primo huic humanitati: cōueniat etiam cuicūque habenti eādē rationē. Rursus si humanitas Socratis generāris est per se primo productiua humanitatis Platonis, vbicumq;, illa fit, secundū eamdem rationem producet eam. Cum ergo humanitas Socratis sit eiusdem rationis specificæ, cum humanitate

Plato

Platonis, si per se primo sit productiua, illius erit etiam productiua sui, quod est absurdum, ad quod adducere nitebatur ratio Sancti Thomæ. Ad primum autem ex duobus, quibus Caietanus opposi tum intendebat probare relicta illius solutione, in qua existimat in corporibus cœlestibus non repetiri rationem vniuocam corporis, & substantiæ cum ea quæ est in corporibus inferioribus, dicendum est rationem corporis, & multo magis rationem substantiæ in ijs inferioribus non causari per se primo á cœlis: sed ab Idea corporis, & substantiæ, quæ reperitur in Deo: hæc autem non habet formaliter nec dū vniuocè rationem corporis: sed tantū eminenter rationem vero substantiæ, licet habeat formaliter non tamen vniuocè, & ex ijs facile soluitur obiectio quam ad hūc locum remisimus. Patet enim ex dictis, quod si quando ignis generat ignem produceret formam ignis geniti inquantum talem, quia illam produceret per se primo, sequeretur etiā, quod produceret in se formam propriā; quātiis autem Deus quando creat aliquod ens per se primo producat totam entitatem illius: non tamen producit simul omne ens: ex hoc autem quod per se primo producat entitatem sequitur, quod sit productiuus omnis entis: non tamē inde potest inferri, quod sit productiuus propriæ entitatis, quia entitas Dei non est eiusdem rationis cum entitate effectus, quem producit, sicut natura ignis producti est eiusdem rationis cum natura ignis producentis, quia ergo aliter causat Deus entitatem in re á se producta, quam ignis generans causet formam in igne genito. Nam Deus causat entitatem per se primo: ignis autē causat formam sui effectus per aliud, scilicet medio fieri, ideò Deus causat quemcumque effectum, non solum quantum ad produci: sed etiam quantum ad esse, & conseruare: ignis vero causat ignem solum quantum ad fieri: non autē quantum ad esse, quod manet transacto fieri modo explicato. Tandem ad alterum, quod contra idem fundamentum obijciebat Caieta, negandum est. Inde sequi falsitatem illius axiomatis: sed verum est vniuersaliter in omnibus agentibus, quod agunt sibi similia: sed est differentia. Nam agens æquiuocum producit effectum sibi similem non secundum eamdem rationem in specie: sed secundum altiorem, quam effectus inquantum potest imittatur, & hæc altior ratio agentis est fundamentum similitudinis, quam in eo eius actio, præsupponit: sed ex alia parte quamuis illius actiuitas per se primo sit ratio producendi formam effectus inquantum talem ac proinde omnem formam, quę habeat eamdem speciem non sequitur, quod sit productiuum propriæ formæ, quia illa non est eiusdem rationis cum forma effectus: sed longe præstantioris: agens vero vniuocum, quia non producit formam effectus inquantum talem per se primo; sed tantum producit effectum quantum ad fieri, licet medio fieri causet formam, & esse, quod illam cō sequitur: præsupponit quidem eius actio in ipso agente formam, quæ sit fundamentum assimilandi sibi effectum: non tamen sequitur, quod producat illam, quia vt explicuimus non producit formam effectus inquantum talem, & ita nulla est contradictio, & hæc sufficiant de hac difficili quæstione.

ARTICVLVS. IX.

Vtrū idem numero effectus possit pendere à pluribus causis, efficientibus totalibus?

VTrum, quod possit á pluribus partialibus constat. Namvnum, & idē po-

potest fieri calidum, vt sex, partem illius caloris recipiendo ab vno partem ab altero similiter, quæ possit pendere á pluribus causis diuersorum generum diximus art. 5. quæst. 22. ad quartum præterea, quod possit pendere á pluribus essentialiter subordinatis, seu accidentaliter, patet ex dictis art. 6. ideò in titulo articuli additæ sunt illæ particulæ totalibus, eiusdem generis non subordinatis. Vt vtrum vnus numero calor possit produci á diuersis ignibus á quouis, vt á causa totali, & adhuc potest intelligi dupliciter hæc quæstio. Primo vtrũ de facto vnus idem numero effectus possit esse productus ab eiusmodi causis. Secũdo vtrum illę effectus, qui de facto fuit solum productus ab vna causa totali V. G. hic calor ab hoc igne. V. inquam ille idem calor potuisse produci ab alio igne, si in eodem tempore, & loco idem passo fuisset applicatus.

Quo ad primum est prima opinio id implicare refertur S. Thom. 1. p. quæst. 52. art. 3. & 3. p. quæst. 82. art. 2. & 5. Metaph. lect. 2. Caieta. 3. p. quæst. 77. art. 6. Ferra. 3. cõsequẽtia. 68. Sõcin. 5. metaph. quæst. 6. Iauell. ibi quæst. 7. Vicomercat. 5. Metaph. cap. de causis Auerro. ibi Tart. 2. Phisi. quæst. 1. dubio. 1. Duran. 2. d. 5. nisi in illis inquit causis esset eadẽ numero virtus eo pacto, quo in Patre, & Filio est idem principium spirandi Spiritum sanctum.

Secunda opinio asserit posse fieri naturaliter Gabriel. 3. d. 1. quæst. 2. Ocham & alij ibi 3. opinio media posse fieri supernaturaliter tantum referuntur Caieta. 1. p. quæst. 52. art. 3. Scot. 2. d. 20. quæst. 2. Capreol. ibi. d. 2. quæst. 1. ad quintum contra tertiam conclusionem, licet in 2. d. 20. quæst. 1. ad 3. oppositum senserit, scilicet quod implicat.

Prima conclusio naturaliter id fieri non potest, ita Arist. 5. Metaph. tex. 2. dicens accidit multas eiusdem causas esse, vt statuæ statuarius, & æs: sed non eodem modo, sed hoc quidem, scilicet æs, vt materia: illud vero, scilicet statuari, vt inde motus, id est vt causa efficiens: idem ait 2. Physi. & Themist. & Albert. & authores primæ & tertiæ opinionis, & ita hæc conclusio est contra secundã opinionem. Probatur primo quia saltẽ agentia corporea, quæ producunt effectus diuisibiles non possent naturaliter æquè applicari passo, atq; adeò absolute loquendo non poterunt producere effectum eundem numero idem ex defectu prædictæ applicationis, dixi effectus diuisibiles, quia de ánima rationali, & de alijs quibusdam si forte dantur aliquæ indiuisibiles non vrget hæc ratio: possent enim duo equi V. G. partialiter disponere materiam áqua, post in instanti educeretur anima equi, quæ si indiuisibilis est, quod attinet ad hoc argumentũ posset totaliter ab vtroq; educi é potentia materiæ. Secundo ergo probatur cõclusio, quia natura abhorret superfluũ quale esset quod idem numero effectus totaliter esset ab illis duab⁹ causis cum quæuis sola non minus sufficeret, quã vtraq;. Tertio à priori effectus est vnus numero, quia producitur in hac numero materia in hoc tempore ab hoc numero agente: ergo idem numero effectus non continetur in causis numero distinctis. Eiusmodi cõfirmo, quia si hic & nunc applicem manum huic igni certe alius numero calor producetur, ac si applicuissem alteri igni, & etiam transacto hoc tempore, vel instanti si iterũ applicem producetur alius calor numero distinctus in causis ergo numero distinctis & non subordinatis non continetur idem numero effectus: atque adeò nec potest produci ab illis.

Obijcies primo si duo agentia constituerẽtur á Deo penetrata prope aliquod passum summe dispositum ad illorũ formam recipiendam, tunc si illa relinquerentur suæ naturæ producerent vnã numero formam, vt causæ totales, quia esse penetratæ non impedit illarum actiuitatem; & tunc non est cur vna agat in

vnam

vnam partem materiæ: altera in alteram, nec potest dici, quod vna cessat, altera non: ergo non posse produci vnũ numero effectum á duabus causis totalibus non repugnat, saltem ex eo quod indiuiduatio effectus per se sumatur á causa: sed repugnat per accidens in agentibus corporeis eo quod hæc non possunt esse æquè aproximata. Secundo potest quis operari propter duos fines totales non subordinatos V. C. ambulare propter sanitatem, vel propter videndum amicum. Cur ergo non potest idẽ effectus esse á duobus efficientibus, sicut á duobus finibus? Tertio Michael. & Gabriel possunt simul detinere rotam, vt causæ totales V. C. si quinis imprimat totum impulsum requisitum ad illam detinendam ne moueatur. Quarto vna numero relatio in opinione D. Tho. pendet totaliter áduobus terminis, quia pater V. C. vna numero paternitate refertur ad plures filios. Cur ergo similiter vnus numero effectus pendere non poterit à pluribus causis totalibus.

Ad primum Iabell. ait, quod tunc illa duo agentia penetrata non agerent, ne sequeretur quoddam ingens absurdum in natura, quod vna materia reciperet duas formas eiusdem speciei, sicut alij affirmant, quod Globus igneus positus in medio centri, & cui vndiq; pateret additus ad suam sphæram non moueretur, quia deberet fieri diuisio illius ignis in omnem partem, quod est impossibile: nec enim est maior ratio. Cur hac, quam illac moueatur? hęc solutio à multis iudicatur incredibilis, & merito absolute prolata. Sed Respond. quod si Deus illa duo agentia omnino relinqueret suæ naturę mihi certum est quod non agerent, nec ille ignis moueretur, & sic in alijs, & (vt dixi supra) id mirum videri non debet. Nam si experimur, quod entia naturalia habent motus contrarios priuatæ inclinationi naturali, vt quod aqua ascendit, & aer descendit, ne vacuum quod est absurdum in natura sequatur quid mirum si suspendant propriam actionem, quãdo si agerent sequeretur, quod eadem materia efficeretur duabus formis eiusdem speciei, quod absurdissimum est. Confirmo, quia aqua non producit motum naturalem: sed illum suspendit remanens ipsa suspensa, vt vitet vacuum posset aliquis affirmare, quod vnus ignis ex illis duobus cederet alteri ad hoc vt sequeretur effectus eiusdem speciei cum vtroque, quem quisq; appetit ex natura sua; quæ solutio non mihi displiceret omnino cum quinis illorum magis appetat producere illum effectum indiuiduatum á se ipso, quam ab alio agente non apparet vlla ratio in propriis naturis illorum ad hoc, vt vnus cedat magis, quam alter. Resp. ergo, quod tam in illo casu penetrationis quam cum in natura contingunt aliqui casus in quibus ipsa natura non habet vires ad vitanda omnia absurda, tunc pertinet ad authorem naturę vniuerso præsidentem specialiter illam dirigere, quæ tunc est anxia, & dubia, quæ directio illa erit quæ conformior est naturis rerum, & minus mira ulosa: talis autem videtur esse in casu proposito, si Deus concurrat partialiter cum illo vtroque agente, ita vt concursum quem tribueret vnicuique, si ab altero esset separatum illum partialiter vtriq;, partim vni, partim alteri. Ad secundum Marsill. 1. de generatione quæstione 8. ad 9. concedit antecedens in finibus operantium voluntarie Albert. concedit illud vniuersaliter, quia inquit fines influunt aliquid in effectum. Sed Respõ. primo illos duos fines concurrere partialiter: fieri enim nequit, vt propositis duobus finibus non subordinatis electio non sit vehementior, & intensior propter vtrumque, quam propter alterum tantum, loquendo naturaliter. Nam certe, qui appetit hoc, & illud quoduis diuisiue magis appetit vtrumque, quam alterum. Secundo Respon.

quod

quod forte ibi est duplex actus electionis (de quo alibi) quiuis causatus aduersa intentione diuersi finis. Ad tertiū Resp. quod illi duo Angeli imprimerēt distinctos impulsus partiales ratione quorum illa rota esset immobilior duplo magis, sicut si mouerent illam velocius duplo magis moueretur, quam si vnus tantum illam detineret, aut moueret. Ad quartum quidā dicunt, quod illa relatio partialiter terminatur ad vnum quemque terminum, quia magis extenditur ad plures, quam ad vnum: sed certe in illa opinione D. Tho. fatendū est, quod pater tota sua relatione refertur ad quemque Filium, & extendi ad plures nō est per hoc, quod illa relatio in se immutetur. Respond. ergo negando consequentiam, quia in opinione D. Thomæ licet relatio specificetur á termino: non tamen indiuiduatur, quia ad terminos numero distinctos sufficit relatio vna numero.

Secunda conclusio, quod in prima conclusione dixi fieri non posse naturaliter id nō implicat contradictionem, ita authores tertiæ opinionis, nec oppositum sensit S. Tho. locis citatis pro prima opinione: nullum enim verbum dicit, vbi significet se loqui de potentia absoluta, imo 3. p. quæst. 67. artic. 6. docet, quod plures simul quiuis, vt causa totalis possunt baptizare vnum, & eundem, & conferre vnicum numero Baptismā, & quæstio. 82. artic. 2. docet, quod similiter possunt plures consecrare vnā numero hostiam, vt fieri solet in sacerdotū ordinatione, & hæc sit prima ratio pro cōclusione. Resp. quidā Deus tunc non concurrit tanta virtute cum quouis illorum, ac si seorsum ab illis operaretur, vt nos diximus de concursu, quem Deus præstaret duobus agentibus penetratis. Contra, nam vt docent prædicti Theologi supra quiuis illorum baptizantium, & consecrantium debet operari independenter ab alijs alias nihil ageret, quia ex natura institutionis baptismi, & consecratio nis petitur, quod quamuis agat, vt causa totalis: ergo ex vitalis institutiones Deus concurrit cum quouis illorum, vt cum causa totali: ergo præstat totalē cōcursum. Secundo probatur cōclusio, posset Deus facere, vt duæ formæ, quæuis totaliter eandē materiam, seu subiectū informaret; quid enim implicat eandem materiam informari, id est duplici forma ignis, seu duplici calore vt octo: ergo similiter id potest fieri in causis efficientibus. Tertio secundū Theologos cū S. Tho 3. p. q. 3. art. 6. omnes tres personæ diuinæ possent suppositare, & substētare, quæuis totaliter eandē numero humanitatē, sicut modo supponitant diuinitatem, ita vt omnino, & æquè perfectè esset suppositata in quauis atq; in omnibus. Quarto causa vniuersalis, & particularis producunt eundem numero effectū, quæuis totaliter in suo genere: ergo non implicat eundem numero effectum contineri totaliter in causis numero distinctis. Obijcies simili argumento probaretur id posse fieri naturaliter. Resp. non ita est: sed argumentū probat, quod non posse id fieri naturaliter, nō prouenit ex eo, quod multiplicet absolute loquēdo: sed ex eo quod vt documus, quæuis causa particularis appetit naturaliter producere effectum sibi similē, quantum fieri potest: atque adeò sibi similem in indiuiduo, quæ maior similitudo est, quam specifica: sic enim magis conseruat suum proprium esse, & hac ratione appetit effectum: indiuiduari etiam ab alia: at causa vniuersalis, vt sic licet intendat sibi simile, quodammodo (vt dixi supra) tamen absolute intendit producere effectum similem causæ particulari: tunc enim immediatius consulit bono causæ particularis, quam proprio, & ita particularis, & vniuersalis non intendunt diuersos fines immediatos: sed eosdem eodem modo quo causæ diuersi generis concurrentes ad eundem effectum.

Contra conclusionem est primum argumentum

gumentum effectus eſt totaliter ab hac cauſa: ergo nullo modo eſt ab altera, nego conſequentiam, alias eodē modo cōcluderet, quod ſi eſt totaliter á cauſa particulari non eſt á cauſa vniuerſali. Particula ergo totaliter poteſt ſummi dupliciter, ideſt ita ab hac, quod non ab alia, & ſic nego antecedens, vel non partialiter ab hac, & nego conſequentiam. Dices ergo ſecluſa hac cauſa non fiet effectus, nego cōſequentiam. Quia ſufficiēter producitur á quauis. Secundum argumentum effectum productum ab vna cauſa non poteſt, poſt alia eundē producere: ergo nec ſimul poterat. Primo nego conſequentiam: poſt enim inuenitur ſubiectum in actu, & non in potentia: ſecus quādo ſimul agebat cum alia. Secundo nego antecedens, loquendo ſupernaturaliter (vt dicam infra.) Tertium ergo aliquid iufluit vna, quod non alia: ſunt enim diſtinctæ actiuitates: ergo effectus non eſt totaliter á quauis. Confirmo, quia vna ſublata aliqua actio tollitur: atq; adeò aliquis effectus. Reſp. argumentum ſupponit falſum actionē videlicet eſſe quid diſtinctum ab effectu producto, & ſimili argumento probaretur, non poſſe eundem effectum totaliter eſſe á cauſa vniuerſali, & particulari quo autem pacto ex agente fiat non agens ſine eo quod denominat eſſe aliqua entitas: ſed per hoc tantum, quod effect' alterius non pendeat ab illo agente, dixi quæſtione de motus termino. Quartum argumentum effectus eſt vnus numero, quia ab vno numero agente, vt probauit tertia ratio primæ concluſionis: ergo, &c. quidā Reſp. quod effectus qui produceretur ab illis cauſis totalibus eſſet numero diſtinct' ab his, ſi produceretur ſeorſum á quauis illarū, quæ ſolutio eſt omnino falſa, quia tunc ille effectus aliquam rationem indiuidualē participaret ab vna, quam non ab alia: ergo non eſſet totaliter á quauis: ſed partialiter. Reſp. ergo argumentum tantū probare, id non poſſe fieri naturaliter (vt dixi argumento quarto pro ſecunda cō cluſione.)

Tertia concluſio effectus; qui in hoc inſtāti productus eſt ab hac numero cauſa non poſſuiſſet naturaliter produci ab alia numero diſtincta ita Marſill. 1. de generatione quæſt. 8. conclu. 2. & 2. ſententiarum quæſt. 2. art. 2. conclu. 8. Soncin. Iabell. Capreol. & Ferra. vbi ſupra Nimph. 5. Metaph. quæſt. 1. colligo ex S. Tho. quodlib. 5. art. 8. vbi ait, quod ſi duraret ſtatus innocentiæ non producerētur ijdem omnino homines, qui nūc producūtur, quia in primo ſtatu vnus homo non habuiſſet plures vxores, nec naſcerentur hi, qui nunc ex adulterio, & fornicatione, ita vt eadem perſona, & haberet filios legitimos, & illegitimos: atq; adeó nec naſcerentur horum filiorum filij. Hæc concluſio patet ex tertia ratione poſita pro prima concluſione, quæ nō videtur ſpernenda, licet Fonſeca. 1. Metaph. 11. quæſt. 3. ſect. 8. doceat, quod cur potius hic numero gradus caloris, hic equs, &c. magis ab hoc agente producatur, ſi cauſæ ſecundæ quærantur nulla prorſus eſt, & ideò in ijs vbi ratio ex cauſis ſecundis reddi non poteſt recurrendā eſt ad diuinæ voluntatis determinationem, præ definiendum q;. Secundo aliás idem numero effectus poſsit naturaliter vis produci, quia ſi non eſt diuerſus eo, quod ſit á diuerſis agentibus nec erit ex eo, quod fit in diuerſis tēporibus, vel ſubiectis. Obijcies primo non ne pullū, quem edduxit hæc gallina eundem numero edduxiſſet altera, quæ illi ouo incubuiſſet. Marſill. id concedit. & tunc concedit, quod gallina educens, vt ſic eſt cauſa per accidēs Pulli, & reuera ita eſt. Nam vt fertur, & videtur rationi cōſonum ſi aliud animal ſpecie diuerſum V. C. anſer foueret illa oua educeret, & pullos eiuſdem ſpeciei, ac educit gallina, quod ſi gallina influit in illum effectum; tunc ait Albert. erit diuerſus ſaltem quo ad illum partialem effectum. Dices ſecundo eadem imago, quæ producta

ducta est ab hoc artifice potuisset esse producta ab alio: ergo similiter potuisset contingere in agentibus naturalibus. Respondeo primo solet, concedendo accidens, quia ibi artifex nihil ponet: sed applicat: sed Respo. & melius, quod figura resultans ex illa applicatione esset numero diuersa, sicut ars & exēplar, quæ sunt principia effectiua illius sunt numero diuersa. Confirmo, quia cum destructa domus reædificatur consurgit figura numero distincta; nec enim naturaliter potest eadē numero omnino redire, quæ corrupta est: ergo ex eo quod figura cōsurgat ex illa applicatione, nō sequitur, quod sit eadē numero. Dices tertio effectū productum ab vna causa eundem numero potest alia cōseruare: ergo & potuit eundē producere cū conseruatio, & productio nō distinguantur, nego consequentiā. Quia quando causa passum sibi aproximatū inuenit in actu eiusdē speciei cum eo per quem agens est in actu, tunc nō potest agere, quia nihil agit nisi in id, quod est in potentia ad actum simile ei quo agens est in actu cumq; quæuis causa appetat dari sibi similia in rerum natura, & tunc non possit producere effectum, quasi è proprijs visceribus manantem, & similē non modo in specie: sed etiā in indiuiduo conatur conseruare, quem inuenit sibi similē in specie. Dices permittat, vt corrūpatur forma producta ab alio agēte, & ita poterit inducere aliam sibi similiorem. Resp. agens naturale necessitate naturæ cum primum applicatur agit necessariò, & ita cum possit tunc non producere de nouo, sed conseruare productum non potest non conseruare.

Quarta conclusio quiuis effectus idē omnino nō potest per diuinam potentiā produci á quolibet agente, prętereo modo actus vitales, & creationem de quib⁹ alibi. Probatur cōclusio, tum quia nulla appareret implicationis ratio, tunc quia fides docet, quod Deus media aqua, vt instrumento produci gratiā, medio igne inferni agit in spiritus, medijs quibusdā verbis conuertit panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi, de quo supra diximus latius.

ARTICVLVS. X.

Vtrum causa efficiens per se principalis alia sit tantum efficiens, alia etiam conseruans effectum?

HAEc est vltima subdiuisio efficientis per se in cōmuni, & ideò huc vsque illā relinquimus; quia ex dictis supra facilior redderetur inqua re, quidā vniuersę ab omni causa ęquiuoca pędere suū effectū, tam in fieri, quam in esse & cōseruare dicunt, ab vniuoca vero tātū infieri, quod ita absolute dictū nō potest defendi, vt ex infra dicendis patebit, ideò alij restringunt ad causam ęquiuocā habentē tres cōditiones. Prima quod absolute sit causa principalis non instrumentalis, nec minus principalis, & ita licet assensus primorū principiorū sit causa ęquiuoca, assensus conclusionis, & actus ipsius habitus, & volitio finis volitionis mediorū, & obiectum specierum etiā earum, quę sunt in sensib⁹ internis: possunt tamen ij effectus conseruari, sine suis causis, quia causa principalis, vt assensus conclusionis, quā ipsius habitus est ipse intellectus, volitionis autem mediorū voluntas, specierū autem internarum ipsa anima, & eius potentię. Secunda conditio, quod effectus causę ęquiuocę sit per se ab illa secundū formam sibi propriam, & connaturalē ita vt non sit per se, nisi ab illa causa, ideò licet equus & asina V. C. sint causę ęquiuocę muli Sol & forte piper ac vinum caloris quia tamen mulus per accidēs producitur ab illis causis: calor vero non ita per se á Sole pipere, ac vino quin possint fieri ab alijs causis, vt ab igne V. G. ideò hi effe-

ctus non pendent ab his causis in conser
nari: causa enim per se primo caloris nõ
est Sol, vinum, aut piper: sed calidum, vt
sic, & ita si lux producta á Sole, & á can
dela sunt eiusdem rationis non mirũ, si
ea quæ producta est á Sole possit conser
nari á candela in absentia Solis, quia tũc
causa per se primo lucis non est Sol: sed
lucidũ, vt sic. Tertia conditio, quod talis
effectus producatur in subiecto extra-
neo, & in statu imperfecto, & hanc vide
tur significare S. Tho. 3. contra Gent. 65.
Dũ ait impressio agentis cessante actio
ne non remanet in effectu, nisi talis im-
pressio vertatur in naturam effectus, &
ita lumen nõ conseruatur in aere cessan
te actione solis, quia est in aere vt in sub
iecto extraneo & in statu imperfecto,
nec disponet illum ad recipiendam for
mam substantialem Solis cũ aer ex na-
tura sua non possit fieri Sol, hæ cõditio
nes ad libitum videntur confictæ, tantũ
vt ex illis fugiatur vis argumentorum;
peto enim primo, cur á causa equiuoca
minus principali, aut instrumentali non
pendet effectus minus principaliter in
conseruari eo modo quo in fieri, sicut á
causa magis principali dependet in vtro
que principalius. Secundo homo secun-
dũ suam propriam formã est causa equi
uoca seminis, & virtutis seminalis, &
embrionis viuentis tantũmodo vitalĩ
tæ, vel animalis, quia tamen effectus nõ
pendet ab homine in conseruari possit
Resp. hoc effectus in viuentib⁹ perfectis
conseruari á fœmina: tamen argumen-
tũ vrget in seminibus multorũ aliorum
viuentiũ, vt arboris, &c. quæ conseruan
tur in absentia suarum causarũ. Tertio
lux producta á Sole est effectus vniuo-
cus, & in orbe Lunæ est, vt in subiecto
æque perfecti ordinis, ac est in Sole mul
to magis quã calor in aqua, & tamen nõ
conseruatur in absentia Solis: cum ta-
men calor in aqua habeat terminũ cor-
rumpens, non ita lux in orbe Lunæ: cur
ergo calor in aqua aliquandiu conserua
tur absente igne: lux vero in aere, vel or
be Lunæ, neq; per momentum. Confir-
mo, quia si calor remissus existens in a-
qua non expelleretur à contrario corrũ
pente certe ex vi non conseruationis ab
igne, nunquam desineret esse: cur ergo
lux ita cito desinit esse tantummodo ex
vi non conseruationis. Pro solutione .n.
primo quasdam entitates ex natura sua
ita consistere in fieri, & non nisi dum
fiunt habeant esse, saltem secundum
quod tales sunt, vt sunt actiones & mo-
tus, vt sic tam immanentes quam tran-
seuntes, & secundum quosdam etiam
sonus de quo alibi: cum ergo harum re-
rum esse, vt sic non sit nisi in fieri non
mirum, si á quibus pendent in fieri pen-
deant in esse: atq; adeó de his non est dif
ficultas: sed de illis, quæ post ipsum fieri
permanent in esse de quibus nume. 2. cũ
S. Tho. 114. 1. aliquid conseruari ab alio
dupliciter, vno modo in directe, & per ac
cidẽs, sicut ille dicitur rẽ cõseruare, qui
remouet corrũpens, vt conseruat puerũ,
qui custodit ne cadat in ignem alio mo
do dicitur aliquid rem conseruare per
se, & directe, quãdo scilicet illud, quod
conseruatur pẽdet á conseruante, ita vt
sine eo esse non possit.

Resp. ergo ad quæstionem propositã,
vel quod igitur est simpliciter, & absolu
tẽ eiusdem rationis cum agente, vt est
ignis cum igne homo cum homine, vel
non si primum tunc non potest ab illo
directe pendere in suo esse, quia non ha
bet minus fixum, ac firmum talis esse
fundamentum, ac ipsum agens. Si secun
dum ita quod ipsum productum est si-
mile producenti, quodammodo tantum
& non simpliciter V.G. est simile in ali
quo accidenti, vt aqua calida est quodã-
modo similis igni Luna, & aer illumina
ti ipsi Soli semen cum sua virtute for-
matiua ipsi generãti, & tunc vel id, quod
producitur habet in se aliquid ratione
cuius potest fieri simpliciter simile pro-
ducenti, ita quod illa aliqualis simili-
tudo in tali subiecto est via ad similitudi-
nem simpliciter, & tunc absente con-
seruante,

seruante, ideſt agente reuera perſeueraret, niſi corrumperetur ab aliquo cõtrario, vt aqua calida abſente igne, etiã conſeruaretur calida niſi expelleretur à forma ipſius aquæ, vel ab aliquo alio ratio eſt, quia tunc in aqua eſt aliquod ſubiectum V. G. materia prima, quæ ex natura ſua fouet, & conſeruat illum calorem vt cooperatur aliqualiter ad expulſionem formæ aquæ, quam habet, & receptiuum formæ ignis ad quam eſt in via, vel id quod fit eſt quoddammodo ſimile, & non ſimpliciter, vel illud inquã non habet aliquid in ſe ratione cuius poſsit fieri ſimpliciter ſimile producenti, vt aer nec orbis Lunæ quantumcumque illuminentur non poſſunt fieri Sol naturaliter, nec potentia cognoſciua, quantumcumq; perfectas ſpecies recipiat ab obiecto non poteſt fieri ipſum obiectum, & tunc ſi tale ſubiectum ſimile quodammodo indigeat ab intrinſeco, & ex propria natura accidente illo in quo eſt ſimile ad hoc, vt in ſua natura, & perfectione conſeruetur, tunc non minus fouet, & cõſeruat illud accidens, ac ſi diſponeretur ad recipiendam perfectam ſimilitudinem agentis; quia ergo omnes potentiæ internæ ab intrinſeca ſua natura habent poſſe ellicere actus nõ modo intuitiuos: ſed etiam abſtractiuos in abſentia ſuorũ obiectorum, ideò harum potentiarũ natura eſt conſeruatiua ſpecierũ in abſentia obiecti, quia requirũtur ad illos actus: at quia ſenſus externi ex propria natura nõ petunt habere actus, niſi circa obiectum præſens, ideò non habent radicem conſeruatiuã ſpecierum in abſentia obiecti. Deinde quia aer non habet aliquid ratione cuius poſsit fieri Sol, & præterea ad proprias operationes non indiget luce, ideò non habet in ſe radicem conſeruatiuã lucis qua ratione abſente ſole ſtatim perijt lux hinc eſt nullã eſſe, necdari poſſe creaturã indepẽdentem á Deo in ſuo eſſe, quia cum nulli creaturę ſit eſſentiale eſſe: ſed accidat illi non minus, quam aeri lux ſoli enim Deo eſt eſſentiale eſſe primo, nec ad momentum permanere poſsit niſi á Deo conſeruaretur.

Hunc diſcurſum videtur ſignificaſſe S. Th. vbi ſupra. part. 104. 1. corpore, in quo reddit rationẽ, cur creatura indigeãt vt á Deo cõſeruentur, quęlicet á multis iu dicetur infirma ſi tñ recte intelligatur eã vim videtur habere quã diſcurſus propoſitus maxime cũ docet, quod quãdo effectus eſt natus impreſsionem agẽtis recipere ſecundum eandem rationem, qua eſt in agente, tunc fieri dependet ab agente non tantũ eſſe illius effectus: ſi vero effectꝰ non ſit natus recipere prædictã impreſsionem, tunc non ait, quod tale agens ſemper conſeruet effectũ ſed quod poteſt conſeruare videte illum.

Ex dictis ſequitur non omnẽ effectum æquiuocũ pẽdere ſemper á ſua cauſa, vt oſtendimus in ſemine, & alijs & aliquẽ vniuocũ pẽdere á ſua cauſa prima, ſequitur, q̃ quãdo aliquis effectus ex natura ſua pẽdet in cõſeruari á ſua cauſa ſecunda nõ opus eſt, vt pendeat ab eadẽ omnino à qua eſt productꝰ, ſat eſt ſi ab ea, vel ab alia, quę ſat eſt poteſt producere talẽ effectũ poteſt, & conſeruare licet ſit productus ab alia. Vnde ſi lux á ſole cauſata, & á flama, vel á quouis alio luminoſo ſunt eiuſdẽ ſpeciei, tunc ea, quæ producta eſt ab vno poteſt ab alio cõſeruari, & hoc nõ tollit, quin ille effectꝰ ſit ex illis, qui permanere nõ poſſunt niſi directe, & per ſe cõſeruẽtur, & manu teneantur ab aliqua cauſa ſecũda. Ad argumẽta vero, quę nos propoſſuimus ſatis patet ex dictis non enim vrgent contranos.

Alię ſunt diuiſiones cauſę efficiẽtis, quę nõ indigẽt explicatione, vt q̃ detur cauſa in actu, & in potẽtia cauſa talis, & partialis cauſa cõſiliãs, diſponẽs, ſeu prę parãs, & coadunãs, vt medicinę dicuntur cauſæ iuuãtes. Nã vt ſe reducat ad ſanitatẽ prima cauſa ſufficiẽs, & in ſufficiẽs naturalis, & artificialis prima naturalis alia libera, alia naturalis, ideſt neceſſe operãs, naturale. n. ſumit duplicitẽr, vel vt

condiſtinguitur tantũ contra artificiale & ita comprehendit etiã liberum, vel vt condiſtinguitur contra liberũ ſumitur pro neceſſe actenus egimus de diuiſsione cauſæ efficientis in numero ſingulari, nũc agamus de diuiſsione cauſarũ efficientiũ in numero plurali, quoniã plures concurrunt ad eundem effectum.

ARTICVLVS. XI. & vltimus.

Vtrum cauſæ efficientes plures concurrentes ad eundẽ effectum aliæ ſint eſſentialiter, aliæ accidentaliter ſubordinatę?

BReuiter (eſt enim Ariſt. iſte complementũ, & dubitatio appendix totius quęſtionis) cõcluſio affirmatiua, ſcilicet cauſæ efficientes plures concurrẽtes ad eundẽ effectum, aliæ ſunt eſſentialiter, aliæ accidentaliter ſubordinatæ cõmunis eſt Scoti. 1. d. 2. q. 2. art. 1. & recentiorum. 2. Metaph. c. 2. q. 1. ſectio. 2. eſſentialiter ſubordinatæ, ſeu per ſe ſubordinatæ, cauſæ ſunt quando altera ex natura ſua pendet ab altera in cauſando in illo genere in quo cauſat. Dixi ex natura ſua, quia duo homines impellentes corpus, quod neuter per ſe mouere poteſt pendent á ſe inuicem in impellendo: nõ tamen per ſe, & eſſentialiter, quia vis impellendi vnius non pendet ex natura ſua á vi impellendi alterius. Dixi rurſus ex natura ſua, quia non ſat eſt cauſarũ ſub ordinationem per ſe, quod vna alio modo, quam in cauſando dependeat ab alia quomodo in accidentaliter ſubordinatis filius dicitur productus ab abo, & pro abo á quibus non per ſe: ſed accidentaliter pendet eo quod, licet pater non generet filium, niſi ipſe ſit genitus ab illius abo: tamen in generando filium, vt ſic, non pendet ab illo. Vnde cauſæ per ſe ſubordinatæ ab accidentaliter ſubordinatis differunt primo quod illæ dum producitur effectus debent ſimul exiſtere, quia in ipſo cauſandi actu habent dependentiam. Secundo ſemper ſunt diuerſæ ſpeciei abſolute loquendo. Tertio ratio cauſandi in ſuperiori nobilior eſt, & perfectior, quam in inferiori: prælicta enim dependentia dari non poteſt in rebus eiuſdem ſpeciei: ſed in illis in quibus ſuperior cauſa continet eminenter, & virtualiter effectum producendum. Dixi in illo genere, quia cauſa materialis non dicitur eſſentialiter ſubordinata formæ, nec omnino vnum genus cauſę alteri, licet vnum indigeat altero tanquam eo, ſine quo cauſari non poteſt. Sed dices vtrum cauſæ per ſe ſubordinatæ pendeant adinuicem, vt dicunt Soto, & Iuniores, vel an ſola inferior cauſa pendeant á ſuperiori, vt docent alij? Reſpondeo quidquid ſit de voce illa cauſa pendet, quæ videtur non conuenire, nec dici de inferiori niſi reſpectu ſuperioris: tamen re vera Sotus, & alij verum aſſerunt, quia in hominis generatione, ad quam concurrunt Sol, & homo vt cauſæ per ſe ordinatæ non minus pendet Sol ab homine generante, quam homo á Sole idque ſignificat Ariſtoteles hic capite ſecundo dicens Sol, & homo generant hominem: videtur enim locutus de ijs, quaſi de mutuo ab inuicem pendentibus Deus etiam, licet abſolute non pendeat in operando ab vlla cauſa ſecunda: ſi tamen operatur ſecundum leges ab ipſo ſtatutas poteſt dici, quod pendeat á cauſa ſecunda, quia Deus modo non producit vlla entia (naturalia dico) niſi ſimul concurrant cauſæ ſecundæ, & hæc ſatis de hac tota quæſtione, & hic finem imponamus, vt quid ipſe finis ſit videamus.

QVAE,

QVAESTIO V.

De naturalis entis causa finali.

REcolendum est, quod supradixi nostram considerationem causarum in particulari esse in ordine ad effectum. Vnde finalis causa. Vltimo sedem habet nec per hoc bili est habenda: multum enim conducit eiꝰ dem cognitio, & ad prædicta exacte intelligenda, & ad totam philosophiam: imo ad metaphisicam indagandam: de hac autem tria sunt examinanda. Primo si finis sit causa realis. Secundo, si actus intentionis finis sit virtus, & principium finalizandi. Tertio, si naturalia entia propter finem operentur.

ARTICVLVS. I.

Vtrum finis, sit causa realis, & quid sit.

COnclusio affirmativa, scilicet, quod finis sit causa realis, & bonum, & multiplex certa est, quam colligo ex Aristotele hic cap. 3. & nono, & secundo AEthicorum primo, & primo Metaphysicorum. 6. & quinto Metaphysicor. secundo, & secundo de Anima quarto, quæ solum indiget explicatione, & ita simul secundum singulas partes explicatur, & probatur.

Prima pars videtur per se nota, quia cum alicuius effectus causam finalem reddimus, tunc maxime quiescit intellectus: qui tamen nisi causis rei cognitis non solet quiescere. Confirmo, quia finis causat applicationem omnium mediorum ad illum consequendum, & consecutionem sui ipsius secundum esse reale. Præterea experimur nos operari sæpissime propter finem aliquem: nec enim fieri potest, vt dicit Aristote. primo ethi. secundo quod omnia propter aliud appetimus esset enim hoc modo fine vllo fine progressus, & ita noster appetitus inanis esset, ac vanus: imo ait Aristot. vbi supra, quod causa finalis est potissima causa cunctarum actionum, siue artis, siue intellectus, siue etiam naturæ, & Socrat. apud Plato. in Phæd. adeò magnificat causam finalẽ, vt eam solam appellet causam: cæteras vero vocet, quasi conditiones sine quibꝰ finis non causat, verum est quod Plato in Thimeo tantum numerauit efficientem exemplarem, & materialem, quia hæ solæ tempore præcedunt effectum, & veteres negarunt finem esse simpliciter causam, quia finis vt sic, videtur opponi principio, ac proinde causæ: cum tamen reuera non opponatur: finis enim & si non est primum in executione: est tamen primum in intẽtione, ideò Aris. 2. AEthi. ad Eud. fine ait finem esse principium & fundamentũ: dicitur tamẽ opponi principio non absolute: sed principio vnde motus oritur, ideſt causæ efficienti cui finis dicitur oppositus non oppositione repugnantiæ: sed relationis à quo & ad quod.

Finis ergo est bonum gratia cuius: non tamen omne bonum est finis bonum enim est vel finis, vel medium ad finem, & alio modo bonum, nec omne quod est finis est bonum: potest enim esse non bonum in re: sed apparens bonũ. Illud ergo bonum, siue verum, siue apparens dicitur finis cum aliquid propter ipsum fit, aut fieri intenditur. Obijcies primo sublata ratione finis tollitur natura boni, vt docet Ari. 2. Metaph. 2. tex. 8. ergo nõ latius patet bonum, quam finis. Resp. cũ Fonse. ibi, sublato eo, quod expetitur propter se tolli etiam, quod expetitur propter aliud: id enim gratia illius expetitur. Dices latius patere expetibile seu amabile propter se, quam finem.

nem: diuina enim bonitas, neceſſario eſt amabilis propter ſe, nec tamen, neceſſario eſt finis, cum nec reſpectu ſui cauſa finalis eſſe poſsit, nec reſpectu creaturarum ſit neceſſario finis: quandoque libere vellit creaturas eſſe occurrendum eſt in commodum, quod Ariſtotele obijcit non inferre ſublato fine actu: ſed ſublato fine potentia, (ſiue vt clarius dicam) eo quod poteſt eſſe finis: hoc enim ſi tollatur, neceſſario tollitur eſt bonum per ſe, & quod hinc ſequi dicebam ſomne bonum propter aliud: diuina autem bonitas, & ſi potuit eſſe finis actu creaturarum: tamen ſemper fuit natura ſua apta, vt eſſet earum ſupremus finis. Obicies ſecundo diuina bonitas neceſſario eſt amabilis propter ſe; & tamen non neceſſario eſt finis, cum nec reſpectu ſui poſsit eſſe cauſa finalis, nec reſpectu creaturarum ſit neceſſario finis: libere enim vult creaturas eſſe. Reſpondeo cum eodem Fonſec. bonum propter ſe eſſe cauſam finalem; non quia ſemper actu cauſet: ſed quia poteſt cauſare, & ita diuina bonitas ſemper fuit natura ſua apta, vt eſſet ſupremus creaturarum finis.

Secunda pars concluſionis ſolum indiget expoſitione finis: ergo dicitur aut actionis, aut rei actæ, ille inquit Ariſtot. eſt ipſa forma, vbi notandum, quod talis finis actionis eſt triplex cui, quo, qui: finis cui operationis eſt ipſum, cuius eſt illa operatio, vt finis medicationis eſt corpus humanum, cui per illam actionem ſanitas quæritur, & finis generationis humanæ Ver. cauſa eſt non ipſa materia prima: ſed homo poſsibilis quatenus ipſi eſt bona illa generatio: finis autem quo generationis eſt forma ipſa, & de hoc fine quo loquitur Ariſtot. cum ait finis, & forma ſunt idem: forma enim per generationem intenditur tanquã id, quo formaliter generatur compoſitum: finis autem qui eſt compoſitum, quod præcipue per generationem intenditur, vt dixi quæſt. 2. articulo. 1. & quæſtio. 7. articulo. 4. finis rei actæ ſeu productæ in rebus naturalibus ſemper eſt aliqua operatio, vt finis hominis eſt intelligere, amare, &c. ignis vero eſt calefacere per quas operationes operans conſequitur aliquem terminũ, qui dicitur finis, qui extrinſecus, vt Deus eſt finis hominis, quia tamẽ omnes iſtæ operationes ſunt propter finem operantis, ideò ſubiectum operans dicitur finis cui per operationem, quæritur perfectio & bonũ ipſius, quod bonũ non eſt aliud, quam quod illud ſubiectũ ſit actu operans, vt ita ſit abſolutum, & omnino perfectum non ita, quod operatio, neq; ſubiectum operans præciſſe ſit perfectus abſolute, quam res operans: ſed quia perfectius eſt eſſe ſimul quã operari, quã eſſe tantum dixi in naturalibus, quia in artificialibus licet aliquãdo operatio ſit finis rei productæ, vt calami finis eſt ſcriptio; tamen aliquando nõ operatio: ſed vſus eſt finis rei artificialis, vt domus finis eſt, quod deſeruiat habitationi.

Finis operantis aliquando eſt idem cum fine operationis, & rei operatæ: operans enim vtrumq; finem poteſt intendere: aliquando tamẽ intendit aliũ finem diſtinctum à fine operationis & rei operatæ, vt finis intrinſecus dationis elemoſynæ eſt ſubleuatio miſeriæ pauperis: ſi tamen operans ea actione intendat ſatisfacere pro peccatis, ille eſt finis operantis ſuperadditus operationi, finis alius proximus, alius remotus. Cum enim multa fiunt ordinate poſterius eſt cauſa prioris; hoc pacto Deus in re ſuo eſt finis vltimus omnium rerum, & hoc modo intelligitur, quod omnia propter ſemetipſum operatus eſt tamen vt docet Sanct. Thom. 5. Metaph. lectione. 2. non modo vltimum propter quod efficiens operatur dicitur finis reſpectu præcedentium: ſed etiam omnia inter media, quæ ſunt inter primum agens, & vltimum finem dicuntur fines præcedẽtium,

tium, vt retributio est finis seruandi præcepta, licet intentio retributionis sit propter gloriam Dei.

ARTICVLVS. II.

Vtrum finis causet secundum esse reale, vel intentionale?

QVidam asserunt præcognitionem finis esse rationem finalizandi, & quia esse cognitum appellari solet esse intentionale, ideò dicunt finē causare per se intētionale, quod habet in mēte referuntur Auicen. Soncin. Capreol. Enriq. & alij probant quia finis non causat per suum esse reale: licet enim non existat potest causare: sola enim aprehēsio sufficit: sat enim est, quod sit bonum apparens, & ita diuersa aprehensio causat distinctos actus, alij asserunt bonitatem realem esse rationem finalizandi: præcognitionem vero illius bonitatis realis tantum esse conditionē sine qua non, quia in tantum aliquid finalizat in quantum est appetibile: in tantum vero est appetibile in quantum habet bonitatem realem, & hanc amat voluntas, & desiderat, & in ea habita quiescit nō in bonitate aprehensa: vtraq; tamen opinio est falsa, ideò neutra dissoluit argumenta contraria.

Conclusio ergo sit affirmatiua, & meo iudicio est Arist. S. Th. & aliorū antiquorum dum asserunt finem causare secundum quod est primus in intentione. Vnde S. Tho. prima secūdæ q. 1. art. 1. ad primū vbi ait finis est primus in intentione agentis, & hoc modo habet rationē causæ &. q. 9. art. 3. ad primum ait, quod voluntas in quantum actu vult finem, reducit se de potentia ad actū respectu eorum, quæ sunt ad finē: ecce ait quod voluntas per volitionem finis. Est in actu ad causandos actus, qui sunt propter finē. Vnde cum dicunt finem causare, vt est in intētione ibi vox intētio, seu esse intentionale non sumitur pro hoc, quod est esse in mente: sed pro illo actu voluntatis, qui dicitur intentio finis. Vt hoc intelligatur notandum, quòd causa finalis, (vt dicam articulo tertio) nō causat proprie nisi in agentibus nisi per intellectum, & voluntatem. Vnde sicut inter cognitiones, quædam est ita prima, quod non causatur ex alia cognitione: sed ad illam concurrit obiectum obiectiue potentia effectiue, & subiectiue, qualis est cognitio veri per se noti, seu per se probabilis: alia vero est, quæ causatur ex altera cognitione, vt cognitio cōclusionis causatur ex cognitione principiorum sic inter appetitionis, quædam est prima non causata ex alia, sed ad eā concurrunt obiectum obiectiue potentia effectiué qualis est appetitio boni per se, & ratione sui appetibilis, & huiusmodi est intentio, seu amor finis, quæ fertur in finem propter seipsum non, vt in causam, sed vt in obiectum, & terminum: alia est appetitio causata ex alia appetitione, vt desiderium illius finis electio mediorum ad illum consequendum delectatio in illo iam possesso causantur ex illa prima intentione, & amore finis, sicut ergo cū dicitur principia esse causam conclusionis, sensus est non quod ipsa principia: sed quod illorum assensus causant assensum conclusionis, sic cum dicitur, quod finis finalizat, seu causat electionem mediorum; sensus est quod amor, seu intentio illius causant, nec esse vllum discrimen in hoc inter principia respectu assensus conclusionum, & inter finem respectu electionis mediorum, & hoc modo hac veritate intellecta cessant anxietates dissoluendi argumenta vtriusque opinionis. Dico enim quod verè operamur V. G. propter sanitatem, vt propter rem, quæ est finis at ratio causandi finaliter, nec est bonitas, quā res habet in seipsa: illa enim tantum concurrit

obiectiue, nec etiam representatio, aut cognitio illius bonitatis ratibi causandi finaliter, illæ enim tantū se habēt eo pacto, quo dici solet cognitionem boni præ requiri ad appetitionem illius, vt applicantem debito ipsi appetitui suū obiectum. Confirmo quia cum dicimus nos operari propter sanitatem, seu beatitudinem si amplius, & expræsius examinemus, quo pacto sanitas nos moueat ad operandum. Respondeuimus, quod amor sanitatis, seu beatitudinis nos monet. Hæc videtur mens Aristotelis cum sæpe ait, quod finis in operabilibus habet se, sicut principium in speculabilibus, & Seneca Epistola. 77. ait finem nihil aliud esse, quam propositum agentis, ideſt intentio agentis hoc fidem significat Fonse 1. Metaphisico. 7. quæstione. 1. sectione. 6. dum ait causam finalem concurrere ad effectum, vt desideratam & expetitam: cum vero ait id quod in rerum natura non est, posse esse veram causam, loquimur materialiter dicere, quæ est causa, quam non oportet existere dum modo existat eius virtus causatiua, vt nos diximus de causa efficiente; verum est quod sectione 1. argumento. 4. videtur sentire, quod semper finis præcedit effectum si non il le cuius obtinendi gratia efficiens agit certe ille in cuius gratiam agit: procedit enim non proposito solo, & intentione agentis, sed vera & reali existentia cum semper agens in gratiam sui agat, aut in gratiam superioris agentis quo pacto peruersi homines propter se tantum, vt propter finem vltimum, probi autem propter Deum tantum operantur sectione. 3. aperte tenet finem causare secundum esse intentionale. Obijcies primo intentio finis non finaliter: sed effectiue causat illos actus electionis mediorum, &c. sicut assensus principiorum assensum conclusionis: at finalizare est nouum genus causæ efficientis: ergo intentio finis non est ratio finalizandi respectu illorum actuum. Secundo nos operamur propter finem tractā bonitate reali illius: illam enim appetimus, propter illam laboramus, &c. non propter intentionem illius, ideſt gratia intentionis illius: gratia enim sanitatis, seu beatitudinis realis operamur. Confirmo, quia hanc reddimus; vt causam finalem nostrarum operationum. Respondeo, quod intentio finis potest summi dupliciter: primo respectu intendentis finem & hoc modo est illi principium efficiendi effectus sibi similes saltem, quodammodo V. G. efficiendi actus deliberi electionis mediorū sicut assensus principiorum est ratio efficiendi assensum cōclusionū, & quia multi ex antiquis forte non perceperunt, quo alio modo nisi hoc ipse finis causaret, ideò causam finalem non constituerunt, vt nouum genus causæ, quod refert Arist. 1. Metaphisico. 6. quia videbatur reuocari ad genus causæ; alio modo intentio finis sumitur, vt est ipsi fini ratio finalizandi quatenus finis, vt intentus, seu appetitus non tendit ad prolucendum effectum sibi vel alteri causæ similem: sed ad trahendum in amplexum, & possessionem sui ipsum operantem propter talem finem, ita quod talis finis per se non intendit aliud sua causalitate, quā consecutione passiua sui ipsius, seu quod ipsum operans vniatur ipsi fini; & ita licet eadem res sit finis in intentione, quod est esse causam finalem, & finis in executione, quod est esse effectum finalem: tamen ratio causandi finaliter, & ratio terminandi talem causalitatem sunt distinctæ: ratio enim causandi finaliter est prædicta intentio, seu amor finis quatenus finis per illam intentionem allicit operantem, vt operetur gratia illius: ratio vero seu effectus formalis illius causæ finalis est vnio ipsius operantis propter finem, cum ipso fine secundū eius esse & bonitatem realem.

Hinc patet ad argumenta hęc enim duplex consideratio reperta in intētione finis

finis respectu intẽdentis, & respectu ipsius finis non reperitur in assensu principiorum, quia hæc per assensum quo assentiens illis assentitur, non intendunt mouere intellectum ad hoc, vt vniatur cum ipsis principijs secundum esse reale, illorum: sed ex illo assensu tantum causare effectiue assensus conclusionis. Secundum argumentum tãtum probat, quod ratio terminandi causalitatem finis est distincta á ratione finalizandi: confirmatio vero probat, quod nos sepe reddimus tam quam causam effectus sę pe, non enim quæ proprie est causa: sed conditionem, sine qua non, vel aliquid prerequisitum ad effectum, vt interroganti, cur videamus rem lucidam, & nõ sonum respondemus, quia lucidum est obiectum visus, sonus minime similiter cur ipse ignis calefaciat: ille vero non, respondetur, quod vnus est aproximatus alter non: & tamen nec obiectũ, vt sic est causa visionis, nec aproximatio calefactionis. Obijcies etiam finis per intensionem sui videtur causare efficienter. Respondeo videtur: sed nõ ita est. Vnde Arist. ob hanc apparientiã primo de generatione text. 55. dixit, quod finis non causat, idest non efficit, vt explicat Iabell. proprie: sed Metaphorice.

ARTICVLVS. III.

Vtrum naturalia agẽtia propter finem operentur.

PRO intelligentia aduertendum, quod agere propter finem cõtingit dupliciter, vno modo, ita vt agens propter finem seipsum dirigat in illum ad quod requiruntur tria. Primo, quod cognoscat finem. Secundo, quod cognoscat media ad finem. Tertio, quod cognoscat proportionem mediorum cum fine: quacumque autem harum cõditionum deficiente, non dicuntur illo modo agere propter finem. Secundo modo illa dicũ cur etiam agere propter finem, ita quod dirigantur ab alio in suos fines, quod quidem constat ex eo, quod quædã sunt quæ diriguntur ad suos fines proprios, ita quod illos nullo modo cognoscunt, vt ignis ad calefaciendum ordinatur, sine vlla cognitione finis: alia vero sunt, quæ quamuis cognoscant suos fines materialiter, vt res quædam sunt: non tamen formaliter, idest in quantum fines, quoniam neq; media cognoscunt, neq; proportionem, & habitudinem mediorum ad finem. Ratio autem quare ista non cognoscant finem, neq; conferunt vnum ad aliud, vt facit equs v. c. visso ordeo, ratio inquam est quia ordinare & conferre vnum cum alio est ens rationis (vt probaui in Logica) & ita agentia careant ratione fit, vt ignorent finem, tum etiam, quia non cognoscunt futurum, quod esse ex dictis habet finis formaliter, quod similiter est ꝓpus rationis. Secũdo aduerte ex S. Tho. prima secũdę q. 1. ar. 1. quod triplex est agens naturale: aliud agens ex cognitione intellectiua, vt homo: aliud ex cognitione sensitiua, vt equs, & ista duo agentia propter finem præcognoscunt finem suarum actionum, licet diuersimode, vt dictũ est, & dicetur statim magis: aliud demũm agit, sine vlla cognitione, vt ignis concurrit, vt tale agens ad calefaciendum, sine vlla prorsus cognitione finis dictæ actionis.

His positis, certum est, quod agens ex cognitione intellectiua cum agat dirigendo se in finem, & cognoscẽdo habitudinem mediorum ad finem, quod simpliciter, & perfecte operatur propter finem primo modo. Dices quando homo fricat barbam v. c. aut leuat festucam non ordinat istas actiones ad finem: ergo non semper operatur propter finem. Secundo rusticus intendit sanitatem tãquã finem: non tamen cognoscit habitudinem mediorum ad finem cum natura medicamentorum ignoret. Resp.

ad primum, quod tantum probat, quod eſſe aliquas actiones in homine non deliberatas, quas ſolet operari naturali inſtinctu, quod nos libenter fatemur, & ſolum intelligimus operari propter finẽ primo modo in actionibus deliberatis, & quæ ſubſunt imperio rationis. Ad ſecundum, quod quauis quis non cognoſcat naturam mediorum, quæ ordinantur ad aliquẽ finem ſatis eſt, quod cognoſcat ſecundum rationes communes, quæ conſtituuntur in hoc, quod eſt ordinari ad finem, vt dicat ſed irigere in finem. Vnde ruſticus ſatis eſt cognoſcat vtilia media ad ſanitatẽ, vt dicatur propter finem operari quamuis mediorum particulares naturas ignoret.

Solum ergo difficultas reſtat de alijs duobus agentibus, & primo de tertio illo agente præcipue eſt dubiũ, in quo Vallenſ. cenſet agentia naturalia nõ agere propter finem: ea tamen, quæ fiunt á natura fieri propter finem, qua prouenitũt á prima cauſa cognoſcentẽ finem, quod vero illa non agant propter finem, probat. Tum ex parte efficientis, nam quod agit propter finem appetit finem: nihil autem appetit, quod nõ cognoſcit; ergo agere propter finem ſupponit cognitionem finis. Tum probat ex parte ipſius finis, nam ſi finem appetit conſequenter quærit, ac proinde cognoſcit, aliàs fruſtra quereretur cum in cognitũ nequeat inuenirí. Oppoſitã vero ſententiã, quod ſcilicet agentia naturalia agunt propter finem, quamuis ſine cognitione finis: tenent omnes expoſitores. Ariſt. probatur, quæcumq; habẽt inclinationem ad finem: ergo quęcumq; agunt propter finem, maior patet ex ar. præcedenti, cũ cauſalitas finis ſit inclinatio, ſeu appetitus ad finẽ, minor probatur. Quia naturalia, vt docet Ariſt. tex. 84. in ſe habent principiũ internum, naturã ſcilicet per quam determinantur ad ſuũ finem: ergo naturalia habent inclinationem ad finẽ. Vnde adiungũnt Valleſij. Reſp. ad primũ quod nõ omne quod agit propter finem ſupponit cognitionẽ illius: ſed in aliquo id ſupponitur nẽpe in dirigente entia naturalia in ſuos fines, ſcilicet in prima cauſa, & ad probationem dico falſum eſſe, quód omne quod agit propter finem appetat finem appetitu ſupponente cognitionẽ in appetẽte: hoc enim verum eſt de eo quod agit propter finem, primo ſe dirigente in finem: ad ſecundam probationem Reſp. verũ eſſe, quod appetit fere ſemper: falſum eſt tamen, quod quid quæritur, ab ipſo quærente cognoſcatur: ſed ſat eſt ſi cognoſcatur a dirigẽte quæſitum, ſicut inquit S. Tho. ſagitta miſſa in ſcopum à ſagittario quærit ſcopũ, quẽ ipſa nõ cognoſcit: ſed mittẽs illam ita natura quærit finẽ, quem ipſa non cognoſcit: ſed cauſa prima illam mouens ac dirigens in ſuum finem.

Circa vero ſecundum genus agentiũ, bruta ſcilicet, quæ ex cognitione ſenſitiua agunt videndum eſt. An ſolo inſtrumento materiali, vt dicta iam inanimata mouẽtur in finem. An vero agãt propter finem, ſicut homo, pro quo aduertendum omnia iſta agentia ex cognitione ſenſitiua, vt equs, ouis, &c. vt docet S. Tho. & Ariſt. 8. Metaph. c. 1. conuenire in hoc, quoc omnia habent ſenſum tactus quo ſalutaria ſibi, & noſciua agnoſcunt, & ſenſum guſtus quo alimenta percipiũt: ſed inter hæc alia memoria pollent, qualia ſunt, quæ eundem locum repetũt, vt formicæ apes, &c. alia carent memoria, vt quæ mouentur in aquis, vt conquilia (vt dixi cãpite de differentia) aut loco vagantur, vt vermes, quę rurſus memoria vigent prudentia vocat Ariſt. eo quod in ſuis actionibus prudentem hominem videantur immitare: horum tamen alia ſermonem audiunt, & ob id diſciplinabilia ſunt, vt taurus ſimia, canis, alia ſermonem non audiunt, vt formicæ, quæ omnia quamuis mira faciant, non faciunt per conſultationem, deliberationem, aut diſcurſum cum careant ratione: illud enim proprium

prium est agentis ex cognitione intellectiua, cuius rationem assignat Sanct. Tgom. 1. Metaph. lectione. 8. quia agentia ex cognitione intellectiua, idē opus diuersimode operantur: at hirundo eodem modo nidum constituit, & formica eodem modo grana congregat, quæ agentia non agunt propter consultationem, seu discursum, aliàs intellectum haberent, quod est absurdum.

Horum tamen omnium oblitus Valesius hic ca. 8. ad finem asserit agētia ex cognitione sensitiua agere propter finem non per naturam, seu instinctum naturalē, sicut inanimata: sed propter cognitionem finis, vt finis est & mediorum, vt media sunt, ac ad finem accommodata sicut agentia ex cognitione intellectiua. Probat primo, huiusmodi agentia cognoscunt media, vt media sunt, quæ in voluunt cognitionem finis, vt finis est: ergo agentia hæc agunt ex cognitione finis, vt finis est, probatur maior. Nam verbi causa canis alligatus visso pane appetit dissolui: ergo cognoscit solutionem esse medium ad optatum panem, tenet consequentia. Quia aliàs quiescceret, nec cuperet dissolui. Secundo agentia inanimata vt ignis semper agunt eodem modo nisi impediantur: sed hæc agentia sensitiua, quamuis non impediantur non semper agunt eodem modo: hirundo enim cum possit conficere nidum, cibum quærit, & cun cibum quærere possit nicum conficit, quærens lutum, festucas, &c. prout conducibilia sint ad finem: ergo cognoscit, vt media sunt ad finem: ergo & media, & finem. Hæc tamen sententia merito reijcitur ab omnibus expositoribus Aristot. Simpli, Alberto Sanct. Thom. asserentibus ista agentia non agere ex consultatione seu discursu, & consequenter nec ex cognitione finis, vt finis, nec mediorum, vt media sunt. Probatur efficaciter, bruta agunt semper propter finem futurum, vt formicæ grana congregant propter futuram hyemem, hirundo nidum componit propter futuros pullos: sed in brutis non est cognitio, seu imaginatio futurorum: obiter tamen aduertendum, quod quamuis ad finem futurum solo instrumento morali moueantur, bruta tamen ad finem, seu obiectum præsens dicuntur cognitione aliqua rei, quæ est finis existimata & cognita conuenientia sibi per actum existimatiuę virtutis, quod est cognoscere finem materialiter: mouet enim equm ad cibum, & potum præsentem, quamuis enim cognoscat illa esse conuenientia ad tollendam famem, aut sitim. Vnde ad primam rationem Valesij. Respondetur, quod quamuis canis appetat dissolui instinctu naturali, quia prius, quam videret panem non appetebat, quia tūc interius non instigabatur quadam qualitate famæ scilicet, quæ visso pane cōcita est: tamen non cognoscit dissolutionem esse medium ad illum finem. Ad secundum respondetur negando cō sequentiam, quia planta etiam est agens animatum varias operationes, exercens nunc frondes, nunc flores emittens: alio vero tempore abijciens & tamen non dicitur quod agat ex cognitione finis, & mediorum, sed solum naturali instinctu vt inanimata. Hirundo tamen lutum, & festicam acquirit non eo, quod cognoscat esse vtilia ad nidum conficiendum, sed quia instinctu naturali in hæc fertur, cuius signū est, quod recenter natà nemine docta, nidum similiter constituit, sicut quælibet alia. Sed contra dicet quis interdum generantur monstra cum agentia deficiunt à suis finibus, quos intendunt: ergo non omne agens agit propter finem semper. Hoc argumentum petit explicemus. An natura intendat monstra, quæ solēt accidere, pro quo aduerte monstrū ab authoribus varie describi Tulius de natura deorum inquit monstrū dicitur á monstrādo eo quod aliquid mirabile monstret;

monstret. Arist. autem quarto de generatione animalium monstrum, inquit, est oblatio rei, præter naturam contingens in ijs, quæ non semper: sed plerumque eodem modo operantur; in hoc autem libro tex: 28. monstrum dicit est defectus naturæ agentis propter finem, quæ frustratur principio aliquo corrupto circa quas descriptiones bene Sot. aduertit quatuor de causis in generatione cõtingere monstra. Primo fiunt propter penuriam materiæ, aut in toto, vt cũ nascitur pigmeus, aut in parte, vt cum nascitur aliquo membro orbatus aliquando ex superabundantia materiæ, aut in toto, vt cum nascitur gigans, aut in parte vt cum nascitur sex dignis. Tertio ex indebita proportione qualitatum ratione cuius nascuntur homines grossi, vel tenui. Quarto ex malicia continentis, scilicet matricis, & ideò oriuntur homines giboси, claudi vicorporis, his omnibus modis impedita natura particularis, ne possit consequi suum finem producuntur huiusmodi monstra. Secundo aduerte quod monstra non sunt in elementis neq; in mixtis inanimatis: in ijs enim si qui sunt defectus non dicuntur monstra: sed inanimatis, vt docet Albertus, quæ cum perfectiora sint, & plura ad sui generationem requirant facilius eorum causæ impediuntur in aliquo: qualitet autem non sint effectus impedientis, dixi supra. Quo posito ad argumentum respondetur, quod mõstra possunt comparari, vel ad causas vniuersales, vel ad particulares, quæ impediuntur à suo fine, si ad causas particulares impedientes, si comparentur ad causas impeditas, vt hominis monstrum ad hominem generantem & ad semen dicuntur, quodammodo effectus causales, & per accidens, quia raro contingunt: respectu vero causæ impedientis monstrũ dicitur per se intentum, non primo: sed quàm medium ad finem: respectu tamẽ Dei, qui est causa vniuersalis, est per se effectum, quia conuenit ad omnes effectus. Vnde sequitur, quod monstrum est præter intentionem particularis naturę impeditæ propter finem: non vero respectu impedientis causæ, & discurrentis ad omnes effectus, & hæc sententia est S. Thom. & dici potest, vt placet Simplicio, & Alberto, quod monstrum non est casuale, sed à natura particulari intentum, quia natura particularis impedita quæ primo intendebat effectum perfectum, cum videt se impeditam secundario facit effectum, quẽ potest monstruosum, scilicet, & defectuosum, ac per cõsequens natura impedita intendit monstrum.

QVAESTIO, VI. & vltima.

De causarũ inter se cõparatione.

Liceat hac in parte, quæ vltima est huius libri non nihil breuitatis adiungere cum tantum sit quasi illatio, & dictorum complementum de quo tantũ superest vt de singulis causis primis in suo genere tractemus de quo quatuor restant discutiẽda. Primo si in causis per accidens per se accidentaliter, & essentialiter ordinatis detur prima. Secundo si in materialibus, & formalibus detur prima. Tertio si in efficientibus, & finibus detur prima. Quarto si detur vna efficiens, & conseruans prima simpliciter.

ARTICVLVS. I.

Vtrum in causis per accidẽs & imper se accidentaliter, & in essentialiter sub ordinatis detur prima.

BReuiter dico primo in causis per accidens sub ordinatis non datur prima ita Fonse. 2. Metaph. capi. 2. quæst. 1. sect. 3. Probatur, quia causæ, & effectui accidunt infinita ideſt in numero indeterminata. v. c. infinitę tam negationes quam relationes similitudinis, & dissimilitudinis, & de hoc statuario conficiente hanc statuã potest dici hic homo, hic expers philosophię, hic nõ leo, hic similis Platoni, & hic similis Ciceroni, cõficit hanc statuam, & ex altera parte, sci licet ex parte effectus potest dici, hic statuarius conficit hoc non album, hoc simile Cęsari, & c. ergo ex parte causæ, & effectus accidunt infinita, & consequenter non datur prima. Dico secundo in causis per se accidentaliter sub ordinatis datur prima. Probat, quia licet Arist. putarit mundum, quo ad ea etiã, quę gignuntur, & intereunt fuisse abęterno, vt dicetur lib. 8. huius & impugnabitur hoc ipso ordine, quem nunc cernimus, quod si verũ esset, certe hic equs esset effectus per se respectu infinitorũ equorũ quibus esset accidentaliter subordinatus: tamen nos nec fieri quidẽ potuisse ostendemus: ergo in causis per se accidẽtaliter subordinatis datur prima.

Dico tertio in causis essentialiter sub ordinatis datur prima. & est communis sententia omnium Philosophorum, vt refert Fonseca supra sect. 10. 4. sed quia non defuerint, qui dixerint dari in rerũ natura actu infinita entia completa, vt Democritus infinitos mundos, nec desinit etiam nunc qui res infinitas simul existentes absoluta Dei potentia posse dari contendant (vt lib. sequenti. quæst. 2. dicam) nullus tamen ita insaniuit, vt diceret rem eandem ab infinitis causis essencialiter, sub ordinaris pendere, aut pendere posse. Probatur generaliter in omnibus causarũ generibus, quia hæ causæ non causant nisi simul existant, vt vna pendeat ab alia in causando: sed infinitę simul existere nequeunt aut demonstrari, vt per se vnita, ergo. Secundo aliàs nulla res á nobis cognosci posset saltem perfecte, cum perfecta rerũ cognitio, quam dari nunc suppono contra Scepticos, & Academicos ex cognitione omnium causarum essentialiter sub ordinatarum pendeat. Tertio hac ferè ratione probat Caiet. 1. p. q. 2. ar. 3. si causę essent infinitæ, ita vt nulla esset prima, nec vltima: ergo omnes etiam collectiuę sumptæ, hoc est haberent vnam superiorem, aliam inferiorem essentq; collocatæ inter aliqua duo, quælibet enim causa quatenus media est: atq; adeò tota collectio causarum mediarum pendent á superiori causa, vt probat Scot. 1. dist. 2. q. 2. Vnde nulla omnino earum esset causa: ideò enim v. c. in tribus causis essentialiter subordinatis sublata prima reliquæ nihil causant, quia in causando pendent ab illa prima, quæ à se, & non ab alia habent vim causandi. Confirmatur, quia si dentur causæ infinitæ nulla potest dari, quę ex se sola vim habeat causandi, & cuius concursu cæterę iubentur in causando. Dices hac ratione minus probat in causis accidentaliter sub ordinatis. Respon. non ita est, quia in his posteriores á ptioribus non pendent in causando, & ita Ar. aliter de ijs locutus est: sed demonstremus iã id speciatim in singulis generib⁹ causarũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in causis materialibus, & formalibus per se & essentialiter sub ordinatis detur prima.

COnclusio affirmatiua in materialibus probatur alias darentur infinitæ materiæ sub ordinatæ essentialiter, ac proinde existens simul in eodem cõposito aliæ ex alijs in eo cõstituendo pẽdentes illæ; ergo aut sunt primæ, aut secundæ non primæ, quia essentialis sub ordinatio materiarum ea ratione tantũ

dari

dari potest, quod vna constet ex alia vt & subiecto, quo pacto mixtum, quod est viuentis materia constat ex elementis: ergo versus primam materiam non datur infinitæ: sed datur vna materia prima quæ sit vasis, ac fundamentum cæterarum, & vere ita supponitur ab omnibus philosophis: si ergo dantur infinitæ materiæ id contingere debet versus materias secundas remotiores à prima, ita quod in materia prima fundẽtur infinitæ materiæ secundæ: sed nec hoc dici posse probatur, quia materiæ secundæ nihil aliud sunt, quam ipsa composita ex prioribus formis, scilicet substantialibus respectu compositorũ ex posterioribus formis, scilicet accidentalibus, quo pacto se habet ignis, vt sic respectu sui, qua tenus calidus est: ignis enim vt sic est materia secũda caloris, & ipse cõponitur ex materia prima: illæ ergo materiæ secundæ non possunt esse infinitæ nisi formæ sint infinitæ: formas ergo nõ posse esse infinitas Probatur primo in substantialibus, nec enim illæ possunt esse infinitæ formæ Physicæ, quæ sunt realiter distinctę inter se, quo pacto dixi quosdam existimare animam, & formã mixti, & corporeitatis, esse subordinatas essentialiter, ita quod anima pendeat in informando à forma mixti, & hæc à forma corporeitatis, nec illę possunt esse infinitæ formæ Metaphysicę, ideſt infiniti gradus essentiales eiusdem formæ iuxta quos distinguntur prędicata essentialia eiusdem rei; ergo nullo modo possunt esse infinitæ. Antecedẽs probatur, quia vtrouis modo essent formæ infinitę in eadem re profecto, quæ ex illis constaret esset infinitę perfectionis: omnes enim formę substantiales siue physicæ, siue Metaphysicæ sunt perfectiones, quędam, quæ si sint numero infinitæ cum vna sit perfectior altera, & quasi actus illius efficient infimitam perfectionem. Præterea darentur in eadem re infinitæ proprietates: omnes enim substantiales formę, siue Physicæ, siue Metaphysicę habent peculiares proprietates, quę tamen in nullare concernuntur nisi in numero designato. Prętea, quod attinet ad formas Physicas datur prima in quouis composito nempe, quæ immediate inheret materiæ, vt constat. Datur item vltima á qua res vltimo specificatur: ergo non dantur infinitæ, quod attinet ad prędicata essentialia. Probatur prętera primo, quia si essent infinita non posset traddi definitio omnino explicata, aut demõstratio, quę ex hoc genere definitionum conficeretur, nec enim res vlla, quę genus habeat omnino explicite definiri potest, nisi per genus remotissimum, & omnes interiectas differentias, licet breuitatis gratia per genus proximum, & differentiã proximam soleamus definire, tunc sic positis infinitis prædicatis essentialibus nullum inueniri potest genus remotissimum, nullaque differentiarum certa summa colligi potest: ergo. Præterea hoc nomen substantiæ significat immediate vnũ aliquod genus summum, aut plura sub quo aut sub quib' cętera omnia mediate significata contineantur, & aliunde dantur species infimæ substantiarum: ergo inter illud summũ, & infimum, nec differentiæ diuidentes, nec genera intermedia atque adeò, nec formæ substantiales poterunt esse in numero indeterminato eadem ratione vti poterit in cęteris prędicamentis: sed notandum quod ipsa prędicata superiora, & inferiora apellaui formas essentialiter subordinatas, quia licet non differãt specie, quasi sint species ex opposito diuidentes aliquod genus, vel pertinentes ad opposita genera: dicuntur tamen differre specie, quatenus non sunt eadẽ species: sed differunt, vt species superiores ab inferioribus, vel dicat essentialẽ subordinationẽ sat esse, quod essentialiter subordinata nõ sint indiuidua eiusdem speciei infimæ, de formis accidẽtalibus si sint per se, & essentialiter subordinatę eisdem fere rationibus, probari potest.

AR-

ARTICVLVS. III.

Vtrum in efficirntibus & finibus per se, & essencialiter subordinatis detur vna prima causa.

Conclusio affirmatiua in efficientibus probant Scotus.1.d.2.q.2. Durandus ibi.q.1. Ant.Irom.2.Metaph. q. 4. quia si causæ efficientes essentialiter subordinatæ essent numero infinitæ, aliqua earum esset infinitæ perfectæ, quia in his quo causa est superior esse est perfectior, tũc sic, aut illa infinité perfecta: esset prima, aut media, non media, aliás nõ esset infinite perfecta: haberet.n. superiorẽ, quę necessario esset perfectior, esset igitur prima: ergo nõ darentur in finitę, posset dici, quod hæc ratio non cõcludit, quia non semper causa superior est perfectior (vt dixi supra) Sol enim imperfectior est homine, licet in modo causandi sit perfectior, & in hoc sensu vrget ratio, quia de veniẽdũ est ad aliquã, quæ in modo causandi sit infinité perfecta. atque adeó in causando nõ pendeat ab alia, atq; adeò sit prima, qualis est illa quæ producitur omnino independenter á quouis alio á se distincto.

In finibus probat Aris. vbi supra tex. 8. quia fines essentialiter subordinati non singuli expetuntur propter se: sed vnus propter aliũ, atq; adeò omnes propter vltimum: ergo non dato vltimo fine inter eos, qui subordinate expetũtur in quauis actione nullus daretur finis, sicut non data prima causa efficiente á qua reliquę pendeant, & illa non ab alia nulla causa secunda causabitur: fateor quod ex fine vltimo procedi potest in infinitum ad alios, atq; alios fines medios propter illum expetendos, vt patet in cupido pecuniarum, qui nullis vnquam saciatur: sed alias semper atq; alias, quæritat. Confirmo id, quia á principijs ad cõclusiones potest dari progressus in infinitum, vt patet in mathematicis, qui sine vllo termino possunt procedere ad alias, atq; alias conclusiones: tamen vt nulla datur conclusio, quæ de facto pendeat ex infinitis principijs, cũ detur primum principium, sicut nullus datur effectus qui propter infinitos fines expetatur. Secundo probat Aris. aliás tolleretur ratio boni. Sequela probatur á S. Tho. & Alensi, quia eadem est ratio boni, & finis: sed cum ratio boni latius pateat, quam finis, vt dixi.q.24.art.1. probanda est sequella eo pacto, quo nos ibi ostendimus sublato fine, tolli omne bonum. Tertio probatur.1. Ethi.2. quia nemo quicquam agere agredererur nisi expectaret se aliquando ad extremum peruenturum. Confirmo, quia deliberatio semper incipit ab aliquo vltimo fine qui nisi daretur, nec illa daretur, atque adeò, nec electio, nec actio, &c. Quarto quia non posset designari certa mensura pro pẽsionis appetitus, in ea quæ propter finem appetuntur: solus enim finis vltimus propter quem, quis operatur dici potest regula, & quasi mensura eiusdem pro pensionis si quidem medij omnes propter vltimum expetuntur hanc conclusionem confirmabimus amplius articulis sequentibus. Nam in causis efficiente, & finali ea quæ est prima in illis generibus ea est simpliciter prima, quod autem in diuersis generibus causarum non possit dari infinitio potest probari aliquibus rationibus adductis in tota hac. q. patet etiam ex distis.q.2. huius lib. vbi ostendimus tantum esse quatuor genera causarum.

Finis libri secundi.

SVPER TERTIVM LIBRUM Physicæ, auscultationis Aristotelis quæstiones.

AVTHORE P.F. PETRO DE OÑA Burgensi. Sacræ Theologiæ Doctore.

PRAEFATIO.

DE INTENTIONE AVTHORIS, summa & diuisione totius tertij libri, per quæstiones.

DIsputandi de rebus naturalibus, differendum etiam esse de eiusdem communibus proprietatib⁹, scilicet, de motu, infinito, loco, vacuo, & tempore, probat Arist. cap. 1. huius libri: primo autem, cum motus ex primatur in diffinitione naturæ (vt secũdo lib. huius vissum est) planè ignorato motu, consequens est vt & natura ignoretur, quare cum sit instituta de natura disputatio, de motu quoque differendũ est, & etiam de infinito, quia motus cõtinuus est, in continuo autem, primum cernitur infinitum, in secundo autem capite docet Philosophus, quod motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia est, in tertio autem explicat, quod actio & passio sunt idẽ motus, & quod solum in passo reperiuntur. in quarto probat ad Physicum spectare agere de infinito, in quinto vero, demõstrat non esse actu infinitũ, in sexto autem docet non omnino tollendum esse infinitum, sed dari saltem in potentia, quia datur actu continuum, in semper diuisibilia diuisibile, in septimo explicat quid infinitum sit cuius semper est aliquid extra accipere, in octauo vero, argumenta in quarto capite posita aduersus determinata soluit: quę omnia á nobis per duas quæstiones altius repetenda sunt primaq́; quæ est de motu circa. 1. 2. & 3. cap. aliquãtulum latiorerit: secundum quod eius materia valde omnibus necessaria est, quam enim est motus communis, omnium rerum, quę natura constant, tam est cognitio eius, nõ modo vniuersæ Philosophiæ naturali: sed alijs etiam per multis disciplinis necessaria: quot autem & quantas vtilitates, scientia motus, ad omnes Philosophię partes percipiendas adferat huic perspicuum esse poterit. Primo natura in qua explicanda tota Philosophia occupatur, ignorato motu nequit benè cognosci, cum natura definiatur, esse principium motus, & motus sit quidpiã proprium naturę, omni soli & semper competens, vt docet Arist. 1. cap. deinde res subiectæ Philosophiæ naturali eius definitiones, demonstrationes, termini

deni 4

deniq́ue ac limites Physiologię definiuntur motu, & ab Arist. 6. Methaph. scientię contemplantes ita distinguntur, vt Physica res motui omnino coniunctas tractet, Mathemrticæ disciplinæ ratione á motu seiunctas, Methaphisica re & ratione separatas, vt primo huius dicebam postea, pleraq́; ac pręcipua fundamenta Philolophię, motu deprehensa & cognita fuerũt, motu enim reperta sunt quatuor genera causarum, quod indicat vnius cuiusq́ue causę definitio, vt dixi lib. 2. huius motulationis & commutationis inuenta sunt quatuor elementa materiam primam esse ortus & interitus expertem, motus patefecit, mundũ æternum, & generationem rerum æternam Arist. (falso quidem) sed ex motu collegit. Priuatio item motus Physici, demonstrauit Aristotiles humanam mentem immortalem esse dissimilemq́; formis caducis. Quod natura propter finẽ agat, vt supra demonstrabimus: motus rerum naturalium, qui miro ordine eodem modo fiunt, manifesto ostendunt. Præterea omnium rerum perfectio motu declaratur & adquiritur, nã quę perfectionem suam, vel in motu habent vt animata vel per motum acquirũt vt res inanimes, vel motu perfectionem suam alijs cõmunicant, vt cœli & intelligentię: ad hæc sublato motu, gradus species & perfectiones rerũ naturalium discerni non possunt. His accedit quod ex motu natura cæli differens ab his sub lunaribus, numerus ordo & ignitas orbium cœlestiũ, & totius vniuersi ordo & splẽdor dignoscitur. Tandem si tollis motũ nec Methaphisica nec Optica, nec Musyca, nec Astronomia, nec Medicina nec aliæ multæ disciplinæ stare poterunt, cum igitur tã multiplex sit vtilitas quã parit cognitio motus libenter de eo hic agemus tantum tractantes quę ad naturam motus in comuni spectant, nam de motu in speciali dilligenter disputat de eo Arist. in. 4. extremis libris in quibus & nos quæ hoc loco supererant explicanda absoluemus: & in secunda quæstione huius libri circa alia quinq́ue, capita, placidam infiniti disputationem adijciemus.

QVAESTIO, I.

De naturalis entis prima proprietate, quę est motus.

EXsentiam & rationem naturalis entis eiusdemq́ue causas, tã intrinsecas, quã extrinsecas præcedentibus duob⁹ libris forte plene explicuimus: nunc autem in hoc tertio, vt, in prefactione dicebam de proprietate prima naturalis entis venit dicere, quæ est motus de quo toto hoc libro sermonem Arist. instituit. Nam de infinito solu magit, vt deconducente ad explicacionem motus, de quo sex examinabimus. Primo quid sit motus, id est si definitio Arist. de motu sit bona. Secũdo si conueniat omnibus motibus. Tertio in quo prędicamẽto ponatur motus. Quarto si sit idem cum termino ad quem, & si iste sit quies. Quinto si actio, & passio sint idem motus, & si in omni. motu reperiatur actio, & passio. Sexto qualiter se habeat motus ad actionem & passionẽ. Vltimo si actio sit in agẽte.

ARTICVLVS. I.

Quid sit motus, & si definitio Aristot. de motu sit bona.

NON est cur in quæstionem vertamur, cur Arist. hoc. 3. lib. statim egerit de motu. Nam cum prędecedenti libro posuerit definitionem naturę, quã explicuit per motũ. Vnde vt exacte intelligeretur subdit explicationẽ motus, qui quamuis

quamuis accidat naturę: ordo tamen ad illum intrinſecum quid eſt naturæ: omnis autem ordo per ſuũ terminum proprie explicatur.

Definitio Ariſt. motus ſic ſe habet (motus eſt actus entis in potentia ſecũdum quod in potentia eſt) quod non ſit bona, ſua detur primo. De ratione actus eſt quod auferat potentiam, & priuationẽ ſui à ſubiecto in quo recipitur: motus autem relinquit in ſubiecto in quo eſt priuationem ſui, & rationem potentiæ, ſaltem ad terminum eiuſdem motus: ergo motus non eſt actus. Confirmatur ex Ariſt. 2. de anima cap. 1. actus, vel eſt primus, vel ſecundus: conſtat autẽ, quod motus non eſt actus primus cum non ſit, quid permanens, quod requiritur ad rationem actus primi, neque eſt actus ſecundus, quia actus ſecundus ſupponit primum: motus autem eſt via ad actum primum: ergo nullo modo eſt actus. Secundo ſuadetur idem tota, iſta definitio: motus conuenit formæ ſubſtãtiali, quæ eſt actus materiæ, quæ materia eſt ens in potentia, & eſt actus illius ſecundum quod eſt in potentia: ergo non eſt bona definitio. Confirmatur, quia animam, quæ eſt ſubſtantialis forma definit Ariſt. 2. de anima, quod ſit actus corporis Phyſici in potentia vitam habentis, quæ videtur eſſe eadem cum definitione motus. Tertio ſaltem iſta definitio conuenit formis imperfectis, vt calori vt quatuor V. C. qui eſt actus imperfectus, & eſt actus ſubiecti, quod eſt in potentia ad maiorem calorem, & ſecundum quod eſt in potẽtia: ergo. Quarto & vltimo, quia ſi definitio iſta eſſet bona, maxime, vt eam explicat Ariſt. ſcilicet quod eſt actus mobilis, vt mobile eſt, vt ædificatio eſt actus ædificabilis, vt ædificabile eſt: ſed hoc eſt falſum. Nã ædificabile eſſe poteſt ſine ædificatione, & vniuerſaliter mobile ſine motu: ergo mobile non cõſtituitur in eſſe mobilis per motum, neque ædificabile in eſſe talis prædicationem, & conſequenter motus non eſt actus mobilis, vt mobile eſt. Confirmatur, motus eſt quid æquiuocum ad naturalem, violentum, & artificialem: ergo nõ poteſt definiri.

Aduertendum primo, quod de motu variẽ Philoſophi ſentientes, variẽ etiam illũ deſcripſere. Plato Dialogo de ente definit motum dicens eſſe alteritatem, qua ex ente, vel non ente fit aliquid diuerſum ab eo, quod antea erat, quę deſcriptio, vel eſt eadem cum illa, quã Pithagorici traddebãt, & ideò vtraque ſimul reijcitur eadem ratione Ariſt ſcilicet quia alteritas, inæqualitas, & non ens reperiuntur in aliquo quando actu non mouetur, vt ego ſunt aliter, & in æqualis ei; qui eram in adoleſcentia, etiam quando non moueor. Secũdo quia definitum, ſcilicet fieri intrat definitionem. Tertio quia vt bene Valleſius, definitio hæc obſcurior eſt ſuo definito. Vnde ipſe aliter definit motũ dicens, quod eſt paſſio qua id, quod eſt potentia aliquid actu fit illud: ſed neque hęc deſcriptiõ placet ipſi Valleſio quia, inquit, idem eſt cum motu, quaſi ſit inconueniens definitionem conuerti, & eſſe idem cum dæfinito, imo vero neceſſarium eſt, quod conuertatur, ſicut animal rationale cum homine, eſt autem mala, quia paſſio ponitur, vt genus ad motum: cum tamen paſſionis ratio, atque motus vna non includatur in alia, nec ratio paſſionis ſubiectum eſt ad rationem motus: ſed é contra (vt art. 6. dicetur) ſecundo definitio hæc etiam eſt nulla, quia etiã in illa ponitur definitũ, ſcilicet fieri, idẽ enim eſt mot⁹, ac fieri.

Definitio ergo Ariſt. optima eſt (ſcilicet motus eſt actus entis in potentia ſecundũ quod in potentia) quam vt intelligas aduerte, quod actus eſt duplex: quidam perfectus, qui in ſuo genere omnino ſubiectũ actuat, ita quod nihil potentię relinquat in illo. v. c. calor, vel forma ſubſtantialis alius eſt actus imperfectus, qui ſcilicet eſt via ad actũ perfectũ & non tollit omnino priuationem, vel poten-

potentiam subiecti, & sic motus est actus similiter potētia duplex est, quædā actiua sm̄ quam agens est motibum, vt v.c. calefactiuū (vt incebā c. de relatione q. 2.) alia est pōa passiua ad excipiēdū vel patiendū (vt dixi c. de qualitate arti. 3.) & hæc rursus duplex est, quædā coniuncta cū priuatione, sicut est pōa materiæ ad formā, qua caret: alia est sine priuatione, vt potentia materiæ respectu formæ quam habet (vt dixi 1. lib. 1. parte quæstionis. 3.) quæ nihil aliud est, quam inclinatio materiæ ad suscipiendam formam, & de hac potentia passiua intelligitur, quod motus sit actus entis in potentia, non de actiua, quia quamuis motus etiam sit actui agentis, tamquam ab eo dimanans, & ita posset dici actus āgentis, quod erat prius in potentia ad agendum; intelligendum tamen est de potentia passiua, vt docuit Arist. cap. 2. dicens (motus ist actus mobilis: mobile autem potentiam passiuam importat) tum etiam quia non dimanat ab agente motus, in quantum est in potentia: sed in quantum est in actu: est ergo motus actus entis in potentia passiua priuationi ad mixta. Nam quamnis mobile actuetur per motum: non tamen omnino: sed cum priuatione ad subsequentem partem motus vt in successiuis, vel ad terminum motus, vt instantaneis. Dixit autem Arist. actus entis, & non actus corporis, quia non dum erat manifestum, quod motus subiectetur solum in corpore vsque ad sextum librum: bene tamen quod subiectetur in ente: ens autem non sumitur nominaliter: sed participaliter; ideſt non sumitur, prout dicit solam essentiam: sed etiam existentiam (vt explicuit in ante prędicamentis quæstione vltima) ita vt sit idem, ac existens, & ita motus est actus entis in potentia, ideſt existentis in actu: in potentia tamen ad formam, quia subiectum motus non est ens nisi prius existat. Ex quibus omnibus satis clara manet vltima particula, videlicet secundū quod in potē a, ho: est motus actuat subiectum, non omnino tollendo ab illo priuationem, & potentiam: sed relinquendo illud cū illa in ordine ad talē formā in quodistin guitur motus ab alijs formis, & actib⁹.

His ergo sic prelibatis. Probatur q̄ sit exacta definitio posita, primo, quod motus sit actus sic, illud quod reducit in actum, quod erat antea in potētia est actus illius: huiusmodi autē est motus. Nam subiectum, quod erat in potentia ad aliquam formā simul, etiā est in potentia ad productionē, & fieri illius forme: ergo posito fieri, tollitur potentia: illud: ergo ipsum fieri est aliquo modo actus. Secundo probatur, quod sit actus entis in potentia, motus est actus illius subiecti in quo inuenitur semper, semper autem inuenitur in subiecto, quod est in potentia. Nam cum primum definit potentia cum priuatione ad aliquam formam, definit etiam motus ad illam: ergo sicut definit moueri subiectum ad calorem cum habet illum, vt octo, quia cum calore, vt octo nulla est potentia cum priuatione illius: ergo motus est actus entis in potentia. Tertio probatur, quod sit actus entis in potentia secundum quod in potentia, quia contingit subiectum secundum diuersam rationem simul esse in actu, & in potentia, sicut æs est in actu secundum propriam formam: est tamen in potentia ad formam statuæ: motus ergo non est actus æris secundū quod est in actu per propriam formā: ergo sm̄ quod est in potētia aliquo modo ad formā statuæ.

Aduertendum tamen vltimo, quod Ferrar. hic quæstione prima existimat, quod præter hanc definitionem explicatam Aristot. adduxerit aliam, scilicet actus mobilis, vt mobile est. Et rursus, actus potentiæ passiuæ, & actiuę in quantum talis, quia motus, vt diximus, est actus vtriusq̄; potentiæ secundum diuersas rationes, scilicet prout ab actiuo dimanās, & in passo receptus, vt dixim⁹,

ſed profecto nulla talis definitio eſt poſita: ſed explicatio, quædam prioris, ſcilicet, quod motus eſt actus mouentis, & mobilis modo explicato, ſicut & potentiæ actiuę, & paſſiuę, nec (vt dixi. 1. Peri he. myſteria ſũt inquirēda, vbi nō ſunt.

Ad argumenta in principio. Ad primum dico, quod de ratione actus perfecti eſt, quod tollat omnino priuationem a ſubiecto: non tamen de ratione actus imperfecti qualis eſt motus (vt dictum eſt) ſed partim actuat, & partim relinquit in potentia. Sed dices cum Percy. cum vtrumque ſit de ratione motus, cur potius definitur per actum, quam per potentiam. Reſpondeo, quod per vtrumq; definitur, per actũ tanquã per genus, per entis in potẽtia tanquã per differentiã. Ad confirmationẽ dico, quod motus reſpectu mouẽtis eſt actus ſecundus quia eſt eius operatio: vniuerſaliter vero operatio rei eſt actꝰ ſecũdus illius: reſpectu vero mobilis, neque eſt actus primus, nec ſecundus. Nam diuiſio Ariſto. ſolum eſt actus perfecti: motus autem actus eſt imperfectus, & via ad perfectum. Ad ſecundum quamuis forma ſit actus materiæ, quæ eſt in potentia: non tamen prout materia eſt in potentia cum priuatione: hoc enim per accidens eſt ad rationem formæ ſubſtantialis, quæ actuat omnino materiam reſpectu ſui. Dices, ſaltem conuenit hæc definitio illis formis, quæ natura ſua ordinantur ad alias, qualis eſt forma ſeminis, quæ actuat materiam, prout in potentia ad formam animalis. Secundo quia omnes formæ imperfectę, quæ augentur per appoſitionem nouæ partis, ſicut forma plantę etiam eſt actus materiæ, prout eſt in potentia ad nouam partem formæ: ergo. Reſpõdetur, quod quamuis forma ſeminis actu & materiam, prout ordinatur ad aliam formam: non tamen eſt actus materię niſi in quantum eſt in actu per ipſam: ſic enim tollit priuationem ſui, & ita actuat materiam ſecundum quod eſt in potentia remota ad aliam formam: non tamen prout eſt in potentia proxima. Ad ſecundum dico, quod forma rei quantæ non actuat materiam, prout in potentia ad nouam partem formæ, quæ aduenit per nutritionem, quia tunc aduenit noua materia, & prior non eſt in potentia ad illam, tum etiam, quia non eſt in potentia proxima quouſque aduenial actio diſpoſitiua quę eſt vere motus. Et per hoc patet ad confirmationem ſecundi principalis, quia anima non actuat ſubiectum relinquendo illud in potentia, cum priuatione ad aliquid eiuſdem generis, licet bené ad operationes vitales, quæ ſunt alterius generis, & ſic intellige illud definitionis animæ in potentia vitam habentis, id eſt in potentia ad operationes vitales de quo ſuo loco. Ad tertium quidam, vt excludant formam imperfectam, quam diu eſt in eſſe quieto, á ratione motus addunt, quod particula actus debet intelligi actu continuo: melius tamen dicendum formas illas excludi per vltimam particulam ſecundum quod in potentia, quia quamuis calor, vt quatuor relinquat in ſubiecto potentiam cum priuatione ad vlteriorem perfectionem caloris: tamen calor ipſe non actuat ſubiectum ſecundum quod eſt in potentia ad nouum gradum: ſed ſecundum, quod eſt in actu per ipſum: motus vero calefactionis actuat ſubiectum ſecundum quod eſt in potentia ad nouum gradum caloris, & nouam partem motus. Sed dices ſaltem conuenit potentijs operatiuis, verbi cauſa intellectui, quæ actuat ſubiectum ſecundum quod eſt in potentia ad operandũ. Reſp. quod adhuc nō ſunt motꝰ: tũ quia nō ſemper huiuſmodi accidẽtia nō ſemper relinquunt ſubiectũ cũ priuatione vlterioris actus: ſed hoc fit per accidens. v. c. potentia intellectiua diſponit ſubiectũ ad intelligendũ: per accidẽs tamẽ eſt, quod ſit cũ priuatione intellectionis: at vero motus ſic eſt actus entis

in

in potentia, vt per se habeat esse in subiecto, quod habet priuationem taliter, vt si ab eo, tollatur priuatio tollatur, & motus præterquã, quod istæ potentiæ, ita sunt actu subiecti, vt relinquant illud in potentia ad perfectionem alterius generis: operatio enim actio est, potentia vero qualitas: motus autem est actus entis in potentia cum priuatione ad perfectionem eiusdem generis, quod etiam in generatione contingit, de quo statim. Ad quartum dico, quod motus est actus mobilis, sicut ædificatio actus ædificabilis dupliciter intelligitur. Primo quod constituat mobile intrinsice in esse mobilis, vel ædificatio in esse ædificabilis, & sic bene probat argumentum, quod non alio modo actuat illam potentiam ad quam dicit ordinem mobile, siue ædificabile, quamuis imperfecte; & ita bene potest reperiri mobile sine motu: non tamen actuari sine motu. Dicens ergo illa particula secundum quod in potentia, debet intelligi reduplicatiue, & non solum specificatiue. Respondeo concedendo id libenter: sed duobus modis potest esse in potentia ad terminũ; vno modo quando nihil habet actus in ordine ad illum, & sic dicimus, quod non constituitur per motum: alio modo quando iam habet aliquem actum, & sic verũ est, quod constituitur per motum in potentia ad terminum. Vnde patet, quod non est necesse, quod definiatur hic motus per terminum ad quem, quia tã explicatur ordo ad illum per particulam, secundum quod in potentia, & hoc sufficit. Ad confirmationem respondetur articulo sequenti.

ARTICVLVS. II.

Vtrũ definitio explicata motus conueniat generaliter omni motui.

CONfirmatio vltima superioris articuli petit explicemus, qua ratione motus essentia sygillatim in omni motu reperiatur. Pro quo aduertẽdũ, quod differunt mutatio, & motus proprie dictus. Nam motus reperitur inter tres species, scilicet motus localis, alteratio, & augmentatio (de quibus lib. 5. speciatim dicetur) mutatio autẽ est inter terminos contradictorios. v. c. generatio est mutatio de non esse ad esse, quæ quandoq; fit successiue, vt in non viuentibus, & etiã in nutritione, quandoq; vero in instanti vt in generatione hominis, & quamuis de omnibus possit esse difficultas: potissima tamen est de generatione instantanea, de quo Perey. lib. 13. cap. 5. Iabellus & Soto dicunt motus definitionẽ huic mutationi non conuenire. Primo quia illa est instanti: ergo simul cum suo termino ad quem, & consequenter non est actus entis in potentia, quia non reliquit subiectum, partim in actu, partim in potentia. Secundo quia motus hic definitus est, actus entis, quod est in actu, & in potentia ad formam: generatio autem omnis est actus materiæ primæ, quæ nullo modo est ens in actu: ergo non est motus hic definitus.

Dico primo hęc definitio motus explicata comprehendit etiam mutationem substantialẽ, tam instantaneam, quã successiuam ita Ferrar. hic, & Iuniores. Probatur primo, quia Arist. explicans datã definitionẽ possuit exemplũ in generatione, & sępe sæpius dixit illam esse motum, nec obstat, quod contrarij dicunt, scilicet, quod sit motus non ratione suiset ratione alterationis præcedẽtis, quę ad generationẽ disponit non inquã obstat, quia Arist. iam numerauerat alterationem proprio nomine inter species motꝰ, qui hic definitur, & postea generationẽ etiã numerauit: sentit ergo, quod ratione suit sit motus. Et ratione probatur, generatio quãuis sit in instanti, & simul cũ forma ad quã terminatur: distin-

guitur tamẽ ab illa, & via, & terminus: ergo generatio, vt sic, est actus materiæ tamquam via ad formam, & per consequens est actus materiæ secundũ quod in potẽtia est ad formã, & siceret motus, prout hic definitur. Confirmatur, quia sicut lignum antequã calefiat, & est in potentia ad calefactionem, & ad calorẽ per illam productum, sic etiam materia antequam adueniat forma substantialis est in potentia ad duo, scilicet ad ipsam formam, & ad fieri illius: ergo sicut calefactio est distinctus actus a forma, quę producitur per ipsum: sed generatio prout distincta a forma non est actus perfectus: ergo imperfectus, atque adeò est actus entis in potentia secundum quod est in fieri, & in potentia ad terminum.

Dico secundo definitio explicata motus conuenit etiam motui locali circulari. Patet ex Arist 8. Physi. tex. 4. vbi probans omnem motum fuisse abæterno, accepit tamquam fundamentũ hanc definitionem motus. Constat autem, quod ibi præcipue erat sermo de motu cœlorum, qui est localis circularis: ergo. Secũdo hic definitur motus omnis, qui põt alicui esse naturalis, & qui fit á natura: sed etiam motus cœli est illi naturalis (vt probatum est 1. lib. quæst. 2 in 2. parte quæstionis) & forma cœli est natura; ergo motus eius est naturalis, & illi conuenit definitio data. Sed contra dices per motum circularem nihil acquirit mobile, quia semper manet in eodẽ loco, igitur non est in potentia ad aliquid, & consequenter non est actus entis in potentia, secundum quod in potẽtia. Respondetur, quod quamuis totum cœlum dum mobetur maneat in eodẽ loco: eius tamen partes illum mutant, & semper nouum acquirunt successiue, quod sufficit, vt dicatur esse in potentia ad aliquid acquirendum, scilicet nouum locum, vel vbi suis partibus. Sed dices solum ex hoc probatur, quod partes sint in potentia, & non totum, atque ita erit iste motus solum partium, non vero totius; propter hoc argumentum Percy, dicit solum secundum quid datam definitionem, conuenire solum secundum quid motui circulari: sed in merito quidem. Dicendum ergo, quod sicut motus circularis simpliciter est motus, ita etiã simpliciter ei conuenit hęc definitio. Nã quamuis partes solum mutent locum: tamen totum cœlum mouetur (vt libr. sequenti dicam) & ita totum est in potẽtia ad hoc, vt eius partes sibi succedant in loco, & ita motus est actus entis in potentia secũdum quod tale, sicut quãuis crespitudo solum sit in pillis: corpus tamen dicitur crispum, & mutatio qua aliquis fit crispus simpliciter motus, quia est actus entis in potentia secundũ quod huiusmodi, licet totum dicatur esse in potentia ratione partium.

Dico tertio & vltimo definitio data motus conuenit motui artificiali e. iã, & violento, & quidem de artificiali nõ est duuium, quia Arist. posuit exemplũ in ædificatione, quæ est actus ædificabilis, vt ædificabile est. Secundo quia motus artificialis, est actus entis in potentia obedientiali ad formam artificialem (vt latius dixi. 1. lib.) ergo: sed etiam de motu violento nulli debet esse dubium, quin illi conueniat definitio motus. Nam calefactio. V. C. aquæ est illi violenta: & tamen est actus aquæ, prout est in potẽtia calida: ergo calefactio est actus entis in potentia. &c. Sed contra hic definitur motus cuius principium est natura: sed motus artificialis, & violentus nõ est natura: ergo hic non definitur. Secundo particulariter de motu violento entia naturalia non habent potentiam ad suum motum violentum: aqua enim non est in potentia ad motum sursum aliàs esset in potentia ad alios motus contrarios: ergo non conuenit illi hęc definitio. Hæc sunt argumenta Percy. vbi supra dubio. 8. tenentis partem contrariam conclusionis: sed profecto non possum intelligere: istum authorem leuibus enim rationibus semper

per mouetur. Vnde ad primũ dico, quod quamuis Aristo. occasionem sumpserit ad agendum de motu, propterea quod positus est in definitione naturę: vniuersaliter tamen definiuit omnem motum, tam naturalem, quam violentum: imo huiusmodi motus possunt esse eiusdem speciei, sicut eisdem speciei est calefactio aquæ, & calefactio aeris vsque ad gradum sibi debitum, quamuis calor aquæ sit illi violentus: aeri vero naturalis. Ad secundum dico, quod idem subiectum habet potentiam ad contraria præter quam, quod respectu motus naturalis est potentia in subiecto cum inclinatione: respectu vero motus violenti tantum est potentia, & capacitas, sicut est in vasse respectu liquoris, quamuis non sit inclinatio in illo.

Ad argumenta in principio ad confirmationem illam præcedenti articulo factam patet, qualiter definitio hæc omni motui conueniat. Ad primum huius articuli dico, quod quamuis generatio sit simul cum forma producta in instanti, tamen prior est natura, quam forma, & vt sic est actus materiæ, prout est in potentia ad illam formam. Vnde particula secundum quod in potentia non solum importat, quod terminus sit partim in actu, & partim in potentia: sed etiam quod ipse motus sit actus relinquens subiectum in potentia ad terminum, & primo modo reperitur in successiuis, quod motus sit actus subiecti: secundo vero modo in instantaneis. Ad secundum dico non esse necessarium ad hoc, vt sit motus, quod eius subiectum sit ens in actu completum: sed sufficit, quod præsuponatur prius tempore, vel natura existere, & quamuis materia sit ens completum quia prius tẽpore existebat cum alia forma, quam aduenire generatio ideo hoc sufficit, vt conueniat illi hęc definitio.

ARTICVLVS. III.

Vtrum motus in aliquo prædicamentorum constituatur, & quomodo.

IN qua quæstione varię sunt sententię prima est Platonis referente Simplicio coment. 14. asserentis motum esse vnũ genus vnumquodq; prædicamentũ constituere per se sed illam merito explodit Simplicius, quia predicamenta solum constituuntur ex actionibus perfectis, & cõpletis sed motus nõ est ens perfectũ, & completũ cum sit actus imperfectus (vt dictũ est) ergo non põt aliquod prædicamentũ constituere per se, patet consequentia. Nã aliás quæcumq; entia incõpleta, & imperfecta cõmunem, & vniuocam rationẽ haberent prædicamentũ per se possent constituere, vt formæ omnes subijcibiles in vnica ratione subijcibilis formę, & omnia indiuisibilia, vt punctum, & instans, quæ conueniunt in vnica ratione indiuisibilium, quodquidem absurdum est.

Secunda sententia est Gilberti Porretani lib. de sex prędicamentis, & capite de actione asserentis motum pertinere ad prædicamentum actionis: sed hęc sententia merito omnibus displicet, quia est contra Arist. tex. 17. dicentem motũ esse actum mobilem, vt mobile est: sed actio non est actus mobilis, vt mobile est: sed mouentis, vt mouẽs est: ergo motus diuersam rationem habet ab actione, & consequenter non pertinet ad prædicamentum actionis.

Tertia sententia est Vall. capit. 3. huius libri, quam desumpsit, ex Burleo, & Paulo Benero asserentium motum esse per se in prædicamento passionis: sed neque hæc sententia placet, quia Arist. tex. 18. docet mõtum esse vnũ actũ, & mouẽtis, & mobilis: sed act⁹ mouẽtis, aut mobilis est actio: mobilis vero patet

passio: ergo motus non potius pertinet ad actionem, quam ad passionem.

Quarta sententia est aliorum asserẽtium motum esse quid superius essentialiter ad actionem, & passionẽ, atq; ideò tam actioni quam passioni per se, & formaliter conueniat: sed hi sunt diuersi: quidã enim inter quos est Scotus. q. 2. concl. 3. & 4. cap. prædicamentorũ existimant motũ esse quid superius essentialiter vniuoce ad actionẽ, & passionẽ quæ tñ sententia non recte impugnatur á quibusdã ex eo, q; aliqnãdo actio est sine motu, vt patet in creatione, & per cõsequẽs species aliqua posset esse sine genere, quod impossibile est sicut impossibile est hominẽ esse sine animali. Huic enim posset Resp. Scotus, quod creatio secundum rei veritatẽ non est actio, nec passio: sed solũ relatio, vt probat S. Tho. 1. p. q. 44. quia actio est mediũ inter agẽs & patiens scilicet inter agens, & terminum productũ per actionẽ: at vero creatio non est medium quia nullum subiectum præsuponitur in quo fit atq; ideò nil probatur, argumentum vero, aut impugnatio huius sententiæ est, quia ex illa sequitur, quod actio, & passio non cõstituerẽt diuersa prædicamenta, sed vnũtãtum cuius supremum genus esset motus: atque ideò tantum essent nouem prædicamenta, quod est contra Aristot. sed quare vera actio aliquando est sine motu, vt conseruatio efficaciter prima ratione cõuincitur falsitas huius sententiæ, quia iam species essent sine genere, quod est impossibile.

Alij vero existimant motũ esse quid superius analogice essentialiter ad actionem, & passionem, cum videantur rebus diuersorum prædicamentorũ nil commune vniuoce esse, sicut aliud est numero ens, quod est substantia ab eo, quod est in quantitate: sed actio, & passio sunt quidditate, & ratione formali diuersa cum differant prædicamenti figura: ergo motus multiplicatur in ipsis: atqua adeò alius est motus, qui est actio ab eo, qui est passio, sed actio, & passio sunt in mobili (vt vidimus) ergo iam mobile duobus motibus moueretur ad vnũ terminum quod tamen in cõueniens esse probat Arist. tex. 19. & augetur difficultas contra vtramq; rationem nulli actioni, & passioni essentialiter est quãtitas: sed accidentalis: sed alicui motui nempe successiuo & essentialiter, & interna quantitas: ergo motus non est, quid superius ad actionem, & passionẽ maior patet, quia res vnius prædicamẽti non potest esse essentialis rebus diuersorum prædicamentorum.

Quinta sententia est Auerr. comento. 4. asserentis, quod motus potest dupliciter considerari vno modo, quatenus ipse est terminus in esse, & in fieri imperfecto, & vt sic est in prædicamento cũ suo termino, quia terminus in fieri, & in esse imperfecto est eiusdem rationis cum eodẽ termino perfecto. v. c. calefactio nihil aliud est, quã calor in fieri, seu fluens calor: alio vero modo cõsiderari potest, prout ab agente procedit, vel recipitur in passo, & vt sic est de genere actionis, vel passionis pertineat, & secundũ apparentiã, vel formã sensitiuã. qua ratione dicit locutũ fuisse Arist. cũ dicit motum esse actionẽ, & passionem verũ tamen in hac. q. merito duo reprehẽdit Tolet. alterũ est, quod dicat Arist. dixisse secũdum apparentiã, quod motus sit actio, vel passio cum solũ motum dixit esse actũ actiui, & passibili, & verè, & non solum apparenter debet intelligi; alterũ verò est, quod dicat motum solũ esse reducti ue in prædicamento fui termini, quia quãuis hoc verũ sit: non tamen euacuat difficultatem quæstionis, quia licet modus secundũ essentiã sit ipsa forma fluẽs quæ acquiritur: tamẽ formaliter est fluxus, via, & acquisitio formæ, quę forma liter ab ipsa forma distinguntur, cũ alia sit ratio formæ: alia fluxus: cũ ergo fluxus ille formaliter sumptus sit motus: restat modo assignare in quo prædicamẽto collocet, prout à forma distinguitur.

Quare

Quare pro vera sententia, quæ est S. Thom. hoc loco, quædam prænotanda sunt. Primo notandum est, quod ad quẽcumq; motum omnia ista concurrunt mouens mobile, & terminus de noua acquisitione per motum. Et præterea ipse motus, qui medium quoddam est inter mouens, & terminum: ratio autem formalis motus non consistit in termino, aut immouente, vel mobili, (vt supra diximus) sed influxu illo, & via, quæ est media inter vtrumq;, siue via ista sit successiua, siue instantanea.

Secundo notandum est, quod in motu successiuo, qui proprie motus dicitur, vt distinguitur à generatione, & mutatione reperitur qua druplex extensio, siue diuisibilitas, quædam subectura, quam habet mot⁹ ex subiecto in quo est, quia motus est accidens quoddam extensum & diuisibile ad extensionem subiecti, & hac ratione etiam generatio instantanea, vt illuminatio dicetur extensa ad extensionem subiecti, quamuis in materia prima in qua generatur generatio non sit extensa, pro vt est prior natura forma subiecibili sat est, quod in eodem instanti temporis quo suscipit formam sit extensa per quantitatem simul congenitã ad hoc, vt dicatur generatio extensa, & diuisibilis: secunda extensio, aut diuisibilitas sumitur ab spatio, quod mobile percurrit, ita quod prima pars motus correspondeat primæ parti spacij, & secunda secundæ, quod fit in motu locali. Nam in alteratione sumitur hæc diuisibilitas penes ordinem ad gradus formæ, quæ intenditur etiam in augmuntatione penes ordinem ad partes quantitatis, quæ acquiritur per talem motum. Tertia diuisibilitas est secundum tẽpus, qua ratione dicimus motum esse vnius horæ, vel dimidiæ. Quarta est propria eius, scilicet secundum successionem qua mobile diuersimode se habet dum acquiritur terminus, & huic successioni diuisibili correspondent mutata esse tanquam propria indiuisibilia, & primo hæc est diuersa à diuersitate temporis, quoniam illa instantibus continuatur, & terminatur, & non est via, neque acquisitio termini.

Ex ijs autem extensionibus reliquæ præter hanc vltimam sunt accidentales motui, de prima patet. Quia extensio subiecti accidentalis est formæ, quæ in illo recipitur, sicut albedini accidentale est esse extensam ad extensionem subiecti. De secunda probatur, quia illa nil aliud est, quam terminus ipse fluens: cõstat autem, quod quamuis secundum rẽ fluxit idem cum re, quæ fluit. Vnde tãtum ab illa differt non terminus, pro vt ratione distinctus ab ipso fluxu potest esse absque ipso motu, sicut in facto esse, vt calor sine calefactione: ergo ratio motus non consistit in indiuisibili termini: ergo. Quod autem neq; tertia diuisibilitas essentialis sit motus patet etiã quia diuisibilitas, & extensio temporis instantibus copulatur, & terminatur: extẽsio vero motus mutatis esse huius diu accidit durare, vel non durare, quæ est propria temporis extensio.

His suppositis certum est, quod prima & tertia diuisibilitas motus pertineant ad prædicamentum quantitatis: sed differunt quod prima illa, quæ est diuisibilitas subiecti est quantitas permanens, quia est ipsamet quantitas mobilis diuisibilis secundum tres dimensiones: at vero tertia diuisibilitas est peculiaris species quantitatis, scilicet tẽpus: sola ergo difficultas est de secunda & quarta diuisibilitate ad quod prædicamentũ pertineant, quæ tamen sunt idẽ realiter ratione tamen diuersa.

Quibus suppositis sit conclusio, motus secundum diuisibilitatem, quam habet ex termino, vel potius secũdũ, quod est ipse terminus in fieri ponitur reductiue in prædicamento sui termini, & in hoc recte Auerroes, quæ conclusio sufficienter comprobatur ab illo primo, sic calor in fieri, & calor in facto esse solũ differunt, tanquam magis, & minus per

fectum in eadem specie: ergo verumque pertinet ad idẽ genus. Secundo quæ non sunt entia completa: sed entium completorum principia reductiue ponuntur in prædicamẽto entium completorum: motus non est completum: sed aliquorum entium completorum principium, & acquisitio: ergo reductiue est in illorũ prædicamẽto, quod significauit Arist. dicẽs motũ non esse præter res ad quas est motus, ideſt reductiue pertinere ad prædicamentũ terminorum ad quos.

Sed hanc conclusionem non recipit Valle. Contrauersia 13. & arguit sic, quod motus non possit reductiue collocari in prædicamento sui termini. Primo nulla res ponitur in duobus prædicamentis: sed motus est in genere actionis, & passionis, quia mouere est agere, & moueri est pati: ergo nõ potest esse in prędicamẽto termini, & consequenter, quia si ob aliquã rationem verum esse posset, quod motus ponitur reductiue in prædicamẽto sui termini, maxime quia est idem realiter cum illo: sed ratio hęc nulla est. Nam eadem ratione sequeretur figuram esse in prædicamento quantitatis, nam est idem realiter cum illa, & relationem in prædicamento fundamenti cum quo realiter identificatur quorum vtrumque falsum tum etiam, quia aliquis motus, qui non est idem realiter cum suo termino: sed cum mobili, sicut motus localis. Et secundo quia si motus esset in prædicamento sui termini, hoc esset, quoniam est via ad illud: sed multa sunt quæ ordinantur ad aliud, & non sunt in eodem prædicamento cum illo ad quod ordinantur, sicut habitus ordinatur ad actum est diuersi generis ab illo, & potentia ad obiectum, & etiam pertinent ad diuersa prædicamenta ergo nulla ratione verum esse potest quod motus sit reductiue in prædicamento sui termini. Sed respondetur ad primum nullum esse inconueniens eandem rem esse in diuersis prædicamentis sub diuersis rationibus, sicut actio, & passio sunt vna, & eadem res: tamen constituũt diuersa prædicamenta, & sicut albedo & similitudo sunt vna res, & tamen constituunt diuersa prædicamenta, sic non est inconueniens, quod motus secundũ quod diuiditur ad diuisionem termini ponatur reductiue in prædicamento sui termini, & secundum aliam propriam & intrinsecam diuisibilitatem ponatur in alio prædicamento.

Ad secundũ Resp. primo motũ collocari reductiue in prædicamẽto sui termini, nõ quod sit idem realiter cũ illo, quia vt recte probatur multa sunt idem realiter, quæ diuersa prædicamẽta cõstituũt. sed quia est via ad ens completum. Vnde reductiue ponitur in prædicamento entis completi, cuius est acquisitio, & via, vel quia ipse terminus in fieri est fluxus, & fluxus ille habet partes, & diuisibilitatem ex termino: hinc est, quod motus, vt sic consideratus, ideſt secundum diuisibilitatem termini reductiue ponatur in prædicamento termini.

Ad tertium Resp. quod quamuis plura sint quæ ordinantur ad aliud, sicut relatiua habitus, & potentiæ non tanquã via, & acquisitio: hoc enim proprium est motus, quod ordinetur ad terminum non quomodocumque: sed ita quod diuidatur ad diuisionem illius.

Secunda conclusio motus consideratus secundum propriam rationem eius, & diuisiuilitatẽ pertinet ad genus quantitatis, nõ sicut species aut genus illius. Prima pars huius cõclusionis probatur ex Arist. 9. Metaph. vbi motũ connumerat inter species quantitatis, neq; obstat si dicas, quod illud connumerauit inter quanta per accidens. Nam etiam eodẽ modo dicitur tempus quantum per accidens: & tamen secundum propriam rationem pertinet ad genus quãtitatis, vbi eo loco explicans, quo pacto motus, & tempus essent quanta per accidens, dicit quod non sicut album, & musicum, quæ sunt quanta, quia eorum subiecta sunt quanta: sed quia ista inquit sunt cõtinua,

tinua, & diuisibilitatem habent, licet per aliud: sentit ergo Aristoteles esse quanta per se. Vnde in hoc libro dicit esse de genere continuorum: habet ergo extensionem pertinentem ad prædicamentum quantitatis. Et probatur ratione efficaci, quia motus habet propria continuatiua, & terminatiua: ergo propriã habet extẽsionẽ distinctã ab alio antecedẽs probatur. Quia mutata esse sunt indiuisibilia continuatiua, & terminatiua distincta ab omnibus aljs: extẽsio autem indiuisibilibus terminata, & continuata ad genus quantitatis pertinet: ergo motus, vt sic ad genus quãtitatis pertinet; quod autem non sit species, aut genus satis diffusè probatũ est. cap. de quãtitate, quia nõ est natura completa: sed incompleta, via scilicet, & tendentia ad aliud: oportet autem natura esse completam, quæ speciei, aut generis suscipiat, quare forma substantialis non est species in prædicamento substantiæ, licet sit. Sed quæret aliquis: quid ergo dicendum est de generatione instantanea, nam cum hæc non habeat propriam extensionem non apparet ad quod prædicamentũ sit reducenda, pro vt ratione differt à termino per illã productio. Resp. quod sicut instans, & punctum si darentur separata ponerentur in prædicamento quantitatis in specie lineæ, & temporis; sic etiam huiusmodi generatio reducitur ad speciem motus successiui alterationis, præsertim cum generatio sit terminus alterationis, sicut illuminatio est in specie motus localis, quia est terminus motus localis. Sed dicet aliquis Arist. capi. de quantitate, dicit motum esse quantum per accidens, vbi quanta per accidens dicuntur accidentaliter quanta, vt album: ergo motus est per se quantus. Respondetur, quod ibi solum est locutus de extensione, & diuisibilitate, quam habet motus à tempore. Vnde sic dicit, actio enim dicitur lõga, quia tẽpus est longum: non autem de illa, quam habet propria ratione: quoniam hæc est illi essentialis, & ab illa habere esse quantum per se. Hæc tria motus, actio, & passio, quamuis realiter sint idem: ratione tamen, & quidditate sunt diuersa, quæ patent ex dictis, quia quæ per se sunt in diuersis saltem ratione formali, & quidditate sunt diuersa: ratio autem motus posita est in hoc, quod sit trãsitus mobilis determino ad terminum, quod sit via, acquisitio, & tendentia, ad terminum: ratio vero actionis in hoc, quod sit actus in patienti, pro vt ab agẽti passionis verò, quod sit actus agentis, pro vt in patienti, & consequenter, quia si motus, actio, & passio sunt idem re, & ratione, tunc sic omnis motus est actio: omnis motus est passio: ergo passio, & actio est, patet consequentia. Quę sunt eadẽ vnitertio re, & ratione sunt eadem inter se, & ratione. Hoc est falsum, quia actio & passio formaliter, & quidditate sunt diuersa cum sint diuersa prædicamenta: ergo non sunt idem ratione cum motu: sed solum realiter. Vnde quoties Aristoteles dixit actionẽ, & passionẽ esse idem realiter cum motu intelligendum est.

Et secundo probatur cõclusio, quia motus essentialiter dicit ordinem ad terminum à quo, & ad quem, & ad subiectum. Arist. hæc tria prædicamenta intrinseca assignauit cuicumq; motui, siue mutationi: sed actio solũ dicit ordinem ad agens, & passio ad passum: ergo motus non idẽ re, & quidditate cũ actione, & passione, neq; ad illa essentialiter superior. Vltimo si actio, & passio sunt idem realiter cum motu, vbi illa sunt, motus etiã erit: sed non quoties est actio, & passio est motus: ergo non sunt idem ratione cũ motu, minor probatur. Quia illuminatio diuturna, & cõseruatio qua Deus cõseruat creaturas actiones sunt, pro vt ab agẽtib⁹, & passiones vt in passo receptę: sed in ijs non est motus cum neque subiectum aliter se habeat, nunc quam prius, neque fuit transitus ad nouum terminum: ergo non vbi est actio, &

passio

passio est terminus motus. Sed merito rogabit aliquis, quo modo se habeat motus ad actionem, & passionem? Resp. quod se habet, vt subiectum ad duas rationes formales, non quidem, vt subiectum quod, quia hoc solum est substantia: sed vt subiectum quo, sicut se habet quantitas ad figuram, & superficies ad rationẽ loci. Vnde in definitione actionis ponitur motus tanquam subiectum & materiale: non tamen vt pars intrinseca, & sicut ratio loci non potest reperiri nisi in superficie, & dicit etiam essentialem ordinem ad illam: sic etiam ratio actionis non potest reperiri sine motu proprie dicto, scilicet largo modo sumpto pro mutatione quacumq;. Sed huic dicendi modo obstare videtur, quod quãdo accidens in abstracto definitur subiectũ nõ ponitur in definitione illius in recto: sed in obliquo, sed in definitione actionis, & passionis ponitur motus in recto, quia actio est motus, pro vt ab agente, & passio pro vt recipitur in passo: ergo motus non se habet vt subiectum ad actionem, & passionem. Resp. hoc verũ esse de subiecto quod, non aut de subiecto quo sunt enim quędam accidentia præter ordinem, & habitudinem, quam habent ad subiectum cui inhærent, scilicet inhærentiam aptitudinalẽ adhuc aliam habet specialem ad subiectũ medio quo inhærent subiecto. Vnde vt explicetur iste ordo debet poni aliud subiectum in definitione eorum V. G. figuræ non solum habent inhærentiam aptitudinalem in ordine ad subiectum quod: sed speciali modo respiciunt quantitatẽ tanquam subiectum quo, & hæc habitudo explicatur ponendo illam in recto in definitione figuræ. Vt si dicas figura est quantitas terminata, & clausa similiter locus superficies vltima, est vbi superficies, quæ subiectum loci est ponitur in recto: sic ergo se habent actio, & passio respectu motus, qui est subiectũ quo, quem particulari modo respiciunt, & in definitione, ideò ponitur motus in recto, quod non alitunde prouenit, quã ex modo cõcipiendi; vel signandi hoc scilicet, quod est subiectum poni in recto, vel in obliquo non est, quod in obliquo si est quo in recto poni contingit, alias si vterq;, poneretur in recto, vel in obliquo nõ exprimeretur specialis ordo, vel habitudo quam dicit accidens, quod definitur ad subiectũ: vt ergo explicemus, & intelligamus distinctam esse habitudinem illam ponitur accidens, quod est subiectum quo in recto, quia subiectũ quod ponitur in obliquo. Est etiam alia ratio, quia accidens in abstracto semper realiter distinguitur á subiecto quod. Vnde in recto poni non potest in eius definitione, quia prædicatio esset falsa: at vero accidens etiam in abstracto significatum est idem realiter cum subiecto quo, vt locus cum superficie, figura cum quantitate, motus cum actione, & passione, & ita subiectũ, quod ponitur in vtroque de illo, quod definitur in recto prædicari non potest. Cum autem dicis motum se habere, vt subiectum actionis, & passionis de subiecto inadæquato, intelligendum est, sicut nasus respectu curbi, quia curbitas sine naso reperiri potest, vt in ligno, quamuis vt est in naso, nasum sit subiectum illius sic & actio, & passio possunt reperiri sine motu, vt in conseruatione: tamen cum reperiuntur cum motu motus est subiectum illius actionis, & passionis. Sed dices iam quod verum sit quod ista duo actio, & passio se habeant vt accidẽtia respectu motus, quænam accidentia sint, num quid cõmunia, vel propria. Resp. quod sunt accidentia communia, sicut curbitas respectu nasi.

ARTICVLVS. IIII.

Motus sit idem cum termino ad quem?

Non

NON eadem via in hac re authores tendunt: Valle. enim quæst. 2. tenet, quod motus vniuersaliter identificatur realiter cum mobili, & ita consequenter à termino distinguitur. Primo quia illa accidentia distinguntur realiter á subiecto, quæ possunt esse separata ab illo: motus autem non potest esse sine mobili: ergo identificatur re cum illo. Secundo pro illo argumentor, quia fieret idem cum termino ad quem sequeretur primo, quod motus naturalis, & violentus essent idem realiter interse quia sunt idem realiter cum termino, probatur. Quia possunt terminari ad vnum, & eundem terminum V. C. cum lapis ascendit sursum, & similiter ignis; vterq; iste motus habent vnum & eundem terminum: ergo sunt idem cum illo: ergo inter se; & tamen motus ignis est naturalis: lapidis vero violentus. Secundo sequitur quod motus circularis & rectus sint idem realiter inter se, quia possunt terminari ad eundem terminū: imo motus contrarij hac ratione erunt idem inter se, quia possunt duo motus contrarij terminari ad eundem terminū vt cum ascendit ignis sursum, & alter descendit á propria sphera, versus eundem locum, quæ omnia sunt absurda: ergo motus alia res est á suo termino. Tertio argumentor ad idem, motus est successiuum quid, & continuatur mutatis esse vt lib. 5. ✱. 6 dicetur: terminus vero est permanens: ergo realiter distinguntur. Confirmatur, quia per motum acquiritur terminus: per terminum autē non acquiritur alius terminus, quia nihil fit per seipsum: ergo distinguntur realiter. Quarto, & vltimo ea, quæ ita se habent, quod posito vno alterum tollitur realiter distinguntur sed motus, & terminus ita se habent, quod durante motu non est terminus, & posito termino definit esse motus: ergo non sunt idē realiter, ita etiam tenet Paulus Venet⁹, vt referunt Iuniores. Secunda opinio Gregorij in. 2. sentētiarum. d. 1. quæst. 4. dicit motū localem esse idem realiter cū spacio per quod fit, & ita rectè distingui realiter à termino. Probat primo, quia sicut alij motus sunt diuisibiles ad diuisionem latitudinis termini, sic motus localis ad diuisionem spacij per quod fit. sed motus alij identificatur cum suis terminis in fieri, & cum latitudine termini secundum quem diuidētur: ergo etiā motus localis identificatur cum suo spacio. Tertia opinio est Magistri Soti, & recētiorum dicentium, quod motus saltem localis idētificatur cum mobili realiter, & ita distinguit á termino, & hoc secundum non probant: sed vt manifestum relinquunt forte hac ratione, quia locus est terminus ad quem motus localis iste autem certum est quod distinguatur á motu locali, quia quæst. 1. libri sequentis dicemus, locus est in continenti: motus vero in mobili: ergo motus localis realiter distinguitur à suo termino.

His omnibus omissis, dico primo contra primam sententiam motus alterationis, augmentationis: imo & generationis substantialis nō distinguntur realiter á suo termino ad quem, & ita est communis sententia. Et probatur primo, quia si isti motus distinguntur realiter á suis terminis possunt ergo esse sine illis aut é contra: sed nec motus potest esse sine termino, quia de ratione motus est quod sit productio, Item vt est actio (vt probaui capite de actione in Logica) ergo non potest esse sine aliquo producto. Item nec terminus potest esse sine motu, nam licet in esse quieto sit terminus quando non est motus: non tamen in esse imperfecto, & in fieri. Præterea quamuis idem secundum speciem possit fieri per motum, & per creationem, quę non est motus nec mutatio ignis posset fieri per creationem, & per generationem: tamē terminus, qui fit per motum, quandiu est in fieri implicat esse sine motu, sicut calor nequit esse in fieri successiue nisi per motum successiuum: ergo motus, & terminus non distinguntur

stinguntur realiter. Confirmatur, quia omnia, quæ dicuntur de motu bene saluantur absq; diuersitate reali per solam distinctionem formalem inter motum, & terminum (vt patebit solutione argumentorum:) ergo non distinguntur realiter. Probatur secundo conclusio, quia motus nihil aliud est, ex art. 1. quã transitus de non gradu ad gradum, scilicet de termino á quo ad terminum ad quem, sicut moueri aquam motu calefactionis nihil aliud est, quam quidã transitus á non calido in calidum ille autem transitus idem est realiter cum calore, quia est idem realiter cum distantia, quæ est inter gradus caloris, scilicet inter calorem, vt duo, & caloré vt quatuor hæc autem distantia est calor, vt triarer. go transitus, & motus est calor, & consequenter terminus idem realiter cum motu.

Dico secundo motus localis distinguitur realiter ab spacio per quod fit hæc est communis omnium. Vnde opinio Gregorij, & singularis est, & irrationabilis. Probatur motus localis est in mobili: mobile autem distinguitur realiter ab spacio: ergo & motus localis distinguitur realiter ab illo. Antecedens patet, quia quamuis lapis moueatur sursum aer tamen, quod est spacium per quod transit non moueatur sursum, quamuis diuidatur ab ipso lapide: ergo motus lapidis non est in aere, & consequenter distinguitur realiter ab illo. Cõfirmatur, quia alias nullus esset motus contrarius, quia spacium sibi ipsi non potest contrariari, neque esset motus circularis, & rectus nec naturalis, nec violentus eadem ratione, quæ omnia sunt absurda ergo.

Dico tertio & vltimo, motus localis est etiam idem realiter cum suo termino ad quem, (hæc dixerim, contra tertiam opinionem) probatur primo ex Arist. cap. 1. huius, quia vniuersaliter loquens de omni motu docuit, quod motus nõ est res præter res ad quas est motus ex quo infert alterationem, & augmentationem esse idem cum suis terminis: ergo eadem ratione motus localis erit idem cum suo termino. Secundo terminus motus localis nõ est locus: sed esse in loco vel vbi, (vt lib. 5. magis patebit.) Et nunc probatur, quia terminus motus localis est ille, qui acquiritur per motum cum non possit esse motus in vniuersum, qui non producat terminum: sed per motum localem non producitur locus: imo præsupponitur necessario: esse autem in loco fit de nouo per motum localem: ergo esse in loco est terminus illius motus, quamuis ergo motus distinguatur realiter á loco: non tamen á termino. Sed dices contineri á loco est idem realiter cum loco: ergo distinguitur realiter á motu locali. Resp. negando antecedens: sed potius contineri á loco est idem realiter cum quantitate corporis continentis, vt dixi cap. de quantitate.

Quando verò motus localis est idem realiter cum mobili intelligendum est, ita quod si per mobile intelligant authores citati substantiam eius, quod mouetur realiter differt á motu, si vero per mobile intelligunt subiectum, pro vt quantum non differt realiter á motu locali. Probatur quia quantitas distinguitur realiter á substantia, & est idem realiter cum vbi: ergo motus qui est idem realiter cum vbi distinguitur realiter á substantia, & erit idem re cum mobili secundum rationem quantitatis, idem prorsus dicendum de motu augmentationis, quod distinguitur realiter á substantia: tamen est idem re cum quantitate mobilis, nam quantitas, quæ de nouo aduenit, & est terminus ad quem talis motus est idem realiter cum quãtitate, quæ præerat, quia continuatur cum illa. Tandem de alterationis motu dico, quod differt realiter á mobili omnino patet, quia qualitas, quæ est terminus ad quem alterationis, & cum qua alteratio identificatur

catur distinguitur secundum rem, & á substantia, & á quantitate mobilis sicut generatio substantialis est idem re cum forma ad quam terminatur, & distinguitur secundum rem à materia, quæ transmutatur.

Ad argumenta in principio, ad primum nego consequentiam, nam quamuis accidentia secundum naturam non possint esse sine subiecto, quod est substantia: sufficit tamen, quod possint esse in sola quantitate per potentiam Dei. Sed dices saltē sequitur, quod motus sit idem re cum quātitate. Nego similiter consequentiam, quia etiā si daretur qualitas à quantitate separata Ver. Cau. calor posset etiam esse intensio illius, quę est quidam motus ad qualitatem, quod si inquiras, quod est subiectum motus in tali casu. Respondeo, quod calor ille præexistens esset veluti subiectum noui gradus, qui aduenit, & esset terminus á quo ratione priuationis noui gradus. Vnde qualitates corporeæ non possunt produci de nouo sine quantitate præsuppositā per motum, quia de ratione motus est, quod præsupponat subiectum, & sine quantitate nullum est subiectum: si vero produceretur per creationem de nouo non esset inconueniens, nam quamuis dicant ordinem ad subiectum á quo dependent: tamen ad hoc, quod accidens creetur non opus est illud præsupponere, & hæc est res clara. Ad secundum non procedit contra nos, quia ex conclusione tertia non ponimus locum terminum motus localis: sed vbi, & ita motus naturalis, & violentus etiam si possint tendere ad eundem locum: non tamen ad idem vbi. Nā si vterque iste motus sumatur respectu eiusdem corporis, nec habet eundem locum, nec idem vbi vt naturalis motus ignis ad esse sursum: violentus vero ad esse deorsum; si vero vterque motus sumatur respectu diuersorum, quamuis habeant eundem locum: non tamen idē vbi, quia sunt diuersa corpora. Idem dicendum est ad tertium, quod quamuis per motum circularem, & rectum possimus tendere in eundem locum: non tamen ad idem vbi non ita, quod in eodē loco adequato sint diuersa vbi simul: sed successiue, vel simul in eodem loco cōmuni: non tamen adæquato. Idem etiā dicendum ad illud de ascensu, & descensu duorum corporum ad eundem locū. Dices in qualitatibus potest fieri, quod ab albo mouetur quis in palidum, & alius á nigro in palidum: ergo illi duo motus erunt idem realiter. Respondeo, quod non sunt sic idem, quia palidum factum ex albo, & nigro distinguntur numero, & ita motus isti distinguntur: si tamen daremus vnum numero colorem palidum fieri ex albo, & nigro vnus esset, & idem secundum rem. Ad confirmationem verum est motus successiuum esse, & terminum in esse quieto esse permanentem, quamuis etiam pro vt fieri sit successiuus, & ita quamuis per motum fiat terminus ex hoc solum colligitur distinctio formalis inter vtrumque. Ad quartum; & vltimum patet ex dictis, quod quamuis terminus in facto esse maneat quando non est motus: tamen terminus in fieri idem est cum illo. Sed dices saltem in motu locali non apparet qualiter terminus ad quem sit idem in fieri cum illo. Respondeo quod etiam ibi saluatur identificatio termini cum motu, quia vbicationes omnes quas habet mobile in spacio per quod mouetur, quibus magis ac magis apropinquat ad vbi, quod est terminus ad quem sua ibi ipse terminus aliquo modo in fieri quatenus per illa tā quam per medium tendit in terminum, & ad illam apropinquat.

Ad argumentum Gregorij. Respon. negando consequentiam, nam quamuis diuisibilitas motus localis causetur ex spacio, sicut aliorum motuū ex latitudine suorum terminorum: tamen quia termini aliorum motuum sunt in eodē subiecto cum ipsis possunt esse idē realiter cum

eum illo: spacium vero non ita. Vnde quãuis semper diuisibilitas propria motus causetur ex diuisibilitate spacij tanquam ex causa equiuoca, quia est alterius rationis: diuisibilitas enim motus (vt dixi articulo precedenti) est successiua, & de genere quantitatis: latitudo tamen spacij quandoq; est quantitas aliquando qualitas, &c. tamen spacium in motu locali, quia non solum est causa equiuoca: sed etiam distinguitur realiter á motu, ideó non est eadẽ ratio. Vel dices quod diuisibilitas motus localis non tam causatur ex ipso spacio materialiter sumpto, quam ex ipsis vbicationibus, quas habet mobile dum mouetur & pertransit spacium (vt latius infra.) Ad rationem quam fecimus pro Soto, & alijs patet ex dictis tertia conclusione, quod motus localis nõ est idem re cum motu: sed cum vbi.

Sed dubitatur vtrum in omni motu terminus á quo & terminus ad quẽ debeant esse oppositi priuatiue per se loquendo conclusio affirmatiua Aristot. 5. Phys. 1. & patet ex dictis quæst. 2. art. 4. de priuatione quomodo esset principiũ ipsius fieri entis naturalis, ex quibus cõstat, quod licet terminus á quo aliquando significetur sub ratione positiua, vt quando dicimus aliquem ex albo fieri nigrum: tamen loquendo per se, & formaliter terminus à quo non est aliquid positiuum, quia terminus á quo ille est á quo disceditur tanquã á malo, & nociuo quando motus est naturalis, & vt ab vno quando motus est violentus, & vt ab indifferenti, ideſt nec à bono nec á malo quando motus est indifferens: at positiuum, vt sic, non est malum: ergo vt sic non est motiuum discessus, & fugæ est tamen, qua ratione habet ad mixtam priuationem alicuius positiui, quod agens intẽdit producere; & ita terminus á quo per se non debet significari sub ratione positiua: nec vero sub omnimoda negatione sola enim creatio, quę nõ est mutatio Physica est á non esse mutato simpliciter: omnis autem mutatio Physica est á priuato aliqua forma, & proportionaliter loquendum est de motu corruptiuo, vt patet ex supra dictis.

Hinc patet, quod ex illis quatuor terminis, quos statuit Arist. 1. Phys. á tex. 11. vsq; ad vltimum ex subiecto in subiectum, ideſt à termino positiuo ad alitũ positiuum, vt á frigido in calidum, & ex non subiecto ad subiectum, ideſt á termino priuatiuo ad positiuum, vt quando ex tenebroso fit luminosum, vt ex subiecto ad non subiectum, vt quando ex luminoso fit tenebrosum solus ille, qui est á non subiecto explicat formaliter, quod petit per se terminus á quo: ille autem, qui est á non subiecto in non subiectum vt ibi docet Arist. non potest dari, quia inter non subiectum & nõ subiectum nulla est oppositio. Dices saltem motus proprie, vt distinguitur cõtra mutationem, quæ fit in instanti non est per se á nõ tali ad tale: sed potius á tali á magis tale, vel á non tali ad magis non tale, quia dum mobile est in termino á quo, vel in termino ad quem non est motus, & ita Aristo. illo cap. 1. tex. 9. dicit quod motus proprie dictus, tantum est á subiecto in subiectum. Resp. quidquid alij dicant, quod loquendo de motu per se, & formaliter etiam est á priuato: calefactio enim successiua V. G. non est per se vt sic à calido ad magis calidum, si á non tam calido ad magis calidum; similiter corruptio successiua caloris est á non tam non calido (vt ita loquar) ad magis non calidum, ideſt á non tam priuato ipso calore ad magis priuatum calore: Arist. vero solum vult, quod semper illa priuatio termini á quo quando actualiter: est motus coniuncta est alicui positiuo distincto á termino positiuo ad quem. Nam in motu vt sic cum sit quid continuum non potest dari prima pars, & ita an tequamlibet partem signatam motus præcesserit alia. Vnde priuatio partialis entitatis acquirendæ per motum partialem, qui nunc demonstra

tur

tur semper est cõiuncta cum partiali entitate acquisita per motum præcedentẽ.

Contra conclusionem est argumentũ motus per se est actus: ergo quod mouetur est in actu: ergo per se petit, vt sic, esse non ab omnino priuato: sed ab actuato aliquo modo, scilicet in fieri ad actuatum in esse quieto. Resp. iã dixi 5. q. 8. art. 1. quod licet verũ sit motum esse etiam á fieri ad factum esse: tamẽ quod mouetur ex modo se habendi præ se fert seq; oblitũ esse illius actus quẽ iam possidet, & omnino intentum esse in acquisitione vlterioris actus, quod videtur significasse Paul. ad Philip. 3. dicẽtis non quod iam acceperim, aut perfectus sim, &c. & infra ego me non arbitror comprehendisse: Vnum autẽ, quæ retro sunt obliuiscens: ad ea vero quæ priora sunt extendens me ipsum ad destinatum per sequor, &c.

ARTICVLVS. V.

Vtrũ actio, & passio sit idẽ motus, & si in omni motu reperiatur actio, & passio?

DE hac re sunt variæ sententiæ, quas refert Tolet. 1. parte nam in primis Gilbertus in lib. 6. propositorũ existimat motum solum esse actionem. Probatur, quicumq; motus est actus actiui: sed actio similiter est actio actiui: ergo sequitur quod motus, & actio omnino sunt idem. Secunda sententia est Vall. qui è contra existimat motũ esse solum passionem. Probatur, quia motus est actꝰ receptus in mobili: sed iste actus sic receptus est passio: ergo, &c. Verumtamẽ ambæ istæ sententiæ omnino sunt contra Arist. qui cap. 2. dixit motum esse actum actiui dimanantẽ ab ipso, & etiam actum passiui in ipso receptum. Secũdo quia de ratione motus est, quod dicat ordinem, & sit via inter terminum ad quẽ & á quo: at vero nec actio, nec passio habent hoc: sed actio tantum dicit, quod dimanat ab agente, & passum, quod recipiatur in passo, ergo, &c.

Tertia sententia est eorum, qui asserunt motum esse, quid superius ad actionem, & passionem essentialiter. Sed isti adhuc sunt diuersi, quidam enim volũt esse quid superius vniuocũ. Sed isti omnino reijciendi sunt, quoniã cum actio, & passio sint diuersa genera non possunt conuenire in aliquo vniuoco genere. Sed alij vollunt, quod sit quid analogũ motus ad ista duo: sed hæc sententia est Soti probaturq;, 1. ex Arist. qui motum dicit esse actum vtriusq;, scilicet agentis, & passi: ergo est quid superius ad vtrumq; tum eriã quia vtriq; cõuenit de finitio motus, scilicet actus entis in potentia diuersimode sumendo potentiã, scilicet actiuam, & passiuã. Tertio probatur quoniã tam actio quam passio includunt hoc, quod est esse viã ad terminum: sed esse viã ad terminum est de ratione motus: ergo &c. Cõfirmatur nam effectus ipse productus etiã recipitur in aliqua materia, sicut calor in ligno & procedit ab agẽte sicut calor ab igne, & tamẽ effectus neq; est actio neq; passio, sed terminus vtriusq; nulla alia ratione nisi, quia non est via ad aliud: ergo sequitur quod actio, & passio in sua intrinseca ratione includit, quod sit via ad aliud ac per consequens ratio, & definitio motus includitur in illis duobus generib⁹?

Hanc tamen sententiam Soti quidã ex eo refutant, quod actio, & passio reperiuntur absq; motu, vt patet in actionibus instantaneis, quæ non sunt proprie motus, & in actionibus etiam perfectiuis, quales sunt sensatio, & intellectio, quæ etiam vere motus non sunt: & tamen omnes iste sunt de prædicamento actionis: ergo motus non est quid superius essentialiter ad actionẽ, & passionẽ. Sed tamen hæc ratio nihil probat contra Sotũ, quia aperte ipse fatetur, quod non est motus proprie dictus: sed pro vt

comprehendit mutationem fit superius essentialiter ad actionem, & passionem. Vnde actiones instantaneæ, & perfectiuæ, quamuis non sint motus propriè dicti: sunt tamen veré mutationes. Secũdo referunt eandem sententiam, quia creatio est actio, & passio cum tamen non sit motus, nec mutatio: sed nec ista ratio aliquid probat contra Sotum, quoniam secundum rei veritatem creatio nõ est actio, nec passio. sed sola relatio, (vt probat S. Tho. 1.p.q.44.) quia actio est media inter agens, & passum, sicut inter agens, & terminum productum: at vero creatio non est media, quia nullum præsupponit subiectum in quo sit: ergo creatio non est de prædicamento actionis. Sotus autẽ ad actionem, & passionẽ, quæ sunt generalissima horum prædicamentorum, dicit esse quid superius motum. Tertio alij refutant sententiam Soti, quoniam si motus est analogum ad illa duo dici debet de vno per prius, & de alio posterius: sed constat, quod non magis dicitur motus actio, quam passio: ergo. Sed ad hanc rationem facile diceret Sot. non esse necessarium in omnibus analogis reperiri aliquid prius, & aliquid posterius (vt diximus tractatu de analogia: (cum etiam, quia posset dici per prius de successiuis, quam de instantaneis, & per consequens per prius de passione, quã de actione, quã de causa Arist. magis dicit motum esse actum mobilis, quam motiui.

His non obstantibus conclusio ista Soti falsissima est, contra quam statuo conclusionem, quod motus non sit superius quid essentialiter ad actionem, & passionem. Pro cuius conclusionis probatione præsuppono id, quod Arist. in cap. 2. &. 3. huius libri, quod idem numero motus est actio & passio: sic enim ait esse actum actiui, quod procedit ab alio, & actum passiui, quod recipitur in eo, & cum proposuit istam quæstionẽ in cap. 3. an motus esset actus agentis vel patiẽtis determinauit, quod vtriusq;, & vnus, & idem numero actus, & hoc fundamẽtum magis patebit quæst. sequenti.

Quibus ita suppositis, robatur nostra conclusio, quoniam quando aliquid se habet, vt superius ad aliqua impossibile est inferiora multiplicari: quin ipsum superius multiplicetur: sed sic est, quod actio, & passio multiplicantur secundũ rationem formalem, saltem quod sint primo diuersa, non multiplicato motu, quia idem est numero motus vteriq; (vt dictum est:) ergo non est motus superius essentialiter ad illud celeratur maior, quoniam cætera sunt nota. V. G. ens superius. Essentialiter analogicè, saltẽ ad substantiam esse quantitatẽ, & ita vnũ numero ens non est substantia, vt quantitas: sed sicut ista duo generalissima sunt distincta, sic etiam distinguit ens in substantiam, & quãticatem. Sed dices quod actio, & passio sunt duo motus formaliter quamuis vnus secundum rem: quidam enim, ita sentiunt quos refert Tolet. hic quæstione prima dicunt, quod in motu est cõsiderare duo, alterum vt materiale, & hoc est quod sit via: alterum, vt formale & hoc est quod fit actio, vel passio, & ita sunt duo motus formaliter, & vnus materialiter.

Sed contra hoc est, in primis, quod isti componunt motum ex formali, & materiali, ac per consequens facit illud vnum per accidens: nam ratio illa secundum quam est via, & secundũ qua est actio vel passio nõ potest constituere vnũ per se. Secundo quoniã in qualibet actione, & passione non solũ est vnus motus secundũ rẽ: sed etiam secundum rationem formalẽ, sicut calefactio est simul actio, & passio, pro vt procedit ab agẽte, & pro vt recipitur in passo; & tñ nõ sunt duo motus formaliter, quod patet, quia est vna formaliter calefactio, & alteratio: tũ etiã, quia ratio formalis motus est successio, quæ causatur ex latitudine spacij, & termini quo continuatur mutatis esse vt diximus: sed tantum est vnica successio, vt patet: ergo vnicus motus

Con-

Confirmatur deniq; ex cõmuni vſſu loquendi: dum. n. lignum calefacit nullus cõcedit ſimul moueri duobus motibus, nec formaliter, nec realiter diſtinctis.

Ex quibus patet ſolutio quid dicendũ ſit ad dubium, quod hic ſoluit: arguit enim, ſic motus formaliter eſt actio: motus formaliter eſt paſsio ergo actio formaliter eſt paſsio per regulam illã, quæcumq; ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe. Reſp. ipſe negando conſequentiam, quia ex hoc quod, ſint eadem vni tertio ſequitur, quod inter ſe ſint eadem realiter: nõ tamen formaliter. Sed tamen non ſatis facit hæc ſolutio, quia quo pacto aliqua identificantur in vno tertio eodem modo debent eſſe eadem inter ſe. Vnde ſi concedat Sotus eundẽ motũ ſecundũ rem eſſe actionem, & paſsionẽ conſequenter dicit actionẽ, & paſsionẽ eſſe idem realiter inter ſe: ſi tamẽ concedatur eſſe motum formaliter includi in ratione actionis, & paſsionis, tũc fit iſte ſylogiſmus expoſitorius, hic motus formaliter eſt actio, & hic motus formaliter eſt actio: ergo actio formaliter eſt paſsio: cõſequentia eſt euidẽs, quia vt dixi eſt ſylogiſmus expoſitorius, antecedens autẽ pro vtraq; parte cõcedi debet ab his, qui dicunt motũ eſſentialiter includi in ratione actionis, & paſsionis: ergo & cõſequens dicendũ eſt ad argumẽtũ, q̃ motus formaliter, neq; eſt actio, neque eſt paſsio: ſed ſolũ identice, & ſic etiã actio eſt paſsio ſecundũ rẽ formaliter. Et ſi contra hoc obijcias, quod quãuis homo, & equus ſunt formaliter animal nõ ſequitur, q̃ homo ſit formaliter equs: ergo quamuis actio, & paſsio ſint formaliter motus, nõ ſequitur quod actio ſit formaliter paſsio. Reſ. quod eſt lõge diuerſa ratio, quoniã non eſt idẽ numero animal, quod ſit homo, & equs: ſed idẽ ſecũdũ genus tantũ: diuerſum tamen ſecũdũ ſpeciẽ: at vero in actione, & paſsione reperitur vnus numero motus: ſi ergo ratio iſtius motꝰ eſt eadẽ in actione, & paſsione, optime colligitur, quod actio, & paſsio inter ſe ſint eadẽ. Secundo adhuc cõfirmatur noſtra cõcluſio, ſcilicet quod motꝰ nõ ſit quid ſuperius ad actionẽ, & paſsionẽ. Nã de ratione motꝰ eſt quod dicat ordinẽ ad terminũ á quo, & ad quẽ & ad ſubiectũ. Vnde Ari. 1. Phy. hæc tria principia intrinſeca aſsignauit cuiuſcũque motus, ſeu mutationis: ſed actio nõ dicit ordinẽ ad iſtos terminos: ſed ſolũ ad agens, ergo, &c. Cõfirmatur, nã id quod eſt ſuperius analogicè ad aliqua generaliſsima includitur in modis intrinſecis illorũ: ſed motus nõ ita ſe habet ad actionẽ, & paſsionẽ, quia modus intrinſecus actionis eſt quidã ordo, vel relatio ſecundũ dici ad agẽs in quo nõ includitur ratio nec definitio motus, quia ſecundum illum ordinẽ ad agens nõ habet, quod ſit via ad terminũ. ¶ Sed dubiũ eſt eſto ita, quod motus nõ ſit quid ſuperius ad actionẽ, & paſsionem quomodo motus ſe habeat ad hæc duo, & videtur mihi, quod ratio motus ſe habeat, vt ſubiectũ ad alias duas rationes actionis, & paſsionis: non quidẽ, vt ſubiectum quod: hoc enim non eſt ſubſtantia: ſed vt ſubiectũ quo, quem admodũ ſe habet quantitas ad figurã, & quem admodum ſuperficies ad rationẽ loci. Vnde in definitione actionis, & paſsionis ponitur motus tanquam ſubiectũ & materiale non tamen, vt pars intrinſeca. Et hoc videtur dicere Tolet. cum ait actionem, & paſsionem eſſe ſucceſsiuam ſucceſsione motus extrinſicè. Et quod hoc ita ſit dicendũ, probatur quoniã quemadmodũ figura non poteſt eſſe ſine quantitate, & dicit eſſentialẽ ordinem ad illam ſicut etiam ratio loci non poteſt eſſe niſi in ſuperficie, & dicit eſſentialem ordinem ad illam: ſic etiam ratione actionis, & paſsionis non poteſt reperiri ſine motu propriè largo modo ſumpto, & dicit eſſentialem ordinem ad illum: ergo motus habet ſe, vt ſubiectũ ad iſta. Sed contra hoc dices, quando definitur aliquod accidens in abſtracto ſubiectũ non ponitur in eius definitione in recto: ſed ſic eſt, quod in definitione

actionis, & paſsionis ponitur motus in recto; nam actio eſt motus, vt ab agente paſsio mot⁹, pro vt recipitur in paſſo: ergo Reſ. in primis, quod etiã quantitas eſt ſubiectum figurę: & tamẽ ponitur in recto in definitione figurę: dicitur enim figura eſt quantitas, quę terminis clauditur, & in definitione loci, qui eſt abſtractũ ponitur ſic ſuperficies in recto. Dicitur enim, locus eſt vltima ſuperfies corporis continentis, &c. Vnde quamuis ſubiectũ, quod prima ſubſtantia ponatur in obliquo in eius definitione: tamẽ ſubiectum quo, vt patet, quandoq; ponitur in recto, vt patet in exemplis adductis: ratio autem huius eſt, nam ſunt quędam accidentia, quæ præter ordinem & habitudinem generalem, quam habent ad ſubiectum, ſcilicet inhærentiam aptitudinalem adhuc habent aliam ſpecialem ad aliud accidens, modo quo inhærent ſubiecto; & ideò vt ſpecialis iſte ordo explicetur, debet poni illud aliud in recto in eorum definitione V.G. figura non ſolum habet in hærentiam aptitudinalẽ in ordine ad ſubiectum: ſed ſpecialiori modo reſpicit quantitatẽ, quã alia accidentia, & hæc habitudo explicatur in definitione figuræ ponendo illã in ei⁹ definitione in recto, ſic ſe habent, actio, & paſsio reſpectu motus, quod peculiari modo reſpicit illũ, & ideò ponitur motus in definitione in recto. Sed dices ex hoc, quod huiuſmodi accidentia habeãt ſpecialem iſtam habitudinem ad ſubiectum in quo recte probatur, quod in eorũ definitione recte debeat poni ſubiectũ, & non in aliorum definitione. Vnde in definitione albi non ponitur quantitas, quoniam albedo vnica, & eadem habitudine reſpicit ſubſtantiam, vt quod, & quanticatem, vt quo; actio vero alia habitudine reſpicit mobile, ſeu ſubiectũ in quo eſt alia reſpicit ipſum motum, & ideò recte probatur, quod motus ponatur in definitione actionis, & ſimiliter quantitas propter eandem rationem in definitione figuræ. Vnde vero probatur, quod in recto quantitas in definitione figuræ, & motus in definitione actionis ponãtur. Reſp. quidam, quoniam iſta ſpecialis habitudo eſt ordo actualis ad ſubiectum quo, & non aptitudinalis. Vnde figura actualiter dicit in ſua eſſentia ordinem ad quantitatem, & ſimiliter actio ad motum quare nec per Dei potentiã poteſt eſſe figura ſine quantitate, nec actio ſine motu, vel mutatione: arq; ideò accidentia in abſtracto, quæ dicunt actualẽ ordinem ad aliud definiuntur per illud aliud in recto, quæ vero dicunt ordinem ad aliud aptitudinale definiuntur per illud aliud in obliquo. Vel ſecũdo poſſumus Reſp. quod huius, quod eſt poni in recto, vel in obliquo nulla alia ratio eſt, quam modus concipiendi, vel ſignificandi, quod non ponatur extrinſecum in definitione ſemper fit propter explicandã habitudinẽ, quam habet intrinſicè definitum ad illud: quod vero fiat in recto nõ puto eſſe niſi, quia concipimus actionẽ ſic, quod ſit motus pro vt ab agente, & figura quod ſit quantitas, pro vt terminis clauſa. Sed quæ res eſto ita ſit quod iſta duo ſe habeant, vt ſunt accidentia reſpectu motus, quæ nam accidentia ſint: an cõmunia? an vero propria? Reſp. quod ſunt quaſi propria, quę dimanant ab eſſentia motus, nã ex hoc quod motus ſit talis naturæ, quod ſit actus quidam imperfectus, hinc eſt quod actus ſequitur, quod pendeat ab agente, & dicat ordinem ad illum, & etiam ad paſſum in quo recipitur. Vnde inſeparabilia ſunt iſta à motu ſecundũ rem, quamuis non ſecundũ rationẽ; nec tamen intelligas iſta duo eſſe proprietates motus, ſicut par, & impar reſpectu numeri, nam par, & impar ſunt vnica propria pars diſtincta reſpectu numeri. Vnde in quibuſdam numeris reperitur paritas in alijs imparitas: at vero in quolibet motu reperitur ratio actionis, & ratio paſsionis: ita vt vnumquodq; iſtorum ſe habeat vt propria paſsio ipſius motus. Si autem

contra

contra hoc obijcias, quod in motibus proiectorum manet ratio motus quandiu non est actio, quoniam actio proijcientis solum est quo pellitur proiectũ: motus vero postea manet. Resp. neganantecedens, nam quandiu durat motus causatur á proijciente, vel immedate vel medio pulsu ipsius prorecti, vt quando non tangitur proiectum à proijcienti.

Alia dubitatio est scilicet quales sint illæ partes motus est actio, vel est passio, & similiter actio est motus, vel passio est motus de hac enim actio est passio non dubitamus, nam in sensu identico est vera, quoniam sunt idem realiter formaliter autem est falsa, quoniã duo sunt generalissima in abstracto, quorũ vnum formaliter non dicitur de alio: similiter etiam certum est, quod omnes istæ propositiones sunt verę in sensu idẽtico motus est actio, & motus est passio: similiter actio est motus, & passio est motus, quoniam ista omnia sunt idẽ realiter, Sed dubitatio manet: an formaliter sint istæ concedendæ & Resp. quod non ratio est, quia neq; accidens in abstracto prædicatur de suo subiecto, nec subiectum de accidenti in abstracto. Vnde non dicimus homo est risibilitas, vel risibilitas est homo: sed sunt prædicationes disparatæ, sic etiam neque dicimus figura est quantitas, vel è contra, & ita in proposito non est concedendum motus est actio, vel motus est passio, vel passio est motus. Sed notandũ est, quod minus est formalis, ista actio est motus, quam motus est actio, quoniã minus prædicatur subiectum de accidenti formaliter, quam é contra; & ideó quoniam motus se habet, vt subiectum minus prædicatur de actione. Sed dices accidens saltem in concreto prædicatur de subiecto: ergo actio, & passio prędicãtur in concreto de motu si motus est eorum subiectum. Respondetur, quod actionis, & passionis duplex potest assignari concretum: alterum quod prædicetur de passo, & de agenti quod, & huiusmodi sunt agens, & passum, quæ non prædicantur de motu; quoniam agens, & passum sunt concreta, quæ connotant pro materiali subiectum, & ideò non prædicantur de motu: alia tamen concreta possumus assignare, quæ prædicentur denominatiue de motu sic, vt risibile de homine scilicet procedens ab agenti, & receptum in passo: non istæ sunt formales, & veræ actio est procedens ab agente, & passio est recepta in passo; sicut prædicatur de quãtitate hoc, quod est esse clausum terminus, quod est concretum. Sed dicet aliquis, quod hæc non est denominatiua motus nõ est receptus in passo: sed essentialis, quoniam de ratione motus est respicere subiectum, & mobile quandoquidem est actus mobilis: ergo hoc est illi essentiale. Resp. quod quamuis motus secundũ rationem motus respiciat mobile: tamen alia ratione, quam passio; nam motus respicit illud mobile, pro vt motus est medium intrinsecum á quo, & ad quem: at vero passio respicit subiectum non cum ordine ad terminum á quo: sed pro vt per ipsum subiectum patitur, & abijcitur ab ipsa forma contraria si fit passio corrupciua, vel recipitur à subiecto aliqua forma sive ab ratione contrarij, si sit perfectiua. Sed dicet aliquis quod hoc quod est procedens ab agenti naturali: etiam prædicatur de actione similiter receptum esse in passo, etiã prędicatur de passione: ergo non sunt concreta, quæ dicantur denominatiue de motu. Resp. quod actio, & passio non tã dicuntur recepta esse in passo, vel procedere ab agente, quam ipsa receptio qua aliud recipitur, scilicet terminꝰ motus, & ipsa dimanatio, qua aliquid dimanat ab agente. Nisi vellis dicere, quod sicut in capite de quantitate dictum est, quod linea est quanta, vel quantitas, sic etiam actio est dimanatio, vel dimanans ab agenti. Vnde huiusmodi concreta tunc prædicantur de actione, & pas-

sione essentialiter: de motu vero, atque de termino producto per motum denominatur.

Ex quibus etiam patet, quid dicendum sit de ijs propositionibus, actio est successiua, vel instantanea. Dicendum enim est, quod sunt denominatiuæ, nam quamuis motus nõ prædicetur de actione: tamen denominatiuum illud, quod est successiuum, & importat rationem motus prædicatur denominatiuè de motu, sicut quamuis non prædicetur de accidentibus homines homo: prædicatur tamen denominatiuum humanum. Vnde bene inquit Toller. quod quamuis actio sit successiua, passio sit successiua, & motus sit successiuus: non tamen per tres successiones: sed per vnicam tantũ, quæ est intrinseca motui, & accidentalis actioni, & passioni. Vbi etiam obiter notandum, quod istud concretum successiuum prædicatur de motu ipso in abstracto.

Vnde, ad argumenta Soti in principio quæstiones posita patet solutio. Ad primum, quod Aristoteles dixit motum esse actum actiui, vel passiui non formaliter: sed secundum rem, quia sunt idé realiter. Ad secundum similiter, quod definitio motus non conuenit actioni, nec passioni non actioni, quia quamuis illa sit actus actiui; non pro vt est potentia: sed pro vt est in actu per propriã formam: passio similiter, quamuis sit actus passiui, quod est mobile: non tamen pro vt dicit ordinem inter terminum á quo, & ad quem, quod importatur per illam particulam secundum quod in potentia in definitione motus. Ad tertium respondetur, quod quamuis effectus dicat ordinem ad agens, & recipiatur in passo: non tamen est actio nec passio, quia est sine motu: actio vero, & passio dicunt essentialem ordinem ad motum, & possunt esse sine illo.

Sed dubitatur vtrum in omni motu reperiatur actio, & passio aliquo modo conclusio affirmatiua. Probatur primo, de motu tendente ad esse, quia quando hic datur, debet dari subiectum aliquod, quod moueatur de nouo, & aliquid producens illum motum: sed moueri est pati, producere est agere: ergo in omni tali motu reperitur actio, & passio. Idque constat inductiue etiam in mutationibus in manentibus, quæ non aliter differunt á transeuntibus, nisi quod illarum idem est in re agens, & patiens. Probatur secundo de motu tendente ad non esse & quidem si talis motus fiat per actionem contrarij agentis, patet in illo motu reperiri actionem, & passionem cum motus ad non esse sequatur per accidens ex mutatione tendente ad esse repugnante rei præexistenti, & corrũpendæ: sed in mutatione tendente ad esse reperitur (vt docui) actio & passio ergo.

Tertio contra quosdam probatur conclusio de mutatione tendente ad non esse, etiam quando non fit á contrario: sed accidit ex solo defectu causæ conseruantis, vt quando in aere corrumpitur lux ex absentiá Solis. Probatur inquam in hac mutatione reperiri actionem; & passionem suo modo, quia illa non conseruatio est á Sole vt á causa non conseruante in genere causæ efficientis: ergo eo modo, quo est mutatio est etiam suo modo actio, vt illa mutatio intelligitur orta á Sole. Cõfirmo illa non conseruatio est de nouo á Sole, licet non sit quid positiuum: ergo est actio saltem priuatiua. Confirmo secundo, quia quid est vt á Sole est: non est enim tantum mutatio in communi præcisse: hæc enim abstrahit ab hoc, quod est esse in hoc, vel in hoc fateor, quod huiusmodi mutatio per se loquendo: non tam esset dicenda actio, & passio, quam non actio, & non passio, quia quando ex non conseruatione perijt lux: non tam intelligitur perire ex eo, quod Sol agat quam ex eo, quod non agat: tamen suo modo vt

ostendi,

ostendi, debet dici actio: mutatio vero proprius dicetur, quia veré aliter se habet aer cum ex illuminato redditur tenebrosum.

Obijcies primo: ergo datur actio corruptiua primo, & per se intenta ab agente naturali, & non propter productionem alterius. Secundo corrumpi aliquid non est fieri: sed deficere: ergo corruptio, vt sic, non est actio: sed factio. Respondeo non est actio positiua, tamen defectio, vt intelligitur prouenies ab ipso agente, cur non dicetur actio priuatiua. Ad primum vero respondetur primo quod illa non est proprie corruptio: sed non conseruatio. Secundo illa non conseruatio non est intenta propter se: sed propter bonum vniuersi, cui Sol motu suo consulit: illa enim lucis priuatio necessaria est, (vt vidimus alibi) ad rerum generationes, & conseruationes.

ARTICVLVS. VI. & vltimus.

Vtrum actio motus sit in agente, vel in passo?

NOtandum est primo in principio quæstionis, quod est duplex actio, alia immanens, & alia transiens, actio transiens est, quę producit aliquid extra ipsum agens: immanens vero intra: sed duobus modis potest intelligi, quod producat aliquid intra; vno modo, ita quod in eodem subiecto, vbi est actio, sit etia terminus, quamuis non in eadem parte, nec in eadē potentia elicitiua, sicut nutritio in viuētibus, & motus localis: alio vero modo sic, quod in eadem parte, & in principio elicitiuo, sicut visio est in potentia visiua, & hoc secundo modo debet esse in agente ad hoc, quod sit actio immanens. Probatur, nā alias seque retur, quod calefactio, quavna pars ligni calefacit aliam partem eiusdē, talis inquam actio esset immanens, quia manet in eodem subiecto. Consequens autem est falsum, quia ista calefactio ligni est eiusdem speciei cum aliquacumque calefactione facta ab extrinseco: sed calefactio facta ab extrinseco est trā siens: ergo ista; aliás enim calefactio trā siens, & immanens esset eiusdem speciei, quia sunt ad eundem terminum.

Hoc inquam supposito in præsenti dubio, & quæstione non est dubium de actione immanenti, quia certū est illam subiectari in agenti: sed de transeunte est nostra quęstio. Notandum est primo, quod adhuc actio transiens dupliciter sumitur: vno modo stricto vocabulo; qua ratione solū dicitur esse actionem inter qualitates tangibiles, vt inter calidum, & frigidum humidum, & siccū: alio modo sumitur pro quacumq; actione, quæ est cū motu Physico, & dicitur pro quocumq; motu, vel mutatione transeunte, & sic sumitur in præsentia. Vnde pro intelligentia eius, quod dicit Aristo. 1. lib. de Generatione. cap. 6. quia ait moueri est superius, quam agere: loquitur enim de actione pro alteratione inter qualitates illas tangibiles. Et quod hoc ita sit dicendum probatur, nam mouere etiam extenditur ad alias species motus, vt ad augmentationem, & motum localem: at vero actio vt sic solum est in alteratione: Ratio autem quare illa dicatur magis proprie actio, quā alij motus hæc est, quoniam inquit ille, quod illa actio dicit ordinem ad passionem · dicantur enim simul ad se inuicem agere, & pati. Vnde quia pati proprie est recipere formam cum abiectione contrarij & contrarietas solū proprie est inter has qualitates tangibiles, ideò pati est recipere aliquam istarum cum abiectione contrarij: pati vero est in ordine ad agere. Vnde agere etiam proprie erit talis alteratio; sed in propositio (vt dixi) de quacū quę actione transeunti est sermo.

De hac ergo re eſt prima ſententia, quam tenet Scot. in 4. d. 13. quæſtione 1. quòd actio ſit in agente. Pro cuius ſententia explicatione notandum eſt, quod putat ille in actione eſſe omnia iſta tria, ſcilicet motus cum quo identificatur actio, quam vocat ille actum, & hæc dicit quod eſt in paſſo: ſed præter motum eſt duplex relatio in agente: alia ad effectum productum, & hanc concedit ille eſſe de prædicamẽto relationis, & certũ eſt, quod hæc ſubiectatur in agente: alia vero eſt relatio ad paſſum, & hanc dicit ille eſſe actionem de prædicamento actionis. Pro quo notandum eſt, quod eſt duplex relatio, quædam intrinſecus aduenies, quę poſito fundamento, & termino ſequitur neceſſario relatio, vt relatio patris ad filium: alia vero eſt extrinſecus aduenies, quæ non ſequitur poſito fundamento, & hæc eſt relatio agentis ad paſſum, quia poſito igne, qui eſt agens, & lignum, quod eſt paſſum: non ſtatim ſequitur relatio: ſed expetatur approximatio. Hanc ergo relationem extrinſicè aduenientem dicit eſſe de prædicamento actionis, & eſſe in agente. Probatur autem primo hæc ſentẽtia, quoniã actio nequit intelligi ſine ordine ad paſſionem, & agens ad paſſum: ergo relationem dicit: ſed non de prædicamento relationis, quoniã actio eſt diſtinctum prædicamentũ. Probatur ſecundo, quoniam vnum quodq; ſubiectũ denominatur tale: ſed agẽs denominatur tale ab actione: ergo actio in hæret illi. Si dicas, quod maior eſt vera ſolũ de denominatione intrinſeca: agens autẽ non denominatur niſi extrinſicè. Cõtrà hoc eſt, quoniã ſi actio extrinſicè denominat agens: ergo aliud ſubiectum denominatur ab ipſa intrinſicè, ſicut ſi colũna dicitur dextera extrinſicè à dexteritate animalis aliud ſubiectum, ſcilicet animal dicitur intrinſicè dexterũ ab eadem forma: ſed nullũ eſt aliud ſubiectũ, quod denominatur intrinſicè præter agens. ergo, &c. Confirmatur, quoniam ſi actio nõ ſubiectatur in agente: ſed in paſſo ſequitur, quod in eodẽ ſubiecto ſint duo accidentia oppoſita, quoniã actio, & paſſio ſunt accidentia oppoſita. Tertio eius eſt actus, cuius eſt potentia ex Ariſt. lib. de Somno, & vigilia; ſed potentia ad agendũ eſt in agente: ergo & actio. Quarto quoniam ſignis calefaciit duo ligna ſimul erit vnica tantum actio, quoniam eſt vnum agens; & tamẽ ſunt duo paſſa; ergo actio non ſubiectatur in paſſo: ſed in agente.

Contra iſtam ſententiam Scoti ſtatuo primam concluſionem, quod relatio illa agentis ad paſſum non eſt de prędicamẽto actionis: ſed ad aliquid. Probatur 1. ex Ariſt. 5. Metaph. qui in cap. eorum quæ ſunt ad aliquid ponit in ſecundo genere relationis, quæ ſunt actiui ad paſſiuũ: ſed relationes ſecũdi generi ſũt de prędicamẽto ad aliquid: ergo, &c.

Secundo probatur quoniam ſi aliqua ratione iſta relatio, eſſet de prædicamento actionis, & non relationis, maxime, quia eſt relatio extrinſecus aduenięs, vt fingit Scotus, ſed iſte motus relationis eſt relationis effectus ab ipſo, quia præter ipſum á nullo eſt inuentũ: ergo. Tũ etiã, quia ille appellat hanc relationẽ extrinſicè aduenientẽ, quia poſitis fundamentis remotis; nõ ſtatim ſequitur relatio, & ſic omnis relatio eſt extrinſecus aduenięs, nã ſimilitudo V. G. nõ ponitur poſitis duob⁹ hominib⁹ niſi ponatur ineis ſimul albedo: ſi vero dicat, quod poſito fundamẽto proximo nõ ſequitur relatio, contra hoc eſt, quia quãuis poſito igne, & ligno, quę ſunt fundamenta remota nõ ſtatim ſequatur: relatio tamen poſitis his ad actionẽ atq; paſſionẽ vnius in alterum ſequetur relatio agentis ad paſſum: ergo iſta relatio non eſt extrinſicè aduenięs.

Vltimo probatur noſtra concluſio cõtra Scotum, quoniam actio, quam ille vocat actum eſt de prædicamento actionis, & illa nõ eſt in agente: ſed in mobili: ergo actio hui⁹ prędicamẽti eſt in paſſo.

Maior

Maior probatur, quoniam minor ab illo conceditur ex Arist. qui in capite tertio huius libri asserit, quod vnus, & idē motus est actio, prout pendet ab agente, & passio vt recipitur in illo, & soluens dubiū, vbi subiectetur actio. Respondetur, quod in agente. Et confirmatur, quoniam actio de prædicamento actionis est qua producitur terminus: sed terminus producitur per actionem, quæ est motus subiectatus in passo non per relationem, ergo.

Secunda sententia est Caietani, qui dicit actionem de prędicamento actionis, & entitatem absolutam, & fundamentum relationis tantum subiectari in agente, quamuis motus subiectetur in passo. Vnde in actione tria dicit reperiri. Primum entitatē istam. Secundum relationem. Tertium motum, & duo priora esse in agente: tertiū vero in passo. Potest confirmari hæc sententia, primo ex authoritate Arist. 8. Phys. tex. 15 qui probat nullo modo mundū potuisse incipere in tempore, quoniam inquit si mundus inciperet Deus mutaretur: sed hæc sentētia nō valeret nisi actio sit in agente: ergo &c. Secundo ex S. Tho. 1. part. quæst. 25. art. 1. ad 2. & 3. qui dicit in Deo esse potentiam actiuam, & quod aliter est quod in creaturis, quia est in Deo potentia actiua principium solius effectus, & non actionis: at vero in nobis potentia actiua est principiū vtriusque cuius rationem reddit, quoniam actio in Deo est idem cum sua essentia, ex quo arguit Caietanus, sicut in nobis potentia actiua est oppositum effectus, atque motus, qui est in mobili: sic etiam potentia actiua in Deo non solum est principium effectus: sed etiam mutationis ad ipsum, quia actio ista non est essentia Dei: sentit ergo S. Tho. quod in nobis potentia est principium etiam actionis, quæ subiectatur in agestre: non non tamen in Deo, quia hoc est Dei essentia, ac per consequens actio est in agente, & probatur ratione sic, quoniam relatio, & eius fundamentum debent esse idem realiter: ergo sunt in eodē subiecto: sed relatio est fundata in actione: ergo actio, & relatio sunt in eodem subiecto: sed relatio est subiectiue in agente secundum omnes: ergo & actio. Vltimo quia in passione reperiuntur tria, scilicet motus, relatio ad agens, & ratio passionis: ergo in actione reperiuntur totidem tria, ac per consequens quāuis motus sit tantum in mobili: tamē actio potest esse in eagente.

His non obstantibus statuo secundā conclusionem, actio transiens, quæ est de prædicamento actionis nullo modo est in agente: sed in passo, probatur, quia in primis non solum, quod sit expressa sententia Arist. non solum in hoc loco, (vt dictum est) cōtra Scotum. sed etiam 9. Methaph. 16. vbi actionem transeuntem expresse dicit non esse in eo, quod agit: sed in eo, quod fit, vt ędificatio nō est in eo, qui ędificat sed in eo, quod ędificatur, & contrario in eo, quod contegitur, & nil clarius, quā id quod docet tertio de anima capite. Tertio dicens actionem non esse in agente: sed in patiente, sicut actio inquit sensibilis nō est in sensibile: sed in sensu, qui patitur, & etiam hęc est expressa sententia S. Tho. multis in locis: sed præcipue 1. parte. quæst. 18. art. 3. in solutione ad primum, vbi dicit actionem transeuntem esse perfectionem, eius quod patitur: ergo subiectatur in eo, quod patitur, & eadē 1. p. quæst. 41. art. 1. ad 2. & quęst. 47. art. 2. ad 2. dicit, quod in actione duo tantum reperiuntur, scilicet motus & relactio, vbi videns iam contra Caietanum non esse in actione tria, rursus: sed motus secundum omnes non est in mouente: sed in mobili adhuc secundum Scotum, & Caietanum: ergo relinquitur, quod in agente solum remaneat relatio & non actio.

Sed rationibus probatur nostra conclusio primo, quia sequeretur ex opposita sententia, quod omnis actio esset in

manens, quando quidem omnis illa manet in agente. Secundo sic sequitur omne agens moueri semper eodem genere motus, quo mouet. Vnde semper ignis dum calefacit aliud calefieret, quæ tamen omnia sunt absurda. Tertio quia omnis actio est simul cum motu, & in eodẽ subiecto, vbi est motus. Vnde hac ratione actio dicitur successiua, vel instantanea ratione motus cui ineſt cum quo ideatificatur: sed motus non in hęret mouenti, & mobili, vt fatetur Arist. ergo. Vltimo quoniam actio est in eodẽ subiecto, vbi est terminus productus per actionem transeuntem est in passo, & non in agẽte ergo. Cõfirmatur quia de ratione actionis est tantum quod procedat ab agente. sed motus qui est in passo procedit ab agẽte: ergo ille est actio, ergo frustra ponitur alia actio in agẽte.

Sit tamen tertia conclusio quam ponit Toletus quod actio etiã per accidẽs est in agente, declaratur autem ista conclusio, quia nõ indiget alia probatione. Pro quo notandum est, quod agens quando̊que repatitur dum agit: quando̊q; vero non repatitur, nã si agens habeat materiam eiusdem rationis cum passo simul dum agit repatitur ad illo, vt patet in ferro calido, quod calefacit aquam si mulq; ab eo frigefit: quando̊q; vero nõ repatitur agens, vt si habeat materiam diuersæ rationis, vt cœlum, vel si nõ habeat materiam, vt Deus, & angeli quãdo agunt in hęc in feriora, non repatiuntur. Vnde patet sensus cõclusionis, quod scilicet agens dum agit, recipit actionẽ, qua passum agit in ipsum. Vnde non recipit actionem, quia ipsum agit: sed aliã secundum quam dicitur pati: sed hoc dicitur esse per accidens, quia non conuenit omni agenti: sed tantum illi, qui cõmunicat in materia cum passo.

Vnde ad primum respondetur, quod iam diximus ad Scotum relationem agentis ad passum esse in agente: sed illa non est actio de prędicamento actionis (vt dictum est) quamuis talis relatio aliquando vocetur nomine ipsius fundamenti, scilicet actio, & concretum etiã talis relationis dicatur agẽs propter pęnuriam nominum, quia non est nomen quo significetur talis relatio. Tum etiã ipsa actio, quæ est de prędicamẽto actionis est relatiua secundum dici non solũ ad agens: sed etiam ad passionẽ. Et hinc est, quod falso illa relatio, quę est in agẽte putetur esse actio, cum re vera nõ sit Ad secundum bene respõsum est, quod agens bene denominatur ab actione extrinsice, & ita non est necessarium, quod actio sit in ipso agente. Ad replicam vero, quæ ibi ponitur respondetur, quòd quamuis verum sit semper formã, quæ denominat extrinsice vnum subiectum intrinsice denominare aliud: tamen aliquando hæc forma tribuit eandem denominationem vtrique extremo, aliquando vero diuersam, sicut dexteritas est forma, qua animal est intrinsice dextrum, & qua paries est extrinsice dexter, vtrique denominationem eandem tribuit hæc forma, quandoque vero diuersam, vt visio denominat animal videns: parietem vero extrinsice visum: sic ergo vnus, & idem motus denominat agens extrinsice tale passum & non nisi intrinsice. Ad confirmationem respondetur. quod nihil impedit in vno, & eodem subiecto esse simul accidentia opposita secundum diuersas rationes. Vnde actio, & passio, quæ sunt vnus motus sunt in eodem subiecto, & non est inconueniens habere rationes oppositas in ordine ad diuersa. Ad tertium respondetur, quod illa propositio, cuius est actus debet esse potentia non debet intelligi quasi in eodem subiecto sit vtrumque: sed quod sit eiusdem, ideſt sicut potentia ad agendum est agentis: sic etiã actio est eiusdem, non quia in hæreat illi: sed quia procedit ab ipso agente. Ad vltimum respõdetur, quod in illo casu, quod ignis cõburat duo ligna sunt duæ actiones distinctæ numero, quia sunt duo substantia, scilicet duo possibilia

nec

nec valet cõsequentia quando colligis;ergo sunt duo agentia nam sicut in eodem homine possunt esse plures scientiæ, & non dicitur ille plures scientes: sed vnus sciens, sic à pluribus actionibus potest denominari vnũ agens cuius ratio est,quia ad hoc, vt multiplicentur concreta non solum debent multiplicari abstracta: sed etiam substantia, quæ connotatur nomine concreti, cuius ratio est,quia vtrumq; significat nomine concreti, quamuis principalius forma & minus principaliter subiectum.

Ad argumenta ergo Caietani respõdetur ad primum,quod Arist. & Physicorũ, sicut deceptus est in inclusione existi mans mundum esse abæterno,sic etiam in ratione,quia existimabat Deum alias mutari:ratio autem qua ipse ducebatur erat ista, quoniam alias inquit, Deus nunc vult mundum facere,& antea noluit:ergo mutatur eius voluntas. Sed hęc ratio nihil valet,qua quamuis mundus inceperit in tẽpore,non incepit Deus velle illum facere:sed abæterno voluit eum producere in tempore.Ex quo patet quod ille locus Aristot. nihil probat contra nos,quia Arist. tantum intendit, ibi actionem immanentem,quę est volitio esse in agente,& inde colligit, quod Deus mutaret nos;tamen nõ negamus esse actionem immanentem in agente: sed transeuntem.

Ad secundum ex S.Tho.respondetur quod S.Tho.dicit, quod potentia actiua in Deo non est principiũ actionis:sed solus effectus loquitur de actione transeũte, & quod est sermo de potentia, qua creat,quoniam creatio non est actio: & ideo Deus quãdo creat producit effectũ absq; media actione, & trãsmutatione. Dico secũdo,quod si sermo sit de alijs effectibus,qui producuntur à Deo absq; creatione illi quidẽ producuntur media actione transeunte: tamen hæc est differẽtia á potẽtia actiua in nobis,quia hæc nõ solũ producit effectũ ad extra media actione trãseunte:sed in agẽte producit relationẽ realẽ,scilicet aliam actionẽ, vt in his creaturis,quæ agunt per cognitionẽ:at vero Deus neutrũ producit in se,quoniã eius actio est eius essẽtia. Vnde nec aduenit de nouo actio nec relatio.

Ad primam rationem Arist.quod relatio identificatur cum suo fundamento. Nego tamen quod actio sit fundamẽtum;sed conditio,potentia vero actiua est fundamentũ & hoc solum est in agẽte,& cũ hac identificatur relatio. Ad vltimum concedimus in actione esse tria, quemadmodum in passione scilicet motus relatio,& ratio actionis;tñ ex ijs tribus sola relatio est in agente,quia ratio actionis,& passionis sunt idẽ realiter cũ motu,ac per cõsequens inter se ita subiectatur actio in eodẽ subiecto, quo est motus,scilicet in mobili,& non in agẽte. Si aũt cõtra hoc obijcias,quod actio dicitur esse causa passionis. Vnde concedimus hanc propositionẽ lignum calefacit,quia ignis calefacit:ergo actio,& passio distinguntur realiter nam idem non est causa sui. Resp. quod actio vere & in rigore,& sũi rem nõ est causa passionis: sed tantum est causa virtualis,aut ratio formalis. Vnde dimanat,sicut immutabilitas in Deo dicitur causa æternitatis & vt sic hoc modo causæ,nõ opus est, q̃ distinguantur realiter. Si autẽ secundo obijcias,quod actio & passio sunt diuersa prædicamenta,ac per consequens distinguntur realiter. Resp. negando consequentiã,quia allũ desumitur distintio realis inter aliqua,ac distinctio generica. Vnde possunt aliqua distingui realiter:non tamen genere, nec specie sicut Petrus & Paulus:distingui enim realiter est, quod sint duæ res separatæ vel quod possint separari ; at vero distinctio consistit in hoc,quod aliqua conueniant in aliquo vniuoco,& habeant diuersas formales rationes: distinctio enim generica pẽes hoc,quod sint duo conceptus obiectiui in nullo vniuoco cõuenientes,& quod in ordine ad primam substantiam ita prædicentur, q̃ modus

præ-

prædicandi vtriusq; in nullo conueniat qualiter se habet actio, & passio vel agens & passum, & ideò hæc distinguntur genere.

Si autem vltimo quis obijciat contra principalem conclusionem, actio, vt est actio secundum suam vltimam rationẽ includit accidentis rationem, quę est ordo ad subiectum: ergo secundum suam vltimam rationem respicit subiectum: sed secũdum suam vltimam rationem respicit agens: ergo agens & subiectum sunt idem. Respondetur negando primam consequentiam, nam quamuis ratio accidentis includatur in modis intrinsecis generum, nihilominus differt ab illis ratione saltem, sicut ens quãuis includatur in esse per se, & in alio: tamen ratione distinguitur ab illis. Vnde fit, quod quamuis secundum vltimam rationem actionis includat ordinem ad subiectum, ille ordo ad subiectum differt ratione ab vltima ratione actionis. Vnde secundum vltimam rationem respicit agens, non subiectum, quamuis vnum istorum includatur in alio. Secundo dico, quod quamuis secundum vltimam rationem respiciat vtrumque; nõ tamen sequitur, quod subiectum sit idẽ quod agens sicut relatio secundum vltimam rationem habens ordinem ad terminum, & ad subiectum, quę distinguntur realiter sic actio ad subiectum, & agens, quæ distinguntur realiter.

QVAESTIO, II.

De naturalis entis quantitatis finitione secundum finitum, & infinitum.

DIctum est quæstione præcedenti qualiter motus de genere quantitatis sit secundum propriam extensionem, & diuisibilitatem, quam vt magis explicaret Arist. in 2. p. huius libri disputabit de infinito, & finito; quatenus passiones sunt quantitatis continuæ (vt supra dixi in præfatione huius, & in annotationibus ad capita huius libri) Quod vt magis pateat, examinanda sunt quinq; Primo si ad Physicũ spectat agere de infinito. Secundo vtrũ detur infinitum in actu in rerum natura. Tertio si per potentiam Dei tale infinitum potest dari. Quarto si infinitum in actu possit cognosci. Vltimo si infinitum daretur, si esset principium & non à principio.

ARTICVLVS. I.

Si ad Ppysicum spectet agere de finito & infinito & quomodo?

INfinitum significat pro formali, vel negationem finitionis seu limitationis, vel rationem aliquam positiuam, qua formaliter intelligitur aliquid esse infinitum, quæ sit fundamentum proximum prędictæ negationis: pro materiali vero significat id, quod illi negationi intelligitur subiectũ, & hoc multis modis solet dici infinitum. Primo dicitur infinitum, quod non habet spatiũ aliquod seu quantitatem, quæ possit habere finitionem, aut in finitionẽ quomodo pũctum, & omnia, quę quantitate carent solent dici infinita in eo sensu, quo vox dicitur inuisibilis, quia caret potentia vt videatur. Secundo dicitur aliquid infinitum ratione suæ quantitatis infinitum autem (& idem dictum volo de finito) sicut & quantum: aliud est perfectionis: aliud molis: illud potest intelligi infinitum, aut in essentia, aut in vigore operandi, aut in duratione; aut etiam in receptione. Quo pacto materia prima (supra à nobis dicta) est infinita ob indeterminationem, quam habet ad omnes formas,

mas, etiam possibiles, quæ indeterminatio fundatur in illius essentia: infinitum molis, aliud intelligitur in magnitudine, vt si daretur corpus, aut spatium infinitum: aliud in successione, vt si daretur motus, aut tempus infinitum: aliud in multitudine, vt si daretur infinitæ species, aut indiuidua corporum: aliud dicitur infinitum ratione figuræ, quia ratione illius non habet terminum signabilem, vt circulus: aliud eo, quod licet habeat transitum, & finem: sed vix, aut dificilimo peragi potest, vel propter ali quod impedimentum, vt via pellagi in profundum vsque ratione aquæ, & via à tropico in tropicum ratione actus difficilimum habet transitum, & ideò dici solet infinitum, vel propter eius maximam multitudinem, aut magnitudinẽ, quomodo via longa dicitur infinita, vel propter figuram quo pacto laberintus dici solet infinitus.

Sit ergo conclusio ad Physicum pertinet agere de infinito molis: in hoc autẽ loco non debet agere de omni infinito molis; sed de eo, quod est quantitatis passio: quærendo, vtrum detur, aut dari possit. Probatur, quia finitum & infinitum, tam molis, quã perfectionis, sunt passiones, illa quãtitatis molis, hęc quantitatis perfectionis: ergo ad eum pertinet agere de infinito, & finito ad quem pertinet agere de quantitate: sed ad Physicum spectat agere de quantitate molis: ergo de infinito, & finito molis, & quidem in hoc loco statim, vbi egit de quãtitate molis, nã de finito, & infinito in spatio in successione in actiuitate, & alijs, quæ possunt competere corporibus illis in locis tractari debet, vbi docuerit quid sit spatium successio, aut actiuitas corporum ad Methaphisicum autẽ spectat agere definito, atque infinito in cõmuni, tam in essentia, quam in actiuitate ac duratione & alijs huiusmodi, vt cõueniunt vel substantijs, vt sic vel substãtijs ipsis separatis, de quibus ipse agit. Obijcies passio semper cõmittatur subiectum, & est possibilis: sed infinitũ molle non est possibile: ergo respondeo primo passionem quantitatis esse infinitũ non in facto esse sed in fieri, & hoc sine dubio datur. Secundo Resp. infinitum molis esse duplex: aliud infinitum in actu completo, quod actu est quantum & non habet nec potest habere terminum quantitatis, & hoc adhuc est duplex, aut enim intelligitur in entibus completis, quorum quodlibet est ens, vt quod aut in incompletis & partialibus, quæ ab Arist. (vt supra diximus) appellantur entia incompleta, eo quod non sunt entia per se, vt quod seu vt hoc aliquid: sed sunt entis entia, scilicet partes entis, aliud intelligitur potentia infinitum, quod appellatur infinitum in actu incompletò, eo quod eius diuisio, aut de tractiò appositio, seu additio terminari non potest, quod nihil aliud est, quam infinitum in fieri (de quo supra dixi) & de istis omnib⁹ infinitis fuit dubiũ (vt videbimus apud aliquos) vtrum darentur actu, & profecto si nullum illorum daretur: nihilominus infinitũ molis posset dici passio quantitatis quodammodo, quia si daretur, esset passio consequens quantitatẽ illam, non minus quam finitum est passio consequens alias quantitates limitatas. Dices infinitum á nobis cognosci non potest; ergo non pertinet ad Physicã considerationem humanam. Respondeo infinita non possunt á nobis distincte cognosci: tamen in communi & in confusso quid sit infinitum. Vtrum detur, aut dari possit cognosci potest áquo autem intellectu & quo modo infinitũ distincte cognoscatur, non est præsentis speculationis interim si placet. Vide Fonsec. 2. Methaph. 2. quæst. 3. ex dictis manet notus articulus, qui posset collocari hic. Vtrum finitum & infinitũ sint passiones quantitatis, quod magis a articulo sequenti patebit.

ARTICVLVS. II.

Vtrũ detur infinitũ in actu.

Quæstio

QVæstio hæc procedit de vtroque infinito explicato, magnitudinis scilicet, & multitudinis, & videtur quod detur tale infinitũ. Primo quia posito subiecto ponitur passio consequens illud: sed finitum vel infinitũ sunt passiones quãtitatis, quę datur á parte rei in actu: ergo etiam datur finitũ & infinitum. Secundo á parte rei in actu datur infinitũ in potentia: ergo etiãdatur infinitum in actu. Tenet consequẽtia, quia frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum. Tertio ex sententia Arist. mundus est ab æterno: ergo secundum illũ præcesserũt infinitę dies, & infinitæ circulationes, & consequenter datur infinitũ in multitudine. Sed dices, quod in successiuis non est inconueniens, quia partes eius non sunt simul: esset autem inconueniens in permanentibus. Contra est, quia in vno quoq; die posset Deus creare vnum Angelũ, qui est incorruptibilis. & cõsequẽter potuisse producere infinitã multitudinem Angelorũ. Confirmatur, quia mũdus cum sit abæterno ex opinione Arist. præcesserunt infiniti homines, & consequenter infinitæ animæ rationales, quę ex eodẽ sũt incorruptibiles: ergo adhuc essent infinitæ animæ ĩm multitudinẽ.

Aduertendum, quod infinitum secundum quantitatẽ definitur esse illud, cui' partes accipientibus semper restant plures accipiendæ, vt patet indiuisione cõtinui, vbi quacũq; parte signata semper restant plures diuisiones faciendæ: est autem dupliciter infinitum vnum in potẽtia alterum in actu, & vtriq; data descriptio cõuenit, quãuis inter vtrumq; multum differat. Pro quo secundo aduerte, quod partes in continuo sunt duplices, scilicet proportionales, & aliquotæ, vel determinatæ, partes proportionales sũt, quæ semper sumũtur minores & minores: partes vero aliquotæ, vel determinatæ sunt in signata quantitate V.C. digitali, vel dimidio digiti: sed adhuc istę partes determinatę, quædam sunt se communicantes: quædam vero non communicantes v. c. in ligno vnius vlnæ sunt duæ mediates non communicantes, ita quod in qualibet illarum non sit aliqua particula alterius, & ideò dicuntur esse non cõmunicantes, quia neutra alteri materiam communicat; tamen sunt infinitæ medietates se cõmunicãtes in quãtitate duorum palmorũ poteris per partes communicantes assignare infinitũ, & sic dabis infinitos palmos æquales priori, vt si primum palmum assignes per duas medietates, singulas earum accipietis ab vno quoq; duorum palmorũ, secũdum vero per tertias, deinde tertias accipiendo ab vno palmo, & alias ab alio, & sic in infinitum. Vnde patet quæ sit differentia inter infinitum in actu, & in potentia, quod infinitum in potentia est illud cuius partibus acceptis semper restant plures accipiendæ, loquẽdo de partibus proportionalibus, aut determinatis se communicantibus: at vero infinitum in actu est illud, cuius partibus accipientibus, semper restant plures accipiendæ, loquendo de partibus terminatis non se cõmunicantibus. Vnde infertur certissimum esse dari infinitum in potentia á parte rei. Nam quælibet magnitudo est hac ratione infinita, quia inter partes proportionales nõ est tot accipere quin plures accipi possunt minores. & minores cum quælibet eius pars posset diuidi in duas medietates in infinitum, & idẽ de infinito in potentia secundum numerum, vel numeros circulationum, vel cogitationũ: solũ ergo restat dubium de infinito in actu.

De quo sit prima conclusio finitum, & infinitum sunt passiones quantitatis in potẽtia & non in actu, ita S. Tho. hic lect. 13. Nimph. 5. Physi. tex. 17. & nos capite de quantitate insinuauimus. Probatur tamen primo infinitum actu repugnat enti (vt statim dicetur) ergo quãtitati, tenet consequentia. Quia quantitas est vnum membrum in quod diuiditur ens analogice. Antecedens patet, quia ens diuisum in decem genera est verum

verum,& posſibile : infinitum vero in actu nõ est posſibile(vt dicetur articulo sequenti)ergo repugnat esse. Probatur secundo mensurabilitas,& diuisibilitas sunt passiones quantitatis(vt probatum est cap. de quantitate):infinito vero in actu repugnat habere has duas passiones:ergo infinitum in actu non est passio quantitatis:tenet cõsequentia. Quia passiones inter se pugnãtes non possunt ab eadem essentia dimanare. Minor probatur,quod est mensurabile est determinatum,& cognoscibile : sed infinitũ in actu est in mensurabile,indeterminabile,& incognoscibile : repugnat ergo illi mensurabilitas,& diuisibilitas, quia debet habere partes finitas quas infinitum non potest habere, quia nõ possunt componere infinitum cum sint finitæ: imo neque infinitas,quia singulę essent æquales suo toto,quod repugnat partibus cum quęlibet minor debeat esse suo toto.Tertio probatur, quia quod conuenit per se generi debet per se conuenire speciebus illius:infinitum autẽ in actu repugnat quantitati discretę (vt conclusione secunda dicetur)& repugnat quãtitati continuæ(vt dicetur conclusione tertia)ergo infinitum in actu nõ est passio quantitatis: sed solum infinitum in potentia.

Secunda conclusio,non datur infinitum in actu secundũ multitudinem,ita Arist.per multa capita huius libri,&.1. cœli cap.5.6.&.7.probatur quoniã, aut est multitudo corporũ differentiũ specie aut numero: non primum,quia corpora differentia specie habent motus,& loca differentia specie,quia vnicuiq;corpori conuenit suus motus,& locus naturalis: sed loca ad minus non,sunt infinita,nec motus sed tantũ duę vel tres species, vt probat Arist.1.cœli cap.2. ergo nec corpora sunt infinita.Dices non esset in cõuenies eundem locum numero,vel specie(vt patet de mixtis)quæ sunt diuersæ speciei ; & tamen omnia mouentur ad motum & ad locum elementi prędominantis cõtra est,quod quãuis mixta sint diuersæ speciei,& ad eũdem locũ secundum speciem mobeantur tamen corpora simplicia nõ possunt esse diuersæ speciei,quin motus eorum & loca differãt specie.Si vero datur numerus infinitus corporum differentium specie illa deberent esse corpora simplicia, quia ex finitis corporibus simplicibus, necessarium est finita esse mixta secũdum speciem. Secũdo vniuersaliori ratione:patet hoc ipsum.Quia cum quælibet species habeat distinctam perfectionẽ ab alia, sequitur,quod in illo numero infinito sit perfectio infinita in actu,quod est absurdum,quia prẽter Deum non est perfectio infinita in actu,vt probat S Tho.1. parte quæst.7.art.1.quia solum in Deo esse est de eius essentia. Tandem , quia de ratione numeri est,quod sit numerabilis:sed si numerus esset infinitus non esset numerabilis:ergo. Sed de hac ratione articulo sequenti.

Tertia conclusio non datur actu infinitũ secundũ magnitudinẽ probatur, omne corpus naturale est mobile:sed infinitum in actu non potest moueri:ergo non est corpus infinitum in actu,minor patet.Nam corpus naturale habet in se principium motus, & quietis corpus autem infinitum non posset moueri, nec sursum,nec deorsum, nec circulariter: ergo nullo modo non sursum quia iam non esset deorsum,& sic non esset infinitum non occuparet omnem locum, non deorsum propter eandem rationẽ: non circulariter , quia cum lineæ eius, quod mouetur circulariter , quo longius à centro protrahuntur magis inter se distent infiniti corporis circularis lineæ protractæ à centro in infinitũ infinitę distarent & à centro & inter se. Vnde inter illas esset spacium infinitum , quod per transiri non potest , & consequenter corpus illud non posset moueri circulariter consumendo motum. Secundo nulla potest esse quantitas,in qua non sit aliqua figura , qua extrin-

extrinsice terminetur; sed infinitum nõ admittit figuram: ergo non datur infinitum in actu secũdum magnitudinem figura enim secundum Euclidem. Primo elementorum est, quæ termino clauditur & generaliter probatur. Tertio de omni quantitate moli de discreta quidem, quia constat vnitatibus, quæ indiuisibiles & determinatę sunt infinito autem nihil determinatum esse potest neque in quantitate successiua in tempore & motu, quia hæc incipiunt per vltimum non esse, quod repugnat infinito actu neque in quantitate continua permanente cum omnes eius partes in suis definitionibus claudant terminos vt linea est longitudo determinata punctis superficies est, latitudo terminata lineis corpus vero superficiebus clauditur: sed claudi termino repugnat infinito actu: ergo non est dabile. Tandem quia si numerus est infinitus actu aliquæ species numeri essent infinitæ actu, vel indiuidua infinita neutrum horum: ergo tum quia non potest esse diuissum aliquid in infinitas partes: tum quia diuisio in infinitum neque naturaliter pertrasiri potest, tum quia nullum esset tẽpus actu infinitum á quo possent detrahi partes per se naturaliter existentes actu infinitæ de speciebus, autem secunda conclusione probatum est, quod non dentur actu infinitę ergo nullomodo datur infinitum actu.

Ad argumenta in principio, ad primũ patet ex prima conclusione, & ex articulo precedenti qualiter finitum, & infinitum non sint passiones quantitatis in actu: sed finitum & infinitum in potentia sunt passiones quantitatis. Ad secundum, quod infinitum in potentia dicitur continuum, non quod habeat partes infinitas in actu: sed quia successiue sumẽdo partes non habent terminum cum vnaquæq; sit diuisibilis in alias duas partes, eo ipso quod quanta est. Vnde infinitum in potentia est infinitum diuisibile & non tot quin plura, & quin plura, quæ potentia non est fustra, quia eius actus non est, quod sit actu diuisum: sed quod semper magis ac magis diuidatur, & hæc est sententia omnium ex positorũ Arist. cum quibus Theologi consentiũt & hoc est, quod alij dicunt non dari infinitum Cathegorematice: sed bene Sincathegorematice: vocant tamen infinitum actu infinitum Cathegorimatice, quia si esset tale esset Cathegorema, illud significans: Cathegorema enim significat aliquid vel aliqua: vocatur autẽ infinitum Sincathegorematice infinitũ in potẽtia, quia hoc infinitum solum est aliqualiter, scilicet secundum diuisionẽ magnitudinis Sincathegorema enim vt dixi prima parte Summularum solũ aliqualiter significat. Ad tertium bene ibi respõsum est. Ad replicam expositores Arist. multa figmenta dicunt vt illũ á contradictione excussent cum dicat hic non esse infinitum actu, secundum multitudinem cum dixerit alibi mundum esse æternum existimo, tamen dicendum, vel quod solum negat Arist. infinitam multitudidem in rebus matirialibus: nõ autem in immaterialibus, aut si in omnibus negat concedendum est sibi aperte contradicere, quia cum dicat non esse infinitum in actu, non debuit ponere mundum abæterno. Sed dices potentia actiua Dei est actu infinita: ergo aliquis eius effectus est infinitus: sed nullus potest esse infinitus in perfectione. vt probatum est: ergo debet esse infinitus, secundum quantitatem, & per cõsequens in quolibet continuo sunt partes actu infinitæ saltem proportionales. Respondeo, verum esse potentiam Dei esse infinitam actu non ex eo quod producat infinitum in actũ: sed quia vel ex nihilo producit, quod arguit infinitã perfectionem producentis, vel quia qua cumque creatura producta potest perfectiorem & perfectiorem producere citra infinitum in actu, & consequenter. Respondetur ad secundum de partibus continui negãdo, vt bene Vallesius hic,

partes

partes potentiales in continuo esse infinitas: sed solum Sincathegorematice, & in potentia. Vel secundo dico partes continui esse actu infinitas ex quo non sequitur dari in magnitudine infinitū in actu, quia ad hoc, vt ista sit actu infinita non solum requiritur, quod partes proportionales sint actu infinitæ: sed etiam quod sint partes aliquotę, & signatę. Similiter non sequitur numerum esse infinitum in actu, quia numerus proprie non est nisi entium completorū quæ & sunt in actu, & adinuicem separata: partes verò illæ, nec sunt separatæ, nec entia in actu.

ARTICVLVS. III.

Vtrum possit dari infinitum in actu aliqua potentia.

IN hac re hoc vnum scio me nihil scire, ideò nō multiplicabo argumēta, quæ cuiuis se se efferent multa: sed quid minus difficile cognitu sit exponam, facile enim nihil est, vt intelligas titulum, aduerte quod solum est sermo de potentia Dei absoluta, nam de ordinaria dictum est, & in hoc omnes cōueniunt non posse dare infinitum secundū virtutem, & entitatem, quia vt sic, præter Deum nihil potest esse infinitum. Secundo etiam est certum non posse fieri infinitum eorū, quæ sunt essentialiter subordinata siue sint species, siue causę vniuersales, & particulares, & est expressa sententia Arist. 2. Metha. tex. 5, & ratio id suadet, quia quæ sunt essentialiter subordinata differunt specie, quia in illis deueniendum est ad aliquam speciem infinitam in actu in perfectione si numerus earum est infinitus in actu: patet consequētia. Quia species nō sunt equales in perfectione: sed vna necessario est perfectior altera, quia sunt sicut numeri: de causis autem essentialiter subordinatis est peculiaris ratio, quòd numerus illarum non sit actu infinitus, quia in infinito tempore agerent, & per consequens actio illarum numquam esset consumata: atque ideò numquā prodiret effectus: solum ergo difficultas est de infinito secundum quantitatem in multitudine illarum rerum, quæ per accidēs sunt ordinata: de quare prima sententia est Grego. Ariminens. in 1. dist. 43. quęst. 4. Ochan. in 2. quæst. 1. & aliorum tenentium non implicare contradictionem infinitum esse in rerum natura: atq; ideò infinitum in actu per diuinam potentiam posse dari tam in magnitudine, quam in multitudine. Probat primo Deus potest facere quidquid cadit sub obiecto suę omnipotentię: hæc autē est infinita: ergo potest producere infinitum in actu. Secundo Deus potest separare actu partes quantitatis continuę: sed istæ sunt infinitæ in actu: ergo Deus potest facere infinitum numero in actu: maior patet, quia Deus potest conseruare per seipsum quidquid per aliam causam conseruetur præcipue si nō sit de essentia eorum; ergo Deus potest separare actu & conseruare partes quātitis continuæ, quæ sunt infinitæ. Tertio quæcumq; Deus potest cognoscere simul (si sint permanentia) potest facere simul: sed tam per scientiam simplicis intelligentiæ, quam per scientiam visionis cognoscit simul infinitū in actu: ergo potest illud producere: notanter dixi si sint permanētia, quia si sint successiua necessario fiunt successiue, vt motus, & tēpus quāuis simul cognoscantur. Quarto in vna hora sunt infinita instātia: sed in quolibet potest creare Deus vnū hominem, & angelum: ergo in fine horæ erunt infiniti homines, & angeli: possibile autē positum in esse nullum sequitur inconueniēs: ergo potest Deus in actu infinitos angelos, & homines producere.

Secunda sentētia est omnino huic opposita, est S. Tho. 1. p. q. 7. art. 3. vbi latis-

sime Magr. Zumel hanc quęstionem explicat Scotus. in. 2. d. 2. q. 1. & 2. Metha. q. 2. Durand. ibidem. in. 2. q. 2. Caietanus 1. par. quæst. 7. Ferra. 2. contra Gent. c. 8 Bonauent. in. 1. dist. 4. quæst. 3. Capreol. dist. 44. quæst. vnica conclusione. 1. Mar sill. quęst. 42. Percy. 10. Philosoph. capit. 10. Vallesi. Sot. Veracruz, Astudillo, & alij qui omnes sentiunt implicare contradictionem, quod sit infinitũ in actu in quantitate continua, & discreta primo implicat contradictionem partem esse æqualem toto: si tamen daretur infinita multitudo actu; sequitur actu partem æqualem esse toti: ergo implicat infinitam multitudinem esse actu: maior patet, quia si pars esset æqualis toti, esset pars vt supponitur; & tamen non esset pars, quia, quælibet pars est minor suo toto: includit enim totam partem, & aliquid amplius: minor probatur. Nã V. C. cum quaternarius sit pars senarij: tam esset infinita multitudo ternariorum, quam quaternariorum & senariorum; secus autem si minor esset multitudo esset finita multitudo quaternariorum: ex finita autẽ multitudine nullo modo fieri potest infinita multitudo, quod si infinita est multitudo ternariorum, & quaternariorum pars erit æqualis cum toto. Secundo potẽtia diuina est infinita, ita vt quocumq; dato effectu potest facere maius: ergo implicat contradictionem esse infinitum in actu: patet, consequentia, quia & vt potest facere maius, aut non potest: si potest sequitur implicatio contradictionis ex parte infiniti: esset enim infinitum, vt supponitur, & non esset, quia potest esse aliquid maius: si vero non posset maius producere, sequitur implicatio contradictionis ex parte diuinæ potentię: esset enim infinita, vt reuera est & non esset infinita, si quidem est exhausta, & determinata, ita quod maius facere non potest. Tertio implicat contradictionem aliquid esse in genere, quod non sit in aliqua eius specie quantitatis, Quarto si esset creati infiniti homines V. C. vel Deus posset producere plures, vel nõ si nõ: ergo esset exhausta potẽtia Dei, quod tamen fieri non potest, nam cum creet ex nihilo profecto creasse impertinens est ad hoc, vt possit creare: si vero potest producat plus centum, & tunc peto an illa prima infinita multitudo reddatur maior, si nõ ergo totũ non est maius sua parte si redditur maior: ergo infinito datur maior, seu plus, & excedens in aliquo finito.

Vt media via incidamus in hacre sit prima cõclusio, aut enim loquitur de infinito in magnitudine, aut in multitudine: si loquimur de infinito in magnitudine dicendũ est implicare contradictionem esse infinitũ in actu secundũ magnitudinẽ ex omni positione, quod efficaciter probatur ratione. 2. S. Tho. quia si detur infinitum in actu ex omni positione hoc est ex omni parte ita vt occupet omnes species loci sursum, & deorsum ante & retro dextrũ, & sinistrum, iã determinaret Dei potentiã infinitam illã quam exhauriret, essetq; illa potẽtia infinita, vt supponeret, & non infinita cũ sit determinata, ita quod nõ potest facere maius corpus. Notanter aũt diximus ex omni parte, quia si ex aliqua parte nõ sit infinitũ in actu nõ adæquaret infinitam Dei potentiã cum ex illa parte additionem suscipere, & fieri maius possit. Secundo probatur, quia si non moueretur tale corpus infinitum secundũ magnitudinem secundum se totum, solum potest intelligi, quod moueatur secundum partem sui, & hoc est impossibile, quia illa pars si est finita nõ poterit moueri, sicut nec totum, infinitum, si vero sit finita, aut mouetur motu naturali, & hoc non, quia in termino á quo esset violenter, quod implicat, quia omnes locum ocupãtur á toto cuius est pars, nec etiam mouetur motu violento, quia in termino ad quem esset præter naturã, & ita sine toto infinito, quod implicat nullo ergo modo mouetur.

Secun-

Secunda conclusio si loquamur de infinito in multitudine dicendum est non implicare contradictionē, quod sit actu hæc est contra Auicen. & Algazel. quos refert S. Tho. 1.p.q.7. artic.4. est contra Ocham. 2.d.1. Grego. 1.d.41.q.4. & Coronel. Late. 8. Physicorum præterea Gabriel. 2.d.1.q.2. Durund. & Perēy. vbi supra, & quidam Neoterici, qui vtramq; sententiam indicāt esse probabilem, & Duran. asserit aliquando se hanc vltimā ellegisse, pro qua sit primū argumentū quidquid Deus potest facere non est finitum, nec in magnitudine, neq; in multitudine, alias diuina potentia nō esset infinita cum eius obiectum adæquatum esset finitum: ergo omne, quod Deus potest facere infinitū est: ergo pōt illud facere, alias potest, & non potest. Secundo si Deus operetur, necessitate naturę etiā ad extra produceret de facto simul omnia, quæ posset: sed tunc produceret infinitū: ergo & modo potest libere producere infinitum, quia certè non minus potest operando libere, quam si operaretur necessario. Confirmo, quia in tantū se extendit omnipotētia Dei in quā tumeuis cognitio: omnia enim quæ in Deo sunt æqualia sunt: sed Deus cognoscit infinita, vt possibilia ergo potest illa omnia simul producere. Cōfirmo, quia secundum oppositum opinantes succedsiue potest infinita producere; sed non est vlla ratio, cur non possit simul, quæ potest succesiue: ergo.

Tertio Deus potuit creare mundum abæterno, vt concedit S. Tho. 1.p.q.46. ar.2.ad.7. & in quouis die potuisset producere vnū hominem; ergo iam creasset infinitos. Quarto, quia si per totā æternitatem á parte post creet quotidie vnū hominem videbit nūc scientia visionis creatos infinitos; sed quod videt scientia visionis, non est cur non possit producere: simul, ergo. Confirmo, quia Deus in vna hora videt instantia infinita, cur nō posset in quouis instanti illius horæ producere vnum hominem: atque adeò infinitos. Quinto Deus est modo in spacio imaginario infinitus simpliciter, si quidem immensitas Dei est infinita simpliciter, cur ergo non posset producere corpus, aut corpora, quæ sua magnitudine, aut multitudine replerent totum illum spacium. Sexto Deus produxit infinita puncta in continuo, & infinitas partes, & quidē corruptis illis partibus posset Deus illa puncta conseruare separata: ergo potest dari actu infinita multitudo. Septimo nō repugnat naturaliter esse infinitam actu multitudinem partium punctorum linearum superficierum, ac relationum in quolibet continuo (vt videbimus libro sexto) ergo nō repugnabit per diuinam potentiam esse actu infinitam multitudinem rerum hominum, aut angelorum. Octauo si propter aliquam rationem repugnaret, ideò esset, quia infinitæ multitudini nō posset aliquid addi, nec per diuinam potentiā: atq; adeò illā exhauriret, & determinaret: sed adhuc multitudine infinita data posset Deus addere ei aliquid: ergo non implicat contradictionem esse infinitam multitudinem actu. Minor probatur infinitæ multitudini, quæ est obiectiue in mente diuina cognoscente scientia visionis potest Deus aliquid addere: ergo si daretur producta infinita multitudo posset Deus aliquid addere: consequentia patet. Nam quæ est infinita multitudo obiecto, nec in mente diuina est productorum in re. Antecedens probatur his, quæ Deus cognoscit scientia visionis, quæ sunt actu infinita potest Deus aliā, & aliam addere ex ijs quæ cognoscit scientia simplicis intelligentię, quæ similiter sunt infinita: ergo infinitæ multitudini potest Deus aliquid addere. Si autem dicas cum Durando, ea quæ Deus cognoscit scientia visionis, non sunt infinita actu: sed potentia, & ideō potest fieri illis additio. Contra hoc est quod cum in Deo nulla sit mutatio de potentia ad actum; sed omnia, quæ ab

illo cognoscuntur sunt actu præsentia in ęternitate, aut illa multitudo est actu finita, aut infinita: si infinito habeo intentum, si finita: sequitur quod postea quam producta esset hauriretur numerus illorum, ac per consequens si quis produceret postea à Deo non cognocere tur, sequitur etiam cogitationes beatorum, aut damnatorum finem aliquando habere: cum tamen in æternum sint duratiuæ, & consequenter in qnolibet continuo sunt infinitæ partes actu: atamen cuilibet continuo possunt addi aliæ: atque aliæ partes: ergo infinitę multitudini potest fieri additio.

Sed contra hoc insurgit Duraudus infinitum est cuius nihil est ad extra: ergo infinito fieri potest additio, & consequenter infinitæ multitudini non potest aliquid addi. Respondetur quod illa potius est definitio totius finiti, vt docet Arist. text. 63. infinitum, aut sic definitur cuius est aliquid semper accipere secundum quantitatem. Vnde infinito non potest fieri additio, qua sit maius, sicut nec detractio qua sit minus, quia sunt in illo infinitæ partes, & ita quod accedit maius non facit, neque quod detrahitur minus facit. Sed obijcies vna ex proprietatibus actu finiti est quod non sit illo aliquid maius: ergo si detur aliqua multitudo infinita actu ei non poterit addi aliquid: patet consequentia. Quia secus fieret maior, & per consequens non esset infinita. Ad quod respondet sanct. Thom. 3. parte quæstione 10. articulo tertio ad tertium, quod cũ infinitum non sit substantia: sed accidens sequitur, quod infinita sint considerandа penes eandem substantiam specie, & penes talem substantiam solum conueniunt infinito suæ proprietatis, quare impossibile est, quod infinitum fiat maius per additionem subiectorum eiusdem, ideò finita multitudo hominis huic multitudini aliquis homo addi non potest cum infinito omnes possibiles includantur; cum tamen infinito non conueniant suæ proprietates in ordine ad subiectum alterius speciei infinitæ multitudini actu secũdum substantiam vnius speciei, addi potest multitudo aliqua secundum substantiam alicuius speciei id infinita multitudo hominum per additionem, quorum augeri potest. Hęc tamen solutio licet vera esse videatur non est satis firma, quia infinitæ multitudini obiectorum eiusdem speciei, scilicet vnius continui potest addi altera pars, & alia alterius: cum tamen omnes sint eiusdem speciei: ergo infinitæ multitudini subiectorum eiusdem speciei additionem subiecti eiusdem speciei suscipere potest. Quare aliter dicendum est ad argumentum, quod maior, & minor æqualitas, & inęqualitas sunt partes entis finiti, quia sequuntur mensurabilitatem; atque ideò solum conueniunt subiecto cui conuenit mensurabilitas: quę tamen soli quantitati finitę conuenit mensurabilitas: infinitum autem actu mensurari non potest, & ideò non est aliquo maius, nec minus, neque æquale, neque in æquale sunt istę denominationes finitæ actu. Vnde sequitur, quod infinitum in actu, neque additione fit maius, nec detractione minus cum sint in illo infinita. Vnde nego consequentiam, quod si aliquid addatur fiat maius. Sed instat Sotus, quod si hæc doctrina vera esset sequitur quod si daretur actu infinita multitudo cum singulis pillis ab alijs infinitis pillis, adhuc manerent infiniti pilli. Respondetur nullum esse in conueniens, quod (vt diximus) infinita multitudo sit infinities infinita, sicut si detrahamus partim à continuo detrahimus infinitas partes, & tamẽ in continuo, quod restat manet etiam multitudo infinita partium in illo continuo.

Vnde ad argumenta primę sententiæ Resp. ita esse, quod Deus potest facere quidquid cadit sub obiecto potentię diuinę distributiue, ideſt hoc vel illud,

non

non tamẽ collectiue: ideſt omnia ſimul illud enim implicat contradictionem, quę a Dei potentia terminaretur, & exauſta manere rei ex hoc. Si autem cõtra hoc obijcias, quod Deus intelligat omnia ſimul collectiue, & potentialia intelligere non poſſet non ſequitur, quod potentia intellectiua Dei ſit exauſta aut determinata: ſed potius perfecta, quia attingit ſunt obiectum adæquatum: ergo ex hoc quod Deus faciat omnia quæ ſunt factibilia ſimul & potentialia facere non poſsit non ſequitur, quod potentia creatiua ſit exauſta: patet conſequẽtia. Quia non minus eſt infinita potentia intelligendi, quam creandi. Reſpondetur longe diſparem eſſe rationem, quia ex eo quod Deus intelligat infinita non ceſſat potentia ab actu intelligẽdi: ſed ſemper manet potentia intellectiua in actu ſecundo, & ſemper manet poteſt intelligere omnia, quæ ſimul intelligit. & ita non manet exauſta potentia intelligendi: at vero ſi Deus crearet illa omnia quæ poteſt ſimul potentia creatiua ceſſaret ab actu creandi, & non maneret potens aliquid creare cum aliquid iam creatum eſſet, & quidquid creabile erat; atque ideò potentia creandi maneret exauſta. Ad ſecundum reſpondetur negando minorem, & ad probationem dicemus, quod licet Deus poſsit cõſeruare ſeipſo, quod conſeruat per cauſam ſecundam, quod non ſequitur implicatio contradictionis: non tamen quando ſequitur qualitas. Hic ſequitur, quia quamuis partes quantitatis non includant in ſuam eſſentialem entitatem totius termini ſi infinitæ illæ partes eſſent actu ſeparatę: ſequeretur implicatio contradictionis, quod eſſent diuiſibiles quia iam eſſent omnino diuiſę in partes. Ad tertiũ reſpondetur falſum eſſe, quod omnia quæ Deus ſimul cognoſcit poſsit ſimul facere, quia aliàs eius vltima potentia exhauriretur, & determinata maneret. Ad quartum reſpondetur, quod ſolum probat Deum poſſe facere infinitum in actu ſecũdum multitudinem, quod nos concedimus. Ad conſequẽtiam dicimus primo de cœlo cap. 12. qua ratione probabile ſit mundum fuiſſe abæterno, & quod inde non ſequeretur magnitudo actu infinita.

Ad argumenta pro ſententia S. Tho. allata, ad primũ reſpondetur, quod ęquale & inæquale ſunt denominationes entis finiti, & ideò infinitum non ſuſcipit denominationẽ ęqualitatis, & inęqualitatis. Vnde pars licet eſſe infinita non eſſet æqualis toti, vel ſecundo reſpondetur concedẽdo maiorem, & ad probationem dicimus, & concedimus, quod ita eſſet infinita multitudo qua ternarium collectiue ſumptorum, ſicut multitudo ſenariorum, quia in quaternarijs non ſunt partes ſenariorum, prout ſumuntur collectiue: ſed tantum prout ſumuntur diſtributiue id eſt hic quaternarius, & pars illius ſenarij, & ille illius & vt ſic quilibet quaternarius quolibet ſenario eſt maior, non ſequitur, quod pars ſit æqualis toti.

Ad ſecundum reſpondetur, quod potius eſt pro nobis. Ad tertium reſpondetur, quod quamuis multitudo infinita actu in nulla eſſet ſpecie quantitatis poſita ab Ar. in nullaq; ſpecie numeri, qui diſtinguit contra creationem; eſſet tamen alia ſpecies quantitatis diſcretæ & illa multitudo ſit continuorum.

Tertia concluſio quã pono diſputationis, & exercitij gratia oppoſita ſententia ſcilicet, quod nõ poſsit dari infinitum actu probabilis eſt, & probatur rationibꝰ ſupra poſitis, & magis ſuadetur ex ſolutione argumentorũ pro noſtra ſententia, quę nõ minus vrgent eos, qui negant in continuo dari partes actu: ſed de hoc li. 6. dicã, quia ſaltẽ negari nõ poſſum dari tota in potẽtia, quæ tota ſicut, & poſſibilia produci à Deo, & futura in tota æternitate: & quotidie vnũ produceretur nõ poſſunt ſignari, quod ſint, & illis cõceſſis ſequuntur prorſus ea incõuenientia.

Ad prædicta igitur argumenta diſſolu endã nimis dici ſolet, nec in illis, refe rendis operam perdidiſſe mihi viderer ſi aliquo modo ſatisfacerent: ſed profe cto in rebus his dificilimis vſus ſolet euenire, vt quo magis connexis nodum ſoluere reddas in ſolubiliusergo vt potero diſſoluam breuiter. Tamẽ ad quin tum reſpondeo obiectum primarium, & adæquatum intellectus diuini eſſe di uinam eſſentiam: at creaturæ poſsibiles, quę reſplendent in illa ſunt, quaſi quid annexum illi primario adæquato quam obiecto, & in illo cognitum, nam Deus ex vi cognitionis ſuæ eſſentiæ cognoſcit omnes creaturas ſimiliter obiectum aut quaſi obiectum primarium, & adæquatum potentiæ productiuæ, quæ eſt in Deo eſt ipſemet Deus qua potentia Deus generat Deum ſcilicet filium, & ſpiritum Deum, ſcilicet Spiritum ſanctum: at creaturæ omnes, quas intellectus Dei intellectione illa qua productus eſt Filius cognouit vt poſsibiles produci, & in quibus volitione illa qua productus eſt Spiritus ſanctus complacuitur illæ potentiæ adæquatum imo nec poteſt eſſe, quia omne animal creabile á Deo eſt eſſentialiter creatura, & ita debet eſſe infinitæ inferius ipſo Deo vnum potentia creatura, licet in ſe infinita ſimpliciter in omni genere entis quatenus identificatur, cum potentia intellectiua, & volitiua: tamen ſecundum ordinem illum formalem creatiue, quẽ dicit ad creaturas non eſt, ita infinita: poteſt tamen dici ſimpliciter infinita, quia nullum habet terminum nec in magnitudine, neq; in aliqua perfectione effectus pro adducibilis, quia quouis dato, quamtumuis magna multiplicatione aut perfectione adhuc poteſt produci aliud á quo excedat. Hoc voluerũt Scotus. 3. d. 13. d. 1. Duran. 1. d. 44. q. 2. dicentes potentiã Dei eſſe infinitam, quia poteſt ad intra producere rem infinitã, vel quia ad extra põt nõ tot, quin plura: non tantũ quin maius, non tam perfectũ, quin perfectius. Dices hoc, creaturam poſsibile eſſe infinitam. Reſpõ. id quod per ſe eſt in actu productum ex intentione operantis, ita vt á quouis alio diſtinguatur, & habeat eſſe in ſe ipſo debet eſſe omnino certũ, ita quod habeat omnino, vel certam infinitatem qualẽ habet Deus, vel certam finitionem, qualem habent omnia entia creata, vt ſunt ad inuicem diſtincta, & eadunt ſub intẽtione per ſe producentis. Ratio huius eſt, quia quod iſto modo eſt in actu diſtinctum á quouis alio debet hic actualitatem propriam, atq; adeò conſtitutiuum, ac diſtinctiuum quo quaſi extrahatur á confuſione cum alijs, & ab illis diſtinguatur, & quod ita eſt, aut intelligitur in actu, aut poteſt eſſe, quod intelligitur. vt ſeparatum, & diſtinctũ ab omni alio: ſed ſimul vnitum, & confuſum cum alijs, vel nõ per ſe intentũ: ſed quaſi per accidens ſub ſecutũ certe licet ſit infinitũ, non tamẽ opus eſſe determinatũ, quia vt vnitum eſt nõ habet actualitatem propriam ſimpliciter, & omnino diſtinctam ab alijs cũ quibus eſt confuſum & ita vt ſic non potuit cadere ſub certã intentionem agentis: atq; adeò non potuit produci nec intelligi produbibile, qua ratione erat in tali confuſione huius generis dantur, & poſſunt dari multa entia, quæ nõ ſunt infinita: ſed excedunt quodlis finitũ ſignabile, & ita nõ poſſunt cõprehendi ſub vna certa, & determinata magnitudine, aut multitudine, nec ſignari niſi per terminũ extrinſecum dicẽdo eſſe, quoduis infra infinitũ hoc pacto formæ, quæ ſunt in potentia materię primæ finitæ quidẽ ſunt: nõ tamen indeterminato, & certo numero ſed in certo, & in indeterminato, quia nõ ſunt, ibi vt ad inuicem diſtinctę: ſed vt vnitę in vna potẽtia, cuius eſſentia eſt eſſe ſucceſsiue capacẽ, non tot formarũ quin pluriũ ſimiliter duo de intellectionibus, quas poteſt producere quãuis intellectus creatus, & ſimiliter de punctis lineis ſuperficiebus, & partibus ſiue cõmuni-

municantibus, siue nõ cõmunicantibus, quę sunt in cõtinuo, quia licet ibi sint actu distincta partialiter: tũ non habet, ita actualitatem propriam, quod sint in actu plura simpliciter: sed potius sunt vnũ simpliciter vnitate continui, & in potentia sunt plura simpliciter: illa tñ potentia continui, scilicet diuisibilitas extendit se, sicut dixi de potentia materiæ primæ non in tot posibilia tota, quin in plura, quę tota sicut, & partes (tot enim sunt hęc; atq; illę non sunt in numero infinito: sed finito non certo, & determinato: sed indeterminato, & cõfuso, & hinc patet lineã illam giratiuam colũnæ habere finitã longitudinẽ, quia lineę, quæ secatæ sunt in numero finito illius: tamen longitudo est indeterminata, sicut & istarũ multitudo similiter creaturæ, quas Deus, vt posibiles cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, vel quas vt futuras cognoscit scientia visionis, non cognoscit immediate in se ipsis, quia vt bene docet Fonſ. 2. Meth. 2. q. 2. sect. 3. finem obiectum immediatum intellectus diuini necessario debet esse sola diuina essentia, vt nos demonstrabimus.

Hoc finitum, quod appellamus in certum, & indeterminatum potest quidem vnũ excedere aliud: in illo tñ ratione suæ indeterminationis non reperitur vlla proportio dupla, & quadrupla: certo id enim repugnat rei in determinatæ: sed dupla v. g. erit etiam in certa, & indeterminata. Hunc modũ dicendi significat S. Tho. 3. p. q. 10. art. 3. ad primum, vbi ait animam Christi cognoscere infinita non discurrendo per singula: sed vt sunt in aliquo vno probat vt in aliqua creatura in cuius potentia existunt infinita (quo pacto dixi formas esse in potẽtia materiæ) & principaliter in ipso verbo diuino, vbi meo iuditio appellat infinitum, quod nos appellauimus indeterminatum.

Ad primum ergo, tertium, quartũ & sextũ, vt ad confirmationẽ secundi argumenti. Respõ. quod cognoscitur, & est posibile fieri á Deo esse infinitũ in numero: tamen in certo, quia vt sic illa posibilia non habent esse in se ipsis: sed in potentia creatura Dei, quę habet in certos limites suę actiuitatis, sicut cõtinuũ non habet certos limites suæ diuisibilitatis de hominibus, qui processi essent si mundus fuisset ab æterno, vel, qui futuri essẽt in tota æternitate si vnus quotidie produceretur. Resp. quod sumptis sub illa collectatione sunt in numero indeterminato, & ideò non possunt cadere sub certa intentione producentis: sed quasi per accidens consurgit illa collectio, licet diuisiue sumpta cumq; sunt in illa collectione determinata sint, & per se intenta. Dices videret ne Deus in tota æternitate continuũ diuisum in omnes suas partes. Resp. negatiue: sed videret numerum in certum diuisarũ, & multos alios numeros in certos diuisibilium, sicut quando videret homines á se creatos per totam ęternitatem in prædicto casu: non tamen videret creatos omnes posibiles.

Ad secũdum nego minorem: sed produceret multitudinem indeterminatã rerum, quia tũc ille effectus sub nullius agentis intensionem caderet, & ita ex illo imposibili sequitur aliud imposibile modo vero quia libere creat Deus aliquid sibi certum proponit creandum.

Ad quintum respondeo illud spaciũ nihil esse, & ita nõ opus, quod sit ens determinatum ad corpus, quod esset repletorum illud spacium, deberet esse creatum per se ex intentione alicuius finis, & ita deberet esse certum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum infinitũ in actu possit cognosci, & á qua potentia, vbi aliæ dubitationes soluuntur.

SVnt autem duę rationes dubij circa hanc quæſtionem. Prima eſt ſi infinitum in actu cognoſci poſſet, maxime á Deo: ſed ab illo non poteſt: ergo á nullo min. probat. quia diuina cognitio eſt menſura rerum: ſed infinitum non poteſt menſurari: ergo, neque cognoſci. Secundo quidquid cognoſcitur per trãſijt. & comprehenditur: ſed infinitum minime poteſt per tranſiri, neque comprehẽdi: ergo, neque ſciri, neque cognoſci: minor patet ex Ariſt. tex. 34. dicente infinitum habere tranſitum incommunicabile: atq; ideo, nec cognoſci poteſt.

Pro explicatione quæſtionis notandum eſt primo, infinitum ſumitur, vt aduertit Durandus in 1. diſt. 34. quæſt. 2. formaliter, ſcilicet, & materialiter formaliter eſt priuatio finiti, huius finitionis, & ideó hoc non procedit quæſtio, quia cum hoc infinito, quod priuatio per ſuum habitum cognoſcẽda eſt: materialiter autem ſumitur pro re denominata ab infinitione, & hoc modo poteſt ſummi dupliciter, vno modo negatiue: alio vero modo priuatiue infinitum negatiue eſt, eo quod tranſiri nõ põt, neq; poteſt ad id habet abtitudinem cũ non ſit quantum, vt punctum intelligentię, & Deus, quæ cum ſint maxime intelligibilia de his non procedit quæſtio an poſſint cognoſci.

Secundo aduertendum eſt, quod cognitio eſt duplex alia confuſa: alia vero diſtincta: diſtincta eſt, quę terminatur ad ipſam rationem non alio; ſed in ſe vt cognitio qua cognoſcitur finitum actu: cognitio vero confuſa eſt qua non terminatur ad rem in ſe, ſed in alio vt cognitio qua cognoſcuntur partes proportionales in ipſo continuo, & non procedit quæſtio de hac cognitione cum certum ſit infinitum in actu in aliquo finito cognoſci poſſe, vt partes proportionales in continuo: ſed procedit quæſtio de cognitione diſtincta: hæc autem eſt duplex comprehenſiua, & ſucceſiua qua non omnes partes ſimul: ſed vnam poſt aliam ſucceſsiue cognoſcimus: comprehenſiua eſt qua omnes partes ſimul cognoſcimus. His ſuppoſitis ſit concluſio Deus uoſſet cognoſcere in infinitum in actu non ſucceſsiua: ſed comprehenſiua ſimul cognitione. Quod patet, quoniam in Deo nulla eſt ſucceſsio: mutatio autem in perfectio: quod autem comprehẽſiua cognitione cognoſcat infinitum in actu. Prob. nam cognoſcit ſimul, quę poteſt facere ſimul, vel ſucceſsiue: ergo poteſt facere infinitum ſimul cognoſcere; ſequela patet, quia ſimul cognoſcit omnes partes proportionales, quæ ſunt in continuo quæ ſunt in actu infinitæ, ſimiliter omnes cogitationes animarum rationalium, vt Angelorũ, quæ tamen in æternum habent eſſe: cum tamen iſtæ ſint infinitæ, quia ſunt in corruptibiles. Vnde ſequitur deceptũ fuiſſe Durandum in 1. diſt. 39. quæſt. 2. Aſſerẽtem multitudinem eorum, quæ Deus cognoſcit non eſſe actu infinitam: ſed ſolum in potentia, quod tamen eſt falſum, tum quia omne infinitum in potẽtia eſt finitum in actu; ergo ſi ille numerus creaturarum eſt infinitus in potentia erit etiã infinitus in acta: ergo clauditur prima & vltima vnitate: ſed linea finita punctis clauditur. Vnde trãſacta illa intellectione non amplius anima, & Angelus ſi intelligeret, & conſequenter poſtea maneret æterno tempore ſine intellectione. Tum etiam quia, quæ ſunt in actu non ſunt in potentia: ſed ea quę Deus intelligit ſunt actu in mente diuina: ergo non in potentia. Tum ſecundo ergo ſcilicet actu ſunt finita, vel infinita; ſi infinita habeo intentum; ſi finita illud eſt falſum, quia illa per acta nihil aliud producit, vel poterit á Deo, aut ſi poteſt aliquid á Deo, & producere tur quod non cognoſceret, quod quidem eſt abſurdum.

Secunda concluſio intellectus naturę viribus naturalibus non poteſt cognoſcere infinitum in actu, neque comprehenſiua, neq; ſucceſsiua cognitione nõ

ſucceſ-

successiua, quia in infinito, quascumq; partes accipias semper restant plures accipiendæ non comprehensiua, quia potē tia debet esse proportionata cognitio: sed intellectus creatus.

ARTICVLVS. V. & vltimus.

Vtrum si infinitum daretur, illud esset principium, & non à principio, vt docet Aristoteles?

ARistoteles cap. 4. scripsit si infinitum daretur non esse á principio: sed potius futurum esse principium, quę sententia non videtur constans, & vera nam si esset aliquod quantum infinitum non esset summum ens, igitur dependet vt ab alio: ergo esset á principio. Deinde infinitum est vti priuatione, quę tunc non potest esse primum principiū cæterū in infinito tria spectari possunt. Primo quod careat terminis. Secundo quod sit affectum quantitate infinita. Tertio quod sit quædam natura subiecta quantitati infinitæ, primo modo infinitum non est principium: sic enim esset priuatio, neq; secundo modo, quia quantitas cum sit accidens est posterior, quam substantia quod autem est primū principium oportet esse primum ens: nō ergo esset principium causa quantitatis: sed causa substantiæ, quod etiam ratione probari potest si infinitum haberet principium, vel esset materia, vel forma, vel efficiens, vel finis: sed nihil horum esse potest. Primo, nam materia sine forma esse non potest, nec forma. Nam omnis forma naturalis sibi vendicat certam, ac definitam quantitatem, nec etiam efficiens, vt argumentū Arist. persuadet: sed neque finis nam, vel finis esset corpus, vel expers corporis, si esset corpus: sequeretur duo corpora esse simul: cum enim corpus infinitum esset siue infinitum duo corpora essent simul si exper corporis erit substantia separata: at substantia separata (vt dicitur in 2. Methaph. cap. 7) est principium, & vt finis, & vt efficiens seremouens. Quare oporteret illam mouere corpus infinitū quod fieri non posse in 8. Physic. aut in primo de cœlo demonstrabitur ex his ergo relinquitur si esset infinitum illud fore principium. Ex quibus etiam dissoluta est secunda rtio, primæ vero aliqui occurrunt asserentes si esset infinitum, quantum illud futurum esse infinitum ens propterea, quod haberet infinitas partes, quorum singulæ haberent suam perfectionem, & ita haberent infinitam perfectionem. Quare esset infinitū ens principioq; careret. Cæterum respōsio hæc videtur á ratione aliena, nam illa perfectio non excederet genus quantitatis: at infinitum ens omnem perfectionem omnium generum, quæ sunt, & esse possunt in se includit: non ergo concedendum est illud ens omnino, & simpliciter esse infinitum: sed finitum ens, & limitatæ perfectionis, & haberet principium: imo vero multi Doctores concedunt Deum posse facere infinitum, nec tamen obid docent illud infinitum, quātum esse infinitum ens: sed dependeret á summo ente imo posset materia, & forma constare, quod si Arist. dixit nullum habiturum principium, sed illud futurū esset principiū, si esset intelligi de principijs, quæ ad cognitionem concurrunt, & ita est reuera: non enim possent esse factum per generationem ex aliqua materia, nec ex forma, nec ex efficiēte, nec ex fine: sed potius ipsum generationis debuit esse principium non per generationem factum, & hic germanus sensus Arist. maxime quia infinitum hoc cum sit quantum deberet esse in materia. Vnde pertineret ad principia quantitatis.

Dissoluitur igitur facile argumentum: non enim loquimur nisi de principio in generatione, & infinitum nullum tale poterat principiũ habere, quod si haberet non esset infinitum: propterea quod materia, forma, efficiens, & finis, quæ ad generationẽ conueniunt: finita enim necessario sunt ad singulos effectus: potius ergo infinitum esset materia infinita ex qua singulis detractis partibus singulæ fierent generationes, quod si instes esse infinitum ineſt quantitati, & quantitas cum accidens sit non potest esse principium substantiale: falsum ergo est si esset infinitum futurũ esse principium. Vt dissoluatur argumentũ aduerte ex iam duno hoc lib. quæst. 8. infinitum si esset tripliciter posse spectari. Primo secundum suum esse formale, quod priuatio est, vt pote negatio extremorũ, & finiũ, & sic non esse principium. Altero modo secundum quantitatem ipsam cuius terminos nõ habet quo pacto non esset principium per se: sed accidens substantiale. Aut tertio secundum substantiam illam, quæ tali quãtitati, & ita esset principium per se vnus omni ex parte principiũ esset: non enim quantitas sola per se esset separata: sed existeret in substantia quod si nihil subisset infinito: sed ipsum per se existere tunc dicendum esse illud esse substantiam secundum se infinita non ratione quantitatis adiunctæ, & hoc asserebant Pythagoras, & Plato dicẽtes infinitum esse principium per se, nã alij veteres constituebant per accidens: verũm id ita esse non potest: non enim talẽ finitum secundum extensionem contingit nisi ratione quantitatis, & ita satisfactum est argumento.

DVBITATIO APPENDIS

An vnum infinitũ posset esse maius alio?

VT quæstio breui dissoluatur, notandum est infinitum esse in duplici differentia: vnum est infinitum simplici ter, scilicet corpus omni ex parte infinitũ, vel totum tempus constans ex præterito, & futuro alterum est infinitum in parte, vt linea infinita, vel dimidiata pars corporis infiniti, aut totius tẽporis infinitum igitur simpliciter. & omnino maius esse infinito quadã ex parte non est absurdum, & enim totum tempus maius est præterito tempore, & infinitum corpus maius est linea, vel extremitate infinita, & id ratio persuadetur, quia oportet totum esse maius sua parte, nec solum infinitum simpliciter est maius infinito ex parte solũ: sed etiam vnũ infinito simpliciter potest maius esse aliud infinitum simpliciter non quidem in eodem genere: sed in diuerso velut numero annorum simpliciter infinito non est maior alius numerus annorum: est tamen maior numero mensium infinitum simpliciter, & adhuc maior numero dierum infinito, quãdo quidam in vno quoque anno multi menses, & in vno quoque mense multi dies continentur lege D. Tho. 1. p. quæst. 7. & 3. p. quæst. 10. ad 3. insolutione ad tertium, vbi hanc dubitationem præclare explicat.

Videtur autẽ continuũ infinitum diui di posse, & quomodo, & à quo, libro sexto huius late discutitur; non enim, dubitatio hæc etiam summis librijs attingi potest, ignoratis ijs quæ de indiuisibilibus, continuatiuis & terminatiuis, illuc disceptantur.

Finis libri tertij.



FALTAN DOCUMENTOS
(paginas, cuadernillos...)
ISO 9878/1990

cramento altaris ponere in alio subiecto: ergo iam accidens migrauit de vno subiecto in aliud. Sed respondetur, quod hoc imprimis non sit per naturam: sed per miraculum, nam secundum naturā separari possunt à subiecto isti vero possunt secundum naturam migrare dimensiones istas ex vno locato in aliud. Tum etiam secundo hoc certum est, quod de potentia absoluta possunt illa accidentia, quæ separata manent in Sacramento altaris alteri subiecto in esse: sed eidem pani, quem Deus potest reproducere, aut nullo subiecto in esse possunt.

His ita suppositis tertio modo alij explicant hanc sententiam, quod locus sit interuallum, non quod sit dimensio aliqua, vel substantia: sed solum mera capacitas, & quasi potentia ad dimensiones illas quas aduenīunt cum corpore locato, sicut maior prima est, potentia est capacitas ad formam substantialem, & hanc sententiam tenet Vallesi., & probabilem reputat Tolet. declarat autem ista sententia, & probatur, quod declaratur primo quidem exemplis: si enim vas sumatur omnino vacuum omni tempore certum est, in illo esset capacitas corporis trinæ dimensionis: ergo nunc quamuis vas istud sit plenum corpore aliquo: nihilominus ratione saltem distingueretur capacitas ista vasis ab aere, qui est in ipso vase, ac per consequens talis esset locus.

Alterum exemplum est materiæ primæ, quæ sicut est pura potentia ad quamlibet formam numquam tamen caret aliqua forma sic etiam huiusmodi capacitas est pura potentia ad dimensiones quæstionis, & numquam est sine aliquibus dimensionibus, & rationibus similiter probatur, quas adducit plures ater Tol. quæstione tertia: prima, quia locus debet esse æqualis locato: at vero non est æqualis omnino secundum omnem dimensionem si locus ponatur esse illa superficies: bene tamen si sic istud spacium, ergo. Minor probatur, quia est æqualis latitudinis, & profunditatis cum locato: ergo istud spacium est locus.

Tum etiam secundo, quia sic melius saluatur locum esse immobilem natura quamuis moueatur quodlibet corpus continens semper manet idem spacium & capacitas corporis locati. Tertio quia sic etiam melius saluatur quo pacto prima sphera sit proprij in loco, nam quāuis non sit in loco, qui sit superficies corporis continentis, est tamen in loco sumpto pro spacio: occupat enim proprium spacium prima sphera, sicut alia corpora: ergo dicendum est spaciū est locum. Quarto quia negari non potest, quod quamuis locus, quicumque semper sit cum aliquo locato, quod occupat totam distantiam, quæ est inter latera continentis: tamen alia est ratio ipsius corporis locati, & alia spacij quandoquidem recedente hoc corpore ad eundem locum accidit aliud: ergo istud spacium non est quid fictum similiter, quia locꝰ est id, quod acquiritur per motum in terminum ad quem, & iterum in termino á quo: sed spacium istud acquiritur, & dicitur, ergo. Et confirmatur, quia superficies non differit nec adquirit de nouo semper in motu locali, vt patet dum mouetur aqua in vase semper manet eadem superficies circunscribes aquam, & tamen mouetur localiter. Vltimo quia videmus, ꝙ cum aliquod corpus egreditur á vase necesse est aliud ingredi, nec detur vacuum: ergo vacuum spacium vasis nisi aliud corpus ingrederetur ac per consequens illud spaciū est locus: consequentia probatur, quia idem omnino est locus quod vacuum si daretur præter quam locus est repletus corpore: vacuum autem tantum aptum est repleri.

Sed aduersus hanc sententiam statuo tertiam cōclusionem quod nec locus sit spacium hoc tertio modo sumptum id-

est ca-

est capacitas ista probatur ista conclusio primo, quoniã istud spaciũ, vel capacitas, vel est substãcia, vel accidẽs nõ substãtia quia nec corporea nec incorporea vt probatũ est non accidens quoniam, quęram ego quodnam accidens, & cuius generis, & speciei nec valet solutio Vall. qui quamuis ex vna parte teneat esse locum de prædicamento vbi ex alia vero dicit esse puram potentiam ad dimensiones quantitatiuas, sicut materia prima est pura potentia ad formas substantiales, hoc enim falsum est, & intelligibile nã quamuis in genere substantiæ possit dari aliquid, quod sit mere pura potentia, tamen in genere accidentis non item: sed cum omne accidens debeat dicere ordinem ad subiectum necessario debet esse actus respectu subiecti: & ita non erit pura potentia simpliciter, sicut intellectus quamuis sit pura potentia in genere intelligibilium in ordine ad intelligibilia: est tamen actus ipsius animæ, sic ergo dicẽdum est, quod ista capacitas ad dimensiones non potest esse pura potentia, quia est accidens cum sit potentia ad dimensiones, quæ sunt accidentia at vero accidens vt dictum est necessario debet esse actus aliquis.

Quod si dicas, quod in vnoquoq; genere est aliquid quod sit pura potentia eiusdem rationis reductiue cum illo actu ad quem est potentia. Respon. quod hoc verum est loquẽndo de pura potentia obiectiua tamen hæc pura potentia obiectiua est solum ipsius efficientis an tequam res producantur, vel est in alia potentia passiua substantiæ, sicut in potẽtia passiua materiæ subiectiue sunt aliquo modo formæ, cum ergo locus non sit mere potentia obiectiua, quia est aliquid productum ad exercenda necessario debet esse actus aliquis.

Sed secundo principaliter arguitur ad nostram conclusionem, si locus est accidens: vel ergo est per se existens, vel in existens non per se existens, quia nullũ accidens per natura potest per se existere, nec in existens, quia vel existit in corpore continenti, vel in corpore contento non in corpore continenti: nam tunc iam esset locus vltima superficies, & terminus corporis continentis nõ est in corpore contento, quia sequeretur vnum ex duobus, quod scilicet locus esset mobilis, & migraret de subiecto in subiectum, nam si in hæreat locato, & moueretur si mul cum ipso mobili esset mobilis ad motum locati, si autem manet immobilis sequitur, quod migraret de subiecto in subiectum, scilicet de vno locato in aliud.

Vltimo contra istam sententiã Vall. arguitur ex dictis eius: nam si quæras ab illo quomodo distinguitur hæc capacitas, quæ est locus ab ipso locato. Resp. ipse, quod secundum rem est idem cum ipso, ratione, tamẽ differt sequitur enim ex hoc, quod vnumquodq; locatum aduenies fiat idem realiter cum loco at per consequens locata ipsa diuersa, vel saltim eorum quantitates inter se erũt idẽ realiter, ꝙ probatur quia quicumq; sunt idem realiter vni tertio sunt eadẽ inter se: sed quantitates locati identificãtur cum illo loco: ergo inter se, quod est absurdum, nec desunt tamen, qui hãc sententiam de loco, scilicet quod sit spacium velint adhuc defendere, & in cordiam redducere cum sententia Arist. vt videre est apud Tol. quæst. 8. dicit enim quod locus triplex est alius est locus imaginarius alius realis: imaginarius est distãtia, quæ occupatur á corpore locato, quę eodẽ modo occuparetur, etiã si daretur vacuum: locus vero realis diuiditur in intrinsecum, & extrinsecum locus extrinsecus est illa vltima superficies quã ponit Arist. locus vero intrinsecus est ipsum spacium quãtitatis locati hoc autẽ spacium in rationem dicitur distingui á quantitate locati, sicut tempus secundũ rationem differt á motu. Vnde colligitur quod sententia Vall. sit vera loquendo de loco imaginario: sententia Arist. de loco reali: scil extrinseco: sententia

vero

vero Philopponi de loco intrinseco.

Sed tamen ista concordia mihi nõ placet: imprimis enim Philopponus, & Aristot. nũquã de loco imaginario aliquod verbũ instituerunt. Nã quãuis si daretur vacuũ, talis locus esset: non tamen secundum rationẽ modo iste locus imaginarius est, scilicet nõ aliud quã quid fictitium. Tũ etiã secundo, quia locus debet esse conseruatiuus locati: at vero iste locus imaginarius non est conseruatiuus locati, nec aliquis: ergo non est aliquid.

Nec valet si dicas, quòd locus imaginarius sit idẽ cum loco Mathematico nã locus Mathem. aliquid reale est scilicet vltima superficies ambiens, quamuis abstrahatur á qualitatibus. Tum etiã quia locus Mathem. á parte rei non datur: sed solum in intellectu: at vero isti ponũt locum istum imaginarium á parte rei. Quod vero asserit hæc opinio de loco intrinseco falsum est. Nam imprimis sequitur locum id mobilem cũ spacium illud intrinsecum moueatur ad motum sibi. Secundo, quia spacium intrinsecum nec ratione distinguitur ab ipsis dimensionibus, quæ sunt quantitas locati, sicut spacium secundum longitudinẽ est linea, secundum latitudine superficies, ergo. Tunc locus non esset aliquid, nec ratione distinctum ab ipsis dimensionibus locati. Vnde ad primum argumentum in oppositum exemplis. Resp. quòd si daretur vas aliquod vacuum ubi esset capacitas recipiendi corpus, ac per consequens locus saltem in potentia: tamen dico quod illa nõ est aliud quin priuatio subiectata in superficie vltima vasis: cum enim in eo casu daretur vacuũ, & sit priuatio necesse est assignare subiectum illius priuationis, quod non est aliud, quam vltima superficies vasis. Nã interlatera illi⁹ vasis nihil est atq; adeò nec subiectum priuationis, nec locus.

Ad secundum exẽplum de materia prima. Resp. quòd quamuis in genere substantiæ detur aliqua pura potentia: non tamen in accidentibus, (vt dictum est) quia omne accidens debet esse aliquis actus, (vt dictũ est) & ideò nõ est simile.

Ad secundum verò principale dico, quòd locus debet esse æqualis locato. Nam secundũ omnes dimensiones quia daretur penetratio: sed solum secũdum vltimam superficiem continentis consisteret corporis continentis.

Ad tertium & quartum Resp. infra cum sit sermo quomodo locus sit mobilis, & quomodo prima sphera sit in loco.

Ad quintum verò patet solutio ex dictis: concedimus enim, quod ratione distinguatur corpus contentum in loco ab spacio imaginario, quod est intra latera continentis: tamen spacium non est aliquid positiuum, nec reale nisi per spaciũ intelligas quantitatem aliquam corporis locati, quę nõ est locus, vt probatũ est.

Ad sextum Resp. concedendo maiorẽ, scilicet locum esse qui dicitur in termino á quo, & habet in termino ad quem: nego tamen quòd hoc sit spacium: sed vltima superficies. Secundo dico, quòd in rigore, & proprie loquendo, nec locus est terminus á quo, nec ad quem in motu locali: sed vbi. Ad confirmationem Resp. quòd quando aqua mouetur in vase mouetur per accidens ad motum vasis, & ita non mutat superficiem ratione sui: sed ratione alterius.

Ad vltimum Resp. quòd cum aliquod corpus egreditur á vase necesse est aliud ingredi, nec detur vacuum: tamen hoc vacuum non esset distincta imaginaria, quæ est inter latera vasis: sed priuatio, quæ subiectaretur in vltima superficie continentis. Vnde illa superficies esset locus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum locus sit vbi, vel quãtitas?

SVNT autem de hac re variæ sententiæ. Prima est Landuni quam refe-

fert Tol. huius quarto asserentis, quòd locus sit formaliter qualitas cuius fundamentum est, quoniam superficies ponitur in definitione loci, tanquam subiecto: ergo locus de formali non est superficies: sed aliquid subiectiue existēs in superficie: sed hoc non potest nisi qualitas: ergo. Secundo quia locus est formaliter conseruatiuus locati si sit naturalis, vel notiuus si sit violentus: sed hoc fit ratione qualitatum conuenientium, vel disconuenientiū: ergo locus materialiter est qualitas. Tertio quia locus diuidit sursum & deorsum, tāquā in species diuersas: at vero non sunt istæ diuersæ species in ratione superficiei, quæ sic sunt eiusdem rationis: ergo. Tantum sunt diuersæ species propter diuersas virtutes, ac per consequēs ratione qualitatum locus est qualitas.

Secunda sententia est aliorum, qui volunt locum esse formaliter relationem, quòd probant, quia locus est formaliter immobilis ratione relationis distinctę (vt dicetur quæstione sequenti: ergo est formaliter relatio.

Tertia sententia est hoc loco citato, & aliorum qui dicunt de prædicamēto vbi, quam videtur sequi Sot. hac quæst. t quamuis in Logica oppositum teneat argumentum huius sententiæ sunt bipartitæ. Nam quędā adducuntur ad probandum, quod locus non sit in genere quantitatis: alia vero ad probandū, quod sit de prædicamento vbi primum istorū, probatur ex Arist. qui in capite de quantitate, scilicet Metha. non meminit de loco. Secundo quia si locus esset species quantitatis haberet distinctā extensionem ab alijs: sed non habet, ergo. Minor probatur, quia si haberet maxime est diuisibilis secundū latitudinem: sed hoc etiam modo est diuisibilis superficies: ergo non est locus distincta species quantitatis. Sed dices, quòd locꝰ differt á superficie, quoniam quamuis vtraque sit indiuisibilis in latitudinem tamen locus est diuisibilis penes ordinem ad locatū, & non superficies circa hoc est, quia locus non tribuit aliquam diuisibilitatem locato: ergo non est distincta species penes ordinem ad locum.

Secundo ordo ad locatum non est differentia de genere quantitatis: sed relationis: ergo. Locus per illum ordinem non constituit distinctam speciem quantitatis. Tertio in superficie locati non sunt diuersæ species quantitatis penes ordinem ad subiectum, & penes habitudinem ad locum: ergo minus in superficie continentis erunt duę species penes habitudinem ad cōtentum, & continēte. Vltimo tandem argumentor pro hac sententia, quia si locus est species quantitatis, vel continuæ, vel discretæ, non discretæ, vt omnes fatentur, quòd verò non continuæ probatur. Quia locus est vnus necessario quando non est continuus: ergo. Probatur, quia si corpus locatum sit cuius medietas cōtineatur ab aere, & medietas ab aqua: ergo tunc est locus vnus numero, & non est cōtinuus cum constet diuersis speciebus superficiebus: ergo locus non est species quantitatis continuæ.

Quòd verò locus sit de genere vniuersali, probatur, imprimis, quia ad idē genus specietas forma, & effectus formalis eius, sicut albedo, & albū: sed locus, & esse in loco se habent tanquam forma, & effectus formalis: ergo sunt eiusdem generis. Secundo si ponatur corpꝰ existens in vacuo produceretur superficies aliqua ambiens illud talis superficies producta esset locus; & simul produceretur esse in loco illius corporis, quod prius erat in vacuo: ergo idē sunt locus, & esse in loco; quoniā locus, & vbi sunt termini ad quem motus localis: ergo sunt idem quoniam motus localis non habet duos terminos per se.

His tñ non obstantibus, est prima conclusio in hac quæstione, quòd locus non est qualitas, nec relatio. Probatur apperte ratione quia de ratione loci est quod cōtineat locatū á quo dimanat quod dicatur

catur æqualis locato: sed qualitas non cõtinet, nec dicit æqualis alteri, quia hoc est proprium quantitatis (vt dicitur in prædicamentis:) ergo locus non est qualitas, & similiter probatur eadem omnino ratione, quod non sit relatio.

Sed secũdo quia locus est mẽsura locati, & qualitas nõ mẽsuratur, quia hoc est proprium quantitatis, & non sit relatio, ãplius probatur, quoniã vel locus est relatio sola, vel superficies cũ relatione cõtinentiæ: non relatio sola, quia (vt dictũ est) illi conuenit proprietas loci, scilicet cõtineri adæquare, & mensurare locatũ; non superficies cũ relatione, quia hoc est vnum per accidens: ergo, &c.

Vnde ad primum argumentũ adductũ pro prima sentẽtia, quod inquirebat quo modo superficies ponatur tanquã genus in definitione loci Resp. quòd superficies non ponitur tanquam subiectũ, sed tanquã verum genus: est enim æquiuocum: hoc nomen superficies, & quandoq; sumitur pro ut significat quamlibet quantitatem diuisibilem secundum latitudinem: quandoq; vero solum quantitatẽ diuisibilem secundum latitudinem præscindendo ordinem ad locatum.

Vnde hoc secundo modo distinguitur superficies à loco; primo autẽ modo est genꝰ ad locũ, & superficiẽ specifice sumptam; si ergo superficies sumatur primo modo hæc definitio datur per genus; si autẽ sumatur secundo modo est subiectũ loci; non tamen sequitur esse qualitatẽ: sed quantitatẽ, quia etiã quantitas, quæ est locus secundũ rationẽ formalẽ loci se habet ad superficiẽ vt accidens ad subiectum. Nã continentia, quæ est de ratione formali loci in superficie subiectatur, & hac ratione definitur locus per superficiem tanquam per subiectum. Si dicas quod accidens in abstracto non definitur per subiectum in recto: sed locus est abstractum, non ergo definitur per superficiem in recto tanquam per subiectum; sed Resp. quod quãuis subiectum, quod ponatur in definitione accidentis in abstracto in obliquo; tamẽ subiectum quo etiam potest poni in recto. Vnde locus definitur per superficiẽ tanquam per subiectũ quo in recto corꝰ vero in obliquo ponit, quia est subictũ ꝙ.

Sed quorsum dices subiectum quo ponitur in recto in definitione aliquorum accidentium abstractorum Resp. quo sunt quædam accidentia, quæ non recipiunt subiectum quo nisi eadem habitudine qua subiectum vt quod, vt albedo respicit quantitatem, & hæc nullo modo definiuntur per subiectum quo; alia vero quæ specialem habent habitudinem ad subiectum quo distinctam ab ea quę recipiunt subiectum quod, hæc habitudo explicatur per subiectum quo & sic se habet locus in ordine ad superficiem; sed hoc diximus in tractatu de motu vide ibi fol. 1.38. circa ad solutionem obiectionis.

Ad secundũ Resp. quod locus dicitur cõseruatiuus locati non quia non sit essentiale loco: sed hoc est quasi proprium eius. Vnde quamuis hoc quod est esse conseruatiuum locati proueniat á ratione qualitatis; quod tñ postea explicabimus nõ sequitur ꝙ locus essentialiter sit qualitas; sed ꝙ aliqua affectio eiꝰ fit qualitas.

Ad tertiũ similiter Resp. quod locus sursum, & deorsum differunt specie non in ratione quãtitatis; sed in quantum sunt loca naturalia, quod est dicere virtus cõseruatiua locati, quæ est sursum atq; est deorsum differunt specie nõ superficies ipsę in ratione quãtitatis, sed sicut Petrꝰ & Paulus in ratione albi, & nigri differunt specie. Ad argumentũ autẽ adductũ pro sentẽtia eorũ, qui dicunt locũ esse relationẽ, primo quod locus non dicitur immobilis essentialiter: sed quasi affectio eius est immobilitas quãuis ponatur loco differentię, quæ est differentia loci, pro vt naturalis est & vt distinguitur contra artificialem.

Vnde quamuis demus, quod sit immobilis propter relationem: non tamen sequitur, quod locus sit relatio: sed

quòd illa relatio sit quasi affectio eius. Dico secundo quod relatio propterquã dicitur locus immobilis nõ est relatio secundum esse: sed secundum dici ideſt ipsa superficies, vt continens, & ideò non sequitur, quòd locus sit de prædicamento relationis: sed quantitatis quoniam relatio secundum dici in omnibus prædicamentis reperitur.

His ita suppositis, sit secunda conclusio locus non est de prædicamento vbi probatur supponẽdo fundamentum certissimum, quod scilicet motus omnis est productiuus alicuius termini, quod fundamentum probatur. Primo, quia scilicet, quòd incipit esse de nouo debet esse, vel productio, vel productum: sed motus de nouo incipit, quia est, & antea nõerat: aut ergo est productio, aut productus, non productus, quia ad motum non est motus (vt probat Arist. 5. Physi.) aliàs daretur processus in infinitũ: ergo motus necessario debet esse productio. Et secundo probatur, quia omne quod incipit esse vel incipit esse vt terminus per se productus vel simul cum alio nõ incipit motus vt terminus per se, vt constat, ex ratione adducta: ergo simul cum alio non nisi cum termino: ergo omnis motus debet habere terminum.

Hoc suppositio fundamento, probatur nostra conclusio, quòd locus non sit formaliter vbi. Nam vbi est terminus productus per motum localem: at verò locus non est productus: ergo vbi est terminus motus localis, & non locus, ac per consequens ista duo formaliter nõ sunt idem. Probatur autem antecedens, & quantum ad primam partem, quòd vbi sit productum, vt terminus per motum localem manifestum, quoniam vbi est esse in loco: sed nihil aliud producitur per motum localem nisi esse in loco, sicut per motum sursum esse in loco sursum, & per motum deorsum esse in loco deorsum: ergo, &c. quod verò locus nõ producatur per talem motum probatur aperte, quia ad eundem locum vbi prius erat vnum locatum, mouetur aliud, sicut ad eundẽ locum vbi erat aer, mouetur aqua, ita quòd, sicut vnamet materia est, sub diuersis formis successiue, sic vnus locus continet diuersa locata successiue: ergo non producitur per motum localem locus, sicut nec per generationem materia prima: sed solum acquiritur per motum localem esse in loco, quod antea non erat.

Et si dicas contra hanc rationem quod etiam aliquando mouentur corpus aliquod ad locum in quo prius non erat aliud, aeper consequens tunc locus ille fit de nouo per motum localem illum, & si moueatur homo ad locum parieti proximum in quo prius nõ erat aliud. Respondetur vero, quod hoc est per accidens. Nam in natura rei ad hoc, vt dicamus locum non acquiri per motum localem, satis est quòd aliquando detur nouus motus localis sine loco de nouo producto.

Sed dices, quomodo ergo fiet ille locus de nouo? Respondetur, quod fit per motum alterius corporis in quo est subiectiue locus corporis in quantum continentis, sicut fit locus de nouo productus in aere per motum aeris. Nam quãdo mouetur homo V. G. per aerem, simul etiam mouetur aer, quia diuiditur necessario, vt per ipsum moueatur homo: illa ergo diuisio aeris terminatur per se ad hoc, quod est partes aeris esse diuersas, & in nouis locis: per accidens autem ad hoc, vt fiant continentis corpus, quod prius non continebat, scilicet hominem. Vnde per motum ipsius hominis nullo modo producitur locus in quo est homo: sed hoc fit per motum ipsius continentis.

Sed cõfirmatur secũdo nostra conclusio ex eodẽ fundamẽto, terminus acquisitus per motũ, & motus ipse debet esse in eodẽ subiecto: sed locus in corpore cõtinenti, & motus in corpore locato: ergo locus nõ est terminus motus localis. Antecedẽs probatur; nã cũ motus sit act⁹ imperfe-

perfectus relinquens subiectum in potẽtia ad terminum (vt dictum 3. Physico) necesse est quòd sic terminus acquisitus per motum in eodẽ subiecto, vbi est motus, aliás enim non esset subiectum in potentia ad terminum, quandoquidem terminus subiectatur in alio.

Sed dices, quòd hac ratione probatur, nec vbi esset terminum motus localis, quandoquidem est etiam in alio subiecto. Et hoc probatur, quoniã, vbi, est accidens extrinsecum: ergo non potest in hærere subiecto, quod denominat: sed solum, quod denominatum corpus contentũ: illud enim dicitur moueri, & etiã esse in loco: ergo vbi non inhæret subiecto cui inhęret motus; atq; adeò, nec esset terminus ad quem motus: sed Resp. negando antecedens, quia vbi non dicitur esse accidens extrinsecum, quasi nõ inhæreat locato: sed quia hoc quod est esse in loco dicit habitudinẽ ad aliquod extrinsecum omnino, scilicet ad locum, ideò dicitur, quòd vbi, vel esse in loco est accidens extrinsecum.

Sed dices, relatio quælibet dicit ordinem ad aliquod extrinsecum, & tamen non dicitur accidens extrinsecum: ergo Resp. quòd diuersa ratio est. Primo, quia relatio quamuis secũdum modum relationis dicat ordinem ad aliud extrinsecum: tamen, quia præsupponit fundamentum, quod necessario inhæret ipsi subiecto, ideò non dicitur accidens extrinsecũ. Tum etiam secundo, quia respicit tanquã correlatiuũ, & terminũ: at vero esse in loco est sola habitudo ad locatũ sine aliquo alio absoluto & nõ respicit locatũ vt terminum sed vt formam quamuis extrinsecam, & ideò dicitur vbi accidens extrinsecum.

Tertio confirmatur nostra sententia terminus ad quem motus localis est idẽ realiter cum ipso motu locali: at vero locus non est idẽ realiter cum motu: ergo locus est termins ad quẽ, sicut vbi: nõ ergo idẽ sunt locus, & vbi discursus est optimus maior probatur ex Aristot. tertio Physi. capite. 1. Minor vero constat, quia locus est in corpore continenti: sed motus est in corpore contento, quæ duo corpora distinguntur realiter: ergo locus, & vbi distingũtur. Sed dices, quod illa propositio Arist. motus non est res ad quas, & motus non est intelligenda de motu locali. Cõtra quia Arist. de omni motu idem refert, & posuit exemplũ in illo capite de omni specie motus: ergo de omni motu est intelligenda, vel de nullo ipsi intelligunt hoc: ergo debet etiam intelligere.

Vltimo probatur ista conclusio, sicut se habet tempus, & quando sic locus & vbi: sed omnes concedunt tempus nõ esse in prædicamento quando, nec locus in prædicamento vbi.

Sit secunda, & vltima conclusio locus est de prædicamento quantitatis circa quã conclusionem. Primo aduertendũ est, quod etiam non nulli ex his, qui dicunt locũ esse de prędicamento vbi, volunt expectare ad prędicamentũ quantitatis secundũ rationẽ mensuræ ab omnibus alijs specieb⁹; quoniã locus mẽsurat locatũ, q̃ alteri quantitati nõ cõueniet.

Sed tamen hanc sententiam ego intelligere non potui. Primo quia si locus est de prędicamento quantitatis, quamuis secundum rationẽ mensurę: ergo nõ de prędicamẽto vbi, quoniã vbi nec secũdũ rationẽ mẽsuræ, nec secundũ rationẽ extensionis est de prędicamento quantitatis, nisi dicat esse diuersas rationes in loco secundum quarum vnam exspectat ad rationem quantitatis secũdum aliam vero ad vbi, & tunc ad minus sequitur non esse omnino idem locum, & vbi quandoquidem locus aliquo modo, est quantitas: vbi vero nullo modo.

Sed secundo contra hoc argumentor, quia cui conuenit propria passio etiã debet conuenire essentia. Vnde dimanat talis propria passio: si ergo loco conuenit ratio mensurę, quæ est passio quantitatis: ergo conuenit ratio extensionis, quæ est essentia quantitatis.

Tertio quoniã dices locum pertinere ad prædicamentũ quantitatis, secundũ rationẽ mensuræ: ergo locus per rationẽ mesurę cõtinetur in hoc prædicamẽto, ita q̃ differentia quæ sumitur ex ratione mẽsurę diuidat per se genus quãtitatis, aut per accidẽs: si per se: ergo id quod constituitur secundũ rationẽ mensuræ simpliciter pertinet ad hoc prædicamẽtũ.

Vnde locus per hoc dicitur in ratione mẽsuræ est quãtitas, quod simplicer est quantitas: siantẽ istæ duæ mensuræ sint accidentales ad genus quantitatis: ergo sicut albũ, & nigrũ, quæ diuidunt accidentaliter animal pertinẽt ad aliud prædicamentum, quã animal, sic etiam mensura ad aliud nec facile est assignare, q̃nam sit illud. Sed dices, quod ista ratio mensuræ reductiue spectat ad prædicamentum quantitatis.

His itaq; suppositis probatur nostra cõclusio. 1. ex Arist. in prædicamento, de quantitate, quoniã ennumerauit locũ inter species quantitatis, & secundo á sufficienti partiũ ennumeratione, (vt probatũ est supra) quod nec est qualitas, nec vbi, nec relatio: ergo quãtitas. Tũ etiam secundo, quia loco cõueniunt passiones quantitatis: ergo. Antecedens probatur, nã loco conueniunt mensurare continere, & quod sit æqualis locato: ergo cum sint ista omnia passiones quantitatis: ergo. Antecedens probatur, nã loco conueniunt mensurare, continere, & quod sit æqualis locato: ergo cum sint ista omnia passiones quãtitas sequitur, quod locus sit quantitas. Vltimo quoniã ratio extẽsionis non potest præscindi á ratione loci, quia de eius ratione est circũscribere locatũ, quæ circunscriptio in intelligibilis est sine quantitate: ergo locꝰ est de genere quantitatis. Vnde ad primũ ex Arist. scilicet Math. Resp. quod ibi connumerat locũ cum superficie, quia sumitur superficies genericè, pro vt cõprehendit locũ & quamlibet quantitatẽ diuisibilẽ in latitudine: in Logica vero sumitur superficies specificè, & ideò enumratꝰ ibi locꝰ.

Ad secundũ Resp. locũ esse speciem distinctam quantitatis, quia quãuis sit diuisibilis secundum latitudinẽ: tamen cũ ordine ad locatũ, & ad replicã, quæ erat contra hoc Resp. quod non dicitur diuisibilis penes ordinẽ ad locatum, quia tribuat diuisibile locato: non enim tribuit nisi corpori cõtinenti, quia accidẽs quod libet est forma subiecti, & tribuit suum obiectũ formalẽ subiecto cui inhæret. Vnde corpus cõtinens, quod est subiectũ loci dicitur diuisibile secundum latitudinẽ dupliciter: vno modo cum ordine ad locatum, & forma qua isto modo est diuisibile corpus continens est locus: alio modo est diuisibile corpus continens sine ordine ad locatum, & forma qua isto modo est diuisibile, & superficies.

Ad secundã vero replicã dicitur, quod ordo ad locatum, pro vt est differentia ad locum non est relatio: sed fundamentum relationis, vt diximus. Sed obijcies quemadmodũ in dimensione secundum latitudinem reperiuntur istæ duæ rationes: ita in diuisione secundũ latitudem: sed istę duę rationes non variant speciẽ in longitudine, erg. Resp. quod lõgitudo non habet continere formaliter: sed materialiter, quemadmodũ reperiuntur in quaternario vnitates, quæ sunt materia ternarij; nõ tamen in quaternario: Tertia vnitas habet rationẽ vltimæ, & ideò non est ibi ternarius formaliter, sic etiã in quantitate continentis pro vt cõtinẽs est reperitur quidẽ longitudo materialiter: sed non formaliter, quia non habet rationẽ vltimi termini continentis. Sed vltima ratio cõtinẽtis est latitudo, & ideò sunt duę species locus, & superficies latitudinis: non autem longitudinis.

Sed dices, quod nec longitudo est vltima ratio continẽtis, quoniã etiam determinatur per profunditatẽ. Resp. quod quamuis latitudo reperiatur materialiter in corpore: tñ quia corpus non continet locatũ per se loquendo ratione profunditatis, quia nõ datur penetratio dimẽsionũ loci, & locati: sed solũ continet locatum

ratione

ratione superficiei exterioris: & ideò in ratione continentis superficies est vltima, & ideò distinguntur duæ species secundum latitudinem, & non secundum longitudinem, nec profunditatem.

Ad tertũ Ref. concedendo, q̃ in locato sunt duæ diuersæ rationes ratio superficiei secundũ se, & pro vt dicit ordine ad ad locũ, tñ hæc vltima habitudo ad locũ non est de prædicamento quãtitatis: sed de prædicamẽto vbi. Sed quæres, quę sit ratio quare in corpore cõtinenti vtrãq; ratio sit de genere quãtitatis: at vero in corpore locato nõ ita. Dico quod huiusmodi ratio est, quia habitudo quã habet continens ad contẽtũ necessario includit extensionẽ per quam circunscribat locatũ: at vero habitudo, quã dicit locatũ ad locum abstrahit á quantitate, quia reperitur etiã in Angelis; quandoq; Angeli sunt in loco. Secundo dico, quod etiã in corporib⁹ quantitatiuis habitudo, ad locũ non est quantitas: sed vbi, quia quãuis corpora sint circunscriptiue in loco: tñ hæc ratio quã habet corpus locatũ ad locũ potest esse sine extẽsione, & separari á quantitate. Nã quãuis intrinseca sit quantitati extẽsio partiũ inter se: tamẽ extensio in ordine ad locũ potest separari. Vnde in Sacramento altaris corpus Christi habet propriam extensionẽ: non tamen extensionem in ordine ad continens: sed indiuisibili, quia est tota hostiæ, & inqualibet parte eius.

Ad vltimum Ref. quod locus est species quantitatis cõtinuę, & ad rationẽ cõtra hoc factũ. Ref. quod locus ille constans ex superficie aeris, & aquæ est cõtinuus in genere loci, quãuis illæ duæ superficies sint discretę in genere superficierũ.

Sed contra hanc solutionẽ est imprimis, quod aqua, & aer sunt corpora diuersę speciei ergo nõ possunt cõtinuari: sed dices continuantur quidẽ istorũ corporũ superficies, & continentur nõ autẽ ipsa corpora. Contra quia cõtinuatis ac cidentibus aliquorũ corporũ: continuantur etiã corpora, quia substantiæ non habent aliã continuationẽ distinctionemq; quãtitatis: sed istę superficies sunt accidentia aquæ, & aeris, provt cõtinent: ergo aqua, & aer sunt cõtinua si ille provt cõtinẽt, cõtinuantur. Rel. Tol. q̃ locus in genere loci nõdicitur cõtinuus, quia aliquid extrinsecũ vtriq; extremo: sed per ordinẽ ad locũ, quia nihil relinquunt circunscriptũ in loco: sed totũ locatũ ambiunt, & hac ratione nihil impedit aquã, & aerẽ dici cõtinua, quia scilicet inter illa nihil mediat, & hæc cõtinuitas quãuis Physice possit dici talis. Sed possumus dicere duo (vt diximus in Logica) quod ille locus nõ est continuus: sed contingẽs, quia quãuis locus sit species quantitatis continuæ: tñ non est continuatio in illo nisi secũdũ illas partes, quæ sunt in vno subiecto, sicut nec linea, & sic de alijs.

Sed dices, quod ille locus non est vnus numero, sicut nec linea est vna numero quando non est continua. Respond. negando consequentiã quia linea non est vna numero, nisi quando est continua, quia ex solo subiecto habet indiuiduationem, & continuationem: at vero locus quamuis ex subiecto habeat indiuiduationem: non tamen ab illo habet vnitatẽ numericã; sed requiritur etiam vnitas numerica locati, & quia locatũ in aqua, & aere est vnũ ideò locus est vnus numero, nec tñ sequitur; q̃ si aduenerit aliud locatum erit alius locus, quia locus ad sui vnitatem requirit vnitatem numericam locati: non tamen huius, vel illius determinate, nec argumẽtum quod afficit in Logica ad probandum locum esse continuum intelligi debet nisi de continuatione, quam fecit Tol. propriam loco, quod in rigore est contiguitas, vel de loco secundum partes illas, quæ sunt in vno tantum subiecto: non in pluribus, & hoc modo sufficienter, saluatur, quod totum locatum ambiatur á partibus ipsius loci.

Ad primum vero eorum, quæ posita sunt ad probandum locum esse vbi. Respondet Tolet. quod quamuis locus sit

forma vbi effectus formalis illius, sicut inquit albedo est forma, & esse albū effectus formalis albedinis. Hi hilominus tñ dico hæc asserit quæ sunt omnino absurda. Primum est, quod locus, & vbi se habeant sicut forma, & effectus formalis. Hoc enim falsissimū est, nam forma, & effectus formalis sunt inseparabiles, & in eodē subiecto: at vero locꝰ & vbi sunt in diuersis subiectis. Nam locus in corpore continenti, & vbi in corpore cōtento: ergo. Secundū vero est multo falsius, quia sicut albedo est de genere qualitatis, ita esse albū est enim albū de prædicamento, qualitatis pro formali sumptum, quo pacto est effectus albedinis. Secundo, quia effectus formalis primarius alicuius formę est de essentia illius: ergo pertinet ad idē prædicamentū cum forma. Dicendum ergo est primo ad argumentū, quod esse in loco, & locus nō se habent, vt forma, & effectus formalis nec vt cōcretum, & abstractum. Vnde locus est abstractus, & eius effectus formalis, & continere: eius autē concretū est locās, seu cōtinēs, similiter vbi est cōcretū, & eius abstractū est vbi ea non vbi, nō sunt eiusdem generis locus, & vbi.

Ad secundū vero Resp. quod si aliquod corpus poneretur in vacuo, illud dicitur esse in loco imaginario, & aduenīte superficie de nouo ambiēte absq; hoc, vt ponatur noua entitas in locato diceretur esse in loco reali, illud quod prius erat in loco imaginario, quia habitudo locati, quæ antea determinabatur ad locum imaginarium terminaretur iam ad locum realem.

Ad tertium vero iam patet solutio; quod locus non est terminus ad quē motus localis; sed esse in loco, quod est vbi, & hoc de hac quæstione.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum locus sit immobilis, & quomodo?

RAtio dubitandi est in ista quęst. quia videtur, quòd locus nō sit immobilis. Primo, quia si esset immobilis, quorsum in Phys. ageretur de loco cuius subiectū est ens mobile. Secundo, quia concaua superficies cœli est locus ignis, & tñ semper illa mouetur, sicut & ipsum cœlū, ergo. Tertio locus est vltima superficies corporis continentis: sed corpus cōtinens mouetur, vt patet quando aqua mouetur, quæ continebat baculum: ergo mouetur etiam eius vltima superficies, ac per consequens locus. Quod si dicas, quod locus dicitur immobilis ratione distantiæ. Contra quia etiam distantia mouetur per accidens ad motū corporis continentis quandoquidem est accidens illius, ergo. Quarto, quia si Deus moueret pollos cœli ab eodem loco quo nunc sunt dicerentur res mixtæ inferiores manere in eodem loco, quo nunc: & tamen non maneret eadem distantia quandoquidem iam polli essent mutati, ergo. Quinto, quia quemadmodum locus habet distantiam ad punctum terræ, & pollos cœli etiam habent alia omnia sublunaria: sed alia omnia non dicuntur esse immobilia ratione huius distantiæ: ergo nec locus.

In quæst. ista vnum est certissimū, in quo omnes conueniunt: alterum est de quo est magna controuersia; conueniūt omnes, quod locꝰ debet esse immobilis. Et hoc probatur duabus rationibus, quas ad fert hic Tolet. Prima est, quia si locus moueretur sequeretur, quod corpus aliquod omnino quiescēs posit mutare locum, ac per consequēs quiesceret, & moueretur sequella probatur, quia si turris V. G. magnę molis circunscribatur aere mouetur aer, & locus per se: ergo turris mutat locū: at vero mutare locū est moueri localiter: ergo turris simul quiesceret, & moueret localiter. Secūdo, quia sequeretur etiā aliquod corpus moueri localiter motu recto, & nō mutare locū, quia si moueretur V. G. homo ad eius motū simul pōt moueri eius locus: ergo

homo

homo tunc moueretur manens in eodē loco, quæ duo cum sint omnino intelligibilia, necessario fateantur omnes locum esse immobilem.

Sed alterum de quo est magna controuersia est quomodo locus sit immobilis, nam quidam sunt, qui sequentes Auerroem hoc loco dicunt locum esse immobilem, quia per se non mouetur cum sit accidens, & substātia solum corporea sit, quæ per se moueatur: addunt etiam locum dici immobilem, quia nō est necesse moueri quando mouetur locatū: sed potest manere locus immobilis mutato locato.

Tertio addunt locum dici immobilē, quia non est necesse moueri eodem genere motus quo mouetur locatum: sed potest moueri localiter corpus contentum: locus vero minime; sed aut corrūpi, vel alio motu moueri concedit: tamen hæc sententia aliquando locū posse moueri localiter saltem per accidens & quod manet idem numero locus.

Sed tamen hęc sententia merito ab omnibus reijcitur. Primo quoniam si solum dicunt isti locum esse immobilē, quia per se non mouetur, licet moueatur per accidens, sequitur, quod non est maior ratio, quare dicatur locus immobilis, quam quodlibet aliud accidens. Nam omnia accidentia etiam dicūtur immobilia per se cum sola substantia corporea per se moueatur. Secūdo quia si locus est immobilis, qui non mouetur simul cum locato, vel non mouetur eodem genere motus, quamuis moueatur alio sequerentur inconuenientia, quæ adduximus in principio, quod aliquod corpus mutet locum dum quiescit, vel omnino moueatur, & non mutet locum (vt dicebamus prius) quę omnia sunt absurda. Dicendum ergo est, quod locus dicatur omnino immobilis, & quod ista sententia verum quidem asserat: sed sit insufficiens. At vero Percy. loco citato, quamuis istam sententiam reijceret videretur parum ab eadem differ, nam post quam distinxit ille locum duplicē, scilicet naturalem, & artificialem dicit bene in hoc, quod Arist. dicens locum esse immobilem, solum de loco naturali loquitur, & non de loco artificiali: explicat autem quo pacto locus naturalis sit immobilis, quia inquit semper est idē sicut naturalis ignis semper concauum lux, & locus naturalis, & aeris concauū ignis locus naturalis aquæ cōcauum aeris: locus deniq; terræ concauum aquæ mixtorū vero loca naturalia sunt ratione elementi prodominantis, & sic semper saluatur locum esse immobilē, quia semper est idem.

At vero ista sententia est insufficiēs, sicut prima imprimis, quoniā locus naturalis dupliciter sumitur: vno modo vt distinguitur contra violentum: alio modo, vt distinguitur contra artificialem, & sic valet dicere solum locum naturalem esse immobilem, loquendo de naturali, vt distinguitur contra artificiale verum dicit in hoc quod Arist. tantum de hoc loco est locutus: tamen hoc modo naturalis locus: comprehendit etiā violentum, quia sursum est locus terræ violentus, & non artificiale. Vnde hoc modo debet etiam locus violentus esse immobilis, & tamen non semper idem, vt patet in aere cui? locus violentus quādoq; est esse in loco ignis quandoq; in loco tertę; ergo insufficiens est iste modus dicendi.

Si autem dicas, quod loquitur solum de naturali loco, vt distinguitur contra artificialem, & violentum. Contra hoc est, quia Philosophus non solum agit de loco naturali hoc modo sumpto, sed etiam de violento: ergo vterque debet esse immobilis, quod autem agat de vtroque constat ex. 6. & 8. Phy. & 1. cœli ca. 2. & secundo de generatione: insufficiens est ergo iste modus dicendi. Secūdo est etiam insufficiens, quia non soluit difficultatem, quoniam quamuis locus naturalos semper sit idem, vt ipse fatetur: tamen locus ignis videtur moueri

ueri ad motum cœli, & locus aeris ad motũ ignis, & sic de alijs: ergo non manet locus immobilis: sed mouetur saltẽ per accidens. Ex quo sequitur duo illa ab initio principio adducta, scilicet quod aliquid corp' omnino quiesceret, & mutet locũ vel saltẽ, quod moueatur locali motu vel motu recto, & nõ mutet locum, quæ duo iã ostendimus: sequitur ex eo quod locus sit immobilis. Et Resp. Perey. quod mutare locũ stat dupliciter actiue, & passiue, & quod mutare locũ passiue omnino sit idẽ cũ hoc, quod est moueri: non tñ mutare locum actiue. Vnde quando aliquod corpus quiescit potest ista mutatio loci actiua per hoc, quod moueatur continens: passiua vero non item hęc tñ distinctio, imprimis est nouа, & in audita cũ nos ex Arist. nõ cognoscamus nisi in quolibet motu esse actionem, & passionem. Vnde in motu locali mutationem actiuam, & passiuã.

Secundo contra hanc distinctionẽ sic argumentor: summamus magnam illã turrim mobilem cui aer circunstans mouetur, aut facta illa mutatione aeris circunstantis mouetur locus, vel non si nõ mouetur: sed semper manet turris in eodem loco, habeo intentũ, quod locus omnino sit immobilis. Si autẽ dicas, quod mouetur: sed illa est mutatio actiua loci nõ passiua. Contra hoc est, ꝙ turris nõ maneret in eodẽ loco, quo prius: ergo non habet idem vbiq; impossibile est locatũ esse in diuersis locis, & hac remota est turris passiue per motũ de nouo susceptum in ipsa turri. Consequentia probat, quoniã vbi est terminus ad quẽ motus: ergo si corpus habet nouum vbi de nouo suscipit motum, ac per consequẽs facta est non solum mutatio illa loci actiuè, quam imaginat. Perey. sed etiam passiua, quod tamen si absurdum de se patet, cũ nec ipse Perey. nec alius antea fuit concedere.

Propter hoc ergo tenenda est sententia S. Tho. quia locum dicit esse immobilem, quoniam inquit intelligi non potest, quod locus sit vnus numero, & moueatur localiter, quia indiuiduatio, & immobilitas loci sumitur penes distantiam ad centrũ, & punctũ cœli, quæ semper eadem est, & variata ita manet locus alter & diuersus. Vnde numquam potest verificari, quod sit locus idem, & quod manſit.

Sed quoniam contra hanc sententiam magnam habent difficultatem illa tria argumenta, quæ fecimus in principio quæstionis præsertim secundũ, ideò quidam explicant sententiam istã S. Tho. sic, quod distantia inter corpus continens, & centrum terræ, vel pollos cœli sit duplex, quædam est distantia realis, qua nihil aliud, quã quantitas ipsius corporis existentis in medio inter locum, & pollos cœli, siue sit vnum corpus, siue plura: alia vero est distantia imaginaria, quæ abstrahit à quocumque corpore intermedio, & hæc esset: eadem etiam si daretur vacuum. Dicunt igitur quidam, quod locus non est immobilis ratione distãtię realiter, quoniam hęc est accidens, quod variatur variato subiecto: sed ratione distantiæ imaginariæ, quę semper est eadem, quãuis varietur corpus continens.

Sed tamen hic modus explicandi sententiam S. Tho. quamuis posset esse verus: si tamen vellit dicere, quod in casu quod daretur vacuum essent loca imaginaria, quæ dicerentur immobilia ratione distantiæ imaginariæ: loquendo tamen de facto non est probabilis, quia locutus est aliquod ens reale: ergo non immobilitatem habet, atque in diuidua tionem aliquo modo distantia ista imaginaria, quæ est ens rationis.

Secundo alij explicant locũ esse immobilem ratione distantię, quia quamuis corpus continens varietur: tamẽ pollí cœli, & centrum semper manent invariati, & ratione illorum dicitur locus esse immobilis extrinseca denominatione, quoniã huiusmodi distantia est relatio quædam extrinseca denominans

locum

locum, & extrinsice centrum terræ, & polos cœli: sed tamen nec hæc sententia est probabilis, quoniã immobilitas est differentia essentialis, scilicet propria passio loci: ergo debet esse formaliter in loco: ergo locus non solum extrinsece, sed etiam formaliter dicitur immobilis: atq; adeò non extrinseca denominatione ratione distantiæ, quæ existit in altero extremo. Secundo quia distantia est relatio mutua primi generis, sicut diuersitas: ergo debet esse intrinsice in termino extremo, & vtroq;: ergo non dicitur immobilis per relationem distantiæ quæ est in puncto cœli, sicut nec dicitur distans per illam relationem, sed correlationem in ipso existenti.

Aliter ergo explicanda est sententia S. Tho. sicut iam explicans Sot. ato. Tol. & notant primo, quod ea quæ sunt plura in vno genere scies vnũ in alios, sicut partes domus sunt plures in genere substantiæ, & constituunt vnã integram domũ in genere qualitatis: sic ergo ad vnitatẽ numericã loci non requiritur hæc numero superficies, nec hęc numero relatio distantiæ, sed plures superficies cũ suis relationibus, quia fluunt, & refluũt constituunt vnũ numero locum: sed nota, quod non quæcumq; superficies plures constituunt vnũ numero locũ: sed illę, quę ita sunt plures numero, quod hac ante eandem distantiam secundum proportionem ita quod superficies, quæ de nouo aduenit quãdo mouetur continẽs quamuis distinctam relationem distantiæ secundum numerum habeat ab ea, quæ prius erat: tamen illa distantia proportione est eadem, & sic etiam locus est idem numero per eandem distantiam per proportionalem, sicut fluuius est idẽ hodie & heri, variata aqua, quoniam aqua, quę subsequitur eandem proportionem habet cum aqua, quæ prędixit.

Sed contra obijcies locus est de genere quãtitatis: ergo nõ dicitur idem necessarium mobilis ratione distãtiæ, quæ est relatio. Respõ. quod quãuis locus sit de genere quantitatis: tamen constat relationem distantię illi sit locus naturalis, vt distinguitur contra artificialem. Vnde propter hoc potest dici locus immobilis ratione distantiæ.

Sed contra hoc obijcies secundo, si variantur in albo, & albedo, & subiectum quod cõnotat non manet idem albũ: ergo si variẽtur erit in loco relatio distãtiæ & superficies, quã connotat non manebit idẽ locus, sed variãtur hæc omnia: ergo mouetur locus. Respon. quod licet qualibet res ad suũ esse requirat aliquã inuariabilitatẽ: non tamen omnes eandem nec eodẽ modo, sed quędã magis, & quędã minus. Vnde Deus opti. max. habet omnẽ inuariabilitatem tam secundũ esse, quam secũdum operationẽ: Angelus vero omnino inuariabilis secũdum esse, & variabilis est secundũ operationem: homo vero ad suum esse non solum non requirit inuariabilitatem in operatione: sed nec in esse, quia variatur eius esse saltem ex parte materiæ, quãuis forma moueat eadẽ, vt quando augetur homo, aut nutritur alia sunt, quæ nec ad suũ esse ad hac ex parte formę requirũt inuariabilitatem: sed tam in parte materiæ, quã formæ habent variationẽ, & manet eadẽ, sicut inanimata, quæ augentur facta aliqua variatione, tum ex parte materię, tũ etiam ex parte formæ, quia augẽtur per appositionem nouæ formę dicuntur manere eadem.

Sic etiam in proposito ad vnitatem albi requiritur, quod subiectum, quod connotat sit idem, & forma eadem at vero ad vnitatem loci requiritur, quod superficies, & relatio distantię sint idem secundum proportionem, & dũ ista proportio non variatur, nec locus variatur, sed manet idẽ cũ proportione: dum aũt proportio variatur manet aliter locus.

Tertio obijcies quod sin istud modũ dicendi locus non erit cõtinuus, quoniã illæ plures superficies, quæ fluunt, & refluunt non semper continuantur: ergo cum illæ plures efficiant vnum locum

sequitur

sequitur, quod locus non sit continuus. Resp. dupliciter primo cum Tol. quod locus dicitur continuus in genere loci solum per hoc, quod plures superficies, ita ambiant locatum, quod nihil relinquant in ipsum in circunscriptum, & ad hoc sufficit superficies esse cõtiguas, & sic locus in genere loci est continuus. Secundo respondetur, quod locus est cõtinuus, quia quælibet superficies illarũ est continua: non tamen omnes simul, quæ efficiunt vnum locum sunt continuæ propter rationem dictam in quæstione præcedenti.

Sed Obijcies quarto, q̃ hoc modo nõ solum locus naturalis dicitur immobilis, sed etiam locus artificialis, quia etiã quamuis varietur superficies vasis dicitur esse immobilis locus aquę existentis in uase, quoniam manet eadẽ superficies cum distantia secundum proportionem. Resp. quod quamuis verum sit, quod etiam vas manere potest immobilis propter relationẽ distantiæ per proportionem: eandem tamen hoc interest, quod quamuis moueatur de vno loco in alium manebit idem vas: at vero si moueatur locus non manebit idem, & ita vas, quod est locus artificialis non dicitur immobilis, quia potest moueri, & manere idẽ: locꝰ vero naturalis nõ itẽ.

Vnde ad argumenta respondetur ad primum, quod quamuis locus sit immobilis: tamen pertinet ad Philosophum naturalẽ agere de loco propterea quod circa ipsum, & per ipsum fit motus localis, & etiam quoniam esse in loco est affectio rerum naturalium. Nam in scientijs non solum agitur de obiecto, sed de affectionibus illius, & ita in Philosophia non solum de ente mobili: sed etiam de loco, & de alijs affectionibus, &c.

Ad secundum & tertium iam patet solutio, scilicet, quomodo quamuis moueatur cœlum, & eius vltima superficies manebit semper idem locus per eãdem distantiam proportionalem. Et similiter ad tertium dico quando mouetur continens, & eius superficies manet idem locus si superficies, quæ de nouo accidit habet eandem distantiam secundum proportionem.

Ad quartum respondent Sot. & Tol. quod si Deus mutaret Pollos à loco in quo modo sunt manerent res istę inferiores in eodem loco per distantiam ad Pollos: sed locum pollorum, qui quidem locus maneret idem. Nam quamuis polli mutentur nihilominus secundum intellectum maneret idem punctum, vbi prius erant polli, & distantia ad illud pũctum esset eadẽ, & ratione illius locus diceretur manere idem.

Sed cõtra hanc solutionem obijcies, quod supra refutatum est locum esse immobilem propter distantiam imaginariam, male ergo nunc concedimus hoc ipsum. Respondetur, quod tunc loquebantur de facto. Nam vt sic non dicitur locus immobilis nisi propter distantiã realem: tamen de possibili quemadmodum si daretur vacuum non est dubium, quin possit esse tum locus immobilis propter distantiam imaginariam, & idẽ dicẽdum est in hoc casu, quod polli mutentur, & omnes res sublunares: saltem mutarentur etiam per accides sicut mutatur homo ad motũ nauis & ideò maneret eadem distantia à loco in quo res manerent antea, & ratione huius distãtię, quæ esset eadem proportionabiliter: locus etiam diceretur immobilis, & idem.

Ad vltimum respondetur, quod quãuis omnes res mundi habeant ordinem ad punctum cœli, & centrum terræ: tamen speciali modo locus propterea quod de ratione loci est continere locatum. Vnde dimanat in eo ordo ad primũ cœlum, quod est primũ continẽs, & ad centrũ terræ, quod est quasi vltimum contentũ. Nam cœlũ continet omnia, & terra ab omnibus continetur, & ideò locus habet talẽ ordinem ad hoc, vt ratione istorum dicatur immaterialis: atque semper manere idem numero.

A R-

ARTICVLVS. V.

Vtrum locus habeat vim cõseruatiuam locati.

IN hac quæstione certum est locum esse conseruatiuum, sed subiectum est quomodo, & ratione cuius locus dicatur esse conseruatiuus, quod enim in loco naturali sit perfectio, & virtus locati. Probatur primo, quia experimur quãcumq; rem melius se habere in suo loco naturali, quam extra illum sicut terra melius se habet in centro quam extra illud. Secundo hoc ipsum patet ex experientia, quia videmus vbicumq; fit terra, siue supra aquam siue supra aerem, vel ignem semper ad eundem locum infimum moueri, & aerem siue ponatur in regione ignis siue in regione aquæ, vel terræ ad eundem etiam locũ tendere, scilicet vt sit immediatiate sub igne signum ergo est perfectius ibi se habere, quam alibi. Tertio etiam experientia, patet, quia magis res ad propria loca accedunt eò velotius moueri, vt terra, quæ descendit deorsum velotius mouetur, quó magis appropinquatur suo loco: ergo sequitur in loco esse aliquã virtutem, & perfectionem locati attractiuã locati ad se.

Sed contra istam vltimam rationem obijcies, quod non potest esse locus attrahere locatum ad se, quia aliquã virtutẽ imprimat: sed antequam locatum adueniat ad locum non recipit ab illo aliquã virtutem: ergo non mouetur velocius ex eo quod atrahatur ab illo. Respondetur, quod atrahere ad se aliquid fiat dupliciter: vno modo in genere causæ efficientis: aliomodo in genere causæ finalis: in genere causæ efficiẽtis, sicut magnes trahit ferrum, & virtus atractrix, quæ est in animalibus ad trahendum cibum, & id quod trahit sic necessario debet imprimere vim aliquam motiuam rei, quę atrahitur, at vero alio modo, scilicet in genere causæ finalis aliquid potest atrahere aliud per hoc solum, quod sit finis in quem aliud tendit sicut diximus quod res amata trahit amantem sine hoc quod aliquid ipsi imprimat, & vtroq; modo dixit Christus atracturas erat corda hominum, & in genere causæ efficientis dando illis gratiam, & in genere causæ finalis, quia hominũ corda ad ipsum conuertenda erant imposito: ergo locus trahit ad se locatum in genere causæ finalis antequam proueniat locatum ad illud: at vero postquam locatum est in loco conseruat illud in genere causæ efficientis (vt diximus) & ideò in genere causæ finalis est causa motus ad ipsum terminatum.

Sed contra eandem rationem obijcit secundo Valles. quod non moueantur velocius res quo magis accedunt ad propria loca. Nam sequeretur, quod si aliquis lapis descenderit motu recto à loco ignis, & alius à loco aeris vterq; æquali velocitate moueretur in regione aeris, quando quidem æqualiter distat à proprio loco. Respondetur tamen negando consequentiam. Pro quo nota quod causa maioris velocitatis motus naturalis in fine, quam in principio non est sola distantia à proprio loco, sed plures partes aeris esse cõmotas quę vt iterum cõtinuentur impellunt mobile. Vnde fit, quod velocius tunc fit motus non solũ, quia illę partes aeris commotæ facilius mouentur, & impellent mobile: sed etiã quia mobile ipsum facilius scindit aerẽ per quem fit motus, tunc quam antea, & accipit iam ipsum mobile quasi impetum ad talem motum, sicut patet in sagitta proiecta, quæ velocius mouetur in medio, quam in principio propter has partes aeris commotas.

Sed si dicas quare sagitta in fine non mouetur velocius vbi sunt plures partes commotæ. Respondetur quod non sunt cæteris paria, quia cessat tũc virtus proijcientis: in motibus vero naturalibus

maior

maior velocitas est in fine, quia virtus semper permanet eadem, & magis fortis propter propinquitatem ad locũ vbi est fortassis temperamentum melius, & ex alia parte in fine sunt plures partes aeris commotæ, & ideò tũc est velocior motus: at vero in fine non mouetur ita velocius, vt in principio, aut in medio, quia virtus sagittarij in fine iam deperditur & est diuisibilis. Vnde patet solutio, quod lapis ille, qui á superiori loco descendit velocius mouetur, propterea quod, quamuis in aere positi sunt inæquali distantia, quando vterque per aerem mouetur: tamen iam tũc prior ille lapis habet maiorem impetum ex pluribus partibus aeris commoti.

His ergo ita suppositis, vt ad difficultatem accedamus propositam, & explicemus in quo sita sit hæc virtus conseruatiua loci. Notandum est, quod elementa sic sunt disposita in vniuerso, quod ignis qui est perfectissimus omnium elemẽtorum sit in cœlo, aer in igne, aquam in aere, & terra in aqua, vt proprio in loco ita docet Arist. 4. & 5. cap. huius lib. & ab omnibus est concessum.

Notandum est secundo, quod ex quatuor primis qualitatibus, quæ sunt calor, frigus, humiditas, & siccitas in quo cumque elemento sunt duæ istarum, ita quod terra sit ficca: tamen sumo. V. G. vt. 8. & frigida prope summum: aqua vero frigida in summo, & humida prope summum: aer humidus in summo, & calidus prope sumuũ: ignis deniq; calidus in summo, & sicus prope summũ.

Sed dices quod videtur esse maior humiditas in aqua, quam in aere, vt experientia docet. Respondetur, quod reuera intensior est humiditas aeris, quam aquæ nisi, quod aer ille, qui est prope nos non sicè est humidus, vt eius natura exigit, quia est extra propriam naturam magis, quam aliud elementum quoniam sic est necessarium ad hominum cohabitationem. Si autem esset in propria natura experiremur maiorem humiditatem in aere, quam in aqua. Quamuis secundo dici potest, quod in ratione densitatis apparet magis humiditas aquæ, quam aeris. Tertio potest dici, quod ab assuetis non fit passio, & ita humiditatem aeris non ita bene sensu percipimus.

Sed tertio presupponendum est, quod ex dictis constat, quod quæcumque duo elementa sunt contigua habent ad minus vnam qualitatem similem, sicut terra, quæ est iuxta aquam conuenit cum illa in frigiditate, aqua cum aere in humiditate, aer demique cum igne in calore.

His ita suppositis Valle. sentit, quod vnumquodque elementum mouetur ad proprium locum: non propter aliquam virtutem existentem in loco: sed ratione situs, & ordinis vniuersi, ad quem ordinem spectat, vt perfectissimum elementum si ignis optineat primum locum supra cætera, & iuxta cœlum imperfectissimum vero, quod est terra sit infra omnia in imperfectissimo loco, aer vero supra aquam etiam est perfectior illa.

Tum etiam, quia si hoc modo mundus dispositus sit melius influentiæ corporum cœlestium ab istis inferioribus participantur, quoniam si sint grauia in loco supremo, quia propter eorum crassitatem impedietur fluxus, quo minus descendat.

Tum etiam secundo dicit elementum quodlibet moueri ad suum locum quia est iuxta aliud elementum symbollum id est simile illi in vna qualitate: si autem essent alio modo dispositæ esset magna pugna, vt si poneretur, aqua iuxta ignem, & terra iuxta aerem melius se habent, vt vnumquodq; sit iuxta aliud symbollum.

Quòd autem in loco nulla virtus sit ponenda, quæ specialiter sit cõseruatiua locati probatur. Primo quia vnũ elementum est locus alterius: & tamen non habet aliquam qualitatẽ symbollam loca

tum

tum aerem, qui est calor nec per dissymbollã, quę est siccitas. Nam per siccitatẽ conseruare nõ potest cũ potius illa sit cõtra naturã, & distinctiuã aeris: similiter nec per calorem, quia calor ignis maior est calore aeris, atq; potius cõburet illũ, quã conseruet, & preter has duas qualitates non est alia in genere ergo, &c.

Confirmatur, quia aer positus iuxta ignem comburit: ergo in proprio loco destruitur potius quam conseruatur.

Secundo terra, & eius partes magis appetunt esse in centro, quam iuxta aquam: non ergo in aqua est virtus conseruatiua terræ: sed conseruatiua nõ solum est in superficie vltima aquæ: sed in tota regione, & spatio terræ cõtra illud spatium nihil est, & saltem non est locus: ergo virtus cõseruatiua terrę nõ est in loco. Si dicas, quod quãuis itlud spatium nõ sit aliquid: tñ terra, quę est in illo spatio est aliquid. Vnde in illa subiectari põt virtus ista conseruatiua terræ.

Contra hoc esse, quoniam terra non est locus: sed locatum: iam ergo virtus non esset in loco: sed in locato. Secundo ponamus terram iuxta cęlum, sequitur quòd ibi mouetur aqua, quę est hic infra quia tunc terra, quæ est iuxa cœlum haberet suam vim conseruatiuam.

Et si dicas, quòd terra nõ est subiectum virtutis conseruatiuæ, nisi quando est in sua regione, & situ contra hoc est, quòd si terra sit iuxta cœlum, & in loco terræ nihil sit, sequitur terram positam in media aeris regione, nullibi moueri non ad locum, vbi est alia terra, quia ibi non est virtus conseruatiua nõ ad centrum, quia nec ibi est talis virtus cum non sit aliquod subiectũ: ergo nullibi moueretur.

His tamen non obstantibus statuo conclusionem, quarum prima est, vnum elementum est locus naturalis alterius & ignis est in cœlo, vt in loco naturali. Conclusio est certissima omnium, vt videmus, & patet, quia locus naturalis est vbi res melius se habent, & dico conseruantur, sed ignis melius in cœlo quam in alio loco, & ad ipsum cœlum ex quo cumque alio loco mouetur, & sic de alijs elementis: ergo, &c.

Sed obijcies corpus non mouetur cum est in proprio loco, sed ignis perpetuo mouetur cum est iuxta cœlum: ergo ille non est locus eius naturalis, quãdo quidem ibi non quiescit. Respondetur, quòd motus quo mouetur ignis in proprio loco est motus circularis quo rapitur ad motum primi mobilis, & nõ conuenit secundũ propriam naturã, sed ratione vniuersalis naturæ primi mobilis, quòd sicut secũ rapit alios orbes cœlestes inferiores, sic & ignẽ. Vnde dico quando aliquid est in proprio loco non mouetur secundũ propriam naturam: sed solum per violentam potest extrahi inde: at vero præter naturã aut vt dixi ratione naturæ vtilis nõ est inconueniẽs moueri in proprio loco præsertim, cum iste motus circularis fiat manẽte ipso igne in proprio loco. Vnde quiescit totũ, quamuis moueatur secundum partes.

Tertia conclusio vnum elementum non est locus cõseruatiuus alterius ratione alicuius duarum qualitatum, quas diximus habere primas. Probatur primo ratione iam dicta, quoniam ex illis duabus qualitatibus, quas habet ignis altera est omnino contra naturam aeris: altera vero, quæ est symbolla saltem est fortior calore aeris, & potest superare illum: ergo non conseruat ratione alicuius istarum.

Secũdo quoniam si aqua poneretur, vbi est ignis iuxta cœlum ibi haberet istas qualitates duas quas modo habet, & tamen non haberet ad se terram nec eõseruaretur ibi terra: ergo nõ est locus cõseruatiuus locati ratione alicuius istarũ.

Tertia conclusio nec mouetur vnũquodq; elementũ ad suum locũ solũ ratione situs & ordinis vniuersi Prob. experientia quia vt videmus in vase aliquo poni plura elementa, scilicet terram aquam, & aerem, & ibi terram occupare infimum

infimum locum aerem ſupremũ, & aquam medium, & tamen ibi non eſt ordo vniuerſi: ergo non ſolum ratione ordinis vniuerſi mouentur corpora ad ſuũ locum.

Confirmatur, quia ſi ab vniuerſo auferret Deus cœlos, ita quod manerent ſola elementa non maneret vniuerſum: & tamen adhuc inter ipſa elementa eſſet idẽ ſitus, qui modo ſcilicet terra ſub aqua, & aqua ſub aere, & aer ſub igne: ergo nõ ſolum ratione ordinis vniuerſi mouentur corpora ad ſua loca.

Sed, & ratione à priori probatur iſta concluſio. Nam quælibet res mũdi monetur ad ſuum locum naturalem ex appetitu naturali, & propria inclinatione, quæ conuenit ipſi in quantum talis: ergo mouetur propter aliquod bonũ proprium, & non ſolum propter bonũ vniuerſi. Conſequentia tenet, quia cũ omnis inclinatio naturalis ſit propter aliquod bonum, quia eſt veluti quidam amor, qualis fuerit inclinatio, tale debet eſſe bonum. Vnde inclinatio naturalis propria propter bonum proprium eius, quod habet illam debet eſſe: ſed ordo vniuerſi non eſt bonum proprium eius, quod mouetur, ſed totius: ergo nõ ſolum propter hoc bonum, ſcilicet vniuerſi mouentur res ad propria loca. Cõfirmatur, quoniam aliàs non eſſet differentia inter motum aquæ quo aſcendit ſurſum per fiſtulam ne detur vacuum, motum eiuſdem deorſum ad proprium locum quandoquidem eſt propter bonũ & ordinem vniuerſi. Conſequens tamẽ eſt falſum, quia primus eſt, quia eſt naturam, aut conuenit rationi naturæ vniuerſi. Secundo vero eſt naturalis ratione naturæ propriæ: ergo, &c.

Quarta concluſio vnum elementum eſt locus conſeruatiuus alterius ratione virtutis influentiæ á corporibus cœleſtibus probari poſſet hæc concluſio. Primo ex refutatione aliorum. Sed probatur etiam, quòd ex eiſdem aliquod cõſeruatur á quibus fit, ſed vnumquodq; corpus fit á proprio loco, & virtute cœleſti: ergo ab eiſdem conſeruatur.

Confirmatur quia virtus cœleſtis eſt cauſa æquiuoca horum inferiorum ac per conſequens pendent ab iſta virtute corpora inferiora nõ ſolum inſieri, ſed etiam in conſeruari. Si autẽ contra hoc obijcias quod hęc virtus & influẽtia quę reperitur in aqua reſpectu terræ etiam poſſet eſſe in igne: imo de facto eſt in igne nam prius quam deſcendat ad terrã tranſit per ignem: ergo non magis hæc virtus conſeruatiua terræ in aqua quã in igne: quod tamen eſt falſum. Reſpondetur quod numquam poteſt influẽtia, quę eſt virtus conſeruatiua terrę eſſe in igne. Nam influentia iſta modificatur per ſubiectum in quo recipitur. Sicut enim lumẽ receptum in terra cauſat ſiccitatem & duritiem: incera vero liquefactionẽm, ſic etiam influxus cœleſtis receptus in igne modificatur, vt conſeruet aerem & receptus in aqua modificatur, vt conſeruet terram: numquam ergo virtus conſeruatiua terræ erit in igne quia numquam per tale ſubiectum poteſt modificari vt cõſeruet aliud propter aerem.

Sed obijcies ſecundo, quia etiam ſi aqua ſit iuxta cœlum non poteſt habere vim conſeruatiuam terræ quamuis ibi recipiat influxum á cœlo & modificetur per ipſam. Reſpondetur, quod influẽtia debet modificari per ſubiectum cõtinens, & per diſtantiam á centro & polis cœli. Vnde aqua poſita iuxta cœlum recipit influxum: tamen ille influxus, nec poteſt modificari ad conſeruandam terram, quia non eſt diſtantia debita illi nec ad conſeruandum aliud elementũ, quia non eſt ſubiectum capax aqua. Si dicas, tertio, quod nos incidimus in ſententiam quam refutauimus. Primo quia influentia iſta eſt cauſa vniuerſalis, & ita mouerentur res ad propria loca propter cauſam vniuerſalem. Secũdo quia ſi modificantur virtutes conſeruatiuæ per diſtãtiam: ergo mouetur res ad ſuũ

locum

locum propter distantiam, & situm & vniuersi. Respondetur ad primum quod quamuis influxus cęlestis secundum se sit causa vniuersalis: tamen prout participatur, & modificatur per superficiem corporis continentis fit causa particularis conseruatiua locati. Ad secundū non negamus distantiam intrare in ratione loci, quandoquidem ab ea habet locus, quod sit immobilis, sed dicimus non solum, propter ordinem vniuersi moueri res ad sua loca: quamuis autem vis cōseruatiua locati includat distātiam certam, vt per ipsam modificetur: non tamen illa sola est per quam locus est cōseruatiuus locati, sed per qualitatem influentiæ quæ ratione distantiæ, & subiecti (vt diximus) modificatur ad conseruandum, hoc aut illud locatum.

Vnde ad primum respondetur vnum elementum esse locum alterius, & hac re virtutem conseruatiuam illius, quæ tamen virtus non est aliqua ex duabus primis qualitatibus: sed influentia, quæ est tertia quædam qualitas, quæ in vno quoque elemento reperitur ratione cuius optime vnum conseruat aliud.

Sed obijcies sequi ex hoc doctrinam superiorem esse falsam, scilicet quòd in quocumque electento sint tantum duę qualitates. Respondetur, quod ex primis qualitatibus actiuis, & passiuis tantum sunt duæ in quolibet elemento, quia est corpus simplex ad differentiam mixti in quo reperiuntur quatuor primæ qualitates: at vero præter has primas nihil impedit esse alias qualitates, sicut in genere, & raritas, & lux, & ita est etiam influentia.

Ad confirmationē sunt, qui dicant ignem non agere in aerem sibi propinquum quando vtrumque est in proprio loco, quia in propris locis, nec sunt actiua, nec passiua elementa. Tamen istum modum dicendi numquam existimaui esse probabilem: mirabile enim esset, quod si poneretur stupa aproxima ta igni in sua propria regione non comburetur, nec manus intra aquam frigefieret aut humectaretur: alij vero asserunt, quod pars aeris, quæ est iuxta ignem comburitur ab eo: non tamen illæ partes aeris quæ magis distant: sed quāuis hęc solutio vera sit in eo quod ignis non potest partem sibi remotam comburere: tamēnō satisfacit primo, quia si cō burit partem propinquam sibi iam illa combusta comburet aliam, & illa aliā quo vsq; totum elementum aeris esset combustum. Tum etiam secundo quia si pars aeris quæ est iuxta igneni comburitur iam sequitur quod non mouere tur ignis ad proprium locū propter vim conseruatiuam cum potius ibi esset vis distinctiua, quam conseruatiua: dicendū ergo est ad confirmationem, quod ignis non comburit aerem, quia quamuis sit maxime actiuus; tamen habet aer tā tam resistentiam quantam ignis actiuitatē, & quando agens, & passum sunt æqualia possunt quidem adinuicem agere, & pati: non tamē se corrūpere. Vnde non est negandū ignem in proprio loco agere in aerem, & repati: sed non corrū pere, aut corrumpi: ergo sicut enim ignis excedit aerem in calore, sic humiditas aeris, & multo maior siccitate ignis.

Sed dices si inter hæc elementa est actio, & passio: ergo aliquid producit ignis in aere, & aer in igne, ac per consequens tandē vnum illorum corrūpetur. Resp. quod negare non potest nisi, quod per mutuā istam elementorū pugnā aliquid vnū eorum producat in aliud, quia ignis calefacit magis aer quam ipse aer posset ex natura sua, & similiter aer aliquid siccitatis auferret ab igne tantūdem producendo ibi humiditatis quāuis sensu id non percipiatur; non tamen hęc elementa corrūpentur propter rationē dictam, quia mutua eorum vis non dat locū corrumpi totaliter de corruptione enim, vel de actione, quæ vincitur, & separatur omnino intelligendum est cōmuniter semper prouenire á proportionem aioris inæqualitatis.

Sed dices saltem sequitur illas duas partes ignis, & aeris quibus ista duo elementa se tangunt aliquo modo esse extraneas. Respondetur concedendo libenter, nam propter pugnam istam, quam diximus necesse est partes istas minus seruare dispositionem naturalē, nec hoc obstat virtuti conseruatiuæ, quā diximus habere locum naturalem. Nā hæc aliunde prouenit, scilicet ex influentia: tum etiam, quia statim dicimus propterea partes aeris naturalius esse in media regione, quam iuxta ignem. Ad primum ergo argumentum respondetur, quòd quamuis virtus hæc continuatiua, quę est influentia corporum cœlestium sit in superficie corporum continentium: tamen inde deriuantur ad ipsum locatum: cum enim locus conseruet locatum per hanc virtutem in igne causę efficientis, necesse est producat in locato quandiu est in loco naturali virtutem talem localem conseruatiuam, & hinc est, quòd non tantum est in loco naturali pars illa terræ, quæ tangit aquam, sed etiā omnes partes terræ, quæ sunt infra spheram aquæ contentę, quāuis ab ipsa aqua distent, quia habent in se virtutem istam conseruatiuam causatā á cœlis, sed media superficie aquæ continentis.

Sed dices, quare ergo magis partes terræ in centro appetunt esse, quam iuxta aquam cum virtus ista in centro deriuetur ab aqua. Respōdetur quòd quia in centro sunt partes magis securæ á cōtrarijs, magisque remotæ ab illis. Hac enim ratione dixit. Sanct. Thom. opusculo de natura loci, quòd omnia elemēta prēter ignem sunt naturalius in media regione, quam in extremis propriorum locorum, quia ibi melius propria vnius cuiusque dispositio illorum seruatur á contrarijs cum pertes, quæ sunt in terminis, necesse sit extraneari propter vicinitatem, quam habent ad contraria, & pugnant cum ipsis: at vero partes ignis propter hanc rationem sunt naturalius dum sunt in cœlo propinquiores, quia scilicet sunt ibi magis remotæ á cōtrarijs prēsertim, quia in igne est specialis ratio, quia ibi est magis remoté comunctus cum propria vi conseruatiua, quæ residet in ipso cœlo.

Ad replicam vero positam cōtra hoc in principio quæstionis, patet solutio, quòd scilicet vis illa ratione cuius partes terrę mouentur ad centrum, & in ipsa terra subiectiue, quamuis causetur ex ipsa aqua, quæ est corpus continens. Vnde talis vis non erit in terra nisi quā diu sit in illo loco ex quo patet solutio ad aliud, quod si ponatur terra iuxta cœlum non habebit talem virtutē, ex quo etiam solutio patet ad obiectionem, quod particula terræ relicta inferius nō moueretur sursum in eo casu, quia non haberet ibi vim aliquam attractiuā nec similiter sequitur id, quod vltimo obijciebatur, scilicet in tali casu particulam terræ positam in medio aeris versus nullum locum moueri si daretur vacuum in centro, quia dicendum est in tali casu moueri ad centrum. Nam quāuis prius ibi nulla sit virtus conseruatiua: tamen aduenientē terra erit talis virtus: prius enim nondum erat ex defectu subiecti.

Sed solum restat vnica breuis obiectio cōtra ea quæ diximus, quia videtur quod aqua non habeat natura sua esse locum terrę sed moueatur ad centrum aquæ ac ipsa terra. Quod probatur nam si fiat foramen in terra descendet aqua vsque ad centrum: ergo est centrum locus naturalis aquæ, sicut & terræ. Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam. Nam tota ratio proter quam aqua vsque ad centrū descendit si fiat foramen ideſt ne detur vacuum, vel quia natura sua appetit esse sub aere, & aer super illam quia est leuior illa: non tamen hoc prouenit ex naturali appetitu aquæ.

ARTI-

ARTICVLVS. VI.

Vtrum primum Cœlum sit in loco, & quomodo.

NOtandum est in principio, quòd nō procedit: quæstio de facto. Nā certum est primum, spheram esse in loco scilicet in cœlo Impireo, quod est locus beatorum: sed secundum Arist. qui putauit esse aliud corpus extra primū mobile maxime procedit quęstio, & etiam de cœlo beatorum secundum rem cum non habeat aliud corpus extra se.

De hac quæstione tot sunt sententiæ, quod capita, prima est Alexandri aproditione, qui negat primum spheram esse in loco cuius ratio ista. Nam quod aliquod corpus indigeat esse in loco prouenit, vel ratione substantię, vel ratione quantitatis: ratione substantię, quando est corruptibilis, & indiget conseruari in proprio loco ratione quantitatis, quia non habet determinatam figuram, & indiget esse in loco, vt figuretur sicut aqua, quæ habet figuram iuxta figuram loci in quo recipitur: sed primum mobile non diget esse in loco ratione substantiæ, quia est omnino incorruptibilis, nec ratione quantitatis, quia habet natura figuram determinatam, & perfectissimam particularem.

Sed aduersus istam sententiam, est prima conclusio, negari nō potest primum cœlum esse aliqua ratione in loco. Probatur primo, quia omne, quod mouetur localiter aliquo modo debet esse in loco: sed primum mobile mouetur localiter, vt ex experiētia testatur: ergo. Probatur rursus minor, scilicet primum mobile moueri locariter primo ex Aristotile, qui octauo Physic. hac ratione probat motum localem esse omnium primum, quia scilicet motus localis reperitur in cœlo, & idem Aristoteles primo cœli cap. secundo, dicit motum localem alium esse rectum, & aliū circularem, sed motus cœli est circularis: ergo, &c. Tum etiam, quia non potest assignari in qua specie motus collocetur motus corporum cœlestium cum non sit augmentatio, nec alteratio.

Sed dicet aliquis fortasis ad hoc argumentum secutus Auicenam. 2. Physic. capit. 8. motum cœli non esse ad locum: sed ad situm. Vnde per ipsum partes cœli mutant situm, non locum. Hęc tamen sententia falsior est secunda, quia concedit aliquem motum localē, qui non terminetur ad esse in loco. Tū etiam secundo, quia motus omnis, aut est augmentatio, aut alteratio, aut motus localis ad situm, numquam dixit esse per se motum Arist. ergo hæc sententia est contra Arist.

Tum etiam tertio, & vltimo quia situs essentialiter præsupponit locum, situs enim nihil aliud est, quam habitudo partium ad locum in quo differt situs ab expositione partium in ordine ad locum: sed habitudo partium in ordine ad locum non potest esse nisi præsupponatur text. tum esse in loco: ergo implicat dicere cœlum non esse in loco; & moueri secundum situm, vel habere situm secundum partes eius.

Sed nec etiam est sententia Toleti vera, quam ipse putat probabilem. Quoniam respondetur, quòd cœlum non sit in loco, quia ad rationem motus circulrris non requiritur, quod mobile sit in loco, quia quod mouetur circulariter non est in loco nec mutat locum secundum totum: sed secuundum partes: hoc autem ita esse dicendum videtur colligi ex Arist. qui cap. secundo in primo cœli definiens alios motus, scilicet rectum, sursum, vel deorsum definit sic, qui est à medio, vel ad medium: motum vero circularem circa medium quasi alij motus præter circularem necessario erigant locū respectu mobilis,

quod mouetur, in motu vero circulari, non ita quia, quòd mouetur circulariter, nec est in medio, vt in loco termini à quo, nec in terminum ad quem, sed circa illud: sequitur ergo quod nullibi est in loco id quod mouetur circulariter. ¶ Et confirmatur secundo, quia nec ad motum rectum est semper necessarium mobile esse in loco quando quidem lapis moueri possit per vacuum, & tamen in vacuo non esset in loco ergo cœlum similiter, quamuis non sit in loco potest moueri localiter.

Sed hanc sententiam, quamuis Tol. dicat esse probabilem ego intelligere non possum primo quia de ratione motus intrinseca est, quod sit productiuus termini vt diximus: si ergo cœlum mouetur localiter vt reuera mouetur necesse est producat aliquem terminum, sed omnis terminus, qui producitur per motum localem est esse in loco vt probatum est supra: ergo cœlum cum suo motu producit diuersum vbi, ac per cõsequens debet habere locum.

Vnde ad primum respondetur, quod quamuis id quod mouetur circulariter non sit in medio, vt in loco (vt argumentum probat) est tamen alibi, vt in loco: omne enim, quod mouetur sursum mouetur à medio, quia prius est in medio, tamquam in termino á quo, vel ad medium, quia ipsum medium est terminus ad quem, & ita est in illo vt in loco: at vero quod mouetur circulariter mouetur circa medium, & non est in illo vt in loco non tamen negat Arist. nec ex eius verbis colligitur, ꝙ nullibi sit in loco.

Ad secundum respondetur quòd lapis mouetur per vacuum, non per naturã, sed per potentiam diuinam (vt dicemus infra) quia per naturã non potest aliquid moueri localiter nisi sit in loco. Dico secundo quòd per vacuum mouetur lapis, quia quamuis non sit aliquis locus in actu, est tamen locus in potentia: vacuũ enim est locus aptus repleri, & est locus imaginarius: ponẽdum ergo est necessario, quod vt cœlum moueatur localiter sit aliquo modo in loco actu, vel potentia præsertim cum eius motus fiat per naturam nõ per miraculum qualiter fit motus in vacuo.

His ergo relictis, sententijs est quarta sententia eorum, qui dicunt cœlum esse in loco, qui putant primum mobile esse in orbe planetæ sibi propinquo, quia tangit illum per superficiem concauam, ita vt concaua superficies primi mobilis sit proxime connexę Saturni, atque ita primum mobile sit in Saturno, vt in loco.

Sed hæc sententia reijcitur etiam per secundam conclusionem, quòd scilicet primum mobile non est in orbe inferiori, vt in loco. Probatur, quia locus est vltima superficies corporis continẽtis, sed cœlum inferius non continet superius: ergo non est locus illius. Minor probatur nã id quod est imperfectius non continet id quod perfectius est sed cœlum quodcumq; inferius est imperfectius superiori: ergo non est in illo, vt in loco. Tum etiam secundo, quia continere cõuenit alicui corpori ratione superficiei concauæ non connexæ, vt patet in vase, sed planeta, qui est iuxta primum mobile non tangit illud ratione superficiei concauæ, sed ratione connexę: ergo nõ continet planeta inferior primũ mobile. Tertio, quia cum primum cœlum cõtineat omnia, sequitur, quòd contineat planetam sibi proximum, ac per consequẽs non cõtineatur ab illo vt á loco.

Sed dices, quòd primum mobile continet planetam sibi proximum, & alios tamquam locus communis: at vero planeta inferior continet primum mobile, vt locus proprius. Cõtra hoc est quia quamuis primum mobile sit locus communis aliarum rerum omnium: tamen respectu planetæ sibi proximi est locus proprius, sicut Luna est locus ignis proprius, quamuis sit communis omnium aliarum rerum sublimarum, quia concaua superficies Lunæ adæquatur connexę

conexe ignis: sic etiam concaua superficies. Primi mobilis est æqualis connexæ Saturni: ergo est proprius locus ipsius.

Vltimo tandem arguitur contra hãc sententiam, quia si primum mobile est in Saturno vt in loco: ergo Saturnus in Iobe, &c. Et orbis lunæ in igne, & orbis ignis in aere in aqua aqua in terra essent, vt in loco: quod tamen est contra Arist. cap. 4. qui è contra dicit aquam esse locum terræ cœlum ignis, &c.

Quinta sententia est Auerro. quam sequitur Perey. lib. 11. capit. 9. asserentis primum mobile esse in centro, vt in loco: nomine autem centri non intelligit punctum indiuisibile: sed totam terrã. Dicit modo Auerro. quod non est intelligendum primam spheram esse in centro, vt in loco circunscriptiue: sed tantum circa locum. Et probatur ista sententia ex Arist. qui primo cœli cap. 2. vt videbimus definit motum primæ sphæræ, quòd sit circa medium alios vero motus definit per locũ in quo sunt corpora, quæ mouentur in termino à quo, vel ad quem, vt vidimus; cum ergo motus cœli definiatur solum per locum circa, quem sequitur, quod nõ habeat aliũ locum hic est centrum: ergo, &c. Secundo locus cœli est ille penes quem sumitur mutabilitas distantiæ partium in eo quod mouetur: sed partes dicũtur variare locum solũ, quia mutant distantiam à centro: ergo centrum est locus cœli.

Sit tertia conclusio contra hanc sententiam cœlum non est in centro proprie loquẽdo vt in loco, vt probat Sanct. Thom. hic, & opusculo. 52. multis rationibus, quia primo nos non nouimus aliã naturam loci respectu rei corporalis, quam eam, quæ definitur ab Arist. scilicet vltima superficies, &c. sed centrum respectu cœli non est. Vltima superficies ambiens: ergo non est locus illius.

Secundo quia sicut primum mobile mouetur circulariter, sic etiam alij orbes, sed illi non dicuntur esse in centro, vt in loco quamuis moueantur circa illud: ergo nec primum mobile, &c.

Vltima ergo est sententia Sanct. Thom. super hoc cap. 4. quæ explicatur duobus dictis, primum est primum mobile proprie loquendo non est in loco. Probatur quia quod proprie est in loco habet extra se vltimam superficiem ambientem: sed primum mobile non habet extra se aliud corpus: ergo, &c.

Secundum dictum est, primum mobile est vt in loco ratione partium. Probatur nam vnumquodq; sic est in loco, qualiter per motum localem mutat illum locum: sed sic est, quod per motum primi mobilis solum mutatur locus ratione partium: ergo solum est in loco ratione partium. Vnde, & hoc docuit Aristoteles, dicens primum mobile esse in loco per accidens, & ratione partium: explicat autem quomodo ratione partiũ, quia si vna est in alia, vt in loco non quidem in actu, qũia non est diuersa ab alia. sed in potentia tantum.

Sed contra hoc est prima obiectio quia etiam alia corpora cœlestia mouẽtur circulariter, & tamen sunt in loco actu: non tamen ratione partium: ergo, & primum mobile. Respondetur, quod alia corpora cœlestia habent locum in actu, quia habent aliud corpus extra se à quo contineantur: at vero primum mobile non habet in se locum quo precisse indiget ad suum motum, quod si alia corpora non haberent locum nisi præcisse propter motum non indigerent alio loco nisi ratione partium.

Si secundo obijcias quemadmodum totum cœlum non habet extra se aliam superficiem continentem secundum se totum, ita nec secundum partes: ergo sicut non est in loco ratione totius, sic nec ratione partium. Respondetur cõcedendo antecedens, & negando consequentiam quia nos non dicimus esse in loco ratione partium quasi partes habeant aliam superficiem extra se qua

antiantur: totum vero non habeat: sed quia vna pars est in alia vt in loco in potentia, quia si diuidatur ab alia manet locus in actu, & quamdiu est diuisibilis est locus in potentia.

Sed contra hoc est, quoniam in cœlo partes non possunt diuidi, & separari vna ab alia si quidem cœlum est incorruptibile: ergo vna pars cœli non est in alia, vt in loco etiam in potentia. Respondetur, quod quamuis secundum substantiam non possit diuidi: tamen quantitas cœli, sicut aliæ quantitates, quantum ex se est diuidi potest, & hoc sufficiet, vt vna pars dicatur esse in alia, vt in loco de hac re vide quę diximus in cap. de quantitate.

Vnde ad primum Alexandri Alfrodisiensis. Respondetur cœlum esse in loco numquam indigeat virtute conseruatiua loci, vt recte probat argumentum, cum sit incorruptibile, nec quia indiget per locum figurari, cum habeat determinatam figuram, sed quia omne corpus ex natura quantitatis indiget esse in loco, vel proprie sumpto, scilicet circunscriptiue, sicut illud corpus sit cõtentum sub primo mobili, vel saltem improprie, quia quantitas habet plures partes in quas est diuisibilis, & vna illarum est in alia saltem, vt in loco in potentia.

Ad secundum, quòd erat primum pro sententia notandum est ex Arist. 2. cœli capit. 3. quòd omne, quod mouetur necessario requirit aliquod quiescẽs ad suũ motũ, ratio est, quia omne q̃ mouetur loco caliter mutat locũ, vel secundum se totum, vel in partes: sed mutando locum mutat distantiam: ergo necesse est esse aliquod fixum, & immobile penes ordinem ad quem sumatur distantia eius, quod sic mouetur. Nam si distantia sumeretur penes ordinem ad aliquod quod moueretur non esset illa distantia fixa. Vnde patet aliquid mutare locum non mutando distantiam.

Secundo notandum est, quòd huiusmodi quiescens penes ordinem ad quod sumitur distantia in motu aliter se habet in rectis aliter in circularibus. Nam in motibus rectis est terminus á quo, scilicet se tenet ex parte termini ad quem, scilicet centrum, vel medium, quòd semper quiescit, & quoniam mobile, quod mouetur localiter est in termino á quo vt in loco antequam incipiat moueri, & in termino ad quem similiter, vt in loco quando finitur motus. Hinc est quòd mobile debeat esse vt in loco in illo fixo, quod quiescere supponebamus: at vero in motu circulari non damus quiescens, quod sit terminus á quo, vel ad quem, & ideò illud quiescens non est locus mobilis, quod circulariter mouetur.

Vnde patet quare Arist. definierit motum rectum siue sursum, siue deorsum, siue etiam circularem per medium, quia scilicet definiuit per aliquod fixum ad cuius ordinem sumitur distantia mobilis: tamen hoc fixum aliter se habet in motu recto aliter in circulari. Nam in recto est locus mobilis in circulari nõ item.

Ad secundum patet solutio, quòd scilicet in motu circulari sumitur distantia partium ex ordine ad centrum, non quia centrum sit locus cœli: sed quia fixum, quod est immobile circa quòd est motus, & hoc sufficit, vt per ordinẽ ad ipsum sumatur distantia, ac per cõsequens variabilitas, & mutatio partium.

Sed obijcies cõtra ea, quæ dicta sunt. Nam videtur, quòd cœlum non mutet locum secundum se, nec secundum partes. Nam cœlum dicitur esse in loco ratione partium per hoc, quod vna pars sit in alia, sed semper manent partes cœli eodem modo coniunctæ, & vnitæ: ergo semper quælibet pars manet coniuncta eidem parti, ac per consequens non mutat locum. Respõdetur, quod ad hoc quod mutetur locus secundum partes satis est, quod mutetur distãtia ad centrũ,

quæ

quæ eadem est diuersa, sicut quamuis superficies aeris, quæ modo me ambit manet eadem dū ego moueor [illegible] ego mutare locum, quia superficies illa non manet cum eadem distantia.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum possit vnum corpus esse in duobus locis, vel duo corpora in eodem.

ET autem in ha quæstione vnum certum, & absq; controuersia: alterum vero dubium. Pro quo notandum est, quod corpus potest dupliciter esse in loco vno modo proprie, scilicet quandó est in eo circunscriptiue: alio vero modo potest aliquod corpus esse præsens alicui loco: non tamen ita quod circunscribatur ab illo, nec sit in illo per modum, qua locatum est in loco: sed alio modo speciali, sicut corpus Christi in sacramẽto altaris: non enim quantitas corporis Christi circunscribitur per quantitatem panis, aut per locum eius: sed est ibi per modum substantiæ, & indiuisibiliter, ita vt totus Christus sit in tota hostia, & totus in qualibet parte: non ergo est dubium in hac quæstione, sed omnes conueniunt corpus aliquod eo posse simul duobus locis præsens dummodo non sit in illis, vt in locis, & hoc modo corpus Christi est simul in pluribus hostijs Cõsecratis.

Sed est dubium, an possit aliquo corpus esse in duobus locis simul? vel duo corpora in eodem lococo circũscriptiue.

Notandum est secundo quid sit esse in loco circunscriptiue. Nam sunt duo modi essendi in loco, scilicet diffinitiue, & circunscriptiue esse in loco diffinitiue nihil aliud est, quam definiri, & terminari loco, ita quod taliter sit in hoc loco, quod non in illo: esse vero circunscriptiue in loco est, quod corpus locatum secundum eius quantitatem ambiatur, & mensuretur per quantitatem localem [illegible] quod tota quantitas locati mẽsuretur per totum locu, & pars per partem. Vnde isti duo modi habent se tamquam superius, & inferius. Nam quidquid est in loco circunscriptiue, etiam diffinitiue: non enim est contra. Nam Angelus est in loco definitiue per suam operationem taliter est hic, quod non est ibi, quia eius substantia, & operatio est finita, quod vero non sit in loco circunscriptiue, patet. Quia Angelus non habet quãtitatẽ: est igitur quæstio. Vtrũ in vno loco sint duo corpora circunscriptiue, vel vnum corpus in duobus locis. De primo ergo membro quæstionis singularem habet Durandus sententiam, qui dicit, neque per diuinam potentiam posse duo corpora esse in eodẽ loco, quam sententiam tenet ipse dist. 44. quæst. 6 possumus autem hanc sententiam probare. Primo quia locus indiuiduatur per locatum: ergo implicat esse vnum locum cum duobus locatis. Secundo accidentia ideò non possunt esse solo numero distincta in eodẽ subiecto, quia indiuiduantur per illud: ergo eadẽ ratione, nec possunt esse duo locata distincta eodem subiecto. Tertio quia quãtitates distinguntur per diuersos situs: sed, quæ sunt in vno loco habent eũdem situm: ergo non habent distinctas quantitates, ac per consequens non sunt distincta corpora. Quarto & vltimo, quia vnũ corpus non potest esse in duobus locis: ergo nec duo corpora in eodẽ loco.

Sed sententia ista temeraria esse videtur eo quod non solum est contra Ecclesiasticos omnes, sed etiam contra plures sanctorum Patrum, qui hac ratione explicant Christum natum fuisse ex Virgine, quia data fuit penetratio dimensionum inter corpus Christi, & corpus Virginis.

Secundo etiã similiter sancti omnes probant Christum ingressum fuisse ad Discipulos ianuis clausis, quia scilicet

data fuit penetratio dimensionum inter corpus Christi, & ianuas. Tertio de assumptione [illegible] eiusdem Christi Domini nostri ad cœlos. Constat similiter, quod fuerit per penetrationem dimensionum, cum enim transiens per cœlos non rumperet illos, quia incorruptibiles sunt: ergo sequitur, quod simul fuerit penetrative in eodem loco cum corporibus cœlestibus, & idem dicendum est de existentia corporis Christi modo in cœlo, & de existentia omnium beatorum intra ipsum cœlum penetrative; nõ enim existimandum est, quod corpora beatorum sint in connexa superficie cœli Impirei: sed intra ipsum cœlum collocari debent. Nam extra cœlum, neq; est locus, neq; vacuum.

Non me latet Durandum ad duo illa priora argumenta adducere instantias duas præsertim ad id, quod de ortu Christi, & de Virgine, quod scilicet non fuerit per penetrationem dimensionum, sed quia prius fuit in vtero & postea extra: nõ hoc, quod per trãsiret medium, sed hoc præter quam vt dixi, quod est contra sententiam sanctorum Patruum aliter intelligentiam Natiuitatẽ Christi mirabilem eo modo fieri, sicut aliorum hominum præter quam, quod mãsit Virgo integra: fortasis tamen hoc est maius miraculum, & fortasis impossibile, vt scilicet possit esse corpus prius in termino á quo, & postea in termino ad quem sine hoc, quod sit in medio, sed alibi hanc sententiam eius, & alias refutauimus, vbi videbis. Nunc restat respondeamus ad argumenta ad primum dico, quod locus non indiuiduatur intrinsice per locatum, sicut indiuiduatur homo per naturam signatam, sed tantum locatum est, quasi cõditio requisita, & necessaria vt locus sit vnus numero, sicut cõditiones illę, quas enumerauimus in capit. de specie, scilicet sanguis tempus, & locus hæ tantum sunt requisitæ, vt substantia corporalis sit vna numero secundum naturam: non tamen sunt intrinseca principia, & ideò per potentiam possunt differre: si ergo in proposito vnitas numerica locati non est necessaria intrinsice ad vnitatem numericam loci: sed tãtum secundum naturam. Ex quo patet solutio secundi, quod accidentia indiuiduantur intrinsicè per ordinem ad subiectum, & ideò nullo pacto possunt esse solo numero distincta in eodem subiecto.

Pro solutione tertij notandum est, quòd dupliciter potest intelligi aliquod corpus esse diuisibile vno modo secundum partes in ordine ad se, & hæc est diuisibilitas essentialis quantitatis: alio modo secundum partes in ordine ad locum, & hæc diuisibilitas quantitatis accidentalis: dico ergo, quòd quando duo corpora sunt in eodem loco non est dubitatum, quin habeant distinctas diuisibilitates in ordine ad se, & hoc sufficit ad hoc, quod sint diuersæ quantitates, & diuersa corpora quamuis in ordine ad locum non habeant diuersam diuisibilitatem.

Dico secundo, quod etiam in ordine ad locum habent diuersam diuisibilitatem situm, quãuis locus sit idem: potest enim vnũ illorum in illo loco sedere, & alterum stare, & quamuis habeant equalem locum: tamen diuersam diuisibilitatem in ordine ad illum.

Quartum ergo argumentum petit, vt explicemus an possit esse vnum corpus in duobus locis, sicut duo corpora in eodem loco: videtur enim quod sic propter argumentum istum factum, quia non videtur esse maior repugnantia in vno, quam in alio, sed diximus duo corpora posse occupare vnum, & eundem locum: ergo, &c. Secundo de facto corpus Christi est simul in pluribus hostijs consecratis: ergo vnum corpus potest esse simul in pluribus locis. Tertio quoniam Angelus potest per diuersam potentiam esse in pluribus locis simul, & corpus. Antecedens probatur,

batur, nam demus, quod Angelus secundum suam virtutem opperari posset tantummodo Toleti V.G. potest eius virtus eleuari ad hoc, vt non solum Toleti: sed etiam compluti operetur: ergo tũc erit in duobus locis.

Propter hæc argumenta sic Sotus hic quæst.2. secutus Scot.in 4.d.10.quæst.3. sed immerito sane contra quam statuo conclusionem, quod nullo modo potest esse idem corpus in duobus locis simul, conclusio est ex presſa S. Tho.3.p.quæst. 75.&.77.art.5. & probatur corpus est in loco circunscriptiue, ita quod circũscribatur, & finiatur á loco: sed quòd est circunscriptiue in loco ita est in hoc loco, quòd non est alibi: ergo implicat corpus vnum simul esse in pluribus locis.

Secũdo, quia si corpus potest esse in pluribus locis, etiam potest esse in tribus, & in infinitis: ergo posset esse vbiq;: at vero consequens est absurdum, quia esse vbiq; est proprium Dei cuius est esse infinitũ: ergo sequitur quod nec in duobus locis potest esse, confirmatur. Quia quantitas locati, atq; locus debent adæquari: sed non adæquarẽtur si vnum corpus esset in pluribus locis, quia maior est quantitas duorum locorum quorũ quilibet est adæquatus, quam quantitas ipsius corporis, quod loco continetur: ergo, &c. sed Resp. quidam ad hanc rationem, quod in locato possumus considerare duplicem diuisibilitatem alteram quidem in ordine ad locum: alteram vero in ordine ad se. Hæc secunda nõ oportet, quod sit æqualis cum loco: sed potius prima. Vnde quando vnum corpus est in duobus locis est adæquatio inter diuisibilitatem loci, & diuisibilitatem, quã habet in ordine ad se.

Sed contra istam solutionem arguitur, diuisibilitas locati in ordine ad locũ præsupponit diuisibilitatem in ordine ad se, sicut passio essentiã, ergo non potest habere corpus plures, aut maiores partes in ordine ad locum, quam in ordine ad se: tum etiam, quia non potest habere duas diuisibilitates corpus in ordine ad locum, quin habeat duas in ordine ad se. Ac per consequens sequitur, quod in duobus locis necessario sint duo corpora, nec potest esse vnum tantum corpus. Et confirmatur vltimo, quia multa sequuntur in conuenientia ex hoc, quod vnum corpus ponatur in duobus locis: nam sequitur & potest vnus, & idem homo emoueri hic, & quiescere Romæ frigefieri hic, & calefieri Romę, & alia multa in conuenientia, quæ vnusquisq; excogitare potest. Sed Resp. Sotus, quod prædicata contraria, quæ conueniunt in ordine ad locum possunt conuenire eidem corpori tunc pro diuersis rationibus: alia vero, quæ non dicunt habitudinẽ ad locum nulla ratione verificantur de illo corpore. Vnde fit, quod posset moueri & quiescere secundum diuersas rationes, at vero frigefieri, & calefieri nullo modo possunt simul, quia ista non dicũt ordinem ad locum, sicut illa.

Sed profecto hanc solutionem ego intelligere non possum. Nã si corpus idẽ sit hic, & Romæ, & applicetur hic ad ignẽ: ibi vero ad niuẽ, nix ibi frigefaciet, & ignis hic calefaciet. Nam quodlibet istorum est agens naturale, & necessario aget circa passum sibi approximatũ. Nec valet solutio si dicas, quòd vnũ istorũ impedit aliud, & fortius vincet, quia ad hoc quod vnum impediat aliud debent esse simul, vel in debita distantia: sit ergo vnum illorum sit hic: & aliud Romæ: quomodo potest impedire actionẽ alterius. Quare certe concedendum esset idem corpus simul calefieri, & frigefieri, quòd ita absurdum est, vt nec aduersari concedere audeant.

Alia etiam ratione probatur nostra cõclusio, quoniam ex sententia Soti sequitur aperte cõtradictio hoc modo, si corpus sit in vno loco, & postea sit in duobus, non potest poni in secundo loco absq; mutatione, quoniam per hoc, quod sit in secundo loco aliter se habet nunc, quam prius in ordine ad locum si quidẽ

continetur á loco á quo prius non continebatur: ergo sequitur, quod mutauit locum. Nam hæc est definitio motus scilicet, quod aliter se habet nunc, quã prius. Tunc vltra mutauit locum: ergo circulariter, vel recta, si circulariter non acquisiuit nouum locum; atq; ideò non est in duobus locis; sequitur quòd deseruit primum locum, & non deseruit, deseruit quidem, quia mutatum est non deseruit, quia tu ponis manere in vtroque. Rursus alia contraditio, quia si corpus est in duobus locis; sequitur esse idem, & non idem; esse idem, quia supponimus ita esse; non esse idem, quia quæ separantur realiter non sunt idem: sed quod est in duobus locis est separatum secundum rem, sicut ipsa duo loca sunt separata, aliás non duo: sed vnus locus est continuus: ergo sequitur, quod distinguntur, ac per consequens non sunt idem. Vnde plus requiritur ad separationem realem, quam ad distinctionem, & tunc patet solutio ad primum, quod per hoc, quod ponamus vnum in duobus locis, ponemus separari secundum rationem, quæ sunt vnum per hoc autem, quòd duo corpora in eodem loco ponimus esse distinctionem sine separatione. Primum autem non potest intelligi, quoniam separatio est posterior distinctione, & ita præsupponit illam. Secundum autem bene intelligitur, quia distinctio est prior separatione, & ita potest esse sine illa, sicut quantitas potest intelligi sine figura, & non est contra.

Vnde ad primum respondetur, quòd quamuis in eodem loco possint esse duo corpora: non tamẽ vnum corpus in duobus locis cuius ratio, quia corpus circũscribitur á loco. Vnde ita est hic, quod nõ ibi: locus vero non circunscribitur á locato, & ideò potest simul continere plura locata.

Ad secundum patet solutio, quòd quãuis in eodem loco corpus Christi solum est in cœlo, vt in loco in hostia consecrata non nisi per modum substantiæ, aut indiuisibiliter, & ideò potest esse simul in cœlo, & in hostia consecrata. Sed si dicas cur potest simul esse per modum substantiæ in pluribus hostijs consecratis: non tamen in pluribus locis. Respondetur, quod in hostia est per modum substantiæ, ac per consequens indiuisibiliter, ita quod sit totus in toto, & totus in qualibet parte; non extensiue, & ideò sicut est in vna hostia, potest esse simul in infinitis: at vero in loco est diuisibiliter, & extensiue, & ideò non potest esse nisi in vno loco.

Et si dicas, quòd aliquando per miraculum visum est corpus Christi in Sacramento, ac per consequens erat ibi vt in loco. Respondetur quòd quamuis apparuerit ibi aliquando diuisibiliter corpus Christi: dicendum est tamen quod, vel tunc erat illa apparitio propter iactuam corpus Christi ibi, vt in loco: sed quia miraculose aliquod corpus formabatur, & á sumebatur ab Angelo in figuram Christi, vt in loco, & visibiliter pro tunc detinebat esse in cœlo, quia nullo modo factibile est, quod manens in cœlo, vt in loco sic etiã hic eodẽ modo.

Ad tertium respondetur concedendo, quòd potest Angelus simul esse in duobus locis partialibus: non tamen adæquatis. Vnde fit, quòd sicut apparetur Angelus Toleti, & Compluti simul non habent duo loca: sed vnum locum adæquatum, quod est Toletum: & Complutum, & ita quando per potentiam diuinam eleuatur eius virtus, vt operetur in alio loco nihil aliud fit, quam quod ille locus, qui prius erat adæquatus fiat inadæquatus, quia crescit virtus; & ratio agendi; atque ita crescit locus. Nam ratio agendi in loco in Angelis est operatio. Vnde, quia est maior operatio, vel ad plura se extendit de potentia absoluta, quam de ordinaria ideò fit maior locus, quamuis discretus sic, sicut, & quando augetur quantitas corporis, quæ est ratio illa essendi in loco augeri locũ est necesse,

necesse, aut non aucta ratione essendi in loco impossibile est locum augeri, vel multuplicari. Sed vt hæc magis pateant videndus est articulus decimus, & vltimus.

ARTICVLVS. X. & vltimus?

Virum Angeli sint in loco & quomodo?

AD perfectam & limitatam huius rei disputationem dicendum est breuiter quo pacto Angeli sint in loco corpus igitur est in loco, quia cõtactu corporeo applicatur ad locũ circunscribatur aliqua extremitate, ita vt totũ sit in toto & pars in parte, & tantum deniq; sit locus quãtũ est corpus; Angelus verò est in loco, quia applicat ad locum suã vim agendi, & ibi suam actionẽ exercet, vt enim quantitas causa est cur cor possit in toto vel in tali loco, sic causa cur Angelus est in hoc loco & non in illo, & in illo potius huius figuræ quantitatis, quam illius, hæc est, quia suam vim agendi, quæ est quædam quantitas virtutis, ad hunc locum applicabit, & non ad aliud, ita docet Diuus Thomas prima part. quæst. 52. Hinc sequitur duobus modis aliquid esse in loco, vel circũscribatur loco, quale est, quod aliqua indigatur extremitate velut diffiniatur loco, quale est, quod ita est in loco vt non possit simul esse extra illũ locũque fit, vt diffiniri loco, latius pateat quam loco circũscribitur, quidquid enim loco circunscribitur, loco etiam definietur non contra. Vnde etiam per spicum est Deum gloriosum nullo modo esse in loco; quia neque circunscribitur, nec diffinitur loco: sed est vbique vt docet D. Tho. 1. p. quæstione 8. potest autem Angelus esse in loco extenso contra quã non vlli putarint, qui existimauerunt Angelum debere esse in puncto ergo est, impartibilis; hoc tamẽ falsum est, tam si est impartibilis: nõ tamen efficitur inde vt in puncto esse debeat. Primo, quia non est eodem modo Angelus impartibilis: atq; punctum; nã punctum habet positionẽ in continuo; Angelus vero est omnino extra quantum. Deinde, quia Angelus ratione actionis, dicit esse in loco cumque possit agere in loco extenso, fit planè, vt in loco extenso esse possit, ita tamen, vt illa loci extensio, certis terminis diffinita sit, nec enim potest Angelus simul agi in loco quantum extenso, alioquim agere possit simul in toto mundo; & propterea esset, vbique quemadmodum Deus, nec refert quod vna intelligentia mobeat totum cœlum, quia non applicat nec virtutem toti cœlo. sed vniparti duntaxat vocat Aristoteles ortum: hinc sequitur non posse Angelum esse simul in variis locis cum enim est in terra non esse in cœlo, vt docent Diuus Thomas & Damascenus quia non potest simul esse in locis diuersis solum enim Deus, qui est infinitæ virtutis potest simul esse: non tantum in multis locis: sed etiam vbique Angelus vero cum habet virtutem diffinitam non potest nisi vno in loco agere: at licet indicatur agere in pluribus locis vt si simul agat in tota vna ciuitate nonest ica tamen nãtota illa ciuitas respondebit illi tamquam locus adæquatus vt dicebã supra nec plures Angeli sunt in eodem loco, nam vnusquisque eorum sufficiet ad perficiendum quidquid iusserit Deus, ac vt multæ sunt causæ profecto, nec vna subijcitur alteri: sed vnaquæque potest sine alijs effectum perficere, profecto aliæ superbacaneæ sunt: non ergo duo, vel plures Angeli simul erunt in vno, & eodem loco, vt idem efficiant: nihil tamen vetaret quo minus simul esse possit si Deo placuerit, nam si virtute Dei iudicio multorum duo corpora simul esse possunt

possunt in eodem loco multo magis & duo Angeli atq; hęc dicta sint satis quoniam hæc materia non est Physica: sed Theologica, & dicta lege D. Tho. 1. p. q. 52. art. 2. vbi Magist. Zumel præceteris erudite & late, hanc & alias difficultates dilucidat.

QVAESTIO, II.

De vacui possibilitate, & quidditate?

QVoniã veteres omnes Philosophi vacuum tanquam locum constituerunt vt docuit Arist. cap. 6. huius de illo disputauit Arist., quę omnia altiori ratione repetentes, eodẽ pene modo & ordine quo Physicus ipse examinare oportet, an ea quæ Arist. hic docuit de vacuo vera sint, de quo quatuor veniunt discucienda. Primum si sit possibile vacuum. Secundum si illo dato posset in illo corpus moueri. Tertiũ si dato quod moueretur talis motus esset in instanti. Vltimo si rarefactio & cõdensatio possint fieri sine vacuo.

ARTICVLVS. I.

Vtrum detur vacuum in rerum natura?

HAEC quæstio intelligenda per naturam, nam per potentiam Dei nõ esse dubium, quin possit dari vacuum: est autem ratio dubitandi, nam videtur: quód detur vacuum extra cœlum. Nam extra cœlum non est aliquod corpus: est tamen ibi locus aptus repleri corpore, scilicet vltima superficies cœli: ergo extra cœlum datur vacuum propter hoc argumentum. Ita tenet Vall. scilicet extra cœlum dari vacuum. Sed secũdo probatur, quod intra cœlum detur vacuum vel dari possit, quia quoties cumq; aqua generatur ex aere occupat minorem locum aere: ergo sequitur q; manet vacua altera pars loci, quæ occupabatur ab aere prius. Tertio quia modo de facto datur aer in media ista regione, qui non continet aliquod corpus, & tamẽ aptus est continere: ergo est vacuum. Quarto & vltimo, quia experientia videtur hoc ipsum, ita vt nulla ratione possit intrare aer, tunc applicetur aliquod condensatiuum illi aquæ, & condensetur post condẽsationem occuparet minorem locum in vase: ergo datur aliqua pars vacua in vase.

Sed his non obstantibus certissima est conclusio ab omnibus tenenda, quód nõ datur vacuum nec dari potest per naturam. Probatur præter authoritatẽ ratione. Primo quia experientia testatur, multa fieri, quotidie mirabilia in natura, & aliquo modo illi contraria ad euitandum vacuum, vt quod aqua ascendat sursum per fistulam, & quòd fingantur vassa ferrea, & partes eius conglutinentur ne detur vacuum: signum ergo est per naturam illud dari non posse aliás enim non fierent ista aliquo modo naturæ contraria. Secundo necesse est partes omnes, & corpora in vniuerso esse ex omni parte contigua: ergo non potest dari vacuum. Antecedens probatur, nã omnia corpora pendent in suo esse, & motu ex influxu corporum cœlestium, vt Aristoteles 1. Metha. necesse est inquit mũdum hunc inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt inde gubernetur: sed si sunt contigua omnia nihil est vacuum, ergo. Vnde intelligitur quare motus, quo aqua ascendẽdi sursum per phystulam adeuitandum vacuum dicatur naturalis ratione naturę vniuersi: ratio enim huius est, quia est de perfectione vniuersi, quod non detur vacuũ, & ad eius ordinem spectat, & ideò aqua quæ est pars vniuersi mouetur sursum ad ex-

ad expellendum vacuum, sicut manus ad defensionem totius, scilicet vt totum seruetur incolumem.

Vnde ad primum Resp., quod extra cœlum non datur vacuum nam, quãuis ibi sit carentia corporis: tamen non est in subiecto apto nato, & ideò non est priuatio: sed negatio, atq; ideò non est vacuum, quod est intrinsicè priuatio, & dicit subiectum aptum natum. Sed dices contra hoc posset Deus creare aliud vniuersum, & alia corpora extra cœlum: ergo sequitur, quòd tunc ibi est carentia cum aptitudine, ac per consequens vacuum. Resp. quòd quãuis ibi posset Deus sua potentia absoluta creare aliud corpus: tamen non est ibi aliqua potẽtia passiua in aliquo subiecto capaci, & ideò nõ est priuatio nec vacuum; sicut ante creationem huiusmodi non erat vacuũ, quãuis Deus posit facere illum, quia nullũ erat subiectum capax, & carens corporibus vniuersi: est enim non solum necessarium, quòd sit potentia in agẽti ad producendam aliquam formam: sed etiam in subiecto ad recipiendum ad hoc, vt sit in illo priuatio. Et si obijcias contra hoc quòd homo dicitur cæcus, & priuatus visus quamuis non sit in illo potentia restitutiua; sed solũ hæc potentia sit in illo, pro vt est agens supernaturale. Resp. quod in homine cæco, quamuis non sit potentia ad actionem restituendi sibi visum: tamen est in eo aptitudo ad formã ipsam visus, quę sibi est debita tanquam perfectio, quæ consequitur ad eius formam: at vero extra cœlũ nõ est aliquod subiectum cui debitum sit continere alia corpora, ac per consequens nõ est ibi, priuatio, vel vacuum.

Ad secundum Resp., quòd cum ex aggregatione aeris fit aqua, quæ occupat minorem locum, quam aer non datur vacuum quoniam pars aeris vicinior rare fit, & occupat locum qui prius occupabatur ab aere, qui conuersus est in aquam.

Ad tertium Resp. quòd aer, qui est in media regione quamuis non contineat non est vacuum, qui non est aptus continere propterea, quod est continuus cum alijs partibus aeris, & ita non est locus, quia non est vltima superficies: sed media, & continuatiua aliarum partium.

Ad quartum respondetur, quod in casu quod illę aquæ congelẽtur intra vas non dicitur vacuum: sed frangetur vas quoniam partes illius se tangant, ne detur vacuum.

Secundo dicitur cum Tol., quòd cum congelẽtur aqua illas ipsius erat calida necesse est ascendere sursum vapores, quibus implebitur pars illa vasis, ne detur vacuum, alias adduc̃it habere experiẽtias Tol. de corporibus duris & Plan. perfectę, quæ si se tangant, & postea vnũ se iungatur ab alio dabitur vacuum, cũ primum sit illa separatio. Sed Respond. quòd cum illa separatio fiat per motum & in tempore eodem etiam tempore potest aer circunstans in gredi, & ita non dabitur vacuum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum si daretur vacuum per illud possit corpus moueri?

SVppositio, quod per potentiam diuinã detur vacuum est dubium; an possit, sine nouo miraculo per illud moueri corpus, vel ex natura rei: est autem ratio dubitandi, quia posito agente, & passo, & applicatione vtriusque; necesse est sequi actionem: sed posito vacuo posset ignis agens applicatus esse stupa, quæ est debitum passo: ergo necessario sequitur actio. Si dicas, quod potest esse in vacuo quilibet alius motus præter localẽ, quia ad motum localem tantum requiritur virtus actiua, & passum applicatur, sicut ad alios motus: sed in vacuo potest esse

corpus

corpus graue cũ sua virtute actiua, quæ est grauitas: ergo causabit motum localem, sicut calor calefactionem. Secundo quia si propter aliquam rationem non esset motus localis in vacuo, maxime quia non est locus: sed hoc non impedit, quia sufficit ad motum localem locus imaginarius, & distantia vnius loci ab alio, quæ ibi reperitur: ergo ibi esset motus. Tertio, quia spaciũ per quod fit motus localis potius impedit aliud quam iuuat cũ resistat mobile: ergo si potest moueri aliquod corpus per spacium plenũ melius potest per vacuum.

His non obstantibus est prima conclusio, quod corpus naturaliter nõ mouetur per vacuũ, etiã si daretur probatur, nã ad hoc, vt quodlibet corp⁹ moueatur necesse est vt recipiat influxum á corporibus cœlestibus superiorib⁹: sed si daretur vacuũ non possit recipi iste influxus, quia ad hoc requiritur contiguitas corporũ inferiorum cũ superioribus, aliás enim non esset vbi subiectaretur influxus ille veniens, & dimanans ab illis: sed posito vacuo, tollitur hæc contiguitas: ergo tolleretur motus. ¶ Sed dices saltem in eo casu posset moueri primũ cœlũ, quod á nullo allio dependet in suo motu. Resp. quod verum est, quod colligitur, nã hæc ratio solum probat nostrã conclusionẽ, loquendo de corporibus inferioribus, quę sunt sub primo mobili. ¶ Vnde alia corpora cœlestia præter primũ mobile, quãuis nõ indigeant medio spacio percp moueantur, quia nullũ ibi datur tale: aliás enim fieret motus cœlorũ cũ resistẽtia, & deberet rũpi spacium ipsum, quod nõ vidimus: tamen indigent esse contigua cũ primo mobili ad hoc, vt ab ipso recipiant influxũ, & possint moueri. Ex quo colligitur, quòd si poneretur homo aliquis in vltima sphera, & vellet man⁹, vel brachiũ eleuare extra nõ posset vlla ratione, quia ille motus non põt fieri sine influxu cœlorũ, & tũ extra vltimam spherã nequit reperiri talis influxus.

Sit secunda cõclusio: nihilominus tamen posset moueri per vacuũ corpus ali quod per potentiã absolutã Dei. Probatur manifeste, nã Deus potest suplere cõcursum cuiuscumq; causæ efficiẽtis: sed influxus corporum cœlestiũ solũ ingenere causæ efficientis concurrit ad motũ, & esse horum inferiorũ: ergo potest Deus istũ supplere; atq; adeò cũ illo moueretur corpus per vacuũ. ¶ Sed dices cõtra istã conclusionẽ de potentia Dei absoluta non potest esse calefactio, sine calore: qui est eius terminus: ergo nec motus localis sine loco. Resp. negando consequentiã, quoniã locus non est terminus intrinsecus motus localis: at vero calor est intrinsecus terminus calefactionis, & ideò implicat esse calefactionẽ sine calore nõ tamen motũ localẽ sine loco.

Sed dices secundo saltẽ vbi est terminus intrinsecus motus localis, sicut calor calefactionis: ergo nequit esse mot⁹ localis sine vbi: sed vbi non est sine loco: ergo nec motus localis sine loco, ac per consequens in vacuo nulla ratione esse potest motus localis. Resp. quod verũ est vbi esse terminũ intrinsecũ motus localis, & quãuis vbi secũdũ rẽ nũquã detur sine loco: tñ per potentiã Dei potest vbi esse sine loco reali solũ cũ loco imaginario, & cũ distantia ad centrũ terrę, & punctũ cœli, & hoc sufficiet, vt sit terminus intrinsecus motus localis atq; cum hæc omnia reperiantur in vacuo, ideò optime potest moueri corpus per illud.

Sed obijcies tertio, quòd in vacuo ille mot⁹ nõ esset naturalis, nec violẽtus: ergo nõ est possibilis. Antecedẽs probatur quia motus localis est ad locũ naturalẽ, qui tñ non esset in vacuo, nec similiter violentus, quia violẽtus pręsupponit naturalẽ: ergo non est violentus in vacuo cũ in eo nõ potest esse naturalis: sed Resp. quòd esset motus naturalis, & violentus quia quamuis locus non sit realis: est tamẽ distantia debita ad centrũ terræ, & pollos cœli, & ratione illius distantię diceretur naturalis, vel violentus, vt terra ad mediũ mundi moueretur naturaliter:

ter: sed ad locū ignis, vel distantiam eius violenter, aut motus esset naturalis ratione termini, quāuis principiū eius aliquo modo esset supra naturale; quatenꝰ cōcurrit Deus ad illos motus per vacuū supplendo concursum aliarū causarum, scilicet cœlestiū, ex quo soluitur quarta obiectio, quā aliquis posset facere cōtra eandē secundā conclusionē; quia si daretur vacuū non esset maior ratio, quare mobile potius per hanc partē, quam per aliā moueretur, nec quare huc potius, quā ibi quiesceret: ergo per vacuū esse nō potest motus. Resp. negādo totū antecedēs, nā propter distātia mouerētur grauia ad mediū mūdi, & leuia sursum; atq; adeò essent motꝰ omnino determinati.

Sed dices ad hoc: quomodo, ergo Arist. his omnibus rationibus probauit non dari vacuū, & nos respōdemus ad illas: sed Resp. q; Arist. nō semper arguit demōstratiue: sed probabiliter habent, autē vim istæ rationes loquendo naturaliter, nam cū non esset influentia corporum cœlestium non esset in loco vis aliqua: ratione cuius mouerentur corpora ad illud, & ita non esset maior ratio, quare huc quam illuc mouerentur nec esset motus: at vero nos nō dicimus aliquid huic contrariū: sed supra ipsum Ar. cognoscimus potentiā Dei super causas secūdas, & ratione illius dicimus posse moueri corpus per vacuū. Restat tn modo soluam' argumēta in principio quæstionis posita, quæ militant contra primā conclusionē. Ad primū concedendo maiorē, & negando minorē, nā in vacuo quāuis sit ignis iuxta stupā non est sufficiēs agens ad agendū quousq; recipiatur influxus cœlestis in ipso igne ad agendū sicut secāte motu cœli nō esset actio inter hæc inferiora, ex defectu etiā eiusdē causæ primæ. Eodem modo dicitur ad replicā de motu locali, quòd quāuis sit agēs particulare, quod est grauitas: nō tamē potest applicari agēs vtile ad idē passum per vacuū, & ideò non esset motus.

Ad secundū iam diximus non esse rationem, quæ ibi tangitur: sed quam adduximus in prima conclusione.

Ad tertium patet solutio, quod quamuis spacium ratione resistentiæ retardetur: motum tamen est conditio necessaria ad motum propter influxum corporum cœlestium, vt diximus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum si daretur vacuum, & per illud corpus moueretur talis motus esset in instanti?

SEd antequā procedat quæstio, videtur quòd frustra hoc quęratur nam de ratione motus est, quòd sit successiuus (vt dicemus lib. 5.) ergo supposito q; corpus per vacuū moueatur certū est, quod motus debere esse successiue, ac per cōsequēs in tēpore. Resp. quòd Arist. probans nō esse possibile vacuum vtitur hac ratione, quia si daretur vacuum sequæretur motum esse in instanti, & ideò vt videamus quomodo sequatur hoc non immerito proponitur quæstio præsens.

Secundū dico, quod secundū rei veritatē, non implicat dari vacuū: sed posito dari saltē de potentia Dei absoluta locū haber quæstio nostra nam quamuis motus proprie dictus semper debeat fieri successiue: tamē mutatio potest fieri in instanti, & ideò quærere an per vacuū possit motus in tempore fieri idem est, ac quærere. Vtrū per vacuū moueatur corpus motu proprie dicto, qui est successiuus: an vero mutatione instātanea, sicut pōt etiā calor acquiri per motū proprie dictū, & per mutationē instātaneā loquēdo saltem de potentia Dei absoluta.

His ita suppositis veniamus ad propositā quæstionē, & vt intelligamus rationē dubitādi in hac quęstione notādū est, q; motus, qui est velocior alio eo est, quia minori tempore fit per idem spacium, sicut

ſi duo homines moueãtur hinc Tol quo aliquis eorũ velocius moueatur alio minus tẽpus cõſumit in motu. Hoc ita ſuppoſito ſunt duę rationes, quas facit Ari. ad probandum, quod ſi corpus aliquod moueretur per vacum deberet moueri in inſtanti. Nam quò minor eſt reſiſtentia ſpacij per quod fit motus, eo velotior eſt motus; & tempus breuius: ſed in vacuo nulla eſt reſiſtentia: ergo per illud mouetur aliquod corpus velociſsime, & in tempore nullo, ac per conſequens in inſtanti. Secundo quoniã aliàs dato, quòd corpus moueatur per vacuum in tempore vnius ſequitur, quod in eodem tempore moueretur aliquod corpus per vacuũ, & per plenum, quod eſt abſurdum. Sequella probatur nam moueatur V. G. lapis per vacuum in tempore vnius quartæ horæ, & per plenum tempore duarũ horarum; tunc ſumatur reſiſtentia ſpacij pleni in octupla proportione; ita q̃ ſit ſpacium habens reſiſtentiam in octuplo minus, quam aliud per illud minus mouebitur graue eodem tempore quo per vacuum, ſcilicet tẽpore. Vnius quartæ horæ, quia quo magis minuitur reſiſtentia, minuitur tempus: ſed tempore duarum horarum mouebatur per ſpacium octuplo maius: ergo tẽpore vnius quartæ horæ mouebitur per aliud ſpacium quod minuitur, ac per conſequens eodem tempore per vacuum, & per plenum erit motus: quod tamen eſt abſurdum, quia in vacuo nulla eſt reſiſtentia, & in quocumq̃ pleno eſt reſiſtentia aliqua.

His tamen non obſtantibus, vt certa ab incertis ſeparemus, nota certiſsimũ eſſe apud omnes, quòd cum motus ſit duplex: alter naturalis, quo tendit res naturales ad ſuum locum naturalem: alter violentus quo tendit res naturales in locum contra naturam, ſi aliquod corpus moueatur per vacuum motu violento, non eſt dubium qxin moueretur in tempore, ratio huius eſt, quia motus violentus ſit contra naturam mobilis, & cũ reſiſtentia eiuſdem: ſed vbi reſiſtentia ſit motus ſucceſsiue: ergo quamuis in hoc caſu nulla eſſet reſiſtentia ex parte ſpacij ſufficeret reſiſtentia mobilis ad hoc, vt fieret motus in tempore.

Secundo certum eſt, quòd ſi moueretur corpus mixtũ motu naturali adhuc per vacuum ille motus fieret in tempore. Probatur eadem ratione, quia vbi eſt reſiſtentia aliqua motus fit ſucceſsiue: ſed mixtum reſpectu motus adhuc naturalis habet intrinſecam denominationem, nam compoſitum eſt ex quatuor elementis contrarijs, & quodlibet reſiſtit motui alterius: ergo neceſſario ille motus fieret in tẽpore, quamuis in ſpacio nulla eſſet reſiſtentia.

His ſuppoſitis ſit concluſio, corpora etiam ſimplicia ſi mouerentur motu naturali per vacuum, ille motus eſſet ſucceſsiue in tempore. Hanc concluſionẽ tenet S. Tho. Sot. Ferr. Tolet., & Vall. quam omnes loco citato. Et probatur primo, quia ſi cœlum moueretur per vacuum moueretur in tempore: ergo etiã elementa in tempore mouebãtur per vacuum imo de facto cœlũ mouetur modo per vacuum. Nam quanuis vnum cœlum ſit contiguum cum alio, atq; adeò non manet aliquod vacuum: tamẽ vnũ cœlum non mouetur per aliud, tanquã per ſpacium, nec per aliquod aliud corpus, quod reſiſtat ſibi quia non indiget cœlum rumpere aliquod aliud corpus, vt ipſum moueatur: ergo nullam habet reſiſtentiam ex parte ſpacij: & tamẽ mouetur ſucceſsiue, vt conſtat: ergo, &c.

Sed dices non eſt eadem ratio de cœlo, atq; elementis, quãtum ad hoc, quia cœlum mouetur determinata aliqua virtute intelligendi ex ratione cuius nõ poteſt mouere niſi in tempore determinato, quamuis nulla ſit reſiſtentia in ſpacio.

Sed contra, quia elementa mouentur á determinata virtute generantis, ſcilicet grauitate, & leuitate: ergo ratione iſtius virtutis: moueretur etiam in tẽpore

pore qua muis vna sit resistẽtia in spacio. Secundo probatur, quia si daret aliquis ignis vipedalis, & moueretur per vacuũ ad locum aliquem, necesse est ꝙ prima pedalitas illi' lapidis prius attingat locũ illum in quo terminatur motus, quam alia: ergo successiue totus ille lapis attingeret locum illum, ac per consequẽs moueretur in tẽpore. Tertio, quia quamuis nullũ sit spaciũ in vacuo est in distantia saltẽ imaginaria: sed illa distantia nõ potest per transiri in instanti, quia nõ potest corpus, quod mouetur simul occupare totum locũ imaginarium, qui est in illa distantia: sed tantũ occuparet simul distantiam, quæ correspõderet loco reali æqualẽ illi: ergo necesse est dicere, ꝙ per distantiam imaginariam duarum pedalitatum moueatur ignis aliquis, qui pedalis est successiue.

Confirmatur vltimo, quia si calefaceret aer, qui erat in sua naturali dispositione calidior, vt sex & calefaciat vsque ad gradum, tamen calefactio illa fieret successiue, & tamẽ in ipso aere nulla esset resistentia, quia aer ille nullam haberet frigiditatam: ergo similiter mouetur successiue corpus per vacuum, licet nulla esset ibi resistẽtia ex parte spacij. Et confirmatur vltimo, quia vt diximus. 5. Phyli. motus proprie dictus semper fit successiue, quia est á cõtrario in contrarium: sed sic est quod quamuis daretur vacuum potest esse contrarietas in termino á quo, & ad quem vt si moueatur lapis ex sursum ad deorsum per vacuum: ergo & erit successiue.

Sed arguit Percy. cap. 1. lib. 12. vbi tenet oppositam sententiam, quòd distantia illa imaginaria nihil est secũdũ rem: ergo non potest esse causa effectus realis, qualis est successio in motu. Respon. quòd distantia illa imaginaria nõ dicimus, ꝙ sit causa proprie loquendo, quòd motus ille fit successiue: sed quod est quẽdã priuatio corporis tantæ magnitudinis. Vnde repugnat illam priuationẽ auferri nisi, aut per tantum corpus quantum natum est esse in tali distantia aut si per minus corpus per hoc, quod successiue impleretur totum illud vacuũ, sicut enim tenebræ expellunt lumen propter oppositionem, quam habent cum illo sic etiam distantia, quæ est in vacuo non est aliquid reale: tamen habet oppositionẽ priuatiuam cum corpore, & non potest transiri nisi per æquale corpus, aut minus multiplicatũ per motũ successiuũ.

Vnde ad primum Resp. quòd non tota ratio, quare motus fit successiue est resistentia spacij vt argumentum supponit: sed etiam distantia, & in compatsibilitas partium mobilis in eodem loco. & ideò quamuis nulla sit resistentia ex parte spacij: tamen motus erit successiuus propter alias causas.

Pro solutione secundi notandum est, quòd non est inconueniens: imo necessario concedendum est diuersa corpora quorum vnum est grauius alio posse moueri æquali tempore, vnum illorum per vacuum: alterum per plenum. Ratio est, quia potest virtus motiua vnius corporis excedere plus virtutem motiuam alterius, quam resistentia spacij excedat resistentiam, quæ fit per distantiã vacui. Vnde in tali casu non solum æquali tempore: sed in minori poterit moueri vnum corpus per plenum: quam alterum per vacuum. Similiter etiam secũdo dico tanquam certum, quod vacuum si sit multo maior distantia vacui, quę debet per transiri, quam distantia pleni. Vnde solum est difficultas quando in eadem distantia pleni, & vacui, an possit corpus idem moueri æquali tẽpore per vacuum, & plenum. Et argumentum factum intendit probare, quòd sic: tamen dicendum est, quod non potest fieri. Ratio est, quia spacium plenum per quod fit motus semper habet aliquam resistẽtiam, vt non rumpatur ab ipso mobili: quæ tamen non est in vacuo: ergo cæteris paribus necesse est tardius fieri motu per plenum, quam per vacuum.

Sed contra hanc rationem obijcies,

quod ſi hoc ita eſt ſequitur, quod quando elementum aliquod mouetur adhuc in proprium locum ſemper patitur aliquam vim, & violenter retardatur ab ſpacio; quæ tamen violentia non videtur ſimul ſpectare poſſe cũ motu naturali. Reſpondetur tamen cum S. Tho. hoc loco, quòd neceſſario eſt concedendum hoc, quod quandiu corpus non peruenit in proprium locum, licet moueatur ad illum neceſſe eſt violentiam aliquam pati á medio, quia reuera illud medium eſt extra locum ſuum naturalem, & quia illud retardat actionem aliquo modo, qua elementum tendit ad proprium locum, vt probatum eſt.

Reſtat modo ergo ſoluere argumentum factum in principio quæſtionis, quo probatur æquali tẽpore moueri per plenum, & per vacuum corpus aliquod. Reſpond. quòd licet ſit proportio inter tempus, quod eſt duratio motus, & reſiſtentiam ſpacij; non tamẽ æqualitas, ita vt ſi reſiſtentia ſit in duo tempus ſit in duo. Vnde quamuis minuatur tempus adminutione reſiſtentiæ ſpacij cæteris paribus manentibus: non tamen mouetur ſecundũ æqualitatem: ſed ſecundũ proportionem, ita vt ſi moueretur per reſiſtentiam, vt octo tempore duarum horarum per reſiſtentiam, vt quatuor, non mouebitur tẽpore vnius horæ: ſed horæ, & dimidiæ & ſi reſiſtentia eſt, vt duo tẽpus erit tãquam quatuor. Ratio eſt quia non conſumitur tẽpus ſolum per reſiſtẽtiam ſpacij: ſed ob alias cauſas (vt diximus) & ideò nunquam minuitur tempus vſque ad hoc, quod ſit æquale cum alio quando motus ſit in vacuo niſi totaliter auferatur reſiſtentia ſpacij (& hoc magis patebit in 7. lib. Phyſi.) vbi de proportione motuum agetur.

Sed dices: quid ergo dicendum eſt ad authoritatem Ariſt. quoniam his duab' rationibus adductis quas nũc ſoluimus probat non poſſe dari vacuum: nam aliàs motus fieret in inſtanti. Reſpõdet Sanct. Thom. hoc loco, quod reſiſtentiam ponebat eſſe, ratione cuius motus fieret ſucceſsiue propter reſiſtẽtiam ſpacij per quod fit motus. Vnde ſecundum illos bene ſequitur dari non poſſe vacuum, aliàs motus fieret in inſtanti.

Sed dicet aliquis, quod hæc ratio adducitur a S. Tho. 1. p. quæſt. 45. ad probandum creaturam non poſſe creare: ſed quod ad creandum requiritur virtus infinita, quia ſcilicet maior virtus requiritur ad producendum effectum ex ſubiecto minus iuuante, quam ex ſubiecto, quod magis iuuat: ergo ad producendũ effectum ex nihilo requiritur virtus infinita. Sed reſponditur quod hæc ratio optime procedit, quia ex ſola minutione virtutis ſubiecti augetur virtus actiua. Vnde ſi virtus ſubiecti minuitur vſque ad nõ gradum virtus actiua creſceret vſque ad infinitum, & quoniam in creatione virtus ex parte ſubiecti nulla eſt, ideò requiritur, quòd ſit infinita virtus actiua: non autem ſic in propoſito, vt diximus.

Sed dubitabis vltimo. Vtrum ſaltem de potentia Dei abſoluta per vacuum poſſit moueri corpus in inſtanti, ita quod mutaret locum corpus aliquod motu in proprié dicto ideſt mutatione. Reſpondet Ferra. loco citato id non poſſe fieri, quoniam mutatio inſtantanea præſupponit neceſſario motum depoſitiuũ, qui fit ſucceſsiue, ſicut generatio, præſuppo nit alterationem. Vnde ſi daretur talis mutatio localis debet etiam præſupponere alium motum proprie dictum, qui ſit quaſi diſpoſitio ad illam.

Sed hæc ſententia non videtur ſatis habere probabilitatis. Primo quia de potentia Dei abſoluta non videtur neceſſaria illa actio diſpoſitiua ſucceſsiua, nam poteſt Deus in inſtanti corrumpere lignum, & ibi introducere formã ignis ſine hoc, quod procedat alteratio ſucceſsiua: imo poſſet accidentia, quæ diſponunt materiam in inſtanti introducere in ſubiectum, quia quamuis eſſet neceſſaria huiuſmodi diſpoſitio ſucceſ-

ſiua.

siua: tamen posset fieri in instanti mutatio localis finita illa dispositione: aliter ergo mihi videtur dicendum, pro quo nota quod sicut corpus potest esse in loco dupliciter vno modo proprie, & circunscriptiue alio modo improprie sicut dicitur esse corpus Christi in hostia consecrata non enim est in ea vt in loco: sed alteriori quodammodo ratione substantiæ, vel modo substantiali, vt videre est apud S. Thom. 3. p. quæst. 75. sic etiam duobus modis potest corpus moueri localiter vno modo proprie etiam duobus modis potest corpus moueri localiter vno modo proprié, & talis motus est acquisitio huius, quod est contineri ab alio non per modum quo locatum circunscribitur á loco: sed per modum quo corpus secundum modum substantiæ, & indiuisibiliter cõtinetur ab alio: dico ergo quod acquisitio loci primo modo nequit esse instãtanea, siue per vacuum, siue per plenum nisi forte per accidens: probatur manifeste nam acquisitio loci circunscriptiue, debet fieri per hoc quod corpus sit circunscriptiue in loco in quo antea non erat: sed hoc nequit fieri nisi successiue propterea quod includit extensionem.

Dixi autem nisi forte per accidens, nã quando producitur aliquod corpus simul etiam acquiritur locus, & sicut productio corporis viuentis est instãtanea, sic etiam acquisitio loci, quæ tunc fit instantanea.

Secũdum vero probatur, scilicet quod acquisitio loci impropriè sumpta possit esse instãtanea, quia modo de facto in instanti corpus Christi ponitur sub specie bus: ergo quodlibet corpus potest acquirere de potentia Dei absoluta eundem modum essendi in loco in instanti.

Sed contra primum istorum obijcies, quod calor, & quantitas, qui sunt termini alterationis, & augmẽtationis acquiri possunt in instanti de potentia Dei absoluta: ergo similiter esse in loco circũscriptiue potest acquiriri per se in instãti. Respondetur negando consequentiam: nã calor & quantitas, quãdo acquiruntur in instanti non acquiruntur secũdum modum indiuisibiliem, quamuis vtrumque illorum sit diuisibile alterũ secundum intensionem, & alterum secundum extensionem: at vero esse in loco circunscriptiue non solum est diuisibile secundum se: sed modum diuisibilẽ includit, & ideò sicut non potest quantitas acquiri secundum modum diuisibilem, & pars post partem in instanti, ita nec esse in loco circũscriptiue potest per se acquiri in instanti. ¶ Et hæc de hac quæstione.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrũ rarefactio, & condẽsatio possint fieri sine vacuo?

PRo solutione huius videndum est, an sit rarefactio, & cõdensatio, & quod aliter fiant ex quo patebit, an possint fieri sine vacuo. In qua re, prima opinio ait rarefactionem esse acquisitionem quantitatis de nouo, ita Marsilij. hic quæstio. 15. Burid. 4. Phys. tex. 84. Scot. 4. d. 12. quæstione. 4. Nimph. comment. 89. & 120. & Ciriteb. Paradox. 4 quæstione 5. artic. 2. & 3. Veracrux. hic speculatione 3. Pater Tolet. 4. Phys. quæstione. 11. idem insinuat Caiet. 3. p. quæstione 17. art. 5. & videtur sententia Arist. 4. Phy. tex. 84. fatetur in condensatione transire materiã ex maiori in minorẽ quantitatẽ, & 3. cœli. cap. 1. tex. 10. ait rarũ est, quòd parum materiæ, sicut multi continet quantitate densum. Secundo quod multũ materiæ sub parua quãtitate: ergo per rarefactionẽ resultat maior quãtitas.

Probatur primo per rarefactionem acquiritur maior extensio: ergo & maior quantitas. Patet cõsequentia, nã effectus formalis quantitatis est extensio: sed implicat esse magis de effectu formali,

quin sit magis de forma, ergo. Antecedens autem probatur; nam res quæ erat extensa in spacio pedali est extensa postea in vipedali: ergo est maior extensio; atque ita addita est pedalitas. Dices esse tantum maiorem extensionẽ quantitas in ordine ad locum. non vero secundum se. Sed contra, res non extenditur in ordine ad locum nisi per extensionẽ, quam habet in se: ergo implicat esse magis extensum in ordine ad locum, & nõ secundum se. Præterea ille est effectus formalis, & primarius alicuius formæ, quem Deus non potest supplere sine ipsa forma: sed non potest facere aliquid extensum sine quantitate in ordine ad locum: ergo. Maior patet, nam omnia præter causam formalẽ primariã potest Deꝰ supplere. Minor aũt probabit infra.

Secundo nam raritas non dicit actualem extensionem ad maiorem locum: sed aptitudinalem: sanguis enim Christi in Eucharistia habet suam raritatẽ: & tamen non occupat locum; tunc sic quantitas secundũ suam essentiã dicit aptitudinẽ ad extendendum in ordine ad locum, ergo maior quantitas ad maiorẽ locum: ergo aptitudo ad extendendum in ordine ad maiorem locum est effectꝰ formalis quantitatis, quod amplius explicatur. Nam fit hic corpus vipedale rarefactum, & separet Deus omnes qualitates relicta sola quantitate, vel talis res manet vipedalis, vel habet aliquam extensionem in ordine ad locum: non enim potest negari quin illã habeat cũ sit res materialis, & quanta si manet pedalis: ergo est condensata sine additione alicuius qualitatis. Suppono enim omnem qualitatem esse separatam à Deo: ergo sicut esse condensatam non est effectus formalis alicuius qualitatis, ita necesse est rarefactactã. Itẽ vel in instanti partes vipedales confluxere ad pedalitatem, & non hoc, quia latitudo spaci; implicat per transiri in instanti: si aũt in tempore. Cõtra nam suppono in hoc instanti separatam esse omnem qualitatem; cum enim sit permanens non implicat in instanti separari: ergo cum sola quantitate fuit res maior, quam pedalis. Si dicas non posse separari á Deo. Contra, nam omnis qualitas præsertim tertiæ speciei qualem dicunt consequẽter esse raritatem distinguitur realiter á subiecto. Præterea, nam saltem per intellectũ potest præscindi, & tunc ex sola quãtitate habet res eum effectũ formalem, qui tribuitur raritati. ergo. Confirmatur talis res pedalis est magis extensa in ordine ad locum, quam alia minorem quantitatem habens, ergo per solam quantitatem vna res est magis extensa in ordine ad locum, quam alia; ergo frustra fingitur alia qualitas.

Tertio per rarefactionem acquiritur maior extensio in ordine ad locũ, ergo & maior extensio secundũ se. Probatur cõsequentia; nã extensio in ordine ad locũ prouenit á quantitate saltẽ tanquã effectus secundarius: sed implicat variari effectuũ secũdariũ, quin varietur primarius, sicut quia existentia prouenit á substantia non potest res variari existentia quin etiam varietur in substantia. Item nam licet posit esse effectus primarius sine secundario: non enim potest quis habere extensionem in ordine ad locum, quin habeat extensionem secundum se: ergo non potest habere maiorem extensionem in ordine ad locum, quin habeat extensionem secundũ se, sicut. n. se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis; si nõ potest esse albũ sine albedine, ita nec magis albũ sine maiori albedine; quod autẽ nõ possit esse extensum in ordine ad locu, quin sit extensum secundũ se. Patet nã quod est extensum in ordinẽ ad locum, est in illo circũscriptiue, ita vt pars locati sit in parte loci, sed hoc implicat quin ipsum locatum habeat in se partes ergo.

Quarto per rarefactionẽ adquirit corpus de nouo partes, & indiuisibilia de nouo; ergo & quantitatem de nouo: consequẽtia patet. Et antecedens probatur.

Nam

Nam suppono corpus dēsum esse pedale & per rarefactionē fieri vipedale; tūc sic in prima pedalitate manēt omnes pedalitates, quę erāt antea, & vltra illas habet omnes existēs in alia pedalitate; ergo habet plures. Quod autē in prima pedalitate habeat oēs partes, quę antea erant patet, nā illa pedalitas coexistit eidē corpori, cui antea existebat, & est æquale cū illo, ita vt sicut antea dimidia pars correspōdebat dimidiæ parti alterius, & qurta pars, &c, ita & modo, & quot indiuisibilia sunt in vno sunt in alio, sicut antea, ergo.

Confirmatur, adquiritur noua figura: ergo & noua quantitas: non enim augetur passio nisi augeatur essentia: sed figura est passio quantitatis: ergo. Item distincta numero figura consequitur ad distinctam numero quantitatem: sed per rarefactionem resultat distincta figura, remanet enim recta, quæ antea erat, & aduenit circularis: ergo. Item raritas, vt sic, fit maius æquale, vel inæquale: ergo, vt sic, est quantitas.

Quinto per rarefactionem habet subiectum duas pedalitates, & antea nō habet nisi vnam: ergo addita est illi vna pedalitas. Probatur cōsequentia, nā si istę duę pedalitates erāt antea: ergo faciebāt subiectū vipedale, alias vel duæ pedalitates erant in eadē parte subiecti, vel penetrabant se in eodē loco, quod ampliusexplicatur, nā postquā corpus densum rarefactū est aliqua pars illius corporis occupat totū locum, quem antea integrū corpus occupabat, & aliæ partes incipiūt occupare nouum locū: peto ergo de ijs partibus, quę nouum locū occupant in quo loco erant ante rarefactionē, certe erāt in eodē loco cū alijs partibus: ergo penetratione cum illis: ergo datur penetratio dimensionum; si enim omnes partes occuparent diuersa locata, tunc ipsum semper repleret æqualem locum: atque adeò non rarefieret.

Sexto nam licet dicamus raritatē solū esse qualitatē: non autē quantitatē de nouo, adhuc sequntur eadē in conuenientia: ergo. Probatur nā adhuc manet difficultas quomodo ratione istius qualitatis posit, eadē quantitas occupare maiorē locū. Nā vel ista qualitas separat magis vnam partē quantitatis ab alia interponendo aliquod mediū aut relinquēdo aliquod vacuū, vel partes, quæ antea se penetrabant se iungit, & distinguit vt occupent diuersa loca cū antea occuparent eūdē: sed quodlibet istorū habet maximū inconueniens: ergo. Item nam quando mouetur corpus per aerē, tunc aer condēsatur, & statim rare fit: quod ergo est agēs tā cito corrūpēs, & pruducens qualitatē. Cōfirmatur nā si esset qualitas pertineret maxime ad tertiam speciē, vt inquit Ar. 7. Phy. tex, 15. &. D. Th. ibi: sed hoc nō quia nō est terminus alterationis per senec est intēsibilis nec habet contrariū, ergo.

Secunda opinio ait rarefactionē principaliter consistere in motu locali hanc insinuat D. Tho. 1. d. 27. quæst. 2. art. 1. & eam tenet Ocham in libello de Eucharistia, & Gabriel in canone lect. 45. Vall. 4. Phys. tex. 84. & quæst. 27. quam dicit probabilem Scot. 4. d. 12. quæst. 4. §. quantū ad istā opinionē, & colligitur ex Arist. 7. Phys. tex. 15. explicatur sic, nam in quacumque re sunt pori pleni aliquo corpore, & ratione istorū partes corporis distant inter se, & tantò magis quātò pori isti sunt plures, & maiores: dēsatio ergo fit per hoc quod partes illæ, quę ratione pororū distabant aproximātur per exclusionē corporis latentis in poris: rarefactio autē per introclusionem corporis de nouo aduenientis in illis poris, ratione cuius partes rei magis distāt. Hæc sentētia probatur, nā in rarefactione nō acquiritur quātitas de nouo (vt infra dicemus: ergo eadē quātitas cū re quanta extēditur ad nouum locū, nec alio modo potest intelligi rarefactio, quod patet. Nā rarefieri aliquā rē est acquirire maiorē locū, quā antea: atq; adeò quod aliquæ partes acquirant locum de nouo. hoc enim potest intelligi nisi per motum localem, & vltra illum non potest quid quam aliud

ſingi, q̃ interueniat in rarefactione, ergo.

Prima concluſio, rarefactio fit ſine acquiſitione quantitatis de nouo. Ita D. Tho. prima ſecundę. q. 52. art. 2. primũ & prima ſecũdę. q. 24. artic. 1. primũ Ethic. lect. 14. Capr. 2. d. 18. q. 1. conc. 4. Durã. 1. d. 17. q. 7. num. 22. Nimph. hic cõmento 89. Caiet. ſecunda ſecũdę. q. 24. art. 5. Soncin. 8. Metaph. q. 27. Sot. cap. de quantitate, & eſt ſententia Ariſt. 4. Phyſi. tex. 55.

Probatur primo, per rarefactionẽ nõ acquiritur ſubſtãtia de nouo: ergo nec quãtitas de nouo, antecedens ab omnib⁹ cõceditur & patet nã per ſolã cõpreſſionẽ vtris non tãcito vna ſubſtantia produceretur, & alia corrũperetur & cũ rare fit rara nõ eſt agens, quod poſſit tunc partes illius producere: ergo, &c. Cõſequentia autẽ probatur, nã quantitas eſt paſſio ſubſtantiæ corporeæ: ergo nõ poteſt produci de nouo quãtitas, quin de nouo producatur ſubſtãtia corporea, vel materia: paſſio enim ſequitur menſuram, & gradum eſſentiæ ex qua profluit.

Secundo, quantitas eſt accidens, & non intenſibile: ergo nõ poteſt produci de nouo, quin producatur ſubiectũ de nouo: patet conſequentia. Nam vel quantitas adueniens recipitur in eiſdẽ partibus iã habentibus quantũ, vel in alijs: nõ in alijs, quia nõ producentur aliæ de nouo, nec ex præexiſtentibus aliqua carebat quantitate; ſi in habentib⁹ quantitatẽ: ergo iã duo accidẽtia eiuſdẽ ſpeciei ſũt in eodẽ ſubiecto nõ cõſtituẽtia per ſe vnũ: quantitas. n. (vt infra dicemus) nõ poteſt intendi; tũc; adeò non poſſunt plures partes illius eſſe in eodẽ ſubiecto non videtur quomodo poſſeat illud efficere magis extenſum in ordine ad locũ. Secunda. p. quantitas adueniens eſt eiuſdẽ rationis cum prima ſed prima nõ eſtendit niſi pedaliter: ergo nec ſecunda. Quod ſi dicas reſultare duas pedalitates ex ambab⁹: ergo iã nõ ſunt in eodẽ ſubiecto: ſed prima pedalitas quãtitatis in vna pedalitate ſubſtantiæ, & ſecunda in aliter go aduenientẽ de nouo ſecunda pedalitate quãtitatis aduenit etiã ſecũda pedalitas ſubſtãtię, aliás antea duæ pedalitates ſubſtantiæ erant ſub vna pedalitate quantitatis, ꝙ implicat, quia nõ eſt quanta niſi per quantitatem: ergo nõ eſt maior, quam ſit quantitas.

Quarto in cõdenſatione non perijt aliquid ſubſtantię, aut materię: ergo nec quantitas: patet cõſequentia. Nam quantitas eſt á materia inſeparabilis. Itẽ nam ſuppono vipedale per cõdenſationẽ fieri pedale ſi amittitur vna pedalitas quantitatis: ergo ſubſtãtia, quæ erat ſub illa refugit ad aliã partẽ quantitatis: ergo iãpe dalitas quantitatis informat duas pedalitates ſubſtantiæ, & ita accidens tranſiret de ſubiecto in ſubiectũ informando ſubiectũ quod antea non informabat. Confirmatur nã ſequitur corruptionem eſſe per ſe intentam cum pereat aliquid quãtitatis ſine productione alterius.

Quinto, quia adhuc manet in cõueniẽs illud de partiũ penetratione. Nam ſi eadẽ ſubſtantia poteſt occupare maiorẽ, & minorẽ locũ: ergo ſi occupat maiorẽ partes aliquæ ſunt in diſtinctis locis partialib⁹, quæ antea erant in eodẽ cum res illa erat in minori loco: ergo illæ partes penetratiue ſe habent. Dices id non eſſe in cõueniẽs in partib⁹ ſubſtantiæ ſecundũ ſe, ſecus in partib⁹ quantitatis. Sed cõtra nã in corpore, ꝙ rarefit nulla eſt pars materiæ, cui nõ inhæreat pars quantitatis diſtincta ab alia: ergo ſi partes materiæ penetratiue ſe habent, etiam partes quãtitatis. Niſi dicas eandẽ partẽ quantitatis inhærere duab⁹ partibus materiæ, ꝙ intelligibile eſt. ¶ Tandem, quia non poteſt aſſignari agens, ꝙ in rarefactione producat de nouo quantitatẽ, vel in condenſatione corrũpat illam, ſine eo ꝙ attingat ad ſubiectum: quantitas. n. nõ habet contrariũ, nec ex defectu cõſeruantis perit, ergo. Itẽ nã ſi fieret per additionẽ quantitatis fieret additio ad vnãpartẽ, & reliquæ partes manerent in mutatas: at videmus cæteras partes mutatas, & aliter diſpoſitas, ergo. Itẽ nam dum

hoſtia

hostia consecrata rare fit nō aduenit quā titas de nouo, nā si aduenit: ergo vel ibi, est Christus, & hoc nō, quia nō est transubstantiata talis pars, vel nō est Christ⁹ & tunc sequitur in hostia distinguēdam esse partem in qua sit Christus, & alia in qua nō sit, ꝙ videtur maximum in conueniens de facto semper id euenire.

Secunda cōclusio, rarefactio principaliter non consistit in motu locali, in hoc cōueniunt authores primæ cōclusionis. Probat primo maior occupatio loci consequitur ex eo ꝙ partes sint rarefactæ, sicut in augmētatione ex eo ꝙ partes sint auctæ: ergo sicut augmētatio per se primo nō tendit ad maiorē locū: sed ad id quo maior locus consequitur: ita nec rarefactio. Cōfirmatur nā per diuinā potētiā posset corpus rare factū occupare minorē locū, vel p penetrationē, & de facto sanguis Christi in Eucharistia est rarior quam ossa: & tamen non occupat maiorem locū: ergo non cōsistit raritas in occupatione maioris loci. ꝙ Secūdo nā quādo aer rarefit, vel cōdensatur nō potest intelligi, ꝙ id fiat solum per motū locale: ergo. Antecedēs probatur, nam si mouetur localiter, ergo desserit priorem, vel admittit in poris aliud corp⁹: sed vtrūque est falsum (vt patet in aere) qui non admittit in se aliud corpus. Resp. Valle. supra, ꝙ intra poros aeris includitur ignis, & per illius exclusionem fit densatio & per ad mixtionem rarefactio. Sed cōtra nam si ignis esset intra aerem causaret aliquem splendorem, sicut causat in ferro, & semper esset ignis extra suū locum naturalem, & aer extra suum statum naturalem, quia corrumperetur ab igne. Itē ipse ignis potest rarefieri, & dēsari (vt experientia constat) & tamen nō per exclusionem, vel intrusionem alicuius corporis; sic enim esset processus in infinitum nisi forte admittatur circulus quod aer est intra ignem, quod est plane falsum. Nam statim corrumperetur ab illo, ergo. Item nam elementa sumpta in simplicitate sua, vnum est densius, vel rarius alio: ibi autem non est permistio, ergo. Confirmatur nam in cœlis partes, quædam sunt densiores alijs, vt patet de ijs, quæ melius lucent, & tamen ibi non sunt pori, nec inclusio corporum, ergo.

Tertio, nam ex illa sententia sequitur, quod vnum corpus per se sumptum posset occupare maiorem, vel minorem locū; sed semper æqualē; hoc autē est cōtra multas experientias: nam si aqua in tra vas aliquod clausa congeletur, vas frangitur, nec detur vacuum; ergo totum illud, quod intus erat inclusum occup at minorem locum propter condensationem, nam aliquid spacij manet vacuum, quod vt repleatur alio corpore, frangitur vas; é contrario autem cum aqua rarefit per calefactionem occupat maiorem locum. Dices id fieri per intrusionem aeris in poris aquę. Sed contra, nam oppositum constat in ouo, quod cū calefit frangitur sæpe, non alia ratione, nisi quia dilatantur interiora; & tamen ibi non est intrusio aeris, cum corpus sit vndique clausum, ergo. Tandem, nam aliās raritas, & densitas non pertinerent intrinsice ad statum naturalem rei, vt V.G. ignis nō esset ex natura sua rar⁹ nec terra densa; sed per accidens ex inclusione corporis, ossa nō alia ratione differrēt à carne, nisi quia in illis sunt plura corpora in illa inclusa, quā in carne.

Tertia conclusio raritas, & densitas formaliter loquendo sunt qualitates; atque adeò rarefactio non est aliud, quam motus ad talem qualitatem, in hac conueniunt authores primæ conclusionis, & aliqui etiam primæ opinionis, vt Nimphus, & pater Toletus supra, qui non locuntur cōsequenter; sed etiam est expressa sententia Arist. 7. Physi. tex. 15. Præterea rarefactio per se primo nō tendit ad quantitatem nec ad vbi; ergo ad qualitatem. Antecedens quo ad primā partē probatū est in secunda conclusione, nam per talē actionē nō adquiritur quantitas; quo ad alteram partem etiam est probatum in secunda cōclusione, licet enim corpus

calefactũ occupat maiorẽ locũ; tamẽ illa occupatio consequitur ex nouo modo extensionis partiũ, quam res per rarefactionẽ acquiris, & ista est raritas, & inde consequitur maior occupatio loci, sicut augmentatio est per se primo ad quantitatem, licet inde resultet corpus auctũ, occupare maiorem locum, ergo.

Secundo, ex raritate prouenit leuitas ex densitate grauitas: sed ista sunt qualitates: ergo & illæ. Consequentia patet, quia qualitas ex qualitate oritur, nõ ex quantitate. Antecedens autem patet experientia, & id docet Arist. 4. Physi. tex. 85. & 8. Physi. tex. 15.

Confirmatur raritas, & densitas sunt dispositiones subiecti: sed dispositio est qualitas: ergo & raritas; ergo est modus rei quantæ, sicut figura nõ est consistẽs in maiori vel minori intensione quantitatis, vt putauit. Capreol. supra, nã quantitas nõ est intensibilis, nec etiã consistit in maiori occupatione loci de facto (vt diximus de sanguine Christi in Eucharistia) qui raritatẽ habet; & tñ nõ occupat locũ, quia non relinquitur suæ naturæ: imo nec cõsistit in hoc, quod sit potentia ad occupandũ maiorẽ locũ, nã cum quãtitas de se, & naturaliter extendat substantiã in ordine ad locũ, est de se potentia ad occupandũ locum; est itaq; raritas formaliter materiæ taliter disponẽs partes quantitatis, vt eadẽ omnino quantitas possit occupare maiorẽ locum; quã alia æqualis quantitas: non habens talẽ dispositionem, & quia hæc dispositio est modus quantitatis, & in ea interuenit quædam positio partium: ideò aliquando reducetur ad quantitatem, vt fecit Arist. capite de qualitate, & D. Tho. secundo de Generatione lect. 2. & ideò Sotus. 5. Physic. quæstione vltima dicit rarefactionem contineri sub augmentatione. Sed licet reductiue pertineat ad quantitatem tanquã modus illius, sicut etiã figura: tamẽ, sicut figura directe pertinet ad qualitatẽ; ita raritas, & dẽsitas.

Quarta conclusio, raritas non distinguitur realiter á quantitate: sed tantum formaliter. Probatur, omnis qualitas distincta realiter ab aliquo subiecto, potest ab illo separata conseruari per diuinam potentiam: sed implicat raritatem separatam á quãtitate conseruare, ergo. Maior patet ex propria vi distinctionis realis, & etiam in ductione. Maior autem probatur, nam implicat esse occupationem, maiorem locum, quod præstat raritas quin sit occupatio loci; quod præstat quantitas: ergo implicat esse raritatem sine quantitate.

Secundo effectus formalis raritatis est disponere partes, vt occupent maiorem locum: sed hoc nõ est alia res ab ipsis partibus occupantibus maiorem locum, ergo. Minor probatur, nam partes esse sic dispositas est, quod vna occupet hunc locum & alia alium, sicut partes esse taliter figuratas, vel situatas: sed figura, & situs non distinguntur realiter á quantitate: ergo nec raritas includit enim situs, & figura talem partium extensionẽ in ordine ad locum, ergo sicut hæc non distinguitur realiter, ita, &c.

Tandẽ hoc probãt argumẽtũ tertiũ & sextũ, quæ facta sunt pro prima opinione; si .n. Deus separaret raritatẽ adhuc res; maneret tã extensa in ordine ad locũ, &c. Itẽ si esset qualitas distincta; non tñ formaliter produceretur, & corrũperetur: videmus .n. per solum cõtractum digiti rarefieri, vel condensari rẽ, imo, & partes aeris continuo semper rarefiunt, & condensantur propter motum nostrum; ergo cum sit modus tantũ dicemus quando corpus mouetur per suam propulsionem resultare densitatem in aere, illo autem recedente aer ipse, sicut naturaliter restituit se ad suum locum naturalem; ita & ad suam naturalem raritatem & hoc videtur intendere Arist. capite de qualitate textu. 10. vbi ait, rarum vero, & spissum, &c. non esse quale; sed solum habere positionem partium, ideſt non dicere qualitatem realiter distinctam; sed tantum modum

secun-

secundum. quem partes taliter sunt positæ, & D.Tho.2.de generatione lect.1. ait, rarum autē & densum non sunt qualitates Physicę: sed positio partium materiæ secundum propinquum in densо, & secundum remotum in raro, & forte hoc tantum intendit Auerro.4.Phi. coment.88, dicens raritatem pertinere ad figuram; non quia formaliter sit figura: sed quia sicut figura est quædam positio & non distinguitur realiter à quantitate ita, &c. Sed contra ex raritate, & densitate prouoniūt grauitas, & leuitas molicies, & durities (vt diximus ex Arist. cō clusi.3.) sed grauitas distinguitur realiter à quantitate, & sic de alijs: ergo & raritas, Minor probatur, nam grauitas est principium actionis intrinsecum mouens rem quantam: ergo distinguitur ab illa. Respondeo quod grauitas, & leuitas sunt qualitates distinctę pertinentes ad secundā speciē scilicet potentiā, vel in potentiam. Vnde sicut aliæ potentia distinguntur realiter, ita & istæ, nec verum est absolute, quod ex raritate sequitur lenitas, nam ex eo quod rare fiat si retinet eandem quantitatem, retinet communiter idem pondus. Item in cœlo est raritas & densitas non tamen grauitas, & leuitas, & vinum rarum est, & graue: nuues autem aliquando densæ, & leues: sed dicitur sequi ex leuitate tam quam ex propria dispositione, quia quò rariores, eò magis sunt disposite, vt sint leues: vnde autem consequātur aliæ qualitates molicies, & durities, &c. dicemus infra lib.2. quæst.1.

Quinta conclusio raritas, & densitas non ita proprie pertinēt ad tertiam speciem qualitatis, sicut ad primam. Prima pars prob. nā qualitates tertię speciei omnes distinguntur realiter à subiecto habent contrarium, sunt intensibiles sequuntur ex aliqua in mutatione subiecti: sed hæc omnia non reperiuntur in ijs: ergo. Minor probatur, quia nō distinguntur realiter (vt dictum est in precedenti cōclusione) & inde etiam sequuntur omnes aliæ proprietates. Si enim non distinguitur realiter: est ergo tātum modus quidam rei: sed inter modos non est contrarietas, nec intensio (vt pater in figura, sanitate, &c. ergo. Sed specialiter probatur nam istæ qualitates reperiuntur in cœlo proprie, & formaliter: ergo non habent contrarium; inde enim probabamus cœlum non esse corruptibile, quia non est capax qualitatum corruptibilium, ideſt habentiū contraria. Item, nam contraria possunt esse simul in subiecto secundum aliquē gradum: at raritas, & densitas non se habent isto modo: sed sicut duæ figuræ incompossibiles, & ista est expresse sententia Aristot. qui secundo de generatione tex.10. enumerans omnes qualitates cō trarias, scilicet mole, & durum, &c. non enumerat rarum, & densum, de quo nos ibi. Item raritas non potest intendi: non enim possumus intelligere eandem partem subiecti magis actuari ab ista qualitate, sicut à calore: ergo. Præterea non sequitur ex aliqua immutatione: sed sępe ex solo motu locali, vt quando cumq; corpus mouetur per aerem aer tunc dē satur, & statim rarefit: at ibi non interuenit immutatio, aliás deberet semper frigefieri ante condensationem, & calefieri ante rarefactionē: ergo. Dixi enim ita proprie, nam aliquomodo pertinet ad illam in quantum ad raritatem, est per se motus: cum enim corpus mobile iam per transit, aer mouetur ad locum quem occupabat corpus: non intendendo primo & per se locum, quia tam naturalis erat vnus, sicut alius: sed intendendo raritatem debitam suo naturali statui, ex qua sequitur talis locus, & ideò Arist. videtur eam enumerare inter alterationes in 3. Phi. tex.15. & D. Thom.1. de generatione tex.33. sed proprie, & per se pertinet ad primam speciem, sicut, sanitas, & pulchritudo, quę etiam non distinguntur realiter à re cuius sunt modi, ita Sot. cap. de quantitate quę est prima ad quintum, raritas enim est optima

tima dispositio ignis, & aeris densitas vero aquæ & terræ.

Ad secundum iam diximus in tertia conclusione effectum quãtitatis formalem esse extendere substantiã secundũ se, ita vt ex vi illius possit esse extensa in ordine ad locum effectus raritatis, est taliter disponere partes, vt occupent maiorẽ locum, quam ratio solius quantitatis possent occupare, itaq; licet occupatio loci oriatur necessario ex quantitate: maior tamen occupatio potest etiã aliunde oriri, scilicet ex raritate: imo si Deus ponat idem corpus in duobus locis occupat maius spatiũ: & tñ non per maiorem quantitatem (vt diximus 4. Phy.) est simile ad hoc id quod infra dicemus de actiuitate quantum ad motum, scilicet quantum ad velocitatem, quæ necessario sequitur ex intensione qualitatis, ita vt quò maior sit intẽsio, eò maior sit actiuitas: sed tamen potest etiam ex alio capite oriri, scilicet ex multitudine formæ, & ita quò maior est multitudo, eo maior est actiuitas illa, eodem modo occupatio loci, & sequitur ex quãtitate, & ita quo maior est quantitas, eò maior est occupatio loci, & etiã ex raritate & ita propter raritatem potest res æqualis in quãtitate occupare maiorem locum sicut propter multitudinem formę potest res æqualis in intensione habere maiorem actiuitatẽ quoadmodũ imo & forma excedens in intensione sicut res excedens in raritate potest habere maiorẽ occupationem loci quã alia excedẽs in quantitate, sed sicut excessus qui prouenit, ratio multitudinis nõ est in entitate vel intẽsione qualitatis ita vt habet plus de qualitate: sed in modo accidentali illius eodem modo excessus qui prouenit á raritate nõ est in entitate & extensione substantiali quantitatis, ita vt habeat plus de quantitate: sed in modo accidentali illius, qui nõ potest explicari nisi per extensionem. Vnde cũ inquit Arist. rarũ est quod parum materiæ sub multa cõtineat quantitate intelligitur idest sub multa extensione accidentali in ordine ad locum & ita. 4. Phy. tex. 84. ait per cõdẽsationem transire materiam ex minori in maiorẽ quantitatem idest extensionẽ ad locum incipit enim esse in actu noua extensio in ordine ad locum, quæ antea erat in potentia ad aliud, quod obijcitur Deum non posse supplere effectum formalem raritatis sine quantitate concedo antecedens, nec inde sequitur esse effectum primarium quantitatis, sicut implicat, quod Deus faciat figuratum sine quantitate: non tñ est effectus primarius illius: sed quia necessrio vna forma supponit aliam, ita effectus formalis illius supponit effectũ alterius: nihilominus tamen potest facere figuram & raritatẽ de nouo sine quantitate de nouo.

Ad secundum patet ex tertia conclusione, & ex prædicta solutione primum id autem, quod additur probat optime nostram quartam conclusionem non posse separari raritatẽ á subiecto á quo tantum dependet, vt ne forte per intellectum possit omnino præscindi, sicut nec figura, aliás enim præscissa figura per intellectũ á cœlo, vel manet rotundũ, vel quadratum, &c. Quod si dicas manere sine vlla figura: sed tamen cum extensione in determinata idem potest dici in præsenti, & ex hoc simili patet, etiã ad confirmationem.

Ad tertium negatur consequentia: variari enim põt figura, quin varietur quãtitas: cũ tamen sit eius modus intrinsecus, sicut raritas. Itẽ variari potest de potentia Dei suppositalitas, quin varietur substantia rei: de existentia autẽ est specialis ratio, quia est de conceptu ipsius entitatis, vt est extra causas, & cũ arguis non potest esse occupatio loci sine quantitate: ergo nec maior occupatio sine maiori quantitate. Resp. nõ esse bonam consequentiã, sicut se habet simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis nisi seruetur eadẽ proportio qualis hic non seruatur, ni (vt supra diximus) primũ si qualitas habet intensionẽ habet qualitatem,

tem: non tñ sequitur habet maiorē acti uitatē: ergo maiorem intensionē, quia maior actiuitas, & potest esse quoad intensionē, & intrinsecā perfectionē qualitatis, & isto modo bene sequitur, est magis de actiuitate: ergo & de intensione sed potest etia esse quoadmodū accidentalem, & ita nō sequitur est magis actiua; ergo magis intensa, eodē modo maior occupatio loci pōt esse per intrinsecā additione ipius quātitatis, & isto modo bene sequitur: sed tñ quia potest esse maior occupatio per modum accidentalē raritatis, ideō absolute nō sequitur.

Ad quartū negatur antecedens. Et ad probationē Resp. si sint hic duo pedalia contigua, & æqualiter densa, & vnum illorum per rarefactionem fiat vi pedale, tunc in prima pedalitate nō manent omnes partes, quæ antea erant: atq; adeō licet in ordine ad locū videantur esse tot partes, ac in alio pedali densō, quia similiter parti vnius, & æqualis pars alterius: sed hoc ideō est, quia vnum habet partes per rarefactionem ita dispositas: aliud vero ita per condensationem cōpressas, vt licet in ordine ad locum sint æquales partes: tū secūdum se sunt duplo plures in vno, ac in alio, quomodo autē id possit fieri sine eo, quod in pedali densō sint formæ penetratiuæ, vel sine eo, quod in alio raro sint partes distinctæ, per interpositionem alterius corporis, vel vacui maximam habet difficultatem, adeō vt Burid. supra admittat per cōdensationē partes substantialiter penetrari, sed id nō est cōcedendum cum inter maxima miracula Christi enumeretur penetrasse in Natiuitate claustrum Virginis & cœlos in occasione. Item na aliud est partes rei condensari, aliud penetrari: possit enim Deus penetrare sine cōdensatione (vt pater in sanguine Christi in Euchari stia) Vnde penetratio nō est nisi quando duæ res manentes sub eadem extensione (nulla facta mutatione intrinseca quantitatum occupante eundem locū) ac quando per mutationem suæ quantitatis, quantū admodum extendendi sub stantiam occupant eundem locum, non est penetratio, quia manat eadem quantitas. ¶ Ad confirmationem Resp. ex eisdem partibus diuersimode dispositis posse resultare diuersam figurā; maius autem, vel æquale potest distingui insta dicta, vno enim modo prouenit ex sola quantitate, alio modo etiam ex dispositione. ¶ Ex his, & prædictis in conclusionibus, ad. 5. & ad. 6. argumentum quamuis libenter fatear maxime placere id, quod ait Astudill. 1. de generatione quæst. 28. adhuc esse ignotum cōuenientem modum rarefactionis, & cōdensationis. Quare hęc distinctę sint probabiliter alia via possēt satis fieri quæstioni, sed quia pendet ex alia vtrū quęlibet res habet de se suam extensionem de quo in Metha. ideo supersedendum erit, quāuis partim dicta sint á nobis capit. de quantitate in Logica.

Ex quibus iam constat quid sit respōdendum quęstioni propositæ an scilicet possit fieri rarefactio & condensatio sine vacuo: Resp. quidem fieri posse absq; dubio, sine sit rarefactio, propria sue impropria. Nam si sit impropria solum fit per expulsionem aut introductionē corporis subtilioris, quod constat fieri sine vacuo. Si autem sit propria fit per solam productionem qualitatis raritatis, aut densitatis, sicut calefactio fit per solam productionem caloris in subiecto.

QVAESTIO, III.

PRIMA PARS.

De *naturalis entis motus mensura, quæ est tempus.*

Equitur agamus de tempore, quod est mensura durationis motus, omniumque rerum, quę motui subijciūtur, postquam de loco & va

cuo

cuo disputatum est: tres autem sunt du rationes mensuræ (vt articulo. 8. huius dicetur) tẽpus, ęternitas, & æuum, in hac disputatione agẽdum est: sed de tempore abundè, de vt de per se intento á Physico: de quo autẽ, & æternitate, imo & de tempore disereto Angelorum pau cis agendum erit, eorum enim disputatio partim á Methaphisico, partim vero, ac multo magis á Theologo petẽda est, de quibus latè. & quidem optime, Mag. Zumel. 2. tomo quæst. 50. tract. 1. p. de tempore igitur pręcipue, & primo actu in hac 1. part. quęstionis secũdum se (nã in secunda comparabimus illud ad alias durationes) septem sunt examinanda: eodem ordine seruato, sicut fecimus su pra primo libro agentes de materia pri ma, & libro secundo huius, dum de naturæ quiditate egimus: primo si tempus distinguatur á motu & quomodo? Secundo si tempus sit ens reale.

Tertio si definitio temporis data hoc libro ab Arist. scilicet, mensura motus secundum prius, & posterius sit exacta? Quarto quid sit illud quòd tempus metitur, & cuius est mensura? Quinto si in toto tempore sit idem instans, vel momentum? Sexto si tempus pendeat ex animo numerante prius, & posterius mo tus, & quomodo? Septimo, & vltimo si tã tum sit vnum numero, & in quo primo sit?

ARTICVLVS. I.

Vtrum tempus distinguatur à motu, & quomodo?

DE existentia temporis non necessarium duxi quæstionem proponere vtrum scilicet tempus sit quia om nibus est manifestũm tempus esse, nec vllus est quide hac re dubitet: sed quoniam esse cuiusque rei consistit in hoc, quod sit distinctum á quolibet alio, ideò merito de distinctione temporis ab alijs rebus primo loco agitur: sed non põt es se dubium aliquod de distinctione tem poris ab alijs per manentibus, cum ipsum sit successiuum: sed solum est diffi cultas de distinctione temporis à mo tu, qui etiam est successiuus.

Sunt autem de præsenti quæstione diuersæ opiniones Nominalium: atq; rea lium. Nominales enim nulla ratione putant distingui tempus à motu. At ve ro reales aliqui de quorum numero dicitur esse Ferr. dicunt realiter distingui tempus, & motus.

Sed in hac re statuo primam conclu sionem certissimam contra Nominales quosdam, quod motus, & tempus aliqua ratione distinguntur, probatur manifeste ab omnibus, quoniam diuersæ sunt species, & proprietates temporis: atque motus: ergo distinguntur ista duo. Nam modum dicimus esse tardum, vel velocem: tempus vero non proprie dicitur tardum, vel velox: sed potius dicitur lõgũ, vel breue. Rursus dicimus in motu esse tres species alterationem, augmen tationem, & lationem: cum tamen istæ non sint species diuersę temporis: Con firmatur, quia tempus est mensura mo tus, vt patebit inferius: sed mensura, & mensuratum aliqua ratione differun: er go, &c.

Sed supposito, quod distinguantur ista duo tota contrauersia est, an distinguan tur realiter? an vero sola ratione? Ferr. enim (vt dixi) in eam sententiam inclinat, quod distinguantur realiter. Et pro batur quoniam Arist. vt videmus in tex tu reprehendit eos, qui dicebãt motum cœli esse tempus: ergo sentit istas esse duas res. Secundo ratione, quoniam tem pus solum reperitur in cœlo: motus ve ro in his inferioribus, sed tempus, quod est in cœlo non potest esse idem realiter cum motibus istis inferioribus, ergo. &c. Tertio inter mensuram, & mensu ratum debet esse relatio realis, vt docet Arist. 5. Metha. capite de ad aliquid: sed

motus

motus mensuratur tempore: ergo inter motum, & tempus est relatio realis, ac per consequens distinguntur realiter. Quarto quoniam inter causam, & effectum debet esse realis distinctio, cum nihil possit esse causa sui sed motus, & tempus habent se vt causa, & effectus, quia tempus fluit ex principijs motus, sicut propria passio: ergo, &c.

Sed his non obstantibus statuitur cõclusio, quod tempus, & motus nõ distinguntur realiter, quam tenent omnes fere expositores Aristotilis. Et probatur manifeste ex Aristotele, qui ait tempus esse numerum motus: sed numerus numerans non distinguitur realiter ab eo, quod numeratur, vt constat: ergo tempus, quod est numer' numeratus in motu non distinguitur realiter á motu. Tũ etiam, quia quæ distinguntur realiter & non sunt saltem per potentiam Dei absolutam: sed impossibile est esse motum sine tempore, quod est prius, & posterius motus (vt probabimus infra) nec tempus sine motu, vt patet: ergo nõ distinguntur realiter. Et confirmatur vltimo, quia qui dicit duas successiones esse realiter distinctas in aliquo subiecto quotiescumq; illud moueretur ad aliquem terminum: non enim sunt multiplicanda entia absq; necessitate, sed nulla est necessitas, quæ nos cogat asserere, quod ista duo distinguãtur realiter, sed omnia sufficienter saluantur cũ distinctione rationis: ergo, &c.

Vnde ad argumenta respondetur ad primum, quod Aristoteles tantum voluit, quod tempus & motus distinguantur ratione ratiocinata, ita quod in sensu formali non adduntur istæ propositiones tempus, & motus, vel est contra, & hoc modo procedit eius ratio, quia in cælo dicimus esse plures circulos, quamuis non realiter distinctos, & vnicum tãtum tempus distinguntur: ergo aliquo modo. Ad primam rationem dico, quod tẽpus non tantum est in primo mobili: sed in vnoquoque mobili est intrinseca duratio, quam dicimus tempus, & hæc duratio intrinseca dicitur esse idem realiter cum motu in quo est: duratio vero extrinseca, que residet in cœlo non est dubium, quin distinguatur á motibus inferioribus, quibus est extrinseca: non tamen á motu cœli cui est intrinseca. Ad secundam rationem respondetur, quod est duplex mensura in quantitate altera intrinseca: altera vero extrinseca hęc extrinseca etiã est duplex, altera ex natura rei, altera vero ex hominum impositione, sicut duratio motus cœli est extrinseca mensura inferiorum horum ex natura rei, quia natura sua habet, quod sit magis certa, & vniformis, at vero vlna, qua mensuratur pannus est extrinseca panni, quia non inhęret illi: nihilominus tamen habet non ex natura sua, sed ex hominum impositione mensurare; mensura vero intrinseca dicitur illa, quæ est in ipso mensurato, & etiam est duplex. Nam aliquod quantum mensurare dicimus intrinsice, aut quia per suas partes integrales mensurat, aut quia per aliquod accidens sibi inhærens primo modo solum conuenit mensurari quantitati, quia solum illi conuenit habere partes: at vero secundo modo etiam dicimus substantiam mensurari intrinsice per suam quãtitatem. Vnde motus hoc secũdo modo mensuratur tempore tamquam accidenti intrinseco. Et ad argumentum. Resp. quod nõ est relatio realis inter quãcumq; mensuram natura rei extrinsecã, & mensuratũ: inter mensurã vero intrinsecam nõ semper vt patet, quia tota quantitas, & eius partes non distinguntur realiter, & ita in proposito, nec inter tempus, & motum est relatio realis, quamuis tempus non sit pars motus, quia est accidens non distinctum realiter ab eo.

Ad tertium respondetur, quod duplex est causa: altera secundum rem, & propria talis: altera vero secundum nostrũ modum intelligendi, sicut dictũ est sępe alibi. Hoc enim modo in eo dicimus im-

muta-

mutabilem eſſe cauſam æternitatis quãuis ſecundum rem non ſit cauſa, quia in Deo nihil eſt cauſatum, & hoc ſecundo modo motus eſt cauſa temporis, ſcilicet ſecundum noſtrum modum intelligendi, quia eſſentia motus eſt principium temporis, tamquam propria paſsio, quę non differt ab eo realiter.

ARTICVLVS. II.

Vtrum tempus ſit ens reale?

GAllen. & Auerr. cõmen. 131. quem refert S. Tho. opuſc. 44. de tempore & Iandi. q. 17. Ferr. 1. contra Gen. c. 15. & Sot. ſingularem tenet opinionem, qui exiſtimat tẽpus pro materiali eſſe quoddam ens reale: at vero pro formali eſſe ens rationis, ſicut dictum eſt in prædicabilibus, quod genꝰ, & ſpecies ſunt entia realia materialiter, & pro fundamento: ſunt tamen entia rationis pro formali: poteſt autem confirmari hæc ſententia primo ex Ar. qui hoc loco c. 14. dicit numerũ pẽdere ab intellectu taliter, quod ſi non eſſet, intellectꝰ nõ eſſet numerus quidã partiũ motꝰ: ergo tẽpus nõ habet eſſe niſi per intellectum, ac per conſequens eſt ens rationis. Secundo, quia partes temporis non ſunt entia realia: ergo nec ipſum tempus. Antecedens probo, quia præteritum nihil eſt à parte rei, ſed ſolũ in intellectu: ſimiliter futurum nihil eſt niſi per intellectum, præſens vero, quod eſt à parte rei, ſolum eſt inſtans indiuiſibile, quod non eſt tempus: ergo ſequitur, quod nullomodo tempus eſt ens reale. Tertio probatur, quia ſi tempus eſt ens reale cum illud ſit menſura generabilium, & corruptibilium deberet ſimiliter generari, & corrumpi: ſed tempus nequit generari, & corrumpi: ergo. Probatur minor; quia vel in inſtanti, vel in alio tempore, ſed vtroque modo dabitur proceſſus in infinitum, quia dabitur aliud tẽpus quo generetur, vel corrumpatur: ergo, &c.

Sed his non obſtantibus oppoſita ſententia eſt tenenda nimirum, quod tempus ſit ens reale. Ita tenet Sanct. Thom. opuſculo citato, & hic, Simpl. & Alber. cap. 3. Ethi. 10. Phylopon. tex. 88. Hęc cõcluſio probatur ex communi modo loquendi, & concipiendi, qui de tempore, & eius partibus loquuntur tamquam de entibus realibus diuidentes in dies, & in menſes, & annos: imo videtur iſte modus loquendi communis ex ſcriptura colligi, nam Geneſis primo dicitur Deus feciſſe luminaria in firmamento cœli vt diuiderent Diem á nocte, & eſſent etiam ſigna, & tempora. Ex quo etiam ſequitur, quod tempus abſolute loquendo attribuatur corporibus cœleſtibus, ac per conſequens non ſit ens rationis.

Sed ratione ſic argumentor ſi tempus formaliter eſt ens rationis: ergo nõ pertinet ad genus aliquod, vel ſpeciem entis realis, ſicut nec ſecundæ intenſiones, quamuis fundamentaliter, ſicut in rebus non ſunt in aliquo prædicamento, quia formaliter ſunt entia rationis, & vnumquodque ponitur in prædicamento ſecundum ſuam formam, ſed ſic eſt, quod tempus ab Ariſt. in prædicamẽto quantitatis in. 5. Meth. quamuis non numerentur inter quanta per ſe numerãtur: tamen inter quãta per accidẽs ſcilicet per aliud, quæ non verificãtur de ente rationis: ergo, &c. Secundo quia tẽpus eſt paſsio motus (vt dicemus quęſtione ſequenti) ſed antea per actionẽ intellectus eſt formaliter motus: ergo tempus. Confirmatur, quia ſecluſo omni intellectu orbis Lunę monetur, & prius vna pars attingit ad oriẽtem, quam alia, ſed nõ poteſt eſſe, nec intelligi illud priꝰ & poſterius motus niſi quod ſit tempus: ergo, &c. Vltimo confirmatur hæc noſtra ſententia, quia ſecluſa omni ſeparatione intellectus dicimus vnã rem dici turmioré alia: ergo ſequitur, quod tẽpus á quo denominatur diuturna eſt ens reale.

reale. ¶Ex quibus constat refutatio alterius sententiæ, quę parũ videtur differre á sententia Soti, quã tenet Canterus in Logica cap. de quantitate, & Sonci. 5. Meth. q. 24. quod tempus sit ens reale habens cõplementum ab intellectu, vel intelligunt isti, ꝙ sit formaliter in intellectu, & fundamentaliter in rebus, & hæc sententia Soti iam refutata, vel intelligunt, quod ratio formalis temporis ex vtroq; conflatur, scilicet ex eo ꝙ est á parte rei, & in intellectu, & sic faciũt tempus agregatum aliquod ex ente reali, & ente rationis, quod est magis intelligibile.

Sed arguunt isti quoniam tempus est prius, & posterius motus, sed immotũ nõ est prius, & posterius nisi per intellectũ, quia motus est de genere continuorum & in continuis partes non sunt distinctæ actu nisi per intellectũ: ergo Resp. quod aliud est prius, & posteri⁹ in motu aliud est, quod ista duo sint distincta, sicut aliud est esse duas medietates in linea, aliud est esse distinctas: primum enim cõuenit á parte rei nullo intellectu considerante. Secundum vero non nisi actuali cõsideratione intellect⁹, quoniã: ergo ad rationem temporis non est necessarium esse actu distinctas illas partes tẽporis, quarum vna est prior, alia posterior: sed sufficit, quod sit possum prius, & posterius, & hęc reperitur secluſa omni operatione intellectus, ideò dicendum est tempus esse aliquid reale.

Vnde ad primum argumentum Resp. Vall. quod propositio Arist. est vera si nõ est possibilis intellectus non est possibilis numerus, loquendo de intellectu diuino á quo omnes res dependẽt tãquam á Prima causa. Vnde secundũ hoc non magis pendet ab intellectu tẽpus, quam quęlibet res mundi, quia iam certũ est non esse si nõ esset intellectus diuinus & gubernans. ¶Sed quoniam Arist. aliquid peculiare videtur tribuere tẽpori, quod nõ alijs rebus quantũ ad hoc, ideò notandum, quod sicut alius est color, & alia ratio visibilis, quę requiritur in colore. Nam hæc secũda ratio dimanat á prima sic etiã alia est ratio quantitatis, quę est numerus, & alia est ratio hui⁹, quod est numerabilem esse. Nam hoc secundũ dimanat á primo, ex quo fit, quod sicut color dicit ordinem ad visum, prout visibilis est sic etiã numerus, prout numerabilis est dicit ordinẽ ad intellectũ & sicut nullo existenti visu color dicere tur esse, esset proprie visibilis, vt docet Arist. in prædicamentis c. de ad aliquid, eius ratio est, quia visibile nõ dicit ordinem ad intellectũ actu existentem: sed possibilem, & ideò non dixit Arist. si nõ esset intellectus nõ esset numerus: sed si non esset possibilis intellectus, non esset possibilis intellectus, non esset possibilis numerus intelligẽ sm quod numerabilis est. Ex hoc aũt nõ licet colligere, numerus formaliter sit ens rationis ad hoc, nec in quantum numerabilis, quia formaliter habet esse adhuc secluſo omni operatione intellectus, quãuis secundum hoc, quod numerabilis est dicat ordinẽ ad intellectũ (vt diximus) sicut formaliter color est visibilis absq; operatione visus, quãuis dicat ordinẽ ad visum.

Vnde decepti sunt, qui in hoc colligũt tempus habere complementum, prout in potentia, & in hoc quod est nõ habere esse nisi per operationem intellectus: cum tamen ista duo differant illis, quã cœlum, & terra (vt diximus) Secundò decepti sunt, qui cum in numero sit aliquod accidens, quod denominatione extrinseca de ipso prędicatur, scilicet numerari & hoc accidens nõ sit secluſa operatione intellectus, colligunt ipsi numerum non habere esse secluſa operatione intellectus: cum tamen ratio, & essentia numeri non consistat in hoc, quod est numerari (sed de hoc dixi in Logica cap. de quantitate) quod sit ens per accidens.

Ad secundum Respon. quod est magnum discrimen inter permanentia, & succesiua, quod scilicet permanentia

sunt

sunt simul secũdum omnes suas partes: successiua vero non, sed tantum habent esse eorum partes influxu. Vnde dico, quod quamuis præteritum iam modo non sit secundum si totum: sed secundum aliquod, scilicet secundum finem sui in instanti, vel in præsenti tempore, & similiter non dum est secundum se totum: sed secundũ aliquod minimum, scilicet secundum initium sui: tamen hoc sufficit ad hoc, vt dicatur tempus habere esse reale, & quando. Obijcies quod illud instans in quo sunt præteritum, & futurum est indiuisibile, & non est tempus. Dico, quod illud instans si consideretur, prout est indiuisibile nõ est tempus; sed continuatiuum, sed illud consideratum, vt fluens habet successiue dibisibile, sicut punctum si est ductũ per planum est diuisibile secundum longitudinem, & hoc sufficit, vt dicatur esse tempus reale, quia esse cuius tantum consistit influxu sicut, & motus. Vnde sicut motus est ens reale ita & tempus.

Ex quo soluta manet altera dubitatio, & obiectio, quæ solet fieri contra hanc veritatem, quia scilicet id, quod fit non dum est, sed tempus cõsistit semper in fieri, ergo non dum est. Respondetur tamen, quod in successiuis idem est esse, ac fieri, vt patet in motu, & sic sencie dum est de tempore.

Ad vltimum argumentum respondetur præsupponendo primo, quod tempus non proprie dicitur generari, vel corrumpi: sed incipere vel desinere, sicut enim motus non fit: sed est quo aliquid fit, ita nec tempus, quod est passio motus proprie dicitur fieri: sed ex eo q incipiat, vel desinat tempus non sequitur processus in infinitum, quia tempus incipit per vltimum non esse, & desinit per primum non esse, sicut motus, & si sit sermo de temporibus istis, quę intrinsice reperiuntur in quolibet motu possumus dicere, quod illa duo instantia, quæ sunt intrinsice imitatiua, & terminatiua istorum temporum sunt instantia temporis primi mobilis dicendum esset non esse instans aliquod reale, sed imaginarium. Similiter dico de termino in quo est primum non esse motus, sed possumus aliter dicere, quod sicut in quolibet motu dantur duo mutata esse, sic etiã in quolibet tempore duo instantia terminatiua extrinsice, quorum alterum est vltimũ non esse illius temporis, alterum vero primum non esse.

Sed vltimo obijciet aliquis contra nostram sententiam, tempus est mensura motus, sed ratione mensuræ, id est quod dicat relationem rationis ad intellectũ, qui certificatur per illam: ergo tempus est ens rationis. Respondetur imprimis quod hoc argumentum non magis probat de tempore quod sit ens rationis quam de quacumque alia quantitate, cum quælibet etiam alia quantitas sit mensura substantiæ, vel alterius quantitatis. Respondetur ergo pro omnibus (vt diximus in capite de quantitate) quod aliud est loqui de mensura formaliter secundum quod dicit quantitatem connotando aliquam relationem rationis ad intellectum, qui certificatur de mensurato, aliud vero est loqui de mensura materiali; omnis ergo mensura formaliter, prout mensurat connotat istam relationem rationis, tamen non est de essentia quantitatis, quod sit mensura, & sic non est de essentia temporis, sed quod sit radix. Vnde dimanat talis proprietas scilicet habere partes siti extensionem. Vnde fit quod tempus secundum suam rationem est quantitas, & ens reale, sed prout mensura est includit hoc ipsum, & aliquid aliud, connotat scilicet relationẽ rationis (vt diximus) & ideò sicut aliæ quãtitates sunt entia realia, ita & tempus.

ARTICVLVS. III.

Vtrum definitio temporis posita ab Arist. sit bona.

De-

DEfinitio temporis tradita ab Arist. est hęc, scilicet numer⁹ secundum prius, & posterius. Contra quam definitionem obijcio primo, tempus est de genere continuorum: numerus vero est quantitas discreta; ergo male in definitione temporis ponitur numerus. Secũdo cum dicitur in definitione tẽporis, quod sit prius, & posterius, vel est sermo de priori, & posteriori spatij, vel de priori, & posteriori motus, vel de priori & posteriori ipsius temporis, non primum, quia prius, & posterius spatij sunt permanentia: at vero partes temporis sunt successiue: ergo, &c. non secundũ, quia motus, & tempus sunt diuersæ quantitatis: ergo habent diuersas partes ac per consequens partes temporis non sunt prius, & posterius intelliguntur, partes temporis sequitur, quod tempus definiatur per se ipsum.

Tertio obijcio contra istam definitionem, sicut tempus mensurat motum, sic etiam mensurat quietem: ergo sicut ponitur in definitione, quod sit numerus motus debuit etiam addere, quod sit numerus quietis.

Pro explicatione huius definitionis aliqua fundamenta iacere oportet, quorum primum est, quod motus qnatuor modis est diuisibilis, vt diximus. 3. Physic. 1. secundum diuisionẽ subiecti, quẽadmodum albedo, & alia accidentia corporalia diuiduntur ad diuisionem subiecti, sic etiam motus, qui subiectatur in toto composito media quantitate, sicut alia accidentia corporalia. Secundo modo motus est diuisibilis ad diuisionem spatij, qua ratione dicimus maiorem esse motum quando quis mouetur á Compluto Toletum quam vsque ad Curiam Regis Philipi, quia spatium est maius illud quam istud. Tertio modo motus diuiditur secundum propriam successionem, quæ continuatur mutans esse, & correspondes spatio, qua ratione motus habet distinctam diuisibilitatem ab omnibus alijs quantitatibus. Quarto est diuisibilis secundum durationem & tempus quo mensuratur, qua ratione dicimus motum esse vnius horæ, vel dimidię, ex his quatuor diuisibilitatibus tertia solum est essentialis motus; sed prima, & secunda præsupponuntur; quarta vero consequitur ad diuisibilitatem propriam motus.

Ex quibus patet quomodo motus dicatur quantitas per se, & per aliud, & etiam accidentaliter: dicitur enim quantitas per se secundum, quod est diuisibilis. Tertio dicitur tamen per aliud, quia hæc diuisibilitas intrinseca causatur ex alia, scilicet ex diuisibilitate spatij, vel latitudinis in termino acquisito per motum: dicitur etiam per accidens; quia diuisibilitas temporis, & diuisibilitas subiecti est accidentalis motui: sedilla, quæ est ex parte temporis est accidens proprium, illa vero, quæ est ex subiecto est accidens commune. Vnde sicut albedo est quanta per accidens accidenti communi ratione subiecti, ita motus est sicut actio est quanta per accidens ratione temporis accidente proprio, sic etiã motus: sed differt motus ab istis, quia illa nempe albedo, & actio non habent aliam propriam rationem quantitatis: motus vero habet aliam propriam, & intrinsecam in quo conuenit cum linea, quamuis differat ab ea, quod linea ita intrinsice est quanta, quod non præsupponat in subiecto aliam quantitatem: at vero motus præsupponit aliam (vt vidimus) nempe diuisionem spatij. Et nota quod tam linea quam motus præsupponunt subiectum, scilicet substantiam, quamuis motus præsuponat subiectum quantum, in quo etiam differt á linea: tamen per diuisibilitatem spatij, quia iam motus differt ab omnibus accidentibus quantitatis, quod dictũ est de motu suo modo intelligendum est de tempore. Nam etiam est quantũ intrinsice, sed præsupponit aliam quantitatem in subiecto scilicet extensionẽ motus.

Quare sit secundum fundamentum, quod de ratione tẽporis est, quod sit quę dã duratio, & hæc est propria, & intrinseca diuisibilitas illius. Sed nota quod duplex est duratio: alia est tota simul, vt æternitas: ergo tempus ex natura sua est duratio, non tota simul: sed fluens hinc habet, quod præsupponat aliam priorem diuisibilitatem, scilicet extensionem ipsius fluxus, vel motus, & hæc est causa quare indefinitione temporis ponitur motus.

Tertium fundamentum sit, quod duplex est numerus: alius est numerus numerans: alius numerus numeratus, numerus numerans solet diuidi, ita quod sumatur aliquando pro intellectu, vel anima ipsa, quæ numerat: aliquando vero pro ipsa quantitate discreta, quæ est forma, qua aliquid dicitur numerabile, & sic sumitur propriè numerus numerans, quemadmodum albedo est forma, qua res dicitur alba, ita iste numerus est forma, qua res dicuntur tot. v.g. tres, vel quatuor. Vnde iste numerus est vnũ per se ad species quantitatis discretæ: numerus vero numerans est res, illæ quæ enumerantur. Quare non est alicuius speciatis prædicamenti: sed cuiuscumq; potest esse; quia res cuiuscumq; prædicamenti possunt numerari: imo potest esse iste numerus numeratus aggregatum quod ex multis prædicamentis.

Sed est notanda sub diuisio istius numeri numerati. nam aliquando res istę, quæ numerantur sunt actu distinctæ á parte rei absque operatione intellectus: aliquando res istæ sunt indistractę secũdum rationem, vt quando enumeramus partes cõtinui. v.g. dicimus hic esse tres vlnas panni, ex quibus constare potest quomodo in definitione temporis ponatur numerus: non enim sumitur pro numero numerãte, sed pro numero numerato, quia reperitur inter partes continui, scilicet inter partes motus, cum enim tempus sit mensura motus dicitur numerus motus, ideſt mensura motus secundum quod habet diuersas partes prioris, & posterioris.

Sed dubium est. Vtrum tempus sit numerus motus actiuè sumptus, vel potius passiue, quod est dicere cum indefinitione temporis ponatur numerus eo quod est mensura motus. Vtrum intelligatur quod sit mensura actiua motus, vel potius ipse motus, prout mensuratus. Perey. loco citato. 12. ca. 2. secutus est Grecos expositores, & dicit intelligi debere de mensura passiua, at vero Auerro. quem sequuntur Latini omnes de mensura actiua debere intelligi. Sic tamen mi videtur probabilior sentẽtia Latinorum, quod scilicet tempus definiatur per hoc, quod sit mensura actiua motus. Primo quoniam Arist. probans, quod tẽpus sit numerus motus facit hoc argumentum id, quod metimur plus, & minus est numerus: sed tempore metimur maiorẽ, vel minorem motũ: ergo, &c.

Ex quo sequitur, quod Arist. intelligat definitionem de mensura actiua. Secundo quia quamuis habeat vtrumq; scilicet quod sit mensura actiua, & passiua sicut quælibet alia quãtitas, vt diximus capite de quantitate: tamẽ respectu motus tempus non est mensuratum: sed mensura: sequitur ergo cum in hac definitione dicatur numerus mot' debeat intelligi de mensura actiua, & passiua.

Sed arguit Perey. quia esse mẽsuram actiuam non est de ratione quantitatis, ac per consequens, nec de ratione temporis: ergo, &c. Tum etiam, quia mensura actiua relationem videtur connotare quam quantitatem, sed respondetur ad hæc, quod nec mensura actiua est de ratione quantitatis: sed solum extensio: atque adeo hęc definitio quomodocumq; intelligatur, siue de hac, siue de illa mensura nõ est essentialis. Sed descriptiua, & sicut mensura actiua connotat relationem ita etiam mensura passiua, quamuis de formali neutrum istorum sit relatio. Arguit secundo quia tẽpus est numerus numeratus: ergo nõ est

in.

in mensura actiua, sed passiua. Resp. negando consequentiam, quia quamuis numerus numeratus se habeat respectu numeri numerantis: tamen potest se habere actiue respectu alterius, & sic tempus est numerus passiuus tamē mensura actiua motus.

Vnde ad primum in principio positū patet solutio, dicendo quod numerus, qui est species quantitatis discretę, est numerus numerans formaliter, idest ipsa quantitas discreta, & iste non ponitur in definitione temporis, sed numerus numeratus, qui est omnino idem cū re, quæ numeratur iste est continuus cū numerantur partes continui, & quoniā in proposito motus, & eius partes sunt continuæ numerus iste, qui est, tempus est continuus. Sed obijcies quemadmodum in tempore reperiuntur plures partes, quæ numerantur sic etiam in qualibet quantitate: ergo non est maior ratio, quare definiatur tempus per numerum, quam quælibet, alia quantitas. Respondetur negando consequentiam. Nā quælibet alia quantitas mēsurat aliam in quantum id, quod mensuratur: sibi coęquatur, nam habita ratione, quod sit aliqua diuersitas inter partes eius quod mensuratur; at vero tempus hoc habet proprium, quod mensurat motum secūdum, quod in illo reperitur illa diuersitas partium, quæ fluunt, & refluunt, & ideò ad denotandam hanc diuersitatem in tempore dicitur, quod sit numerus id est mensura motus secundum quod in illo sunt distinguibiles partes, quædam priores alijs.

Ad secūdum respondetur, quod prius & posterius in ista definitione debent sūmi secundum durationem, & hac ratione sicut linea mensuratur secundū longitudinem, & superficies secundum latitudinem: sic tempus per durationē, nec sequitur definiri idem per idem, sicut, nec ista definitio est idem per idē, linea est diuisibilis secundum longitudinem, quamuis enim definitio secundum rem dicat idem, quod definitum: tamen secūdum diuersam rationem.

Ad tertium dico, quod quies non mēsuratur tempore per se, sed per accidēs ratione motus, & hoc dupliciter. Primo quia quies est priuatio motus. Vnde dicitur aliquid tanto tēpore erat aptū moueri. Vel secundo, quia tēpus semper est intrinsice in aliquo motu, & ideò mensurat illam motū per se, quietem vero nō nisi extrinsice, & per accidēs. Vnde si nō esset motus, quamuis esset quies non esset tempus, & ideò in definitione tēporis nō est opus addere, ꝙ sit numer⁹ quietis.

ARTICVLVS. IIII.

Quid est illud, quod tempus metitur, & cuius mensura ponitur.

SEnsus quęstionis est, quid metiatur tempus in motu, & in alijs reb⁹, quæ illi subijciuntur, vt hoc intelligatur primū constituendū est durationem rerū nihil aliud esse, quā extensionē seu moram, quamdam existentiæ. Dixi extēsionem, quoniā si res aliqua vno tantū tempore existeret, & si haberet aliquomodo durationē: at certe non ꝓprie quippe cū duratio videatur esse productio, quædam, & continuatio eius esse, quod res quæq; accipit cū procreata est. Dixi existentiæ, quoniam duratio diuersum, quid est ab essentia rei: est enim natura ipsius existentiæ á qua proinde, non re: sed sola ratione differt: quod enim duratio diuersa sit ab essentia rei, inde perspicuum est quod rei essentia abstracta sit ab esse, & non esse cum indefinitione non exprimatur. Deinde cum essentia non suscipit magis; & minus: duratio autem suscipit magis, aut minus, & non mutata essentia potest res maiorem, vel minorē habere durationem, quod autem re non diffe-

rat ab existentia, inde manifestum est, quia idem est quærere quandiu duret res aliqua, quod quærere quandiu res illa existat, & idem dicere rem aliquam esse breuis, aut longæ existentię, quod breuis aut longæ durationis? Præterea, sicut se habet extensio quantitatis ad quantitatem, ita se habet duratio existentię, & rei ad existentiam, cum duratio sit quasi extensio, quędam ipsius existentiæ: sed extensio quantitatis non differt re á quantitate, vt per se notum est: ergo nec duratio differt ab existentia. Postremo si existentię, & duratio essent duæ res inter se diuersæ possunt saltem diuina virtute separari, at fieri non potest, vt separentur. Hinc enim fieret vt res aliqua duraret in mundo, & tamẽ non existeret, vel contra, vt existeret, & tamen careret omni duratione: relinquitur ergo durationem re non differre ab existentia: sed esse quædam eius modum sola ratione distinctum, quoniã ratio existẽtiæ in eo consistit, vt res sit actu extra suas causas: hoc enim significat existere extra causas actu esse, quanto autem tempore sit res longo ne, vel breui non includitur in ratione existẽtię, duratio. n. significat, extẽsionẽ ipsius existẽtiæ, ac velut quandã eius moram. Porro causa existentię sola est forma, vt docet Aristot. 2. de anima cap. 4. & 5. Methaph. capit. 8. duratio vero non solũ ex forma prouenit: sed multo magis ex bona dispositione: materia ex remotione. Item extremarum impressionum contrariorum, & ex adiunctione rerum conuenientium, quæ rem tuentur: atque conseruant: perspicuum ergo est durationem distingui ratione ab existentia. Deinde constituendum est res alias esse permanentes, alias successiuas inter quas hoc est discrimen, quod in successiuis qualis est motus tam essentia, quam existentia in fluxu quodam posita sit, ideoque sit diuisibilis in partem priorem, & posteriorem: at vero in permanentibus essentia, & item existentia sit tota simul non enim approbanda est eorum sententia, qui arbitrantur nullam rem creatam habere esse per manens, & totum simul, hoc enim aiunt esse proprium Dei, res enim creatę suam existentiam habent, quasi in continuo fluxu, & vt ipsi loquuntur in perpetuo quodam fieri, quod ita persuadet esse cuiusuis rei creatæ conseruatur á Deo; sed conseruatio non videtur aliud esse, quam continua, quędam creatio & produ&tio ipsius esse. Vnde D. Thom. 1. parte. quęstione. 99. articulo. 2. ait Deum conseruare res omnes, quia semper dat illis esse, ita concludit esse cuiusuis rei creatę semper dum res est fieri, ac fluere á Deo, ac proinde non est totum simul. Hæc sententia absurda est, & refellitur multis argumentis ab Henriquo grandensi Collib. 5. quæstione. 11. videtur enim eadem esse cum opinione Eraclíti, & aliorum quorundam Philosophorum qui aiebãt res omnes continenter labi, & fluere, nihilque vel momento temporis in eodem statu manere, contra quos disputat Aristoteles. 4. Methaph. & certe quãmuis nulla esset alia ratio ad horum sententiam confutandam, quam quod tollatur totum genus rerum permanentium ab omnibus Philosophis concessum ea profecto satis esset, quod vero adferunt ex cõseruatione facile diluitur, nam vt ait Diuus Thom. 1. par. quæst. 104. artic. 1. conseruatio non est noua actio: sed continuatio actio: sed cõtinuatio illius primæ, qua Deus dedit esse, quę cõtinuatio fit sine motu, & tẽpore hęc D. Th. si ergo illa cõtinuatio fit sine motu, & tẽpore, non erit in ea prius, & posterius, nec habebit partes successiue fluẽtes, sed erit ipsum esse totum simul semper. His constitutis tribus assertionibus rem totam propositam explicabimus, quæ ab Arist. cap. 12. posítę sunt.

Prima assertio est, tempus per se primo metitur motum non solum ratione essentiæ, quia motus secundum se

se totum in successione positus est: addit tamen Arist. in eodem loco tempus, ita metiri locum, vt prius vnam partem metiatur, & illa postea repetita totum conficiat motum, vbi dubitatio est, vt oporteat tempus hoc modo metiatur motum Respondet Philopponus eo in loco causam esse, quia vt ait Arist. in. 10. Methaph. 2. oportet mensuram, & mensurata esse eiusdem generis. Quod si obijcias tempus metiri vnam partem motus: cum tamen non sit eiusdem generis. Respondet duplicem esse mēsuram, alteram coniunctam alteram adiunctam coniuncta est illa pars rei quæ geninota rem totam metitur: adiuncta vero est quæuis alia externa mensura, adconiunctam oportet esse eiusdem generis cum eo cui accomodatur: adiunctam autem non oportet, & ita pars illa motus cum sit mensura coniuncta erit eiusdem rationis: tempus vero, quod est mensura separata, non est necesse vt sit eiusdem rationis cæterum possumus, & duobus alijs tunc. Respondere melius primo, vt non ideò tempus vnam solam motus partem metiatur, & illam rem cum motu, quod oporteat metiri, ita esse eiusdem generis cum eo, cuius est mensura, vt si pannus fuerit mensus, & mensuram ponant esse, necesse sit vt Philopponus existimat: sed quod motus cœli æternus est, & æterna non possint tempore contineri nisi ratione partium, proinde tempus non potest totum simul motum metiri: sed aliquam partem, quod vero scribit Aristoteles mensuram esse eiusdem generis cum eo, quod sub mensuram cadit hunc habet, si quod metitur continuum fuerit, & mensuram continuam esse oportet: si vero deiunctum, & mensuram: oportet etiam esse de iunctam. Quod si permanens fuerit, & mē sura per manens sit, necesse est, & sic de reliquis, Denique si successiuum mensuram etiam in successione potentiam esse necesse sit deinde, vt ideò tempus non totum motum: sed partem aliquam metiatur, quod oporteat mensuram esse minimam, vt enim denarium metiaris, non summas alium denarium, sed vnitatem, nec vt deprehendam longitudinem panni mensuram corpus, quæ sit æquè longa, sed vltimā, pari ratione, vt diurnum motum metiare non æqualem summes mensuram; sed horam qua tamquam minima vlterius ad totum motum metiendum est, autem hoc loco obseruandum, ad quod ait Aristotiles in capite. 12. ad principium non solum tempus esse mensuram motus: sed etiam motum esse mensuram temporis, & spatij in quo fit, cum quo omnes consentiunt, at in spatio quidem metitur motus longitudinum, in tempore vero motam, & durationem, est tamen discrimen inter tempus, & motum ratione mensuræ, vt exponunt Simplicius Themistius, & Philopponus scribentes in eum Aristotelis locum, & Auerro. hoc lib. & commentar. 112. & sequenti, & Albertus tractatu. 3. lib. & Sanct. Thom. lectione 19. nimirum, quod tempus sit mensura motus visua, & per se, & tamquam prius posterioris motus, tamen sit mensura temporis non vi sua, & per se: sed quasi per accidens, vt loquuntur Auerro. Albertus, & Greci interpretatur, siue ratione nostri, vel quo ad nos vt ait Sanct. Thom. cum autem dicunt, & alij motum esse mensuram temporis, quasi per accidens loquuntur de mensura naturali, & ex naturæ institutione, natura enim solum instituit, vt mensuram motus: motus tamen non est mensura temporis, vel spatij ex naturæ institutione, sed solum ex institutione, & arte humana, vt patet ex motu horologij quò metimur durationem nostrarum actionum, & ex passu vel pede quo metimur locorum distantiam. quamuis enim habita ratione institutionis naturæ motus sit mensura temporis, quasi ex accidenti; tamen

quo ad nos, & ex hominũ inſtituto ſermo negat motum proprie, & per ſe eſſe menſuram, & ſpatij per inde, atque vlna, & eadem menſura ſunt, quemadmodum enim menſura naturalis extenſionis ſubſtantiæ eſt quantitas inſita, & inhærens (vt diximus capite de quantitate) nam tanta eſt res vnaquæque, quanta eſt in hærens quantitas, vlna autem, & palmus eſt menſura, quaſi accidente extenſionis ſubſtantiæ ſi ſpectetur naturæ inſtitutio: nihilominus tamen habita ratione inſtitutionis humanæ cenſetur vlna, & palmus menſura per ſe: par i ergo modo ſi conſideretur naturæ inſtitutio, motus eſt menſura temporis, quaſi ex communi ac ratione noſtri, & conſiderata, vt eſt humana eſt menſura per ſe non modo temporis, ſed etiam ſpatij.

Altera aſſertio eſt tempus metiri, quoque quietem, ex accidenti tamen: cum enim tempus ſit ſucceſsiuum, per ſe quidem eſt menſura motus, qui etiam eſt ſucceſsiuus: per accidens vero quietis quatenus eſt priuatio motus, dicitur enim aliquid toto tempore quieuiſſe quia toto tempore non eſt motum cum moueri potuiſſet vel eſſe, quia vnius corporis quies ſemper eſt cum motu alterius corporis, quem per ſe metitur tempus, & ex accidenti, quietem illico exiſtentem, ſcilicet per accidens dicitur tempus metiri quietem, quia id quod per ſe menſuræ ſubijcitur, debet habere duas actiones, & vt ſit eiuſdem generis cum menſura hoc eſt, vt habet ſimilem quantitatis modum, & vt poſsit á menſura circunſcribi: ſic ergo motus per ſe ſubijcitur menſuræ temporis. Nam omnis motus circunſcribibitur tempore, quia quouis motu ſummi poteſt tempus maius, habet etiam motus ſimilem quantitatis motum, ſicut tempus eſt ſucceſsiuus. Quare eſt illi homogeneus: quies enim per ſe non menſuratur tempore, quia deeſt illi ſecunda conditio: non enim habet quantitatem ſucceſsiuam, ſicut tempus, ſed tantum per accidens, quoniam habet priorem conditionem nimirum, vt circunſcribatur terminis Phyſicis.

Tertia aſſertio eſt, tempus eſt quorum menſura omnium ſubiectorum, quæ oriuntur, & intereunt: quamuis enim eſſe ſubſtantiæ ſit indiuiſibile, & totum ſimul carens omni ſucceſsione (vt ante probatum eſt) tamen, quia incipit, & deſinit, & continetur ſimibus temporis eſtque perpetuo connectum cum accidentibus mutationibus per quas, & gignitur, & corrumpitur, debet profecto ſubijci tempori, vt menſuret, & hæc eſt ſententia. Diui Tho. prima parte quæſtione decima articulo quarto ad tertium, & Durandi in ſecundo, diſtinctione prima, quæſtione ſexta, volunt enim tempus non ſolum metiri motum, & quietem: ſed etiam ipſum eſſe ſubſtantia cum quæ generantur, & intereunt, & eſt plane ſententia etiam Ariſtotelis hoc loco capite. 12. vbi ſcribit, quæcumque comprehenduntur tempore, aliquando ſunt, & aliquando non ſunt eſſe in tempore tamquam in menſura, itaque ſolum excludit á tempore res æternas, & que non poſſunt eſſe veré: tamen omnes generabiles ſubijci tempori. Obijcies menſuratum eſſe homogeneum, ſeu eiuſdem rationis menſuræ: ſed tempus eſt ſucceſsiuum, & eſſe ſubſtantiæ caret omni ſucceſsione: non ergo eſſe ſubſtantiæ poteſt tempore menſurari? Reſpondetur hoc argumentum concludere quidem huiuſmodi non menſurari per ſe primo, ſicut motum, quod nos etiam nos libere fatemur non concludere: tamen nullomodo per ſe ſubijci tempori, ſed hac de re Paulo poſt non nihil etiã annotabimus.

(.?.)

ARTI-

ARTICVLVS. V.

Vtrum in toto tempore sit vnum instans vel momentum.

Difficile tamen intellectum est, toto tempore idem esse momẽtum per nullum tempus durare posse videatur. Vt ergo hanc dubitationem dissoluamus exponendum est primum, quo pacto in linea, idem sit punctum, & quo pacto diuersum item, & id quod mouetur in motu. non enim apte possumus explicare, quo pacto momentum sit idem nisi illud cum puncto est immobili comparemus, quod etiam Aristotiles fait capite. 11. cum hac dere loquitur. Punctum ergo in linea duplex est vnum externum: & alterum internum, externum est, quod suo fluxu efficit lineam, vt fingunt geometræ dicitur externum, quia non spectat ad rationem lineæ constitutæ, cum enim vnum sit, & impartibile non potest esse in diuersis partibus lineæ, quare non continuabit partes lineæ, neque potest esse terminus lineæ, quia linea, vt minimum clauditur duobus punctis, & hoc punctum est in tota linea, quam efficit suo fluxu: internum est, quod terminat lineam, estque copula partium lineę, quod sane non est vnum: sed duo actu quibus linea clauditur, & infinita potest, esse, quia linea infinitius diuidi potest, diciturque interna, quia in definitione lineę collocat quia linea est quid continuum, cuius partes copulantur ad punctum; tum vt termini, tum vt nexus partium lineę. Nam linea continua est, & continuum definitur cuius partes communi nexu copulantur. Item quod mouetur dupliciter spectari potest primo vt res quædam est; deinde vt aliter, atque aliter se habet in isto motu, vel vt lapis primo vt lapis est considerari, potest deinde vt modo est in hac parte spatij, modo in illa; si quod mouetur spectetur primo modo vnum est, & idem re ipsa in toto motu, secundum autem secundo modo aliud est; atque aliud videtur, nunc esse hic: nunc vero illuc, atque hæ diuersæ existentiæ eius quod mouetur in diuersis partibus spatij sunt illa, quæ vulgo dicuntur mutata esse, quæ ad motus rationem spectant, vt motum terminent, & continuunt. Ex his Analogice potest facile intelligi vnum esse re ipsa momentum in toto tempore, & infinita ratione differentiæ. Nam vt punctum sic, & momentum duplex est, vnum internum, & alterum externum, externum est, quod suo fluxu efficit tempus, diciturque externum eo quod ad temporis rationem non pertineat quippecum, nec terminet tempus, nec sit vinculum partium temporis: internum vero est, quod terminat tempus, & copulat partes temporis quatenus quantitas continua est, si igitur de momẽto externo sermo sit, prima sit assertio.

Prima assertio, illud vnum est in toto tempore, quod præter Arist. rationem sic persuaderi potest, vel momento succedit proximé aliud momentũ, vel pars aliqua temporis momento momentum proximé succedere fieri non potest, quoniam nulla temporis pars potest simul tota existere, cum tempus successione consistat. Sequitur ergo vt sit in toto tẽpore vnũ & idem re ipsa momentum, hoc autem est existentia primi cœli, quatenus in quodã fluxu posita est, vt punctũ quando mouetur posit se relinqui lineã, sic existentiam parti cœli continenter fluens causa est temporis: hęc autẽ existentia ex sua natura est vna numero in toto tempore, sicut & id quod mouetur in toto motu: at spectata, vt in continua quadam successione posita est alia ato; alia, & id quod mouetur diuersum est, vt est in diuersis partibus spatij, quod si de intermomento loquamur.

Sit secunda assertio, non est vnum tantum momentum, sed multa duo quidem terminantia quamlibet partem finitam temporis, & infinita potestate, quæ partes temporis copulant, atque hæc nihil aliud sunt, quam indiuisibiles modulæ, quas existentia suo fluxu efficit. Nam vt tempus sequitur totum motum, sic momentum sequitur mutatum esse, vt enim tempus est duratio motus, sic momentum est duratio mutati esse, at mutatum esse durationem quandam habet indiuisibilem quandoquidem, quod mouetur in continua successione positum est, nec in aliqua parte spatij aliquando sistit alioquin quiesceret. In ternum: ergo momentum est impartibilis mora existentiæ primi cœli, quę mutati esse mensura est, sicut tẽpus totius motus. Ex his colligitur cõtradictio, quæ videtur esse in Arist. nam cap. 10. dixit momentum nos metiri tẽpus, & cap. 11. asseruit momentum metiri tempus, illic enim loquitur de momento interno hic vero de momento externo: dicitur autem metiri tempus, vel quia suo fluxu efficit temporis, vt punctum lineam vt fingunt geometræ, vel quia ex cognitione momenti vnius in cognitionem temporis, sicut ex eo quod mouetur in cognitionem motus, atque propositum quęstionem. Ita soluit Sanct. Thom. 1. p. quæst. 10. art. 4. ad secundum & ibidem Caiet. & in opusculo de instantibus cap. 2. & 3. & ita etiam sentiunt Capreolus. 2. sententiarum distinct. 2. quæst. 2. art. 1. & art. 3. ad secundum & ad alia argumenta contra secundam cõclusionem & Ferr. hoc lib. quæst. 6. & certe vix potest intelligi quod Arist. scripsit in cap. 11. de tempore compositi momenti nisi huiusmodi duplex momentum constituatur. Vnde Simplicius hoc lib. commento. 109. & Auerr. com. 103. & 104. illud plane, & in tempore agnouerunt: Scotus vero tertio Meth. c. 3. exponens Arist. qui eo loco ait in tempore esse multa momenta, scribit quod hoc loco ait Arist. esse in toto tempore vnum momentũ intelligendum esse, non numero; sed specie Simplicius inquit loco citato vnum, non re: sed subiecto nã semper est in subiecto.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum tempus pẽdeat ex anima, & quomodo?

SVB obscurum per difficile est intellectu tempus ab animo pendere, ita vt cõsulto tolletur: primum enim si ita sit, nihil distabit ab ente rationis: at cum tempus sit quantitas non potest esse ens rationis, non igitur, vt sit, tempus opus est animo. Deinde licet animus nihil cõsideret tunc cęlum mouetur, & successione: atq; fieri non potest vt cœlum successione moueatur, quin statim sequatur tempus, cum nihil aliud sit, quam duratio motus primi cœli. Sequitur ergo vt tempus sine vlla animi cogitatione esse possit. Huic dubio sic quidam Resp. in tempore inquiunt duo continentur, vnũ est velut materia, scilicet partes motus; alterum velut forma, scilicet numerus: id ergo quod in tempore est, vt materia sine animi cogitatione cohæret. Nam si intellectus nihil consideret tũ erit motus, quod vero est vt forma sine animi cogitatione esse non potest, quod ita persuadet rerum quæ numerari possunt, quędam permanent, vt lapides, qui neque vt sint pendent ex animo, neque vt aliquo numero contineantur, licet enim motus intellect⁹ numeret lapides: tunc & erunt lapides, & aliquo certo numero continebuntur, quia ad rationem numeri numerati in rebus per manentibus non spectat, vt res actu mensurentur, sed vt numerus possit: quædam vero sunt quæ non permanent, sed existunt in successione, ita vt repugnet illis habere partes simul cohærentes, & in his vt sit aliquis numerus necesse est,

se est, vt sit actu mensura, quæ partes præteritam, & futuram apprehendat, & eas veluti cogitatione conseruet, quoniam rerum huiusmodi partes nullo modo simul esse possunt sine cogitatione. Sequitur ergo vt licet tempus sine animo numerante habeat fundamentum in re, nec sit prorsus figmentū quatenus est motus; tunc vt numerus, quæ est perfecta; & absoluta ratio temporis non sit nisi mens numeret, ac primæ rationi obiectæ sic. Resp. tempus non esse ens rationis: sed verum ens rei: est enim velut natura cui intellectui tribuitur, vt sit vniuersa alterum sic diluitur, vt fateātur sublata cogitatione fore cæli motum, ac proinde fore tempus: sed tantū ratione materiæ, ex quo non sequi aiūt vt tempus sit secundum suam absolutam, & perfectam rationem sine animo natura, sine animo numerante numerus esse non potest, & hæc est perfecta ratio temporis; hæc quidem sententia probabilis est, eamq; videtur tueri Auerr. hoc loco cōment. 109. & 131. illi etiam fauet D. Tho. solutione 25. Boetius tamen vt referūt Themistius, & Simplicius omnino fuit in contraria sententia, hoc est tempus nullo modo requirere animum, vt fit quoniam licet animus non cogitet, & res tunc mouentur, & sunt in tempore, quæ sententia ideò solum reprehendit, quia tollit definitionem temporis.

Mihi probatur media sententia; quæ est Philopponi Themistij, & Simplicij, qui refert Alexādrum: aiunt enim cap. 14. vbi exponuntur, quæ ab Arist. propositā sunt tempus quidem aliquo modo perdere ex animo cum sit numerus motus, & numerus habet respectum ad id, quod numeret: numerum tamen esse in duplici differentia, hoc est, vel actu, vel potestate, & numerus actu numeratus respicit animum actu numerantē; quia autem non est actu numeratus: sed potestate respicit etiam animū potestate numerantem. Ad naturam igitur temporis non pertinet, vt sit numerus actu mē surat⁹: sed absolutum, vt possit numerari, ideòq; tempus est perfectio, & absolutum secundum suam rationem, etiā sublata actione numerantis, & adhuc dubie est sententia Arist. vt potentia quicū que dixisset sublato numerante, numerum esse non posse statim subiunxit numerum esse, aut illud, quod mēsuratur, aut mensurabile ipsum, & includit tandem prius, & posterius esset in motu: tēpus autē esse habet, vt manantialia sunt. Vnde perspicuum est iudicio Arist. ad rationem temporis non pertinere, vt sit numerus motus actu mensuratus: sed esse satis, vt numerari possit, & in hęc sententia, vt ego arbitror; est etiam D. Tho. si attente legatur potestq; id ita esse demonstrari his rationibus. Primum, tempus est numerus motus primi cœli: motus autem primi cœli non pendet ex nostra intelligentia; igitur neq; tempus: quod si motus ille pendeat ex intelligētia mouente, quæ etiam vocari solet anima cœli: pendebit quidem ex illa, & tēpus: non tamen, vt numerus est: sed quia sublato motu tēpus esse non potest, deinde vt sit tempus perfectum satis est esse momentum copulans præteritum, & futurum, vt etiam aduersarij fatentur: igitur sine animi cogitatione est tēpus perfectum secundum nostram naturā. Propositio ita probatur, nam esse perfectum nascitur ex actu, tūc enim res perfecta est cum actum suū adepta est: sed actus alius est permanens, vt candor, & frigus: alius successiuus, vt motus, & ita esse rerum permanentium est ista existere, vt habet partes simul cohærentes esse: tamen rerum, quę fluunt est ista existere, vt naturales prorsus habent partes simul cohærentes: sed in vno influxu cō sistant, qua propter secundum naturam suam perfectus sit, non opus est, vt partes habeat, quæ simul sit: sed satis est vt sit aliquid impartibile, quod continuit præteritum, & futurum: si enim hoc satis non esset profecto, neq; motus esset perfectus secundum suam naturam sine

animi cogitatione, vt patet in quo multæ sunt partes simul existentes. Huc etiã pertinent duo argumenta in principio, posita & enim prima responsio non satisfacit, nam vt in vniuersali respectes ipsam vniuersitatiõnẽ illa est eius rationis, quia nihil est sine animi cogitatione sic in tempore. Fides propriam temporis rationem nõ esse sine cogitatione sequitur, vt id quod tempus est sit omnino ens rationis, licet sine animi cogitatione motus existat, quia motus non est tẽpus: sed numerus motus, quem dicis nullo modo esse sine cogitatione; neq; etiã secunda solutio tollit difficultatem, nã si concedas sine cogitatione esse momẽtum copulans præteritum, & futurum necesse est fatearis sine cogitatione tempus esse perfectum, quia vt dictum est res successiua, hoc differt á permanente quæ res permanens non sit nisi eius partes simul existant: res tamen successiua non requirat, vt partes simul sint: sed sat est vt existat id, quod vinculum est partis prioris, & posterioris, quod autẽ Aristoteles ait tempus sine anima esse non posse duob⁹ modis explanare possumus: primum, vt quemadmodum lignum, quamuis partes actu habeat tamen illæ quia continuatæ sunt non possunt actu esse in aliquo numero nisi mens sit, quæ numeret illasque comparet, sic etiã licet tempus partes actu continuat præteritam, & futuram copulatas momento: tamen illæ nullo modo poterunt aliquo numero contineri, nam quod non existant: sed quia continuatæ sunt nisi mens simul apprehendat, inuicemque distinguat verum non spectat ad rationem temporis, vt eius partes sic actu numerentur: sed satis est vt numerari possint quamobrem tempus sine mentis cogitatione perfectũ erit: deinde vt quãuis tẽpus ex mentis cogitatione non pendeat, ita vt sine ea esse non possit: pendeat tamen pro vt actu est numerus, & mensura motũ, hoc est pro vt actu ad motum metiendos applicatur, nã & si tẽpus ex sua natura sit numerus, & mensura: motus tamen actu nõ metietur motum, nisi motui applicetur: vt autem applicatur opus est anima, velut etiam vlna est mensura longitudinis: tamen nisi longitudini applicetur, non potest eam metiri, nã conditio sine qua, mensura nõ metiretur est applicatio, at nõ pertinet ad rationẽ temporis, vt actu applicetur, quare poterit tẽpus sine cogitatione esse perfectum. Ex his patet etiam solutio aliarum duarum rationum quamquã capite 10. probauit Arist. non esse tempus quia non cohærent partes: ea enim, quę in successione perficiũtur partes simul non cohærent.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum tempus sit vnum tantum numero, & in quo primo sit?

IN hac re est sententia antiquorum, quam videtur sequi Sot. in hoc lib. & Caiet. 1. p. q. 10. quod tẽpus sit solũ vnum numero, quæ etiam sententia videtur esse S. Tho. loco citato, & Arist. hoc cap. 14. qui laudat sentẽtiam illorũ Philosophorũ, qui dicebant non multiplicari tempora, quamuis multiplicentur circulares. Vnde in cœlo ponendæ sunt plures circulationes, & vnicũ tantum tẽpus: ergo sequitur non esse plura tempora.

Sed rationibus arguitur. Primo tẽpus est mensura motus: sed solum est vnica mensura, motus scilicet duratio primi mobilis: ergo vnicum tantũ est motus. Minor probatur, nam mensura debet esse certissima regularis, & vniformis, ad hoc, quod per ipsam certificemur de mẽsuratione: sed solum duratio, quæ est in motu, id est mobilis habet istas cõditiones, vt constat: ergo solũ ista duratio est tẽpus, ac per cõsequens est vnicũ tantũ tẽpus. Secũdo si tẽpora essent plura, maxime,

me, quia in quodlibet motu esset suũ pro priũ & intrinsecũ tẽpus: sed hoc est falsũ: ergo, &c. Probo minorẽ nõ est in quolibet motu priº, & posterius: ergo nõ est in quolibet motu tẽpus. Minor rursus probatur, quia solũ motus localis per spaciũ: ergo solũ ille habet prius, & posterius. Consequentia tenet, quia prius, & posterius motus causantur à spatio. Tertio tempora distinguerentur per motus: ergo æqualis esset distinctio inter tempora, & motus: sed motus sunt diuersorum generum, nam quædam est ad quãtitatem alter ad vbi, &c. & tamen tempora non possunt differre genere, quoniam tempus, & species quantitatis, & solum ponitur in illo genere, ergo, &c.

His non obstantibus notandum est, quod dupliciter potest vsurpari tempus: vno modo pro durationẽ successiua, quę est in motu, alio modo pro durationẽ, nõ quacumq;: sed vniformi, & quę sit aliarũ mensura. Sit ergo prima cõclusio, in vnoquoque motu est intrinseca duratio, qua sit tẽpus. Probatur primo testimonijs Arist. qui in tex. 3. dicit tẽpus vbiq; esse, quia vbiq; est motus: ergo sentit tẽpus esse intrinsecũ vnicuiq; motui, nec valet solutio si dicatur tempus est vbiq; extrinseca denominatione, quia hac ratione vlna diceretur esse vbiq; 2. tex. 113. dicit, quod sicut septenarius diuiditur in plures septenarios, sic tẽpus in plura tempora quid clarius, & in eodem tempore dicit tẽpus esse numerum cuiuscũque motus: sed ratione hoc ipsum cõfirmari potest, quia tẽpus est numerus numerans: sed numerus numeratus distinguitur per distinctionem rerum, quæ numerantur (vt constat;) ergo distinguitur tempus iuxta dispositionem motuũ, qui mensurantur.

Sed vrgentius sic argumentor, in quolibet motu est assignare prius, & posteriº intrinsicè: ergo in quolibet motu est tẽpus. Consequentia tenet, quoniã motus est prius, & posterius motus. Antecedens probatur, quia quilibet motus intrinsicè est successiuus: ergo quilibet illorum habet intrinsicè vnam partẽ post aliam, ac per consequẽs tempus. Tertio, si cessaret motus cœli, vt cessauit tẽpore Iosuę, & manerent alij motus maneret tẽpus: ergo non solum est tempus in motu primi mobilis: sed etiã in quolibet motu. Dices, quod tunc maneret tempus in motu illo, qui esset magis regularis. Contra quia per hoc, quod alter motus cesset nihil ponitur in hijs motibº inferioribº: ergo si cessante motu primi cœli in his intrinsicè tempus. Contra similiter erat, sicut si nunc Deus faceret aliud corpus cœleste magis regulare, & vniformę in pio motu, quam istud nihil auferet à motu isto, qui nunc est ergo esset in illo intrinseca duratio absq; vniformitate.

Sit secunda conclusio, tẽpus quod est mensura vniformis aliarum durationũ solum est vnum numero, & subiectiue in motu primi mobilis. ¶ Pro cuius conclusionis intelligentia nota, quod sæpe diximus quod mensura est duplex alia extrinseca: alia vero intrinseca est in eo quod mensuratur, siue vt partes eius qua ratione partes lineæ mensurant totam lineam, siue vt accidens eius qua ratione quantitas, quælibet mensurat totam lineam, siue vt accidens, siue qua ratione quantitas, quælibet mensurat substantiam inqua est: mensura vero extrinseca, quæ non est in eo, quod mensuratur aliquo modo ex his quando dicit quod mensura debet esse certa vniformis, & regularis de mensura solum extrinseca est sermo, non de intrinseca, nam per mensurationem intrinsecam non certificamur de mensurato: sed per extrinsecam: hæc autem extrinseca est duplex; quędam est ex institutione hominum, vt vlna: alia vero ex natura rei: Qua ratione est intelligenda nostra conclusio de mensura extrinseca, quia non negatur quod libet tempus esse mensuram intrinsecam sui motus, quamuis non sit

regu-

regularis, & vniformis: ſed ſolum eſt ſer mo de extrinſeca, nam ex natura rei habet duratio primi cœli, quod ſit mẽſura extrinſeca aliarum durationum, & motuũ. Quod probatur primo, quia iſte motus eſt velociſsimus, ac per conſequens eius duratio eſt vniformis. Secũdo quia eſt motus cauſæ vniuerſaliſsimæ inter omnia corpora. Tertio, quia eſt perpetuus. Quarto deniq;, quia eſt notiſsimus ſui ratione ſenſibilium accidentium, ſcilicet luminis, quod diuerſimode appareret propter diuerſitatem motus. Vnde hac ratione dicitur in ſcriptura; quod luminaria cœli fuit Deus, vt eſſent in ſignia, & tẽpora id eſt vt per ipſe cognoſceremus motum primi cœli, & eius durationem, ac tempus.

Sed obijcies potius motus cœli, & eiꝰ durationem per aliam menſuramus, ſcilicet per horas horologiorũ, &c. Reſpõ. quòd hoc eſt per accidens, & quo ad nos qui ſic oportet diuidi durationẽ cœli, vt à nobis cognoſcatur: at vero ex natura rei eſt cõtra motus cœli, & eius duratio menſurat motus horologiorum.

Ex his facile eſt ſoluere argumenta in principio poſita ad primũ ex authoritate S. Tho. Reſp. quod ille ſolum vult quod ſit vnicum tempus quod ſit menſura aliorum vniformis vt probatum eſt á nobis in ſecunda concluſione, & nõ negat, quod in vnoquoq; motu ſit intrinſeca propria duratio.

Et idem dico ad authoritatem Ariſt. quod etiam laudat ſententiam antiquorum, qui ponebant vnicum eſſe tempus, quod eſſet cœterorum omnium menſura, vel dico quod Ariſt. tantũ dicit, quod in cœlo ſit vnicum tempus, & vnica duratio quamuis ſint plures circulationes non autem loquitur de durationibus aliorum motuum.

Ad primam rationem iam patet ſolutio, quod ſcilicet loquendo de menſura extrinſeca qua menſurantur omnes motus eſt ſolum vna: tamen præter hanc eſt duratio intrinſeca cuicumq;, motui, quę quidem non eſt magis vniformis quam motus cui ineſt, & hoc eſt tempus.

Ad ſecundam etiam rationem etiam patet ſolutio, quod in quodlibet motu eſt intrinſicé prius, & poſterius, quæ ſumitur ex ordine ad latitudinem, ſpacij vel termini, qui per talem motum acquiritur, ſicut eſt intrinſicé in quolibet motu ſucceſsio propter eandem rationem.

Tertium argumentum petit, vt explicemus quomodo diſtinguantur durationes iſtę, & tempora, quę ſunt intrinſeca ipſis motib⁹ & in hac redico primo quod quamuis motus diſtinguantur genere non tamen durationes ratio eſt, quia duratio non ſequitur ad motum ſecũdum quod inreductiue in prædicamento termini: ſed quod eſt reductiue in prædicamẽto quãtitatis: at vero vt ſic omnes motus ſunt eiuſdem generis: ergo & duratio etiam viuit cumq; motus eſt prædicamenti quantitatis.

Sed dubium eſt vtrũm differant ſpecie ſaltem iſtæ durationes, nam videtur, quod ſic. Primo, quia motus etiam differunt ſpecie ſecundum rationem extenſionis: ergo & durationes, quæ ſunt proprietates illorum. Secundo, quia aliàs ſequeretur de eo accidentia ſolo numero diſtincta eſſe in eodem ſubiecto ſicut ſi moueatur aliquod corpus ſimul augmentatione, & motu locali vnicuiq; iſtorum motuum eſt intrinſeca propria duratio: ergo ſequitur, quod ſint duæ durationes eiuſdem ſpeciei in eodem ſubiecto. Tertio, quia ſaltem duratio motus primi cœli differt ſpecie ab alijs quoniam illa eſt regularis, & vniformis alia vero non.

His tamen non obſtantibus oppoſitũ docet expreſſe hoc loco Ariſtot. tex. 132. qui dicit, quod tempus diuiditur in plura tẽpora ſicut ternarium in plures ternarios: ſed plures ternarij non differunt ſpecie: ergo nec tempora ad primũ poſſumus negare cõſequens, quod ſcilicet motus differant ſpecie ſecundum quod ſunt in genere quãtitatis: ſed ſolum differunt

ferunt specie, vel genere in quantum pos nuntur reductiue in prædicamento, vbi ponitur terminus. Nam vt sic est eadem differentia inter motus, qui est inter terminos. Vel secũdo dico, quòd licet motus differant specie: non tamen tempora, quia tempus est proprietas omniũ motuum secundum rationem genericam, motus scilicet pro vt successiuus est, & quamuis proprietas subiectorum diuersorum, quæ dimanant ex vltimis differentijs eorum differant specie: quando subiecta differunt: non tamen proprietates illæ conueniunt illis secundum rationem genericam, sicut visus in homine, & in equo sunt eiusdem speciei, quoniam sequitur naturã hominis, & equi pro vt conueniunt in ratione generica communi, & ita dicendum est in proposito de durationibus, quæ sunt in motibus diuersę speciei.

Ad secundum Resp. quòd non est in cõueniens duo accidentia solo numero distincta esse in eodem subiecto dummodo subiectum, quo sit diuersum, & quia diu ratio ista subiectatur in ipsa substantia medio motu, ita quod motus est subiectum quo ideò possunt esse durationes solo numero distinctæ in eodẽ subiecto, quod medijs tamen motibus diuersis.

Ad tertium dico, quòd motus regulares, & non regulares possunt esse eiusdẽ speciei essentialiter, quamuis habeant accidentia diuersæ speciei (vt dicemus in 5. Physico.) & hoc modo duratio motus primi cœli, & aliorum est eiusdem speciei, quamuis illa sit regularis, & vniformis: alij vero non item. Sistat hic, Philosophus addiscẽs, nec vlta fas est, vt pro re dicatur in hoc libro.

SECVNDA PARS

quæstionis, De naturalis entis motus mensura, quod est tempus in communi, & in ordine ad alias durationes consideratum?

SI bené memini, cap. de quãtitate in Logica, propter difficilem quantitatis in communi cognitionẽ, opus fuit prius singulas species (quãuis à posteriori) percurrere, vt ex earundem) cõuenientia facile ratio generica, & communis colligeretur. Hæc ergo eadem ferè methodo seruata in præsenti, necessum fuit prius in particulari, essentiam temporis dilucidare, vt postea melius eiusdem ad alias durationes combinatio fieret, omniumque simul vna ratio cognosceretur: de quo quinque mihi se obtulerunt disputanda. Primum in quo tempus differat ab alijs durationibus? Secundum si in qualibet re creata sit sua intrinseca duratio idem secundũ rem cum existentia illius? Tertium si duratio in communi recte diuidatur in successiuã, & permanentem? Quartum si durationum distinctio sumatur ab existẽtia, & modo existendi? Quintum & vltimum vtrùm inter omnes durationes detur vna vt aliarum mensura. Hæc omnia propter perfectos in Philosophia posita, & adiecta sunt.

ARTI-

ARTICVLVS. I.

In quo differat, tẽpus ab æuo, & æternitate, & tẽpore, discreto, & vtrũ oẽs res creatę mensurẽtur tẽpore?

NOtandum est in principio, tres esse durationes in rerum natura ex cõmuni omniũ sententia, scilicet æternitatẽ, æuum, atq; tẽmpus, quos quidem sic distinguit Perey. quòd æternitas sit duratio mensurans res, quæ nõ habẽt principium, & finem: æuum vero mensurat res, quæ non habent finem: habent tamen principium: tempus denique est mensura eorum, quæ habent principium, & finem. Et si obijcias illi; quare ergo non est in alia quarta duratio, quæ mensuret res, quæ non habent principium: habent tamen finem. Resp. quod quia nulla est res habens finem, quæ careat principio: solus enim Deus optimus maximus est sine principio: sed & ipse iam est sine fine: at vero multa sunt, quæ carent fine, & habent principium, vt Angeli, & anima rationalis: sed tamen, quamuis in hoc bene Pereyra: non tamen sufficienter distinguit inter has durationes, nam constat ex sententia Aristotilis tempus fuisse ab æterno: imo, & secundum aliquos Theologos potuit Deus facere, & tempus, & motus ab æterno: & tamen tunc tempus non haberet principium, nec finem, & non esset æternitas. Tum etiam secundum opinionem D. Thom. visio beatifica cuiuscumque beati mensuratur æternitate, & tamen habet principium, & non implicat etiam habere finẽ; istæ ergo differentiæ, quas Perey. adducit inter has durationes nõ sunt omnino verę, præter quã q̃ sunt accidẽtales.

Dicendum ergo est, omissis multis sententijs, quòd istæ durationes distinguantur, vt docet S. Th. penes hoc, quod æternitas mensurat rem, quæ est omnino inuariabilis, tã secundũ esse, quam secundũ operationẽ, qualis est Deus cum mensurat res quasdã iuuariabiles secundũ esse: variabiles tamen secundum operationem, quæ est anima rationalis, Angelus, & cœlum secundum suam substãtia: tempus denique; res vtroq; modo invariabiles sunt, & motus.

His ergo ita suppositis circa præsentẽ quæstionẽ fuerunt aliqui, quos refert Perey. cap. 6. & Henr. quolib. 5. q. 11. qui existimabant res omnes creatas tẽpore mensurari, quorũ sententia cõfirmari potest ex sententia, & doctrina Aug. 8. super Gene. cap. 12. explicãs quomodo creaturæ, & pẽdeant à Deo inquid, q̃ res omnes pendent ab eis, sicut aer in sua illuminatione à Sole, qui nunquã est factus lucid⁹: sed semper fit lucidus: semper ergo creatura quã diu est fit á Deo: sed fieri mensuratur tẽpore, ergo & esse cuius cumq; creaturæ. Et confirmatur, quia cõseruatio nihil aliud est; quã continuatio actionis, qua res producitur: sed actio, qua aliquid producitur de nouo mensuratur tempore, vel in instanti: ergo & cõseruatio: sed quã diu res creata existit cõseruatur: ergo mensuratur tẽpore quando existit.

Sed in hac re certũ est, vt separem⁹ certa ab incertis motũ omni tẽpore mensurari: sed patet ex dictis, quia tẽpus mẽsurat res variabiles: sed motus in sua ratione includit variationẽ: imo hoc ipsum quod est moueri, est variari: ergo motus tẽpore mensuratur. Si autẽ obijcias, q̃ motus cœli ex opinione Arist. est infinit⁹ sine principio, & fine, ac per consequens mẽsurari nequit. Res. q̃ quãuis infinitũ secundũ se totũ nõ possit mensurari: potest tñ secundũ partes, (vt diximus cap. de quantitate) & ita ex Arist. quælibet circulatio motus cœli mensuratur tẽpore, quamuis omnes non dicantur simul mensurari, quia de quantitate ominum non potest aliquid certificari.

Sed dices secundo, mutationes instantaneas nõ mensurari tẽpore: ergo, &c.

Res.

Resp. verũ esse istas mutationes non mensurari tẽpore: tamen in instanti temporis, & sic motus successiuus tempore tãtum mensurantur; instantanea vero mutatio instanti.

Adeò verũ est hoc, quod dicemus motũ omnem, vel mutationẽ tẽpore mẽsurari, aut in instanti, quod etiã motus Angelorũ dicendũ sit tempore, vel in instãti etiã mensurari. ¶ Quamuis tempus illud sit diuersæ rationis ab isto, siue sit discretum, siue continuum: de quo tamen non est locꝰ disputãdi. ¶ Duo ergo sunt in ista quæst. alterũ est Deũ rerũ generabiliũ, & corruptibiliũ. An mensurantur tẽpore? Alterũ vero de esse rerũ incorruptibiliũ. Et vt ab hoc secundo incipiamꝰ sit prima concl. esse permanẽs, & aliarũ omniũ creaturarũ corruptibiliũ mensuratur quo: probatur manifeste, quia esse permanens in corruptibiliũ nõ mẽsurat tẽpore, quãdoquidẽ est omnino immutabile, nec dependet à motu, qui est variabilis. Tũ etiã non mensuratur ęternitate, vt cõstat, quia Angeli, & creaturę emnes incorruptibiles habent operationes variabiles; ergo à sufficiẽti partiũ enumeratione, & ex definitione cui constat, ꝙ mẽsuretur æuo. Contra hoc est argumẽtũ, quia vbicumq; est prius, & posterius, est tẽpus: sed in duratione qua mẽsurat esse Angeli reperitur prius, & posterius: ergo, &c. Probatur minor vt si Deus producit nũc vnũ Angelũ, & cras aliũ ille diceretur prior: iste vero posterior. Resp. ꝙ quãuis quũ in se nõ habẽt prius, & posterius: coexistit tñ in tẽpore nõ, inquo est prius, & posterius. Vnde vnus Angelꝰ diceretur prior alio, non in ordine ad propriã mensurã: sed in ordine ad nr̃am extrinsecã denominationẽ, quia scilicet coexistit tẽpore, ꝙ habet prius, & posterius. Qua ratione etiã dicimus Deũ fuisse ab ęterno: cũ tñ in Deo nõ sit præteritũ: sed tantũ coexistit ęternitas omni tẽpore præterito, & futuro. Et hoc est forte is, ꝙ ait Bona. in 2. d. 2. q. 2. quũ habere prius, & posterius sine innouatione, quasi nõ habeat in se: sed extrinseca denominatione, & quo ad nos per ordinẽ ad tẽpus nostrum. ¶ Sit secunda cõclusio essentia rerum generabiliũ, & corruptibilium mensuratur tẽpore. Et probatur ista conclusio, omne id, ꝙ dependet natura sua à motu mensuratur tempore, sicut, & ipse motus tẽpore mensuratur: sed esse generabiliũ, & corruptibiliũ pendet á motu primi cœli; ergo mensuratur tẽpore.

Et cõfirmatur in viuẽtibus ipsum esse substãtiale perpetuo cõsistit in variatione, quę fit actione caloris naturalis; ergo in ipsis magis patet, ipsum esse mensuretur tempore. ¶ Si dicas tẽpus est mensura successiua: ergo nequit mẽsurare res permanẽtes: sed esse generabiliũ, & corruptibiliũ est permanens: ergo, &c. Resp. ꝙ aliquid mensurare tẽpore stat dupliciter, vno modo primario, & immediate, & hoc modo mẽsuratur motꝰ: alio vero modo secũdario, & mediate, & hoc modo mensurãtur ea, quæ dependentá motu. Vnde esse rerũ generabiliũ, & corruptibiliũ quãdiu transmutatur secũdũ nutritionẽ, vel diminutionẽ solũ mensuratur tẽpore extrinsicé: sed ratione motus primi cœli á quo depẽderent at vero quãdiu durat mutatio vel dimanatio, vel alia quęcũque actio substantialis intrinsicé mẽsuratur tẽpore ratione illiꝰ actionis.

Superest Resp. ad argumẽtũ pro illorum sententia factũ, qui putabãt omnes creaturas mẽsurari tẽpore, & ad sententiam Aug. facilis est sensus verborũ ipse enim nihil aliud vult quã ꝙ res omnes dependent á Deo infieri, & in cõseruari. Vnde ipsum cõseruari appellat ipse perpetuo fieri: sed tñ quãuis fieri ipsum in principio mẽsuretur tẽpore, quia est mutatio: tñ cõseruari nõ mẽsuratur tẽpore, quia essentia vero nõ est mutatio: sed sola actio sine mutatione, & sic patet solutio. Ad confirmationẽ dico, quod conseruatio est continuæ actionis: non tamen pro vt mutatio est: sed pro vt productio termini, & ideò in principio illa productio tempore, vel instanti mensuratur

propte-

propterea quod in principio dicit variationem: poſtea vero dum cõtinuatur nõ menſuratur tempore, niſi ſit conſeruatio rerum generabilium, quæ dependẽt á motu: conſeruatio vero Angelorum, & aliarum rerum in corruptibilium nõ eſt huiuſmodi, & ideò hæc non menſuratur tempore.

De qua re videndus eſt in Theologia late Magiſt. Zumel 1. p. quæſt. 10. per varios articulos, & 2. tom. á quæſtio. 50. etiam per varios articulos iam de ſpecie hᵒ motᵒ in particulari Videdũ reſtat lib. 5. ſequenti. Sed dubitabis quid ſit tẽpus diſcretum?

Hoc nihil aliud eſt, quam duratio ſine ſucceſsione, habens termini principium, & finem ex natura ſua, & coexiſtens durationi diuiſibili, ſaltem imaginariæ hoc tempus diſcretum componitur ex inſtantibus in quorum vnoquoq; durat entitas aliqua omnino indiuiſibilis, & tota ſimul: quæ tamen corruptibilis eſt, & per tale inſtans coexiſtit durationi diuiſibili, ſaltem imaginariæ; alias enim quod componitur ex huiuſmodi inſtantibus non coexiſteret durationi diuiſibili; illa enim ratio quod indiuiſibile. additum indiuiſibili non facit maius non minus militat hic, quam in alijs indiuiſibilibus hac duratione durant multę ſpecies Angelicæ, & etiam noſtrę, quę ſunt totæ ſimul indiuiſibiliter, & quædã aliæ entitates corporeæ: quæ tamen permanent aliquãdo inuariatę ſine eo quod earũ eſſe ſit aliud, & aliud vt docet Sot. 2. d. 2. quęſt. 4. Duran. quæſt. 6. Henr. q. 11. Henor. quodli. 5. quæſt. 13. Dices omnia corruptibilia ſunt in continuo motu: ergo eorum duratio eſt ſucceſsiua. Reſpondeo non eſſe illas in cõtinuo motu ſaltem ſecundum omnes ſuas entitates, ꝙ manifeſtius eſt in inanimatis, nec video cur calor vt octo non poſſet, ſecundum quod calor eſt conſeruari totus ſimul coexiſtẽs alicui tempori: atq; adeò eius duratio tunc non erit intrinſicé ſucceſsiua. Reſp. quidam, quod entia corruptibilia, licet nõ ſemper mutẽtur ſubſtantialiter: ſemper tamen ſunt ex natura ſua ſubiectæ corruptioni ſubſtantiali, & id ſufficit, vt ſemper durent duratione ſucceſsiua. Contra quia dum entitas aliqua perſeuerat inuariata nõ datur in illa prius, & poſterius: ergo per ſe loquendo pro tunc natura durat duratione ſucceſsiua. Hæc enim requirit eſſentialiter dari prius, & poſterius in re illa cuius eſt talis duratio: ſolutio vero prædicta tantum arguit, quod entia corruptibilia ſunt capacia durationis ſucceſsiuę: non tamen quod ſemper durent tali duratione: ſed enim quod vt detur tale tempus diſcretum requiritur, quod vna duratio ſit immediate poſt aliam. Hæc pars concluſionis eſt contra quoſdam aſſerentes corruptibilia omnino durare tẽpore continuo, non modo quo ad motus, quibus mouentur: ſed & quo ad eſſe ſubſtantiale hi referunt pro ſe S. Tho. 1. p. quæſt. 10. art. 4. & 5. & de potentia quæſtione 5. art. 1. ad ſecundum, & art. 4. ad quintũ Albertus quæſt. 3. de cœuis: ſed certe ſi tantum volunt, quod corruptibilia ratione ſuorum motuum durant tẽpore cumq; abſolutę ſint motui ſubiecta, ideò abſolutè dicuntur temporalia. Arguentum quod pro ſe afferunt id opinantes, quia corruptibilia ſi non menſurantur duratione ſucceſsiua: ergo æuo: conſequens eſt omnino falſum (licet verum putauerinit Scot. & forte Henr.) ergo & antecedẽs. Reſ. negando ſequelã, quia vt patet ex dictis æuum eſt duratio omnino neceſſaria ab intrinſeco: at tempus diſcretum, & eius inſtantia ſunt durationes defectibiles tota fere iſta doctrina de tempore diſcreto, & eius inſtãtibus colligitur ex S. Tho. 1. p. quæſt. 53. art. 3. & 12. quæſt. 113. art. 7. ad quintum. Iam de inſtanti temporis diſcreti patet, ex ſupradictis, quod ſit duratio permanens: de inſtanti vero temporis cõtinui, quod ſit totum ſimul conſtat cum ſit omnino quid indiuiſibile: tantum, ergo ſupereſt probare, quod ſit duratio, quod

ſatis

istis videtur constare ex eo quod negari non potest aliquid existere posse, & non durare: sed aliquid potest existere vnico tantummodo instanti: ergo instãs est proprié duratio, licet respectu temporis sit quid indiuisibile omnino cõtinuatiuum, & terminatiuum illius, atq; adeò non sit tempus differt hoc instans ab instanti temporis discreti, quia hoc coexistit durationi diuisibili saltem imaginariæ: illud vero nequaquam ex dictis facile quiuis colliget æuo ne, an tempore, an in instanti durent entitates ordinis supernaturales, vt gratia charitas, lumen gloriæ, visio beatifica si semel cognouerit illarum naturam, quam explicare Theologicum negotium est.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in qualibet re creata sit sua intrinseca duratio, & idem secundum rem cum existentia illius?

COnclusio affirmatiua debet esse certa, scilicet quod in qualibet recreata est sua intrinseca duratio, quæ est idẽ secundum rem cum existentia rei: ab illa: tamen sola ratione ratiocinata distincta.

Prima pars conclusionis Gregor. 2. distintione 8. quæst. 1. & Ochan, & Nominalium Iand. quæst. 22. & Simplitij, & est eorum qui dicunt in quouis Angelo dari suum æuum. Ita Durand. 2. distinctione. 2. quæst. 5. Caiet. 1. p. quæst. 10. Capreolus, & alij Thomistæ. S. Bonauent. 2. distinctione 2. quæstio. 5. Henr. quodli. 11. quæst. 11. Soncl. 12. Metha. quæst. 55. & est fere omnium communis: omnes enim fatentur in vnoquoque Angelo dare propriam. & intrinsecam durationem licet (vt infra dicam) ergo sic de nomine. Vtrum quæuis illarum sit dicenda æuum; & similiter est quæstio. Vtrũ quæuis duratio rei corruptibilis sit dicenda, æuum, ergo. Hæc cõclusio primus á Tol. ex Aristotele 4. Physico. 11. vbi ait tẽpus est quid consequens motum, vt sic, & 4. Physi. 14. textu 130. ait tempus vbiq; est in terra, & in mari, & in cœlo, quia vbiq; motus est, & omnia sunt in tẽpore sicut in loco. Sed posset Respondeo., quòd tempus vbi est, quia vbiq; habetur præmanibus duratio primi mobilis ad mensurandos omnes motus, vt si vna aliqua vlna cuius volenti mensurasse præsto esset, vere diceretur esse vbicumq; : vrget tamen id, quod ait Aristoteles tempus esse seu habitum motus, & non restrinxit ad motum primi mobilis. Confirmatur, quia tex. 132. ait tempus esse numerum cuiusuis motus: sed non loquitur de numero numerante vt ipse fatetur: ergo de numerato; sed hic intrinsicè, & inhæsiue est in numeratis: at idem omnino non potest inhærere pluribus: cum ergo motus numerati plures sint erunt in illis tot durationes in hærentes, & ibidem ait tẽpus dici vnum, quo pacto septenarij plures hominum & lapidum, &c. si simul sint dicuntur plures materialiter formaliter vero vnus, & idem: sed hi septeriarij non sunt vnus numero: sed specie: ergo similiter tempora, & aliæ durationes. Confirmatur, quia vt docet Augustinus. 11. confessione 23. in illo prælio Iosuæ 10., & Ecclesiast. 48. cessauit motus Solis, & Lunæ, & tamen non dubium est quin tunc fuerit duratio in alijs motibus: ergo duratio non est intrinsicè, sed in vno, vel in altero; sed in omnibus, quæ existunt hęc duratio intrinseca est eodem modo intelligenda collocatio intrinseca nitur á quibusdam quam supra impugnaui sic. tamen nunc pro exemplo. Vnde sicut locus intrinsecus est quædam repletio spatij imaginarij ideſt destructio positiua priuationis loci intrinsici, sic etiam

dicendum est de duratione intrinseca, & sicut concipimus vnum ens habere maiorem locum intrinsecum, quam aliud, quia magis quasi extenditur per spatia imaginaria, sic vnum concipimus durare plus alio, quia plus quasi contrahitur per imaginariam successionem, & ita etiam concipimus mundum fuisse possibile per centum, vel mille annos ante sui creationem, qui anni imaginarétur, similiter si Deus annichilaret mundum, & iterum illum reproduceret posset esse intermedia maior, vel minor successio imaginaria inter reproductionem, & annichilationem, & hoc sit primum argumentum pro quo nis enim ens existens habet suũ locum proprium, & intrinsecum independentem á loco alterius: ergo similiter suam durationem, &c.

Quia certé sicut omnia entia sunt alicubi, ita sunt aliquando, nec est ratio cur primum magis: quam secundum habeant per rationem intrinsecam. Præterea negari non potest quin in Deo sua duratio, scilicet æternitas sit intrinseca: nec enim est in alio, (vt infra dicam quæstione 20. articulo primo,) & est entitas realis, vt ostendi articulo primo: similiter negari non potest quin in aliquo ente in corruptibili sit intrinseca duratio æuiterna, similiter negari non potest quin in aliquo ente corruptibili sit intrinseca duratio temporalis: omnes enim hæ durationes (vt dixi) reales sunt: sed non est maior ratio cur vnum ens existat, & duret duratione intrinseca, quam aliud: ergo, &c. Præterea spatium, seu latitudo vnius cuiusque motus distinguitur ab spacio, & latitudine alterius; atque adeò habet suum prius, & posterius proprium, & distinctum á priori, & posteriori alterius: sed motus habet suum prius, & posterius á priori, & posteriori spatij, & tempus habet á priori, & posteriori motus ergo quot sunt spatia, seu latitudines, tot sunt motus; atque adeò tot durationes temporales, & eadem ratio est de alijs durationibus. ¶ Confirmatur, duratio consequitur ad motum, & sic, nam quia talis, vel talis motus est: ergo quilis motus habet suam propriam durationem.

Hinc infero durationes aliquas duntaxat posse sibi esse contiguas, quales sunt partiales durationes formæ expulsæ á materia, & formæ illi succedentis in eadem materia. Vnde Durandus, secunda distinctione secunda, quæstione sexta, enim quinta & sexta: quando vero aliqua forma perficitur, eo pacto perficitur etiam eius duratio, & non dicitur alia, & alia duratio.

Secunda pars conclusionis est Sancti Thomæ prima parte quæstione. 10. articulo secundo dicentis Deus est sua duratio, quia est suum esse: nulla autem res creata est sua duratio, quia non est suum esse, & articulo sexto ait æuiternum non est suum æuum ob rationem dictam, quia non est suum id esse. Idem sentit Soncin. quinto, quæstione 56. Capreolus secundo distinctione secunda, quæstione quarta, vbi Scotus idem sentit de æuo: non tamen de tempore. Ratioq; eius est, quia partes temporis non correspondent proportionaliter partibus motus, nec contra (vt statim dicam) probatur conclusio, quia ex eo quod aliquid intelligatur existens, intelligitur durans seclusa, quauis alia entitate distincta realiter ab existentia: ergo, &c. Vnde infero tot esse durationes, quod existentias; atque adeò materiam primam in opinione Sancti Thomæ non habere propriam durationem distinctam á duratione formæ, licet sit res durans distincta, & argumenta, quæ contra hoc fieri possunt eadem omnino sunt cum his, quæ proposuimus quæstione tertia ad demonstrandum materiam primam habere propriam existentiam.

Tertia pars conclusionis est Aristo-

telis

talis, & omnium antiquorum, quia loquuntur de tempore, vt de accidenti motus, & certè videtur id probabilius, & facilius, quã oppositum & primo, quod duratio distinguatur ab existentia ratione ratiocinatã videtur certum, duratio enim creata constituit prædicamenta quando ad existentiam non petit prædicamentum distinctum ab eo in quo ponitur essentia. Et præterea quia duratio Dei, scilicet eius æternitas est quoddam attributum distinctum ratione nostra ab existentia. Sed iam probo durationem creatam distingui ex natura rei ab entitate, & existentia, cuius est illa duratio, quia licet corpus per eandem rem, scilicet per quantitatem sit quantum, & locatum interse se: tamen quantitas, & locus distinguntur ex natura rei: inuariata enim quantitate, & quauis alia entitate datur motus ad locum: ergo similiter, licet per eandem entitatem existat, & duret: tamen duratio ex natura rei distinguetur ab existentia. Præterea potest contingere, vt motus habentes æquales partes in ratione motus: habent tamen inæquales partes durationis, & è contra, vt Ver. Gra. si duo calefiant, vt sex alter velocius: tardius vero alter, vel vnus, vt sex, alter vt quatuor; æquali tamen velocitate dices, licet id ita sit loquendo de duratione extrinseca: secus tamen de intrinseca, nam huius tot dantur semper partes, quod dantur partes motus, nec plures, nec pauciores, siue motus sit tardior, siue velotior in ordine ad durationem extrinsecam, scilicet quantitas vna, quia est magis rarefacta coexistat maiori loco extrinseco, saltem imaginario, non ideò habet plures partes quantitatis, quam alia quantitas, magis dẽsa, licet hæc nõ coexistat tãtũ loco extrinseco. Hæc solutio non omnino mihi displicet: posset tamẽ cõtra illam obijci, quia negari non potest, quin dum quantum rarefit amplius mutetur in se aliquo modo intrinsicè acquirendo aliquem modum, quem antea non habeat: ergo similiter motus, qui intrinsicè plus durat, & coexistit maiori successioni extrinsicæ, saltem imaginariæ aliquem modum acquirit plus, quam alter: qui non tantæ durationi coexistit. Conclusio est contra Soncin., qui scilicet tenet nullam durationem distingui ab existentia plus, quam ratione nostra, & contra Scotum qui defendit id de æuo, licet non de tempore propter vltimum argumentum proximè à nobis propositum inquit concludere de tempore: sed non de æuo.

ARTICVLVS. III.

Vtrum duratio in communi rectè diuidatur in successiuam, & permanentem?

CONCLVSIONEM negatiuam tenent Gabriel secudo distinctione secunda, quæstione prima, Ochã, quæst. 10. dicẽtes durationem ita esse rẽ, quę durat: vt tamen connotet successionem in se, vel in alio cui coexistat, vel coexistere possit: probant id ex nostro modo concipiendi, quem nuper explicui. Vnde inferunt omnem durationem creatã (quę sola mensurabilis est) mensurari nostro tempore; idem Aureol. apud Capreol: 1. d. 9. quęstione secunda. Vnde infert in Deo non esse durationem, quia in illo nulla est successio: pro hac opinione sic argumentor primo, si daretur aliqua duratio omnino permanens, ea deberet esse tota simul: ergo inter ea, quæ tali duratione durant fieri non posset, vt vnum duraret plus alio; nec vt vnum duraret plus, minus vè secundum se

ipsum. Probatur, quia in duratione omnino permanenti non datur magis, & minus; sed consequens est omnino falsum: ergo & antecedens. Probatur, quia alias, ergo Deus non plus duraret, vsque in istud nunc, quam durauerat vsque ad principium creationis mundi: sed hoc consequens est falsum, quia in istud nunc durauit totum, quod durauit vsque ad principium creationis, & adhuc amplius, quia coexistit annis, qui præterierunt à principio creationis vsque nunc: ergo. Secundo ergo duratio qua durãt entia in corruptibilia quãtum ad suam substantiam; erit duratio permanens, & tota simul: ergo in instanti creationis habuit ver. gra. Angelus totam durationem sibi possibilem secundum suam naturam: ergo fieri non potest, nec per diuinam potentiam, vt non habuerit illam durationem: ad præteritum enim non datur potentia; tunc sic Angelo est possibilis duratio, quasi non ab æterno saltem per multos plures annos immaginarios durauerit ante instans suę creationis, & qua duret in æternum: ergo Angelus durauerat antequam fuisset creatus: ergo exiliit ante sui creationem. Et præterea, ergo non potest fieri, vt non habeat durationem ęternam á parte post. Probatur, quia tota hæc duratio est illi possibilis, & totam illam haberet in illo instanti, atque adeò sequitur, quod non possit annichilari à Deo.

Conclusio affirmatiua, quia esse abstrahit à successiuo, & permanenti: ergo & duratio cum hæc sequatur naturam, cuius est, fateor nos non satis app æhendere posse durationem diutur nam nisi concipiendo in illa successionem aliquam, saltem imaginariam, scilicet non satis concipimus, quo pacto aliqua substantia indiuisibilis coexistit corpori seu spatio imaginario diuisibili nisi concipiendo in illa quasi partes quasdam (vt dixi articulo primo) sic etiam sunt aliquæ durationes indiuisibiles, quæ vere habent totum suum esse simul qualis est duratio cuiusuis entitatis initio indiuisibilis, licet non latis concipiamus; quo pacto sint diuturnę, & coexistant durationi realı seu imaginariæ diuisibili nisi concipiendo in illis quasdam, quasi partes. ¶ Confirmo, quia locus intrinsecus abstrahit à loco extenso, & in extenso: locus enim intrinsecus rerum spiritualium, etiam si per illum repleant, & destruant multum spatium imaginarium: indiuisibilis tamen omnino est: locus vero corporum diuisibilis est, & extensus: ergo similiter loquendũ est de duratione, nam sicut in loco se habent extensio, & in extenso, ita in duratione se habent successio, & permanentia: quæ tamen successio non opus est diuisibilis sit quantitatiue, nam etiam in acquisitione entitatis spiritualis datur duratio successiua (vt dicam infra) & motus intensionis, vt sic durat duratione successiua: & tamen est indiuisibilis quantitatiue, vt sic tam ipse, quam eius duratio qua ratione duratio successiua non est species, quantitatis: eius enim diuisibilitas non opus quod sit quantitatiua, vt dixi.

Ad hęc argumenta. Respondeo, quod sicut Deus, & omnes substantiæ spirituales per entitatem spiritualem, atque adeò omnino indiuisibilem possunt coexistere locis extrinsecis, seu spatijs imaginarijs diuisibilibus, vt Deus coexistit maiori spatio, quam Angelus, & vnus Angelus maiori, quam alter & vnus, atque idem nunc maiori nunc minori, & tamen talis locus est omnino in extensus totus in toto, & totus in quauis parte, sic etiam Philosophandam est de duratione, nam (vt supradixi,) sic se habet duratio spiritualis respectu extrinsecę durationis diuisibilis, vel realis, vel imaginariæ, quo pacto se habet locus spiritualis respec-

tu

tu loci extrinſici diuiſibilis realis, vel imaginarij. Vnde ſicut in rebus ſpiritualibus coexiſtere, vel poſſe coexiſtere maiori ſpacio diuiſibili non prouenit ex eo quod habeāt plures partes loci: ſed ex eo quod habet locum talis nomine, & perfectionis vt ſit deſtructiuus maioris ſpatij imaginarij, & ſimiliter ſicut Deus eſt ſapientior Angelo, nō quia diuina ſapientia habent partes: ſed quia eſt altioris rationis iuxta ſupradicta ſic durat amplius, non per ſucceſsionem: ſed per hoc, quod eius duratio ex natura ſua eſt deſtructiua maioris durationis imaginariæ noſtro modo intelligendi: ſed vt expræſsius loquar maioris priuationis ipſius durationis, & ita Deus non plus durauit intrinſicé vſque in iſtud nunc, quam ante mundi creationem durauerat, licet coexiſterit durationi extrinſicè noſtri temporis, cui non coexiſterat. proportionaliter loquendum eſt de alijs durationibus permanentibus, & ita patet ad primum.

Ad ſecundum concedo primas tres conſequentias durationē intrinſeca Angeli. Ad reliqua fateor Angelum in inſtanti creationis habuiſſe omnem durationem intrinſecam, quo ad eſſe ſubſtantialem ſibi poſsibilem ſecundum ſuam naturam: ſed nego reliquas conſequentias, quas facile quiuis infirmabit conſtituendo illas in materia de loco intrinſeco: illa tamen duratione omnino indiuiſibili poteſt Angelus coexiſtere maiori, & minori durationi extrinſicæ, ſaltem imaginariæ, & ita potuiſſet coexiſtiſſet maiori durationi imaginariæ apperte ante, & poſſet modo annihilari á Deo, & tunc non coexiſteret futuræ durationi extrinſicæ, nec vel reali, nec vel imaginariæ, quia tota illa duratiō Angeli, licet fuerit á Deo ſimul tota recepta: poteſt tamen conſeruari, & non conſeruari. Objicies contra has ſolutiones: ergo recte dixerunt Gabriel. & Ochan, quia omnis duratio connotat ſucceſsionem. Nego conſequentiam: duratio enim permanens non connotat ex natura ſua vllam durationem extrinſecam, cui coexiſtat: ſed talis coexiſtentia accidit illi durationi.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum durationum diſtinctio, ſumatur ab exiſtentia?

BReuiter concluſio ſit, durationum diſtinctio, quo ad ſubſtantiam, & modum ſumetur ab exiſtentia, & modo exiſtendi rei cuius eſt.

Quæ colligitur ex Sanct. Thom. 1. parte, quæſt. 10. articulo 4. & 5. & articulo 6. ad ſecundum & manifeſtius ex prima 53. tertio corpore fine, & ad primum vbi docet tempus continuum Angelicum non eſſe eiuſdem rationis cum noſtro, iam explico concluſionem, ſicut duplex eſt demonſtrationum diſtinctio, (vt dixi in poſteriori) alia deſumpta ex ſubſtantia præmiſſarum conſtituentiū demonſtrationem alia ex modo demonſtrandi, quo pacto quæ á priori fiunt in Philoſophia naturali ab his, quæ fiunt in Metha. differunt omnino quo ad ſubſtantiam: conueniunt tamen ſpecifice in modo demonſtrandi à priori. Contra vero demonſtrationes in eadem ſcientia vna á priori, & altera á poſteriori ſecundum aliquos non differunt ſpecie, quo ad ſubſtantiam: differunt tamen quo ad modum. Præterea ſicut calefactio & frigefactio, ac generatio differunt ſpecie quo ad ſubſtantiam: conueniunt tamen in illo modo eſſendi ab, & in. Sed contra calefactio actio, & calefactio paſsio nō differunt quo ad ſubſtantiam: differunt tamen ſpecie in illis rationibus eſſendi, ab, & in, hic etiam durationes quædam differunt quo ad ſubſtantiam, & con-

ueniunt in modo, quædam. Contra V. Gra. duratio qua durant corpora incorruptibilia in suo esse substantiali differt specie quo ad substantiam á duratione qua durant entia spiritualia in suo esse substantiali: quis enim dicat durationem spiritualem, & durationem corporeum esse quo ad substantiam eiusdem speciei: tamen quo ad modum videntur omnino eiusdem rationis, & vtrique conuenit definitio æui sub quo non videntur contineri distincti modi durationis. Hoc pacto in alijs durationibus Philosophandum est.

Infero ergo primo, omnem durationem successiuam differre á permanente, nõ semper quo ad substantiá: semper tamen quo ad modum. Prima pars probatur, quia duratio qua durat V. G. calor vt octo dum permanet immutatus, & ea quæ durat dum successiue fit non differt specie quo ad substantiam, sicut nec illi colores quorum sunt propriæ illæ durationes. Secunda pars patet ex supra dictis alius enim modus durationis reperitur in tẽpore discreto alius in continuo. Infero secundo æternitatẽ esse omnino, & primo diuersam tam in substantia, quam in modo quo reliquis omnib⁹, & nõ diuidi in plures, nec specie, nec numero differentes, quod satis patet ex dictis. Infero tertio, infra æuum continere multas durationes specie etiam subalternas distinctas quo ad substãtiam, & similiter infra tempus, tam continuum, quam discretum, & etiam infra instans huius vtriusque temporis: patet ex dictis quia duratio talis est nomine, quo ad substantiam quale est illud esse ad quod cõsequitur, vel cum quo identificatur: sed esse substantiale cœlorum materiæ primæ, animæ rationalis, & Angelorum sunt omnino specie distincta quo ad substantiam: ergo licet illorum durationes conueniant in ratione qui quo ad modũ: tamen quo ad substantiam sunt omnino distinctæ. Similiter operationes, seu motus successiui durantes tempore continuo, quidam sunt Angelorum, quidam animæ rationalis, quidam corporei, & contra hos omnes dantur multi alij distincti; atque adeò, & illorum durationes non erunt minus distinctæ, quod ita verum existimo, vt duratio hominis, & e qui affirmẽ specie differre quo ad substantiam, & ita possunt aliquę durationes esse similiores alijs quo ad substantiam, & essendi similiores quo ad modum, vt V. G. Angelus, & Leo, sunt magis similes in existentijs, quam Angelus, & cælum: & tamen sunt minus similes in modo durationis, quia Angelus, & cœlum durant æuo: equi vero durant tempore; nec mirum id videri debet: cœlum enim in ratione incorruptibilitatis est similius Angelo, quã equo; & similiter materia prima est similior animæ hominis in ratione incorruptibilitatis, quam anima equi sit similis animæ hominis: absolutè tamen similior est anima equi, quia est actus: materia vero est pura potentia. ¶ Quid autem sit duratio successiua, quæ est tempus, & dictio eius á reliquis durationibus. AEternitate, scilicet & æuo tempore discreto, & alijs dixi artic. 8. & præcedentibus hæc enim, & quæ sequntur propter: consumatos in Philosophia posita sunt.

ARTICVLVS. V.

Vtrum inter dictas durationes detur vna vt reliquarum mensura?

ARistoteles 10. Metha. 2. & 3. hæc quę subscribam traddit de mẽsura. Mensura inquit maximè est cuiuscumque generis primum maximè autẽ propriè mensura est primum in genere quãtitatis deinde primum in genere qualitatis id est perfectionis seu virtutis mensura

sura enim propriſsimè dici ſolet id quo quantum aliquid ſit dignoſcitur: eſt autem de ratione menſuræ vt ſit quid vnũ, & indiuiſibile ideſt quo vtamur, vt indiuiſibili cui nec poſſit fieri additio nec detractio vt in lineis vtimur pedali ſeu vlna tamquam indiuiſibili qua ratione inter omnes menſura numeri certiſsima eſt eo, quòd vnitatibus eſt omnino indiuiſibilis cui nec poteſt quid addit aut detrahi, & ita quò menſuræ maiores ſunt, eò ſunt minus certę: in illis enim latet maximè, & quod additum, & quod demptum eſt qua ratione quo præcioſiora ſunt menſurabilia eo minoribus menſuris vti ſolemus, & addit menſurã non ſemper eſſe vnam ſemper numero: ſed aliquando ſunt plures, imo vt dicit 5. Ethicorum. 7. nõ in omnibus locis æquales ſunt menſuræ: ſed vbi emunt maiores ſolent eſſe, vbi vendunt minores.

Ex his colligo primo duplicẽ eſſe menſuram vniuerſe loquendo: alteram qua mẽſuramus gradus perfectionis ſeu virtutis quam Ariſt. appellat qualitatem alteram qua menſuramus gradus extenſionis, vel quaſi extenſionis quam extenſionem appellat Ariſt. quantitatem V. G. homo à Prothagora vt refert ibi Ariſtot. cap. 2. dicebatur menſura coniunctorum, ſcilicet corporum quo ad gradus perfectionis: at vlna dicitur menſura longitudinis panni, & aliorum huiuſmodi, & aliæ ſunt menſuræ profunditatis, grauitatis, & leuitatis, quæ dicũtur menſuræ gradum extenſionis. Menſura ergo durationum eſt duplex alia perfectionis qua menſuramus tantummodo quam ſit perfecta vnaquæque duratio non quanta ſit in extenſione, quia extenſionem non habet, alia eſt menſura durationis quo ad extenſionem, qua menſuramus, quæ fuerit maior, quę minor duratio, quæ prior, quæ poſterior videamus inter omnes ſupra poſitas durationes, quæ quarum ſit menſura, & an intenſionis; an extenſionis.

AEternitas ergo cum propriè loquendo vnica tantummodo ſit illa non habebit rationem menſuræ extrinſicæ, propriè loquendo: improprie tamen, ſicut aliqua dicuntur æterna quatenus æternitatem aliquo modo participant (vt dixi ſupra) dicentur etiam impropriè æternitate menſurari, non quidem quo ad extenſionem cum nulla in æternitate reperiatur: ſed quod ad perfectionem, & illa æternitas participati iudicabitur perfectior, quæ magis participat eam, quæ eſt æternitas per eſſentiam ideſt, quæ magis participat immutabilitatem Dei.

Inter durationes, quæ habent propriè rationem æui plures ſunt cum hæ durationes, vt conſtat ex ſupradictis non habent gradus prioris, & poſterioris non poterit dari menſura quantitatis, ſeu extenſionis, & ita ex duratione vnius æuiterni colligi non poteſt. Vtrũm vnum ex alijs æuiternis prior ſit á poſteriori alijs pluribus ne coexiſterit durationibus extrinſecis imaginarijs: an pautioribus: omnes enim durationes æuiternæ ſunt perpetuæ; & æquales quantum ad coexiſtentiam: illud tamen æuum non erit aliud, quam duratio ſupremi Angeli, quod vna erit ſuppoſito, quod datur vnus Angelus reliquos omnes excedens immaterialiot illis; atq; immutabilior. Obijcies primo, quoduis æuiternum eſt omnino immutabile in ſua ſubſtantia: ergo vnum non eſt alijs immutabilior: ergo nec menſura. Caietanus concedit antecedens: ſed quia vnum inquit eſt immutabilius alijs in operationibus, ratio aſſumitur vt reliquorum menſura. Sed contra, quia ſecundum operationes in quibus in æuiternis datur mutatio, & varietas non durant æuiterna æuo, vt conſtat ex ſupradictis. Reſpondeo ergo non omnia æuiterna habere æqualẽ immutabilitatem poſitiuam, quia non habent illam æquẽ perfectam. Obijcies ſecundo cui nam diſſeruit hæc

mensura perfectionis non quidem nobis qui non cognoscimus substantiam horum æuiternorum, nec ipsis Angelis, quiuis enim illorum compræhendit se ipsum atque adeo perfectionem suę perfectę durationis, & similiter in tuendo aliud quoduis æuiternum in illo cognoscit perfectionem durationis illius. Resp. argumentum probat non esse necessariam talem mensuram: non vero quod non sit accommodata ex se ad mensurandum, sicut homo ex se est accommodatus, vt summatur ad mensurandã perfectionem reliquorum animalium. Obijcies tertio esse mẽsuram perfectionis, non est mensura durationis reliquorum animalium, quòd secundum est, vt constat. Resp. esse mensuram immutabilitatis est esse mensurã durationis, licet aliter cũ tempus est mensura motus seu mutabilitatis, vt nuper dixi hoc enim est mensura ipsius prioris, & posterioris, quæ reperiuntur in motu, & ita est mensura in genere quantitatis: illud vero est mensura perfectionis ipsius durationis, & ita est mensura in genere qualitatis quantitatem, & qualitatem vt explicui initio artiauli.

Hæc pars conclusionis est contra Durandum 2. d. 2. quæstio. 5. asserentem. Primo, quod directe, & per se sola causa alicuius rei est eius mensura, & ita ait, quod interpositio terræ inter Solem, & Lunam est mensura Eclypsis, & Deus hoc pacto est mensura perfectionis rerum omnium probat, quia per causa ipsius effectus certificamur directe, & per se quanta sit eius perfectio: at vero in directe, & comparatiue certificamur de omnibus, quæ sunt in aliquo genere per id, quod est perfectius in genere illo, quasi habens in se omnem illius generis actualitatem qualis est albedo in genere colorum, quod enim est actualius id notius est, & hoc pacto ait supremus Angelus est mensura perfectionis reliquorum: durationis vero illorum solus Deus est mensura per se, & directe vnum autem æuum non est mensura comparatiua durationis aliorum æuiternorum, quia illud cuius duratio, & quantitas durationis est notior ex sua propria ratione quam sit ex comparatione ad alterum non mensurat per alterum, quo ad suam durationem, nec enim per illud magis notificatur: sed notior est ex se quam comparata ad alteram. Vnde infert, quod quantitas durationis æuiternorum non potest mensurari per mensuram vnigeneam seu congeneam: sed per æterogeneam, scilicet per tempus; quia æuũ quantus coexistit tempori induit rationem quanti induratione, & ita dicitur, quod quiuis Angelus durauit quantum durauit motus cœlorum seu tempus: sed primo Durandu. errat in hoc, quod causam durationis appellat eius mensuram, nec enim omne per quod certificamur quasi eo aptando, & comparando vnum cum alio. Secundo errat & non loquitur consequenter cum fatetur substantiam supremi Angeli esse mensuram perfectionis substantialis aliorum, & illius durationem non esse mensuram perfectionis reliquarum durationum: verumtamen dicitur dum significat hanc mensuram non esse Angelis necessariam, & non esse mensuram maioris, vel minoris coexistentiæcum alijs durationibus extrinsecis saltem imaginarijs, & iam dixi.

Secundo est contra AEgydium dicentem æuum, quod est reliquorm mensura non esse in æuiterno: sed in æterno, sicut tempus inquit non est in re tẽporali: sed in æuiterna, scilicet in cœlo contra quem hæc ratio sufficit, quia æternitas est mẽsura extra omne genus: ergo non est primum in genere æui ad eius argumentum respondeo cœlum esse ens temporale ratione motus, vt iam dixi.

Quæres supposito, quod æuum supremi Angeli est aliorum mensura intelligitur né de supremo id in natura: an de

supremo

supremo beato S. Greg. & S. Th. Capreo. & S. Siluest. dicunt hoc secundum, quia accidit supremum in natura peccasse, & tamen dicens esse vt aliquid illius sit aliorum mensura Duran. 2. dist. 2. q. 5. ad tertium, & alij dicunt primum, probant, quia vel consideratur perfectio beatitudinis supernaturalis & tunc æuum animæ Christi erit mensura vel consideratur perfectio naturalis, que certe sola videtur hic consideranda, & tunc in Angelo supremo in natura erit mensura, quia ex eo quod malus sit non desinit esse in natura: ergo est omnino Theologia, ideò prætermito iudicium illius.

In tempore continuo Angelico non datur vnum quod sit mensura durationis maioris ac minoris aliorũ, quia nullus motus Angelicus est omnino necessarius, & regularis nec fuit necessaria talis mensura. Dices nostrum tempus cõtinuum erit mensura durationum successiuarum ac continuarum, quæ sunt in Angelis. Respõ. tempus continuum Angelicum est altioris rationis nec cõtinetur, aut superatur á nostro tempore ideô ab illo non mensuratur ex natura sua.

Idem dico de tempore discreto cum Capreolo. 2. d. 2. q. 2. ad argumenta contra tertiam conclusionem: in vtroq; tamen tempore, tam continuo, quam discreto Angelico potest dari mensura perfectionis, sicut dixi de æuo: est tamen aliqua differentia, quia datur certum æuũ quod sit mensura perfectionis reliquorum, eo quod est duratio omnino necessaria, & vniformis quod non reperitur in tempore Angelico, nec continuo, nec discreto.

Inter tempora cõtinuatiua, quæ sunt durationes entiratũ corporalium vel pẽdentium á corpore, quod dixerim propter motus spiritales animæ rationalis ea duratio debet accipi, vt mẽsura iuxta conditiones mensuræ assignatas initio articuli, quæ consequitur ad motũ, qui sit primus seu perfectissimus in ratione motus, quia sit omnino certus & determinatus, & maxime vniformis ac regularis atque adeo quasi consistens indiuisibilia & sit minimus quantum fieri posset, & omnibus notissimus, quia mensura, quæ est communior & magis eadem apud omnes ea perfectior est, quæ conditiones nulli motui magis competunt, quam motui primi mobilis vt docet Aristo. 4. Physi. 24. quia iuxta sententiã Aristo. & communiorem inter Astrologos motus proprij orbium planetarum ab Occidenti in Oriens primo non sunt adeò veloces, nam Luna motu proprio non perficit materiam circulationem integram nisi in vno integro mense solutio in anno & alij alijs temporibus. Secundo non sunt adeò vniformes prima per illos difficile distingueremus dies & noctes at primum mobile quotidie absoluit integrã circulationem: sed quia ipsum nõ est nobis, ita notum ideò assumitur motus quo cõmunius plures Astrologi dicũt moueri ortum Solis raptum á primo mobili: Sol enim est nobis maxime motus: sed quia eius motus est vnus, & continuus, ideò nos vnam circulationem illius, seu potius durationem illius circulationis appellamus diem, & per eius re duplicationem constituimus menses, & annos: sed tunc, quia indigebamus minori mensura ad mensurandas multas minores durationes, quam sit ea, quæ coexistit vni circulationi primi mobilis, ideò adinuenimus Orologia, quorum motus diuidimus in horas & quartas horæ partes. Vnde necesse nõ est, vt tempus mensurans constituatur in primo mobili: sed poterunt ex hominum instituto constitui in Orologijs artificialibus tantummodo, & ita S. Tho. 1. p. q. 66. art. 4. ad tertium ait, quod cessante motu primi mobilis, adhuc daretur tempus, quod posset constitui, vt mẽsura: merito tamen propter rationes supradictas, non modo ab hominibus: sed ab ipso Deo statutum est, vt duratio prædicta motus Solis constitueretur, vt mẽ

ſura, quod ſignificat ſatis Geneſ. 1. vbi dicitur fiant luminaria, &c. & diuidant diē á nocte, & ſint in ſigna tempora, dies, & annos, vbi aduerto etiam durationem motus Lunæ conſtitui, vt menſuram, & ita videtur Deus ſtatuiſſe, vt duratio illius motus ab Oriente in Occidens conſtitueret diē, & nocte, motᵘ vero propriᵘ Solis cōſtitueret annū, & motus Lunæ mēſem, & ita Iudæi, & Arabes ſuas operationes mēſurare ſolebant hac duratione motus proprij Lunæ vtentes menſibus Lunaribus: tamen omnes gētes merito inuitantur ad menſurandum, dicto motu Solis, quia velociſsimus eſt regulariſsimus, & notiſsimus. Vnde Ariſt. tex. 115. docet, quod omnia, quę tabeſcūt, ſeneſcunt, & obliuiſcuntur menſurantur tempore. Vnde alij tempora diuiſerunt in annum diſcretum, Platonicum luſtrum, Olympiades in dictiones, & quas Hiſpani vocant heras in ſeculum, & ętatem annum. Præterea populi Arcadum diuiſſerunt in menſes tres: AEgyptij olim in quatuor, Arcani, Græci in ſex, Labini, Itali in. 13. Romani initio in. 10. á tempore, Nummi, Pompilij in. 12. á tēpore Iulij Cęſaris hucuſq; illi duodecē menſes habent illos dies. quod nunc in illis numeramus ſecundum Solis circulum, datur etiam diuiſio in hebdomadas. Præterea dies naturalis (de quo libris de cœlo Deo dante latius dicam) diuiditur in quatuor quadrantia in horas 24. nonaginta ſex puncta. 906. momenta. 11520. &. 5688. Athomos: Aſtronomi vero diem naturalem diuidunt in. 60. minuta diei: horam in. 60. minuta horę, quoduis autem minutum diei, & horæ diuidunt in. 60. ſecunda, ſecūdum in. 60 tertia, & ita in infinitū: ſed de hoc aliàs, Sed dubium eſt vtrum duratio creata conſtituat prædicamentum quando cōcluſio eſt affirmatiua (vt etiam dixi in prædicamentis quæſtione vltima) ſicut enim eſſe in loco per ſe conſtituit prædicamentum vbi, ita eſſe in tempore, quod eſt duratio paſsiua, ideſt aptum eſſe menſurari prima menſura durationis conſtituit prędicamentum, quando nec contra hoc tenuit Ferr. 4. Phyſi. q. 7. Soncin. 5. Methaph. queſt. 24. dicentes noſtrum tempus continuum eſſe quātitatem diſcretam, quia eſt numerus, & Sotᵘ in prædicamentis cap. de quantitate quæſt. 2. & iuniores ibidem, & Capreol. vbi ſupra dicunt eſſe quantitatem continuam, quæ ſententiæ ſi non intelligantur de tempore pro formali, & de tempore, quæ eſt menſura motus primi mobilis, & ſecunda ſententia de tempore pro materiali falſæ ſunt, & contra Ariſto. 5. Metha. 12. vbi tempus numerat inter quanta per accidens, dicens tempus eſſe quantum per motum, & motū per ſpatium. Dico tamen illas authores ſolum voluiſſe tempus, quod per Anthonomaſiam ſolet abſolute ſummi pro tē pore menſurante vocari ad quantitatē, quatenus eſt menſura quantitatis enim videtur eſſe proprium, quod ſit mēſura extenſionis, & ita in Cathego. fuit enumeratum inter ſpeciem quantitatis, & hæc de durationis eſſentia & partitione dicta ſint ſatis.

Finis libri quarti.

SVPER-

SVPER QVINTVM LIbrum Physicæ, auscultationis Arist. de differentijs & formis motus. Cõmentaria per quęstiones.

AVTHORE P. F. PETRO DE OÑA Burgensi. Sacræ Theologiæ Doctore.

PRAEFATIO.

DE INTENTIONE AVTHORIS, summa, & diuisione totius libri, per quæstiones.

IN tertio libro instituerat Arist. disputationẽ de motu, qui est communis, & potissima affectio rerum naturalium (vt ibidem dicebam) verum tamen quia motus est continuus, & omne continuum est infinitum (modo explicato) fit etiam motus in loco, in vacuo (vt quidam volebant) atq; in tempore, proinde Arist. inter posluit disputationem, de infinito, de loco inani, & tempore, quæ absoluta, regreditur his quatuor libris, ad disputandum de motu. Vnde etiam hi libri de motu inscribuntur: in hoc ergo lib. quinto, docet motum esse diuersum á mutatione, explicatq; species & differẽtias motus, & aliquas affectiones, & motus, & eius quod mouetur, per sex capita. In primo docet quod tribus modis aliquid mouetur per accidens, & per partem, & primo & per se, & probat motum esse diuersum á mutatione. In secundo capite demonstrat tria tantum esse genera motus, augmentationem scilicet, alterationem, & motum localem. In tertio capite assignat quasdam proprietates eorum, quæ sunt in loco, quę ex dictis lib. præcedentibus satis constant. In quarto docet motum esse vnũ genere, qui pertinet ad vnum prædicamentum, vt latio vnum specie, qui pertinet ad vnam formam specie, vt calefactiones: vnum numero in quo mobile est vnum numero, & forma vna numero, & tẽpus vnũ numero. Cap. 5. docet motẽ esse inter se contrarios ratione termini ad quem. In sexto & vltimo explicat, quod quies cõtraria est motui, vt priuatio suo positiuo. Tria ergo sunt in hac parte, per tres quęstiones, difficilis satis, sed satis necessarias omni Philosopho. Prima erit de speciebus motus, de numero, & essentia earum. Secunda autem quæstio versabitur in explicanda motus vnitate specifica, & numerica. Tertia in eiusdẽ que cõtrarietate, & cum ipsa quiete priuatiua, & negatiua: oppositione indaganda.

QVAE-

QVAESTIO, I.

De naturalis entis motus, speciebus, & numero?

QVoniam de motu in genere diximus in 3. lib. huius quantum satis erat, & de motus specie abundè disserit Arist. hoc libr. & in tribus sequentibus, ideo in hoc loco, quæ supererant de motu dicemus, & nõ nullas tãtum dubitationes deformis motus explicabimus, quibus quæ in hoc libro traddita sunt á pertiora euadãt. De hoc ergo primo octo sunt discutienda. Primo, quæ sint motus species. Et vtrum generatio sit propriè motus. Secundo si materia prima sit subiectum mutationis, quæ est generatio. Tertio si ad substantiam sit per se motus & vtrum partialis generatio, quæ est nutritio sit propriè motus per se. Quarto si ad quantitatem sit per se motus proprié dictus, qui est augmentatio. Quinto si ad qualitatẽ sit per se motus proprie dictus, qui est alteratio. Sexto si ad vbi sit per se motus proprié dictus, qui est motus localis. Septimo si ad relationem sit per se motus. Octauo, & vltimo si actionis detur actio & mutationis mutatio, & vtrum ad alia prędicamenta sit per se motus: quibus explicatis facile postea erit, motus contrarietatem, vnitatemq; tam specificam quam numericam inuestigare sequenti quæstione.

ARTICVLVS. I.

Quæ, & quot sint motus species. Et vtrum generatio sit propriè motus?

PRimo notandum est, quod in quolibet motu reperiuntur quinque præter ipsum motum scilicet subiectũ motus, qui est causa sufficiens illius; tertius terminus á quo: quartus terminus ad quem. Vltimo tempus, & ex omnibus his solum subiectum est, quod mouetur. Et ratio est, quia id quod mouetur manet sub vtroq; termino, scilicet sub termino á quo, & ad quem: sed solum subiectum manet sub vtroq; termino, quia cum lignum calefit, ipsum prius erat frigidum, & postea manet calidum: ergo illud mouetur.

Secundo notandum est, quòd tribus modis aliquod subiectum dicitur moueri. Vno modo per accidens, vt cum dicimus album calefit, quia subiectum in quo est albedo calefit. Secundo dicitur aliquid moueri partes, sicut dicimus moueri ad sanitatem, hoc est quãdo aliqua eius pars sanatur. Tertio dicitur aliquid moueri simpliciter ratione totium cum subiectum aliquam formam acquirit, quæ primo & per se est in toto, vt cũ lignum calefit. Vnde dimoueri simpliciter inquit Arist. est id, quod secundum se totum mouetur.

Sed contra hoc obijciet aliquis, quod id etiam, quod mouetur ratione partis simpliciter dicitur moueri, vt ignis simpliciter moueri sursum, & terra deorsum, quamuis vterq; motus conueniat illis ratione partis, scilicet ratione formæ. Respõdetur concedendo totũ hoc: sed nihil contra nos, aut contra Aristotelem cuius est hoc fundamentum, quoniam ille loquitur de motu, qui conuenit alicui rationi partis integrantis: at vero motus sursum, scilicet deorsum, quamuis conueniat illis ratione formæ tamquam principijs, quo nomine ratione alicuius partis integrãtis, qua fit subiectum, quod partiale: sed primum subiectum est totum cõpositum, quod mouetur sursum, vel deorsum.

Sed dices motus sursum, vel deorsum nõ cõuenit toti elemẽto ignis vel terræ: sed

sed solum eorum partibus. Respõdetur, quòd quamuis verum sit partes solum istorum elementorum moueri: tamen quando mouentur non sunt partes coniunctæ illi toti: sed separatæ. Vnde id, quod mouetur sursum ignis quidam totalis est, quamuis non sit totum elementum, & ideò dicitur simpliciter moueri ignis sursum, terra vero deorsum.

Sed obijcies secũdo, cum aliquis moueatur ex non crispo in crispum, simpliciter mouetur in crespitudinem: & tamen non mouetur nisi ratione partium quę sunt ipsi toti vnitę, scilicet ratione pillorum: ergo, &c. Respondetur, quód quando aliquid mouetur ad aliquam formam, quę solum nata est conuenire partibus simpliciter, dicitur moueri, quãuis moueatur: solum ratione partis, & quoniam crespitudo solum nata est ei in pillis, ideò homo simpliciter dicitur moueri in crispitudinem cum mouetur ad illam ratione pillorum.

Sed obijcies tertio, cũ aliquis homo sanatur secundum partes, dicitur simpliciter sanari, si in alijs partibus non remaneat morbus, & tamen mouetur tũc ratione partis, & ad formã, quæ nata est esse in toto cõposito. Respondetur, quòd per se, & ex natura sua loquendo, cum aliquis sanatur secundũ partes non simpliciter sanatur, quia potest sanari secũdum pedes. & quod aliæ partes eius hominis laborent aliquo morbo, & ideò, non dicitur simpliciter sanari, quia sanitas, quæ est bonum, quoddam debet esse ex integra causa: infirmitas vero, quę est malũ ex quocumq; deffectu. Vnde simpliciter homo dicitur infirmus, cũ aliqua pars eius infirmatur: quando tamen sanatur secundum partes, si aliæ partes non sint infinitæ, simpliciter dicitur sanari, hoc est per accidens.

His ita suppositis, sit tertium fundamẽtum, quod quatuor modis possumus rẽ aliquam intelligere, quod moueatur vel mutetur vnomodo de subiecto in subiectum. Secundo de non subiecto in non subiectum. Tertio de subiecto in nõn subiectum. Quarto demq; ex non subiecto in subiectum. Vt autem intelligas hanc diuisionem nota, quòd cũ quęlibet maius sit inter duos terminos secundum diuersitatem istorum terminorum, intelligemus etiam diuisionẽ istorum motuum: potest ergo, aut vterque iste terminus, scilicet a quo, & ad quem & positiuus & id dicitur á subiecto in subiectum, vel vterq; priuatiuus, & hic dicitur esse ex non subiecto in non subiectum, vel terminus á quo est priuatiuus, & ad quem est positiuus, & hic dicitur esse ex non subiecto in subiectum vt generatio, è contra vero dicitur corruptio, quæ est á subiecto in non subiectum.

Sed nota quod secundum rem nullus datur motus, qui fit ex non subiecto in subiectum, ita quod ambo termini, scilicet à quo, & ad quem sint priuatiui, quia in omni motu, vel priuatione, necesse est, scilicet acquiri aliquam formã positiuam, scilicet deperdi. Vnde illud secundum membrum positum est ab Arist. vt diuisio fieret completè: non tamen quia secundum rem detur talis motus.

Restant ergo tantum tres species motus, & inter quas certum est esse primũ proprium motum, scilicet á subiecto in subiectum (vt magis patebit infra) sed de duob⁹ vltimis, quæ sunt generatio, & corruptio ambigitur modo an sint proprij motus. Sed aduerte, quod ista generatio, & corruptio dupliciter potest fieri: vno modo successiue: alio modo instantané. (vt dictum est primo Physi. & magis etiam patebit in. 6 Phy.) & quãuis Tol. in diserimina tãtum de omnibus asserat esse proprij motus. Tamen in solutione ad tertium videtur concedere, ꝙ sit motus generatio instantanea latè sumpto vocabulo motus.

Sed tamen quomodocumq; sit, probatur eius sententia, quòd generatio quęlibet sit proprié motus primo ex Arist. 3. Phy.

3. Physi. qui definiens motum posuit exemplum de generatione, & corruptione substantiali, & nos etiam ibi docuimus generationé esse motum, prout ibi definitur: sed definitur motus proprié dictus: ergo, &c.

Secundo quoniam actio, & passio nõ reperiuntur nisi vbi est proprié motus: at vero reperiuntur in generatione substãtiali: ergo generatio est proprié motus. Tertio quoniam materia prima vere, & proprie dicitur transmutabilis: ergo ab aliquo motu veré, & proprie dicto: at vero nõ est alius motus in materia prima nisi generatio, & corruptio ergo.

Sed opposita sententia est tenenda. Vnde statuo conclusionem, quod generatio substantialis non est proprié motus, & est expressa sententia Ari. in c. 1. & 2. huius libri, qui ad solam tria prædicamẽta dixit esse per se motum, scilicet quãtitatem, qualitatem, & vbi: sed generatio substantialis non ad aliquod istorum: ergo non est proprie motus. Secundo etiam ratione probatur ex eodem Aristotile desumpta. Nam motus proprie dictus subiectatur in ente in actu, generationis vero subiectum est non ens scilicet materia prima, quæ non est ens simpliciter: ergo generatio non est motus proprie dictus.

Tertio quoniam motus proprie dictus fit inter duo contraria id est inter terminos positiuos: at vero generatio non fit nisi inter terminos contradictorios, quia fit ex non esse ad esse, & corruptio de esse ad non esse: ergo non sunt proprie motus.

Sed contra istam rationem obijcit aliquis, quemadmodum calefactio est in terminos positiuos, sic etiam generatio. Antecedens patet, nam sicut calor, & corrumpitur frigiditas, sic etiam cum generatur ignis corrumpitur lignum: ergo sequitur quod ista generatio est inter terminos positiuos, sicut calefactio, ac per consequens est vere, & proprie motus, sicut calefactio.

Pro solutione huius notandum est ex Sanct. Thom. & ex Tollet. similiter hoc loco differentiam esse inter formas substantiales, & accidentales, quòd forma substantialis non habet oppositionem cum aliqua forma determinata, sed repugnantiam cum omnibus alijs accidentibus, sed determinatam oppositionem cum aliqua forma determinata (verbi gratia) formæ ignis ita repugnantium forma ligni, sicut cum forma ferri, vel hominis, aut quæcumque aliæ, ita non opponitur, alicui formæ positiuæ, & determinatæ: at vero forma accidentalis (verbi gratia) albedo non repugnat cum omnibus accidentibus, sed potest esse in vno subiecto simul cum calore, & in alio simul cum frigiditate in vno simul cum dulcedini, in alio simul cum amaritudine solum repugnat esse cum colore nigro, quia cum illo determinate habeat oppositionem.

Ex his sequitur, quòd in generatione substantiali, non est assignare aliquam formam positiuam, quæ sit terminus á quo: at vero in mutationibus accidentalibus necesse est assignare, rationem, & quia terminus expellitur per motum aduenientè termino, ad quem. Vnde debet habere oppositionem determinatam cum termino ad quem vna forma non habet determinatam oppositionem cum alijs: in accidentibus vero maxime, ideò in substantijs non assignatur terminus á quo positiuus: bene tamen in accidentibus, sed tamen, quia quælibet forma determinatam habet oppositionem cum priuatione sui ideo in generationibus terminus á quo assignatur per priuationem: in motibus vero alijs non nisi propositiuum.

ex quibus sequitur, quòd terminus ille positiuus, qui corrumpitur aduenientè forma in generatione substantiali non est terminus á quo per se, sed per accidens. quia (vebi gratia) cum ignis

ignis non magis opponatur cum ligno, quam cum ferro, per cōsequens quod fiat ex ligno, vel ex ferro: at vero in accidentibus est assignare aliquod positiuum contrarium determinatum in substantijs non nisi per priuatiuum: motus vero expositiuo impositiuum.

Sed contra obijcies, quod saltim in generatione viuentium fit aliquid ex suo termino positiuo contrario, quia viuens non potest generari nisi ex semine: ergo forma seminis est determinatus terminus à quo respectu generationis viuentium, & in est positiuum: ergo. Respondetur, quod quamuis forma seminis sit aliquod positiuum, & necessario debeat expelli ad introducti onem formæ viuentis, nec potest introduci forma viuentis nisi præcesserit in illa materia forma seminis; tamen illa non est tamquam terminus á quo, cuius signum est, quia si viuentia fierent tamquam ex termino a quo per se: ergo semen deberet fieri ex viuenti, tamquam ex termino á quo per se, quod tamen non fit. Consequentia autem probatur, quoniam terminus á quo per se habet contrarietatem determinatam cum termino ad quem. Vnde cum vnumquodque fiat ex suo contrario per se si viuens sit per se ex semine: semen est contrarium determinatum respectu viuentis, & per consequens semen etiam fieret per se ex viuentibus: quod tamen aperte est falsum. Vnde forma viuentis non magis repugnat cum forma seminis, quam cum quacumque alia forma. Et sic ergo respondetur quod forma seminis debet procedere semper in materia viuentium, non tamquam terminus á quo, sed tamquam disposito extrinseca ad formam viuentis, quia ipsa forma seminis disponit materiam, vt introducatur.

Restat modo soluere argumenta in principio quæstionis posita. Ad primum respondetur, quod generatio in substantialis conuenit illa definitio motus tradita in 3. Phyli. quia ibi definitur motus latè sumptus prout etiam comprehendit mutationem.

Ad secundum respondetur negando antecedens, quod scilicet actio, & passio solum reperiantur in motu proprie dicto, sed satis est, quod sit mutatio, & ita generatio, & corruptio sunt propriæ mutationes, quamuis motus, atque adeò ibi actio, & passio imo & intellectu, & actio & passio, & non est mutatio corruptiua semini perfectiua.

Ad tertium dico, quod materia prima proprie transmutabilis, & non proprie mobilis, & ita subiectans in illa aliqua mutatio proprie dicta, scilicet generatio & corruptio: non tamen motus proprie dictus.

ARTICVLVS. II.

Vtrum generationis subiectum sit materia prima?

RAtio dubitādi in hac quæstione est, quia videtur, quòd materia prima nō sit subiectū generationis: sed totum compositum, quia vnumquodq; accidēs denominat subiectum in quo est: sed generatio denominat subiectum, & non materiam primam, nam totum est, quod generatur: ergo subiectatur generationi in toto composito.

Secundo, subiectum accidentium dat esse illis, in quo differt a subiecto formæ substantialis, quod recipit esse formæ: sed sic est quod materia prima nequit dare esse generationi, quæ est accidens. Nam materia prima de se nullū habet esse: ergo sequitur quod non est subiectum generationis.

Sed notandū est in ista quæstione his nō obstātibus, nō quærimus de omnib⁹ aciden-

accidentibus corporalibus, an ſubiecten tur in materia prima, hoc non ſpectat ad libros de generatione: ſed ſolum eſt quæſtio de materia prima: an ſit ſubiectum generationis, nam hæc difficultas eſt propria huius loci.

Statuo ergo hanc concluſionem, ſub iectũ generationis eſt materia prima. Probatur primo ex Ariſt. in hoc cap. 1. qui ponens differentiam inter generationem nequit id, quod generatur non eſt aut quod mouetur eſt: ſed ſi ſubiectum generationis eſſet cõpoſitum nõ eſſet verum, quod eſt non ens, nam illius eſt ens in actu ſola autem materia prima dicitur non ens, qui eſt ens in potentia: ſentit ergo Ariſt. quod ſubiectũ generationis ſit materia prima.

Nec me latet Tolet. alio modo exponere hũc locum Ariſt. ſcilicet quod per id, quod generatur non intelligat ſubiectum generationis: ſed terminum, ideſt compoſitum ipſum quod ſit. Nam illud quandiu generatur non eſt, hæc inquam expoſitio non me latet: ſed quod ſit falſa colligitur ex duobus primo quoniã tunc nulla eſſet differẽtia inter motum, & generationem, nam & id quod mouetur hoc motu eſt ideſt terminus, qui fit per motum, quandiu eſt motus. Tum etiam ſecundo, quod quando generatio eſt inſtantanea, falſum eſt dicere, quod compoſitum, quod eſt per illam non dũ eſt adhuc dũ eſt generatio, quia in eodem inſtanti eſt fieri, & factum eſſe. Vnde ſi Ariſt. per id, quod generatur & mouetur intelligeret terminos motus, & generationis potius eſſet elemẽtum id, quod generatur, & id quod mouetur, nõ dum eſt quia motus eſt ſucceſſiuus generatio vero inſtantanea. Dicendum ergo eſt, quod ſenſus Ariſt. in hoc loco, quod ſubiectum generationis eſt ens in potentia: ſubiectum vero motus eſt ens in actu, & totum compoſitum.

Sed ratione probatur noſtra concluſio, nam ſubiectum alicuius motus, vel mutatio eſt illud, quod manet ſub vtroque termino compoſitum ſub vtroque termino, quoniam alterum corrumpitur: alterum vero generatur: ergo illud non eſt ſubiectum generationis

Tertio, quoniã ſi poſſet mutatio ſubiectari in termo ad quem, qui per illam acquiritur certe nulla eſſet via ad probandum creationem non eſſe mutationem, & actionem, nam tota ratio qua hoc probat Sanct. Thom. eſt, quia creatio nullum præſupponit ſubiectum. &c. at vero hoc non eſt neceſſarium, quia generatio non ſubiectatur in ſubiecto quod præſupponitur: ſed in termino, qui producitur: ergo eadem ratione creatio eſſet mutatio, ſubiectareturque in toto compoſito, quod eſt terminus ad quem illius.

Vnde ad primum in oppoſitum. Reſpondetur, quod quilibet mutatio debet dicere reſpectum ad duo, ſcilicet ad ſubiectum, quod prius erat ſub termido á quo, & poſtea manet in termino ad quẽ, & etiam ad ipſum terminum, qui producitur ſecundum primum reſpectum, veré & proprie dicitur mutatio: ſecundum alterum vero dicitur productio. Modo dico, quod hoc nomen generatio ſignificat actionem, prout productio eſt, & ideò vt ſic denominat terminum ad quem, & ſic tota materia non dicitur genita: ſed totum compoſitum: at vero dicitur materia prima tranſmutata ſubſtantialiter, quia eſt ſubiectum illis, & hoc ſufficit, neque opus, quod accidens iſtud, quod eſt via ad terminum omnimodo denominat ſubiectum: ſed etiam aliqua ratione poteſt denominare terminum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod accidentia aliqua ſubiectari in materia prima ſtat dupliciter: vno modo poſtquã habet formam ſubſtantialem, & hæc materia prima eſt ſubiectum relationis vnionis, nec relatio illa ſubiectatur in toto compoſito: ſed in partibus, quæ vniuntur. Vnde materia prima poſt quam recipit formã dicitur vnitas illi.

Vnde

Vnde his accidētib⁹, quæ subiectātur in materia prima hoc modo, nō est dubiū in præsentia, quia certū est illa habere esse á subiecto, scilicet à materia non ratione sui, sed ratione formæ, quę præsupponitur alio modo potest intelligi, quod aliquod accidēs subiestatur in materia prima adhuc prius natura quia ad huc materia, & forma vniuntur: & hoc modo dicendum est materiam primā esse subiectum generationis. Quod probat manifeste, nam generatio est via ad formā substantialē: ergo est prius natura quā illa, ac per consequēs prius materia prima est subiectū generationis, quia forma substantialis, scilicet scio ab aliquibus reffutari posse, quod generatio sit prius natura in genere causæ efficiētis, quam forma, sed forma sit prior in genere causæ formalis. Contra hoc est, quod generatio in quantum est via ad formam substantialem est formę in qua est, sed in quantum est via, est prior forma substantiali ergo in genere causæ formalis est prior. Et confirmatur, quia materia prima est prius natura in esse vię, quam in termino: ergo prius natura informatur forma qua constituitur per generationem: ergo generatio est prior in genere causæ formalis. Dicendum ergo est, quod generatio subiectatur in materia prima prius natura quā forma: tamen quia identificatur cum ipsa forma habet esse á subiecto ratione termini in quem ordinatur.

Sed dices, iam ergo materia prima habet esse prius secundum quod, quam esse simpliciter, quia generatio dat esse simpliciter, quia generatio dat esse secūdum quid, & forma simpliciter. Respondetur concedendo totum, loquendo de esse secundum quòd viæ: non enim materia prima habet quodcumq; esse secundum quid prius, quod esse simpliciter: sed solum est via ad terminum, quia hoc est de ratione viæ quod sit prior termino.

ARTICVLVS. III.

Vtrum ad substantiam sit per se motus, & vtrum generatio partialis, quæ est nutritio, sit motus proprie.

IN primis videtur ꝙ ista quęstio sit superflua postquam enim explicatū est in prima parte, quod generatio non est proprie motus. Respondetur, quòd non est superflua, quia adhuc restant modo duo dubia explicanda in ista quæstione primum est. Vtrum ad substantiam sit per se mutatio. Secundum vtrum saltē generatio substantialis partialis, qualis est nutritio est motus proprie dictus.

Quantum ad primum videtur, quod ad substantiam non sit per se motus, scilicet mutatio nam id, quod producitur ad productionem alterius prius producti non habet quod sit per se terminus motus. vel mutationis: sed sic est, quod substantia fit ex productione dispositionū, quę sunt previæ, & prius productæ: ergo ad substantiam non est per se motus, nec mutatio.

Ex alia vero parte videtur, quod substantia sit per se motus proprie dictus, nam nutritio est ad substantiam, quæ tamen est motus proprie dictus: ergo. Maior est nota. Minor probatur, quia quemadmodum augmentatio est motus, & inter terminos positiuos, quia est a maiori ad minorem quantitatem, sic etiam nutritio est á minori ad maiorem substantiam: ergo etiam nutritio est motus, sicut augmentatio. Et confirmatur, quia si aliqua ratione ad substantiam nō esset mot⁹ propriè dictus, maximè, quia non habet contrarium: sed etiam quantitas nihil est contrarium: & tamen ad quantitatem est per se motus, ergo. &c.

Sed pro solutione huiꝰ quęstionis no-

tandum est, quod sit ad aliquam rem esse per se mutationem, nam Sot. nihil aliud existimat in hac quæstione esse ad aliquam rẽ esse per se motũ, nisi quod illa res sit per se intenta ab agente.

Sed hæc sententia aperte falsa est nã dispositiones præuię, quæ procedunt cõpositum non sunt ab agente per se intẽtæ, quoniam agens non intendit per se dispositiones illas: sed formam ad quam dispositiones ordinantur. Tamen ad illas dispositiones certum est, quod sit per se motus: alteratio enim est per se ad calorem ligni, quæ precedit generationẽ substantialem ignis.

Quare alij dicũt, quòd esse per se motum ad aliquam formam nihil aliud sit, quam quod illa producatur per se non alio prius producto, sed nec hæc expositio vsq; qua est vera, quoniam ad quantitatem est per se motus (vt dicemus quæstione sequenti) & tamen numquam quãtitas producitur nisi alio prius producto scilicet substantia totali, vel substãtia partiali. ¶ Propterea ergo hæc nobis aliter dicendum est. Vnde dico, quod esse per se motum ad aliquam formam nihil aliud est, quam quod illa sit terminus acquisitus per illum motũ, vel mutationẽ, taliter quod sit id a quo sumat speciẽ talis motus, vel mutatio: sed ꝙ requiratur, vt ad aliquam formã sit per se motus proprie dictus, vt distinguitur á mutatione dicem⁹, quæstioni sequẽti.

His suppositis sit prima conclusio ad substantiam est per se mutatio. Probatur aperte generatio est mutatio (vt dictum est. q. 1.) & tamen est ad substantiam: ergo. Minor probatur, nam producitur substantia per generationem, taliter quòd quod ab ipsa sumitur ratio est, & species generationis, nam generatio substantialis differ ab omnibus alijs mutationibus per hoc quod ipsa est ad substantiam: aliæ vero mutationes sunt ad accidentia. Tum etiam generationes substantiales inter se distinguntur specie penes terminos ad quos, qui sunt diuersæ substantiæ productæ: ergo sequitur ex dictis, quod ad substantiã sit per se hæc mutatio, quæ dicitur generatio. ¶ Sit secunda conclusio, non tamẽ est per se motus proprie dictus ad substãtiam. Probatur qnoniam id ad quod est per se motus proprie dict⁹ debet habere latitudinem: sed substantia non habet latitudinem: ergo ad illam non est per se motus proprie dictus. Discursus optim⁹ est. Maior autem patet (& magis parebit quæstione sequenti. Et probatur nunc, quia motus proprie dictus habet hoc, ꝙ est esse successiuum, & habet partem extra partem: ergo terminus acquisitus per illum debet habere aliquam latitudinem, vel secundum intensionem, vel secundũ extensionem. Minor vero, quod scilicet substantia nullã habeat latitudinem probatur, quia substantia secundum se nullam habet latitudinem extensionis; hęc enim est de ratione quantitatis, nec etiam habet latitudinem intensionis, quia hęc solum conuenit formis per ordinem ad subiectum. sed substantia scilicet nõ est in subiecto, vt totalis, atq; completa, scilicet si est in subiecto, vt forma substantialis: non tamen potest habere latitadinem intensionis, in ordine ad illã, quia forma, quæ dat speciem subiecto in quo est non habet latitudinem in ordine ad aliud: sed forma substantialis dat speciẽ, maxime in qua est: ergo non habet latitudinem discursus iste cum minori est manifestus. Maior autẽ probatur, quod species consistit in indiuisibili, ac per cõ sequens sequitur, quòd non habet latitudinem.

Sed contra istam rationem obijciet aliquis, quòd ex ea sequitur saltim, quod nutritio sit motus proprie dictus in rigore, quia est ad substantiam secundum, quod habet latitudinem existentis quandoquidem per nutritionem forma extẽditur ad informandam nouam materiam: ergo sequitur, quod ad substantiam sit per se motus. Respondetur tamẽ

tamen negando consequentiam, nam quamuis nutritio fiat successiue (vt dicemus quæstione sequenti) non tamen ratione latitudinis, quam habet substantia: sed ratione latitudinis, quam habet quantitas, quæ acquiritur quando fit nutritio. Vnde extensio illa, quam habet substantia per nutritionem accidentalis est illi, sicut est accidens ipsa quantitas ratione cuius substantia dicitur extensa: ad hoc autem, quod ad aliquam formam fit, per se motus, opus est, quod habeat secundum se latitudinem propriam, & extrinsecam.

Sed obijcies secundo, quòd saltem substantia intrinsice, & per se habet latitudinem (vt dicebam in prædicamentis) intensionis quãuis nõ extensionis. Quod probatur, nam ea quæ suscipiunt magis & minus habent latitudinem intensionis: sed substantia suscipit magis, & minus: ergo. Minor probatur primo ex Aristot. qui in capite de substantia inquit vnam substantiam, quam aliam, scilicet primum magis, quam secundum, & speciem magis, quã genus, & primo de generatione cap. 3. dicit ignem, qui est nobilius elementum esse magis substantiã, quam terra, & primo de anima cap. 2. dicit, quod sensibilia sunt magis substantia, quam incorporea, & spiritualia; & deniq; 7. Meth. cap. 3. dicit totum esse magis substantiam, quam partes: ergo sequitur, quòd substantia habet magis, & minus, ac per consequens habet latitudinem.

Respondetur quod multis modis vna substantia potest dici magis altera, & non secundum intensionem primo modo dicitur magis substantia, quia pluribus subijcitur, vel quia pluribus substat, & hoc modo sumitur in Logica cũ dicit Arist. individua esse magis substantias speciebus, & species generibus. Secundo magis substantia dicitur, ideſt magis actiua, quò pacto in libro de Generatione ignis dicitur magis substantia cæteris alijs elementis. Tertio dicitur magis substantia, ideſt magis nota, & sic in libro de anima sensibilia dicuntur magis substantia in corporeis. Quarto dicitur magis substantia partibus.

Sed contra has expositiones obijcies, quod Arist. 7. Meth. tex. 10 inquit, quod substantiæ, quamuis secundum se consistãt in indiuisibili: tñ in ordine ad materiam non secundum se: sed per accidens ideſt ratione accidentium á quibus dependet, vt conseruetur in materia. Vnde sicut forma habet extẽsionem ratione quantitatis: sic etiam habet latitudinem extensionis ratione qualitatum, hoc est dicitur magis, vel minus intensæ eo gradu, qui requiritur ad conseruationem formarum, & hac ratione vnus homo dicitur habilior alio ad disciplinas, vel ad alias quascumq; res accidentaliter & denominatiuè ratione huiusmodi accidentium.

Sed obijcies contra hoc operationes suscipiunt magis, & minus, & sunt magis perfectæ in vno, quam in alio: ergo principia á quibus dimanat tales operationes, suscipiunt etiam magis, & minus: sed dimanant ex substantia: ergo.

Et confirmatur propria passio, quæ dimanat á substantia suscipit magis, & minus: ergo & ipsa substantia. Minor patet de calore, quæ est passio ignis, & tamen non semper est qualis intensionis. Resp. ad primum, quod principium operationis est duplex, quoddam proximum, alterum vero radicale, primo modo substrntia non est principium operationis (vt sæpe dictum est) sed solum accidens: bene tamen substantia est secundo modo principium. Vnde ad hoc quod operationes accidentales suscipiant magis, & minus, quod principium proximũ & accidentale suscipiat magis, & minus, & non requiritur, quod principium substantiale, & radicale suscipiat magis & minus.

Ad secũdum. Resp. quó nõ quicumq;

calor est passio ignis: sed calor vt octo, & iste non reperitur in alio subiecto præter ignem: calor autem circa octo, bene tamen reperitur in alio quocumq; subiecto præter ignem, vt in aqua absq; igne, & quamuis in ipso non possit esse calor minor, quam vt octo quando ignis non recte se habetur: tamen non sequitur, quod ipsa substantia ignis recipiat magis, & minus quoniam calori accidens, & per consequens habet esse in alio. Tum etiam habet contrarium cuius actione non potest intendi, & remitti: at vero substantia ignis nihil istorum habet, nec suscipit magis, aut minus quamuis calor suscipiat.

Ad argumenta in principio posita. Respondetur, quòd non ex eo quod sequitur ad productionem alterius eo ipso non producitur per se, nam quantitas sequitur in augmentatione post nutritionem: & tamen per se producitur alia actione distincta á nutritione, & ita quamuis consideremus substantiam generari per accidens ex productione dispositionum: nihilominus ad ipsam substantiam, potest esse alia mutatio per se, quamuis illa actio dispositiua per accidens solum se habeat respectu substantiæ. Dico secundo quod forma est minor, scilicet quòd substantia producatur per accidens, nam quamuis producatur semper præsuppositis dispositionibus: tamen non prr accidens, quoniam potius dispositis sunt propter substantiã, quam substantia propter dispositiones.

A secundum argumentum concedimus nutritionem esse mutationem per se ad substantiam: negatur tamen quòd sit inter terminos dispositiuos; quamuis enim quidam dicunt esse inter terminos positiuos inter esse rei aliti, & inter esse alimẽti: tamen nõ est ita, quia esse alimẽti est terminus á quo per accidens: sola enim priuatio rei alitæ est terminus á quo per se, cuius ratio est ea quam adduximus quæstione prima, quia substantia non habet aliquod positiuum demonstrationum cõtrarium, sed solum priuatiuum, cuius ratio est ea quam diximus quæstione prima, quia substantia non habet aliquid positiuum contrarium, sed solum priuatiuum, cuius ratio est, quia æquè pugnat forma aliti, cum forma alimenti, quam cum quacumque alia forma: ergo non magis habet fieri ex forma alimenti, tamquam ex termino a quo, quam ex quacumque alia, ac per consequens terminus á quo solum est priuatio rei alitæ.

Sed dices contra hoc, nutritio non potest fieri nisi ex alimento: ergo alimentum est terminus á quo per se respectu nutritionis. Respondetur primo, quòd quamuis non possit fieri nisi ex alimento: tamen per accidens fit ex hoc scilicet illo alimento, & ita quodcumq; positiuum sumas in termino a quo nutritionis est terminus per accidens. Dico secũdo, quòd quamuis forma substantialis, quæ est terminus ad quem nutritionis, prout terminat nutritionem non possit fieri nisi ex alimento: tamen absolutè loquendo potest ex alio termino á quo fieri, scilicet per generationem, & hoc sufficit ad hoc, vt dicatur alimentum per se loquendo non esse terminum á quo: sed per accidens.

Sed objcies secundo, forma nutritionis debet esse ante nutritionem: ergo neque ipsa est terminus ad quem nutritionis, nec priuatio eiusdem est terminus á quo. Respondetur, quòd quamuis forma nutriti fuerit prius esse in materia ipsius animalis, quod nutritur: tamẽ in materia alimenti non habet prius esse. Vnde non esse illius in materia alimenti, & terminus a quo; esse vero eiusdem in materia est terminus ad quem.

Sed contra hoc videtur esse argumentum secundum factum in principio quæstionis, quoniam nutritio est á minori substantia ad maiorem, sicut augmentatio: ergo habet duos terminos posi-

positiuos. Respondetur negando antecedens, nam maius, & minus sunt accidentia substantiæ, quę si conueniunt illi ratione quantitatis. Vnde sicut quantitas est accidens; sic etiam maius, & minus, nutritio autem, neque habet terminum á quo nec terminum ad quem, qui sint accidentia, sed substantia, & priuatio substantiæ: alias nim nutritio nō esset per se ad substātiam, sed ad accidētia, vel ad aggregatum. Et constat hoc ipsum alia ratione, quoniam subiectum mutationis debet esse subiectum termini á quo & ad quem, eius subiectū maioritatis, & minoritatis, ac per consequens nutritio non fit ex minori ad maiorem, sed ex eo non substantiæ nutritæ ad esse eiusdem in materia alimēti, sed ex non esse nutriti in materia alimenti ad esse eiusdem in materia alimenti.

Sed dices, per nutritionem fit maior substantia, qnæ ante erat minor: ergo isti sunt termini á quo, & ad quem. Respondetur, quod formaliter non fit maior substantia nisi per augmentationē: per nutritionem vero fit substantia capax maioris quantitatis, & præcesit substantia capax minoris: tamen illa substantia minor, quæ præcesit non est terminus á quo (vt dixi) quia nutritio subiectatur in materia alimenti (vt dixi.) Vnde terminus á quo debet præcedere in eadem substantia, substantia autem, quæ antea erat capax minoris, etiā post nutritionem est capax maioris non est in materia alimenti: ergo illa non est terminus á quo, &c.

Ad tertium vero in principio positū dicetur. q. sequenti.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum ap quantitatem sit per se motus proprie dictus? Qui est augmētatio.

IN hac quæstione, quæ prima est in qua agitur de motu proprie dicto, explicandum est, quod sit necessarium, vt ad aliquam formam sit motus propriè dictus, nam in superiori quęstione diximus, quod sit necessarium, vt ad aliquā formam sit mutatio.

Dico igitur, quod vt aliqua res sit per se producta per motum proprie dictum requiruntur tres conditiones. Prima est quod talis forma habeat latitudinem intensionis, vel extensionis intra idem in diuiduum. Ratio huius conditionis est, quia motus proprie dictus est successiuus, habet ergo aliquam extensionem: sed non potest motus habere extensionem, nisi etiam habeat latitudinem terminus acquisitus per motum, quia si non habet illam fit in instanti, ergo. Quod autem hæc latitudo termini debeat esse intra idem indiuiduum, patet, quia motus est continuus, ad continuationem autem motus requiritur, vnitas numerica: tamen ergo oportet, quod latitudo termini ad quem est per se motus sit intra idem indiuiduum.

Ex quo patet, quod debet esse forma accidentalis illa ad quam est per se motus. Et ex hoc sequitur. Secunda conditio, quod subiectum motus debet esse ens in actu cuius ratio est quia idem debet esse subiectum motus, atque termini ad quē acquisiti per motum, sed subiectum termini ad quē est ens in actu, quia terminus ad quem est accidens: accidentia vero non subiectantur in materia prima, sed ente in actu: ergo motus proprie dictus subiectatur etiam in ente in actu.

Tertia conditio, etiam sequitur ex prima, quod scilicet motus proprie dictus debet esse de subiecto in subiectū, idest ab vno contrario positiuo in aliud. Cuius ratio est, quia omnis motus, siue mutatio debet esse inter duos terminos oppositos, sed accidens quod est terminus acquisitus per motum habet oppositum positiuū (vt dictum est) in superio-

ribus. Igitur motus, qui terminatur ad ipsum, debet etiã ab vno cõtrario positi uo in aliud. ¶ Sed cõtra primã conditionẽ obijciet aliquis, doctrinã Arist. in. 6. Physi. vbi docet terminum ad quem cuiuscumq; motus consistere in indiuisibili, quia dicit, quod termino ad quẽ motus respondet mutatum esse in motu, quod est, quid indiuisibile: ergo fallo nos dicimus, quod terminus ad quem debet habere latitudinem. Respondeo, quod de termino ad quem possumus loqui dupliciter, vno modo secundum se & sic certum est, quod habet latitudinem: vt patet in calore, qui potest esse, vt sex, velut duo, vel vt octo: alio vero modo possumus considerare terminum ad quem præcisse, & formaliter in quantum est terminus (verbi gratia) calor ẽ, vt octo prout calor vt octo, & vt sic consistit in indiuisibili, quia quidquid addas, vel tollas ab isto calore, vt octo, iam non vt octo, sed vel maior, vel minor. Vnde terminus ad quem primo modo sumptus mensuratur cum motu, quia ab ipso habet motus extensionem successiuam: at vero si secundo modo consideretur correspondet illi mutatum esse, quod est indiuisibile, & hoc secundo modo locutus est Arist. 6. Physi. non tamen negauit hoc primum, sed potius ad idem docuit quod motus quicumque est indiuisibilis ad diuisionem termini.

Contra tertiam conclusionem obijciet aliquis authoritatẽ Arist. etiã in. 1. cap. huius libri, qui docẽs, quo pacto motus sit speciẽ quẽdã mutationis inquit, quod motus ab vno contrario positiuo in aliud, vel à priuatione ad suum contrarium dummodo priuatio nomine affirmatiuo significetur propter hoc quidam, ita volũt, quod cũ scilicet priuatio ex parte termini á quo significatur nomine affirmatiuo, tunc ille transitus est motꝰ proprie dictus, sed immerito quidem, ita sentiũt primo, quia sequeretur illuminationem esse motum proprié dictum, quando quidem tenebræ, quæ sunt in termino á quo illuminationis nomine affirmatiuo significantur. Consequẽs est falsum, quia illuminatio ex natura sua fit in instanti: ergo. Tum etiam secũdo, quia significetur hoc, vel illo nomine per accidens se habet ad rationem, motus, qui totam suam rationem habet ad rationem motus, qui totam suam rationem habet ex termino secundum rẽ; si ergo quando terminus secundum rẽ est priuatiuus, & nomine priuatiuo significatur, non est motus proprie dictus: ergo etiam si ille terminus idem manens nomine affirmatiuo significatur, nõ propter hoc erit motus. sed mutatio

Quare aliter dicendum est ad authoritatem Arist. pro quo notandũ est, quod priuatio est in vtroq; contrario, sicut in nigro est priuatio albi, & in albo priuatio nigri, quamuis cõtrariũ, quodcumq; non cõmuniter appellemus priuatiuum alterius, sed tantũ illud, quod est minus perfectum. Ex quo sequitur quod dũ aliquod mouetur ex vno cõtrario in aliud mouetur ex priuatione ad habitum: nõ tamen ex priuatione quomodocumq;: sed ex priuatione secundum quod significatur nomine alterius contrarij positiui, & hic est sensus Arist. quod quando est mutatio ex priuatione ad habitũ secundum quod priuatio illa significatur nomine positiuo alterius contrarij, talis est motus proprie dictus, quia tunc vterq; terminus est positiuus sic explicat Perey. libri Meth. cap. 10. quæ eadẽ cum ista quam traddit hoc. 1. cap.

His ita suppositis manet quæstio difficilis ad quantitatẽ sit per se motus proprie dictus. In qua re Plato refert partẽ negantẽ tenuisse, & Gall. lib. 7. c. 7. Metho & Valles. lib. 2. Controuer. cont. 17 ethic. c. 2. & lib. 3. huius. c. 2. & lib. 8. c. 3. & alibi, & alij Neotherici putarunt augmentationem consistere in actione qua ligni quantitas. v. g. fit vt cumq; quantitas ignis, ex vi generationis qua lignũ fit ignis. Vnde negarũ motum per se ad quantitatẽ. Primo quia si aliquis terminate-

haretur ad quantitatē maxime augmē tatio, sed augmentatio nō est motus pro prie dictus, quia nō est continuus, vt do cet Arist. 8. Physi. text. 23. omnis autem motus proprie dictus est cōtinuus ergo.

Et ratione arguitur, quia motus pro prie dictus est á cōtrario in cōtrarium: sed quantitati nihil est contrariū, ergo.

Secūdo, quia si ad quantitatē esset per se motus, maxime augmētatio, & demi nutio: sed istę non: ergo nulla. Probo mi norē, nā augmētatio, & diminutio dicū tur specie, eo quòd sint motę, sed quanti tas maior, & minor nō dicūtur specie, vt cōstat: ergo nō terminātur augmētatio & deminutio ad quātitatē, nā motus cō trarij, & diuersæ speciei ad terminos cō trarios, & diuerse speciei debēt termi nari. ¶ Quarto, arguitur, q augmētatio nō fit motę per se ad quātitatē, nā in generationę totali, quā de nouo producit substātia, quantitas cōsequitur absq; no ua actione, & motu: ergo in generatione partiali, quę est nutritio qua fit substātia capax maioris quantitatis, ipsa maior quātitas cōproducitur absq; nouo motu & mutatione, ac per cōsequens augmen tatio nō est motus per se ad quantitatē.

Quinto & vltimo arguitur motę pro prie dictus debet esse successiuę, sed aug mentatio non fit in instāti: ergo non est motus proprie dictus. Probatur minor augmētatio sit simul cū nutritione, & de perditione alimenti, sed nutritio, & de perditio alimenti sunt mutationes in stantaneæ, quippe sunt mutationes sub stantiales: ergo augmentatio similiter. Pro huius explicatione notandū est, q augmentatio pōt summi multis modis vnomodo largissime, pro eo, quod est ali quid fieri maius, siue sm̄ intensionē, siue secundū extensionē, & sic sumitur á S. Tho. 22. q. 24. art. vbi agit de nutrimen to, quarumq; formarū, quæ habent lati tudinē: secundo modo sumitur strictiue pro eo quod est fieri maiorę intēsione, pro ut abstrahit á quātitate cōtinua, & dis creta, & sic augmētatio nihil aliud est quā additio aliqua, sicut dicimus augeri numerū per additionem vnitatū: tertio modo sumitur pro eo, q est fieri motus in quantitate cōtinua, & hoc multiplici ter, nā improprie sumitur etiā hoc mo do pro partiū dilatione, quæ fit in rarefa ctione, & impropissime dicitur augmē tatio: secundo modo quātitas etiā cōti nua dicitur augeri per appositionē nouę partis, sed in proprie, vt in non viuen tibus cū scilicet aqua fit maior per addi tionem nouę partis, sed propriissime fit augmētatio per hoc, q subiectū idē per existens fiat maior per extensionē in no uam partē materiæ, & productione no uæ partis quātitatis partibilis, sicut fit in viuētibus. ¶ Sed notandū est adhuc, viuentia nō eodē modo augeri, quia quę dam sunt viuentia perfecta, quæ augen tur hoc modo per hoc q forma noua per existēs informat nouā materiam, & alia sunt viuentia imperfecta, quæ augē tur per hoc, quod apponatur noua pars materię, & producatur etiam noua pars formæ, vt patet in plātis. ¶ Vnde viuētia imperfecta cōueniunt cū non viuentibus in hoc, quod augētur opposita noua par te materię, & noua parte formę dicūtur in tribus istæ duæ augmētationes primo, quia nō viuentia versus vnā partē augē tur minimā, scilicet versus illā ad quam ponitur alimentū, & patet in igne: at ve ro viuētia imperfecta augentur versus omnes differētias, scilicet versus sursum & deorsum, vt patet in plāta ex quo fit, q ista augmētatio viuētiū, licet imper fectior sit motę vitalis; quia ad plures dif ferētias positionis est. Secundo differunt quod augmētatio in nōviuētibus fit per iuxta positionem (vt patet in igne) dū cōburit lignum augetur per appositio nem vnius partis ad aliā per existentē: at vero viuentia nō augētur nisi per in tus sumptionē per hoc scilicet, q alimē tum intra poros simptū in substātia ali ti conuertatur ex qua fit, quod non viuentia non augentur necessario secun dū omnes dimēsiones, sed possunt esse

longiora ſine eo, quòd augeantur ſecũdum latitudinem, aut profunditatem, aut é contra, at vero viuẽtia licet imperfecta non ita, ſed neceſſe eſt augeri ſecũdum omnes dimenſiones. Vnde planta ſemper, quod augetur creſcit verſus ſurſum, & deorſum, &c. Ita etiam creſcit ſecundũ latitudinem, & profunditatẽ.

Tertio differunt, quia id, quod producitur in augmentatione non viuentiũ, quamuisiũmul cum ſit vniatur præexiſtenti: tamen poterit illud ibidem ſeorſum, & per ſe produci ex vi ex natura ſua: at vero in viuentibus id, ꝙ de nouo producitur per augmẽtationem, taliter fit coniunctum, & vnitum præexiſtenti, quod nulla ratione poſsit ſeorſum, & per ſe exiſtere. Cuius ratio eſt, quia viuẽtia ſunt homogenea: atq; adeò in quacumq; parua quantitate ſumit per ſe, & ſeorſum exiſtere: viuentia vero non niſi in illa, quæ eſt capax organorum & quoniã illa, quæ de nouo aduenit in augmentatione non eſt capax omnium organorũ, ideò non poteſt in illa exiſtere forma viuentium. ¶ Ex dictis ſequitur, quod cũ his agitur de augmẽtatione, an perſe terminetur ad quantitatem nõ eſt quæſtio de augmentatione non viuentium, ſed viuentium perfectorum, ſcilicet imperfectorum. Ratio eſt, quia in non viuentibus quantitas illa, quę de nouo aduenit cum augentur eodẽ modo producitur, ſicut quantitas totalis in generatione totali, cõſtat autẽ, quod in generatione totali non producitur quantitas per motum proprie dictum, licet ſit probabile produci per ſimplicem emanationẽ (vt infra dicetur) ergo neq; quantitas, quæ etiã fit in augmentatione ſit per motum proprie dictum: atq; adeò de iſta augmẽtatione non eſt quæſtio, ſed de ſola augmẽtatione viuentiũ, an ſit motus proprie dictus terminatus per ſe ad quantitatẽ.

Sed cõtra hoc dicet aliquis. Vnde colligitur, quod quantitas, quę de nouo aduenit cũ augetur non viuens producatur, ſicut quãtitas in generatione totali. Reſ. quod hoc cõſtat ex his, quę dicta ſunt addendo vnũ, quod ſcilicet ſubiectum propriũm illius partis, quę de nouo aduenit cũ augetur nõ viuens eſt pars illa ſubſtantiæ, quę de nouo producitur: at vero propriũ ſubiectum quãtitatis, quæ de nouo aduenit in augmẽtatione viuentiũ, ſiue perfectorũ, ſiue imperfectorum eſt totũ viuẽs, quod colligiter ex tribus differentijs, quas adduximus. Nam non viuentia nõ augẽtur verſus omnes differẽtias poſitionis, nec ſm̃ omnes dimenſiones, & pars illa, quæ aduenit quantũ eſt ex natura ſua poterat ſeorſum exiſtere ſeparata: ergo prius natura (vt ita loquamur) producitur illa pars de nouo, quã vniatur cõpoſito præexiſtenti, atq; prout ſumitur in illo priori eſt ſubiectũ, quantitatis: ergo. At vero in viuentibus, ſiue perfectis, ſiue imperfectis cũ augentur, augẽt verſus oẽs differẽtias poſitionis, & ſecundũ omnes dimẽſiones, & deniq; illa pars, quę de nouo aduenit nõ põt ex natura ſua exiſtere ſeparata: ſed coniũcta, atq; adeò ſubiectum illius quantitatis, quæ aduenit nõ eſt illa tãtũ pars: ſed totum præexiſtens. Et hinc eſt certũ, & manifeſtum id, quod diximus, quod eodem modo producatur illa partialis quãtitas in augmentatione non viuentiũ, ſicut in generatione totali, quia ſubiectũ illius noue partis, tunc de nouo producitur, atq; adeò, ſicut non eſt quæſtio vtrũ ad quantitatẽ ſit per ſe motus cũ ſit generatio totalis: ſic etiã, nec augentur, nõ viuentia, & ita ſolũ manet quæſtio de viuentibus, ſiue perfectis ſiue imperfectis.

Sed contra hoc dices quem admodũ quando augetur viuens totum ipſum cõpoſitum dicitur fieri maius, ſic etiã cum augetur ignis. v. g. totus ignis factus dicitur eſſe maior: ergo in toto ſubiectatur illa quãtitas, quæ de nouo aduenit. Reſpõ. quod totus ignis dicitur maior ratione illius partis, ſicut dicimus totũ hominẽ criſpũ ratione pilorũ: non tñ, quia in toto ſubiectatur ſecundũ ſe quãtitas de nouo, vt probatum eſt.

His

His ergo suppositis de augmentatione viuentium statuitur conclusio, quod est motus per se ad quantitatem, quam conclusionem expresse tenet Arist.: sed præcipue in hoc lib. cap. 1. & 1. de Generatione. cap. 5. & 2. de Anima ca. 4. & est cõmunis omnium, tenetq; eam S. Th eisdem locis, & omnes expositores Aristo. præsertim Thomistæ. Et ratione probatur sic, primo augmẽtatio est motus proprie dictus, & est ad quantitatem; ergo. Probatur maior nam augmentatio non est mutatio cuius subiectum est non ens cũ potius ipsa subiectetur in toto, quod est in actu quia totum est, quod fit maius secundum quamlibet partem. Minor vero probatur, quia per augmentationes fit aliquid maius: sed esse maius est per quantitatem: ergo augmentatio terminatur ad quantitatem.

Secundo, quantitas habet omnes conditiones requisitas ad hoc, vt aliquam formam sit per se motus. Nam est forma habens latitudinem extensionis, & subiectatur in ente in actu, & habet oppositum positiuum determinatum: magnũ enim paruo contrariatur, &c. ergo sequitur, quod ad illam est per se motus.

Tertio, si aliqua ratione ad quantitatem nõ esset per se motus, maximé quia comproducitur eadem actione, qua substantia: sed hoc non potest fieri: ergo. Minor probatur quantitas est distinctũ ens realiter á substantia: ergo fit distincta actione. Consequentia probatur, nam vbi est distinctum ens est distinctum factum esse, ac per consequens distinctum fieri.

Sed dices, quod illa actio, quamuis sit distincta á productione substantiæ: non tamen est motus: sed mutatio. Sed contra idem probatum est, quod sit motus, quia est á continuo in continuũ ad formam quæ habet latitudinẽ, &c. Dices idem argumentum probaret in generatione totali ad quãtitatem tota esse per se motum. Respon. ad hoc in solutione quarti.

Sed dices saltim istæ rationes omnes eodem modo procedunt de augmentatione viuentium, & non viuentium; ac per consequens si prima est motus, ita & ista, aut é contra? Resp., quod non est eadem ratio. Primo quidem, quia illa pars quantitatis, quæ de nouo fit in non viuẽtibus subiectatur in parte illa, quæ de nouo aduenit, ac per cõsequens per simplicem emanationem producitur, sicut reliqua accidentia, quæ etiam de nouo aduenunt tunc: at vero ista quantitas, quæ fit in viuẽtibus in toto subiectatur, ac per consequens per expulsionem contrarij, scilicet minoris quantitatis ab eodem subiecto, & ideò in viuentibus fit per motum, in non viuẽtibus minime.

Secundo, quia cum in non viuentibus sit prius natura partem illam esse productam, quam vniri composito præexistenti, qui poterat per se existere non producitur illa partialis quantitas per actionẽ qua non viuens fit maius, (vt ita loquamur:) at vero in viuentibus prius natura est partem illam vnitam esse composito præexistenti, quam quod sit. Quia non habet esse, quia nõ poterat seorsum existere; & ideò actio illa, qua viuens fit maius est productiua quantitatis: at vero actio, qua non viuens fit maius nõ est productiua, sed vnitiua partis, quę de nouo aduenit cum præexisteri, & ideò hęc augmentatio non est motus: illa vero est motus per se ad quantitatem.

Super est nunc argumenta soluamus, quæ in principio quæstionis posita sunt, quorum quodlibet propriam habet difficultatem. Pro solutione primi notandum est, quod Arist. 8. Phys. tex. 28. solum motum localem dixit esse per se cõtinuum: sed hoc, quod est aliquem motũ esse continuum potest intelligi multis modis. Primo sic, quod duret per totum tempus absq; aliqua sui in corruptione, idest, quod sit æternus á principio mundi, vsq; in finem: quo pacto motus cœli dicitur esse continuus. Secundo vero modo, aliquis motus dicitur continuus, qua

ſi durans per totam vitam hominis. Tertio modo poteſt intelligi, quod ſit continuus, quia quãuis non duret per totam vitam hominis: durat in principio vitæ, vſque ad ſtatum abſque ſui interruptione, vt ſi intelligamus, quod continuo motu augetur homo ab initio ſuæ vitæ per totum tempus, quo durat ſtatus augmenti. Quarto deniq; poteſt intelligi motum eſſe continuum, quia durat abſq; intermiſſione pro tempore, quo eſt: quo pacto motus progreſſiuus nõ eſt cõtinuus: ſed nec tempore, quo eſt debet interrũpi quietib⁹, propterea quod in illo reperitur motus ſurſum, & deorſum.

Nunc ergo in propoſito certũ eſt augmentationẽ non eſſe motũ continuũ primo modo, quia Ariſt. 8. Phy. motũ continuũ, hoc modo, dicit eſſe tantũ in corpore incorruptibili, quale eſt cœlũ, & ita ſolus motus circularis eſt hoc modo cõtinuus, & perpetuus. Nã alij motus circulares, ſcilicet recti, neceſſe eſt interrũpi quietibus: ſed neq; augmentatio eſt motus continuus. Secundo modo, ita quod duret per totã vitam hominis V. G. Ratio eſt, quia neceſſe eſt interrumpi, vel quia homo in ſenectute peruenit ad ſtatum diminutionis, in quo plus perdet, quam acquirit, vel etiam quia cum calor radicalis ſemper agat, & non ad ſit alimentum poteſt interrumpi augmentatio agendo in humidum radicale: ſed nec tertio modo augmẽtatio eſt motus continuus, quia adhuc à principio vitę vſque ad ſtatum non poteſt durare cõtinuo augmentatio, tunc propter rationem dictam, quia non ſemper adeſt alimentum, vel propter infirmitatem, quæ impedire poteſt augmentationẽ fieri. Tum etiam, quia aliquod tempus conſumitur in coctione eiuſdem alimenti quo neceſſe eſt augmentationem interrumpi.

Ex quo colligitur, quod ſolum quarto modo dicatur augmentatio continua, ſcilicet, quia tempore quo eſt nõ interrumpitur, ſicut motus deorſum lapidis hoc modo dicitur continuus, quaſi fiat continue tempore, quo eſt. Et ex hoc patet ſolutio ad argumentum. Dico enim, quod vt aliquid ſit motus propriè dictus debet eſſe continuus quarto modo, ideſt, quod pro aliquo tempore, & non ſolum in inſtanti ſit continuus: non tamen alijs modis debet eſſe continuus, & quoniam augmẽtatio habet hoc (vt diximus) ideò dicendum eſt, quod ſit motus propriè dictus, & quod Ariſt. loco citato ſolum negauit eſſe motum continuum primo modo, quo pacto etiã dixit alterum non eſſe continuum, & tamen de illa nõ eſt dubiũ quin ſit motus.

Sed obijcies contra ea, quæ dicta ſunt nã ſaltem augmentatio debet eſſe continua ſecundo modo, ſcilicet ita quod duret per totam vitam. Et probatur, tãdiu enim durat augmentatio, quãdiu durat nutritio: ſed nutritio durat per totam vitã, quia animal, quãdiu durat, tandiu nutritur, ergo. Reſ. dupliceter, primo quod maior eſt falſa, ſcilicet quod augmentatio duret quãdiu nutritio, quia in ſtatu deminutionis eſt nutritio, & tamen non eſt augmentatio, quia plus deperditur, quam acquiritur, & ideò eſt nutritio abſque augmentatione.

Secũdo dico, quod quãuis maior ſit vera: minor tamen eſt falſa, quod ſcilicet nutritio duret per totã vitã: pro quo notandum eſt, quod nutritio in rigore eſt actio illa ſubſtantialis, quæ conuertit alimentũ in ſubſtantiã alitã: ſed nutritio ſũmitur alio modo pro alteratione, quæ eſt diſpoſitio ad hanc, quæ dicitur concoctio alimẽti. Dico ergo, quod animal quãdiu viuit tãdiu nutritur: vno ex his duobus modis ſcilicet, ita quod diſponatur alimentũ, vel ita quod cõuertatur in ſubſtantiã alitã: at vero augmentatio nõ eſt niſi quãdiu eſt nutritio hoc ſecundo modo, & ideò dicendum eſt quod nõ durat augmentatio per totam vitam, ſicut nec nutritio propriè dicta.

Circa ſolutionem ſecundi argumenti principalis eſt notandum, quod cõtrarietas ſumitur multis modis primo modo

pro

pro quacumq; operatione, seu repugnãtia inter duo extrema, siue positiua, siue vnum positiuum, & alterum priuatiuũ, & hoc modo largissime, quæ opponuntur priuatiue & relatiue, imo & quæ nullo modo opponuntur: sed sunt disparata: secundo tñ contraria dicuntur propriſsime, quæ sunt duo positiua sub eodẽ genere contenta, & maximé distant atq; ab eodẽ subiecto mutuo se expellunt; vt calor, frigiditas. Tertio modo dicuntur cõtraria, quæ sunt quidẽ duo extrema positiua, & quę maximé distant sub eodem genere: nõ tamẽ sunt actiua, & hoc modo quantitas maior & minor sunt contraria, & locus sursum, atque deorsum. Vnde ad rationem motus sufficit, quod terminus á quo, & ad quem sint contraria hoc tertio modo, sicut patet in motu locali, qui est á sursum ad deorsum, vel è contra, & ideò non est cur negemus, augmentationem esse motum propriè dictum.

Sed dices adhuc videtur quod maior, & minor quãtitas non sint cõtrariæ hoc tertio modo, quia non mutuo se expellunt ab eodẽ subiecto: q; tamen requiritur necessario ad hoc, quod sit terminus à quo & ad quẽ eisdem motus; nam terminus á quo expellitur adiuuante termino ad quẽ. Quod autẽ ista non mutuo se expellant patet; nam minor quãtitas, quæ erat prius in eo, quod augetur etiã manet cũ augmentatione maiori. Sed Resp. quod quãuis minor quãtitas maneat in eo, quod augetur post augmẽtationẽ: nõ tamẽ manet sub ratione minoris: sed desinit esse minor, adueniẽte maiori; ita q; manet quidẽ quantitas, quæ erat in termino á quo simul cũ termino ad quẽ, Non tamen manet minoritas simul cũ maioritate, & hoc sufficit ad contrarietatem requisitam in termino á quo, & ad quem motus.

Circa solutionẽ tertij principalis explicandũ est, quomodo distinguantur augmentatio & diminutio, & earum termini. Quidam enim respondent ad argumentum factum, quod isti duo motus non distinguuntur specie, quamuis sint contrarij, sicut neq; distinguuntur specie earum termini, quantitas scilicet maior, & minor, quamuis sint contrarij.

Sed tamen ista solutio non placet. Primo quia motuum contrarietas, non potest esse sine distinctione specifica (vt infra patebit) tum etiam, quia neq; exẽplum de quantitatibus, nã quamuis quãtitates illæ, quę sunt maior & minor nõ differant specie: tamen maioritas, & minoritas differunt, vt statim dicemus.

Quare secundo alij dicunt hos modos differre specie, & terminos etiã ad quos maior & minor: quantitas tamen non ratione positiui: sed ratione priuationis, quam in includit vnum alterius, scilicet maior quantitas dicit à maiori quia includit priuationem illius.

Hæc solutio videtur esse Soti: tamen nec satisfacit ad argumentum quia motus proprie dicti non sũmunt suã speciẽ, aut contrarietatem ex terminis priuatiuis: sed ex positiuis (vt diximus) si ergo augmentatio & diminutio non solum sunt mutationes: sed motus propriè dicti: ergo sequitur, quod termini vtriusq; ne sint positiui.

At dices quod minor quantitas specificatur ratione positiui, quod includit scilicet quantitatis quamuis propter hoc distinguatur à maiori ratione positiui. Contra quia diminutio distinguitur ab augmentatione, aut ex ordine ad positiuum tantum, quod est in ordine ad quem, & hoc non. Quia tu dicis non distingui specie ab altero positiuo quod est terminus augmentationis aut distinguitur ex ordine ad priuatiuum solum, & hoc non quia est motus proprié dictus & eius terminus specificatiuus debet esse positiuus, aut denió; distinguit ratione vtriusq; & hoc nõ. Quia est vnũ per accidens, & nequit dare speciem.

Quare tertio alij dicunt, quod quantitas maior & minor, quæ sunt termini augmen-

augmentationis, & diminuitionis differunt ſpecie, ſicut & motus.

Sed quamuis hæc ſolutio poſsit habere bonum ſenſum; tamen vt iacet videtur eſſe falſiſsimam. Primo, quia ridiculum videtur lineam vnius palmi differe ſpecie à linea digitali. Secũdo, quia, quæ poſſunt continuari non differunt ſpecie: ſed iſtæ duæ lineæ parua, & magna poſſunt continuari, & fieri vna tantum: linea ergo non differunt ſpecie.

Sed pro intelligentia veræ ſolutionis notandum eſt, quod aliqua differre ſpecie ſtat dupliciter; vno modo ſpeciali: vt homo, & equus differunt ſpecie eſſentialiter: alio vero modo ſpecie accidentali, vt Petrus albus, & Ioannes niger dicuntur differre ſpecie accidentaliter ea dicuntur differre ſpeciali, quæ ſub eodem genere diuerſis differentijs eſſentialibus conſtituuntur: dicuntur vero differre ſpecie accidentali ea, quæ quamuis ſecundum ſe ſunt eiuſdem ſpeciei habent accidentia diuerſæ ſpeciei, vt in exemplis addictis.

His ita ſuppoſitis dico, quod quantitas maior, & quantitas minor, quæ ſunt termini ad quos augmentationis, & diminutionis non differunt ſpecie eſſentiali, vt argumenta duo nuper adducta probant, quoniam aliás linea magna; & parua non poſſent continuari: tamen differunt ſpecie accidentali, quod eſt dicere accidentia lineæ magnæ, & paruæ, quæ ſunt maioritas, & minoritas differunt ſpecie, & ideò poſſunt iſtæ duæ continuari, quia poteſt ſeparari hoc accidẽs, quod eſt maioritas vel minoritas earum, & cõtinuari ſecundum rationem quantitatis eſſentialis, quę non eſt diuerſa ſpecie in vna & in alia.

Sed quod maioritas, & minoritas differunt ſpecie in quantitate duobus modis poteſt exponi. vno modo ſic, quod in viuentibus eſt certus terminus augmenti, & decrementi; atq; adeò maioritas, & minoritas ſunt quaſi diuerſæ diſpoſitiones ad conſeruationem viuentium, vel ad corruptionem. Secundo etiã modo poteſt intelligi, quòd maioritas & minoritas differant ſpeciem quarumq; quãtitate, quatenus ſunt fundamenta relationis magni ad paruum, vel maioris ad minus, & hoc ſecundũ mihi videtur probabilius, nam relationes magni ad paruum ſunt diſparantiæ, & patet, quod ſint diuerſæ ſpecies; ac per conſequẽs & fundamenta. Nam quamuis non ſequatur ex diſtinctione fundamenti diſtinctio rationis: bene tamen ex diſtinctione relationum diuerſitas fundamentorum colligitur. Cum ergo in omni quantitate poſsimus aſsignare iſtam rationem fundandi, ſequitur quod in omnibus diſtinguantur ſpecie maioritas, & minoritas.

Sed quæres: ſi ergo maioritas & minoritas differunt ſpecie, ad quod prædicamenta pertinent, vt ſic. Reſp. quod ponuntur reductiue in prædicamento quãtitatis, quia nihil aliud ſunt, quam modi diuerſi ipſius quantitatis, ita reductiue ponuntur in eodem genere, & ſpecie cuius ſunt modi. Vnde maioritas, & minoritas in longitudine reducuntur ad ſpeciem lineæ, & ita ſimiliter in latitudine, & profunditate, &c. ſicut par, & impar ſunt accidentia numeri, & ponuntur in eodem genere, & ſpecie cum ipſo numero.

Ex his ergo iam patet ſolutio, ad tertium dico enim, quod ſicut diminutio, & augmentatio differunt ſpecie, ſic etiã termini eorum differunt, quia quantitates maior, & minor ſub ratione maioris & minoris differunt ſpecie, vt explicuimus.

Sed dices iam ergo iſti motus nõ ſunt ad quantitatem formaliter: ſed ad modos quantitatis, conſequens nihil contra noſtram concluſionem: ergo & contra Ariſtotelem. Reſp. tamen, quod nos, & Ariſt. diximus iſtos motus eſſe ad quantitatem ſuis modis, ſcilicet ſub ratione maioris, & minoris præſertim, quia iſti modi ſunt de prædicamento quãtitatis, vt diximus.

Sed

Sed dices: ergo similiter in non viuentibus differunt specie augmentatio, & diminutio, quia etiam in illis reperitur maior, & minor quantitas. Resp., quod si sequamur secundum modum dicendi, quod scilicet maioritas, & minoritas in omnibus differunt specie, dicendum est, quod in non viuentibus augmentatio, & diminutio differunt specie: tamen non sunt motus: sed mutationes propter rationes superi' adductæ quarto & quinto argumento Respondebitur quæstione sequenti.

Circa quartum argumentum expli ā da nobis est magna difficultas, quæ est circa productionem proprietatum, quæ dimanant ab essentia, & aliorum omniū, quæ dicuntur produci simul cum alio per modum sequelæ. Vtrúm scilicet distincta actione, & productione producantur ab ea, quæ producitur circa ex qua dimanant.

Procuius intellectione notandū est, duplicem esse actionem aliam perfectiuam: aliam vero corruptiuam; perfectiua est illa, qua producitur aliquod absq; alterius corruptione, sicut illuminatio: corruptiua vero est qua fit aliquid cum abiectione contrarij, vt calefactio: dubiū ergo est de actione perfectiua, quoniam de actione corruptiua non dubium est, quin non possit esse cum V. G. risibilitas dimanat ab essentia hominis, nō potest mediare actio producta risibilitas, & corruptiua sui contrarij, quoniam nū quam istud subiectū habuit contrariū risibilitatis: supereſt ergo explicemus an dimanet ab essentia per actionem aliquam, quæ fit perfectiua,

Et videtur quod nō. Primo, quia quod cum producitur cum alio fit omnino eadem actione cum illis: sed proprię passiones comproducuntur cum essentia: ergo fiunt eadem actione, qua essentia, ac per consequens nō distincta actione.

Secundo, quæ dat formam dat consequentiam ad formam: ergo generans quod est causa substantiæ res est causa omnium, quæ consequuntur ad illā: sed non potest dare ea, quæ consequuntur ad formam nisi vna, & eadem actione, quia generans V, G, ignem solum habet vnicam actionem: ergo sequitur, quod ea, quæ consequuntur ad essentiam eadem actione fiunt.

Tertio arguitur ex S. Tho. 1. p. quæst. 77. art. 6. in solutione ad tertium, vbi dicit, & propriæ passiones procedunt per modum resultantiæ ab essentia absque aliquo motu; ergo absq; noua actione.

Confirmatur, quia si propriæ passiones dimanant ab essentia media aliqua actione sequitur quod prima passio procedat media aliqua actione, ac per consequens substantia erit immediatū principium operationis, & actionis qua procedit prima passio: cōsequens est falsum & contra quæ diximus 2. Phys. ergo.

Quarto & vltimo, arguitur pro hac sententia, nam sicut propria passio dimanat ab essentia, sic etiam existentia dimanat ab essentia vnius cuiusq; rei: sed illa dimanatio existentiæ non est actio distincta à productione essentiæ: ergo nec dimanatio propriarum passionum est actio distincta.

Sed his non obstantibus, est nostra conclusio, quòd scilicet quando aliquid producitur per resultantiam ex alio, illa resultantia est noua, quædam actio perfectiua diuersa ab ea, qua producitur id á quo dimanat. Probatur primo, quoniam ratio propria causæ efficientis est agere sic, quod per ipsum agere cōstituitur causa efficiens in esse causæ: sed sic est, quod essentia est causa efficiens propositionis ergo necessario debet esse aliqua actio per quam propria passio dimanet ab essentia: sed illa actio est distincta per quā producta est ipsa essentia, vt cōstat, quia essentia non est causa actionis per quam ipsa producitur: ergo, &c.

Sed scio dici posse ad hoc argumentū inquo dicitur causa efficiens, quæ producit aliquod per modum emanationis, ac per modum sequelæ non indigere actione, vt

ne, vt sic efficiens. ¶ Sed contra hoc est, quia ipsi emanationi, & sequelæ, qua propria passio dimanat ex essentia conuenit definitio actionis: ergo eo ipso, ꝙ est aliqua causa efficiens per modum sequelæ, est causa media actione. Antecedens probat, nã actio nihil aliud est, quã productio alicuius, pro vt dimanat ab agẽte: sed illa sequela, & emanatio est productio alicuius, scilicet eius ꝙ dimanat, & illa emanatio etiã proceditur ab agẽte, scilicet ab essẽtia à qua dimanat: ergo est accidẽs, ac per cõsequẽs in intelligibile est, ꝙ aliquid procedat ab alio per modũ sequelę, & non per nouã actionem.

Et si rursus dicat aliquis; quòd propriæ passiones nõ dimanant in genere causę efficiẽtis ab essentia. Cõtra hoc est, quia docet illud S. Tho. 3. p. q. 77. art. 3. & nos probauimus in 2. libro præsertim, quia nostra conclusio erit vera de his, quę per modum sequelæ, & in genere causæ efficientis procedunt ab alio.

Et confirmatur, quia si esset vera sentẽtia antiquorũ Philosophorũ Gẽtiliũ, qui posuerunt primam causam esse agens naturale secundum hos omnes effectus in prima rerum conditione dimanabant á Deo ab æterno per resultantiã quandã & quasi per modũ sequelæ, & tñ non dubium est, quin isti ponerent actionẽ mediam inter Deũ, & effectus: ergo similiter dicendũ est in proposito, quod inter essentiã, & ea quæ dimanant ex ea in genere causæ efficiẽtis sit media actio, quã emanantem, & sequelam appellamus.

Secundo principale arguitur pro ista sententia, quia vbicumq; est distinctũ factum esse, est distinctum fieri, quoniã fieri, & factum esse identificantur realiter: sed sic est, quod essentia, & propria passio sunt distincta facta esse: ergo sequitur, quod habent distincta fieri. Probatur minor, quia essentia & passio sunt distincta entia, quorũ vnũquodq; est factũ, quia non est aliquod eorũ increatũ; ergo sequitur, quod habẽt distincta fieri, quæ identificentur cum illis.

Dices, quòd vnum istorum est factum per se: aliud vero per accidens, & ideò tã tũ est vnum fieri, quod identificatur cum eo; quod est factum per se. Contra, quia sicut fieri per se identificatur cum esse facto per se, sic fieri per accidens cum facto esse per accidẽs: sequitur ergo, quod sunt duo fieri, quamuis vnũ sequatur ex alio, sicut vnũ factũ esse, sequitur ex alio.

Sed dices contra hoc non ne vnica actio potest terminari ad duos terminos, sicut vna visio ad duo obiecta visibilia? Resp. quod obiectum est terminus extrinsecus cum quo non identificatur actio, & ita potest vna visio terminari ad duo obiecta visibilia: tamen terminus intrinsecus, qui est idolum repræsentatiuum obiecti.

Sed est dubiũ, hæc simplex emanatio, quam dicimus esse actionem sit mutatio? Resp. quòd iã diximus in principio huius dubij non esse mutationem corruptiuam tamen, quòd sit mutatio aliquo modo non potest negari, propterea ꝙ, vt diximus 3. Physi. omnis actio est aliquis mot⁹, vel mutatio: sed hæc simplex emanatio est actio de prædicamẽto actionis quia est productio: ergo mutatio.

Secundo, quia conuenit illi definitio mutationis, scilicet per quam subiectum aliter se habet nunc, quã prius, quoniam substantia V. G. prius natura, quam sit visibile, aliter se habet, quia post quam est risibile: ergo in actu: ergo illa emanatio risibilitatis est verè mutatio.

Tertio, quia si Deus impediret influxũ risibilitatis á subiecto in generatione, & postea ablato tali impedimento flueret talis influxus esset actio, & mutatio: ergo similiter non est actio, & mutatio fluxus ille, quo risibilitas fluit ab essentia in generatione.

Sed cõtra hoc obijcies, illa simplex emanatio nõ est mutatio. Et probat, quia per illã nõ est verũ dicere, quod subiectũ aliter se habet, quã prius, quia nunc subiectũ fuit sine illa propria passione. Resp. quod si illa potentia dicit ordinẽ tẽporis

num-

numquã est verũ dicere, quod illa emanatio sit forma qua subiectũ se habet aliter, quã prius: at vero si dicat ordinẽ naturæ, verũ est dicere, quod per illã aliter se habet, quã prius, quia prius natura subiectũ habet esse substantia, quã aduenit proprię passiones. Vnde emanatio illa est actio, qua subiectũ se habet aliter, quã prius natura, & hoc sufficit ad rationem mutationis (vt patet de prima intellectione Angeli quæ vere est mutatio perfecti ua) quauis solum præsupponat subiectũ prius natura, & infusio gratię, quę data est ipsis Angelis & primo parenti etiam fuit mutatio, quæ tñ fuit in eodem instãti tẽporis cum creatione subiecti.

Contra, quia prioritas, quæ requiritur in subiecto debet esse realis: sed prioritas naturæ nõ est realis: ergo non sufficit. Resp. concedendo maiorẽ, & negãdo minorem, nam quãuis aliqua prioritas naturæ sit solũ rationis V.G. quæ est inter superius, & inferius: tñ illa quæ est æqualitatis necessario debet esse realis prioritas, & hęc reperitur inter subiectũ & passionẽ, quę dimanat ab essentia. Ex quo etiã patet, q̃ sit termin⁹ à quo mutationis, scilicet nõ esse termini adquẽ priuatiue, quia hui⁹ modi est mutatio mot⁹

Superest modo soluamus argumẽta. Ad primũ dico proprię passiones cõproduci simul cũ essentia, non quia eadẽ actione cum essentia: sed illa emanatio simplex, quæ est actio producta proprię passionis necessario concõmitatur ipsam generationem substantialem. Vnde falsa est illa maior in vniuersum, omne quod comproducitur fit actione, quæ alterũ per se producitur: sed tantum est verum, quòd actio producta eius, quod cõproducitur consequenter se habet ad actionem producturã eius, quod fit per se. Vndequãuis respectu simplicis emanationis propria passio sit terminus per se productus: tamen respectu generationis dicitur comproductus, quia illa simplex emanatio sequitur cõcõmitanter ad generationẽ.

Ad secundum Resp. concedendo quòd qui dat formã debet dare cõsequentiam ad formã. Vnde generans, quod est causa esse substantialis est causa & omniũ accidentium, quæ cõsequuntur ad illud esse: at hoc tñ nõ est necessariũ, q̃ generans eadẽ actione cõcurrat ad ea, quę cõsequũtur: sed satis est, q̃diuersa ratione.

Sed dices, generãs v.g. ignis cũ producit ignẽ solũ habet vnicam actionẽ, generationẽ scilicet: ergo illa attingit ad productionem accidentiũ, quæ cõsequũtur, aut nullo modo producit ea. Resp. quòd immediate verum est, quòd solum attingit generans ad rei substantiã, quia solum habet vnicam actionem, quæ procedat ab ipso immediate: at vero mediate etiam procedit ab ipso simplex illa emanatio, quæ est circa procedit passio, quia ipsa essentia solum est veluti instrumentum generantis ad simplicem emanationem, qua producit prima passio: essentia vero cum proxima passione sunt instrumenta eiusdem generantis. Ad secũdam & hac ratione diximus motum grauium, & lebium tribui generãti, & ita dicendum est in vniuersum omnes passiones, quæ dimanant ab essentia tribui etiam generanti.

Ad tertium ex authoritate S. Thomę Resp. quod ille cum dixit passiones procedere ab essentia absq; motu, non dixit absque noua actione, nam ipsa sequela, quam ponit, est quædam actio, vt vidimus: sed solum voluit absque motu præ dicto, scilicet transmutatione propria corruptiua passiones dimanare ab essentia.

Ad confirmationem vero Resp. quòd substantia non potest esse immediate in principium operationis, quæ est transmutatio: bene tamen operationis, quæ est simplex emanatio (vt diximus in secundo libro) nam si Deus impediret influxum primæ passionis, & postea ablato impedimento, prima passio pularet, talis actio esset immediatè á substantia, & hoc modo dicimus, quodaqua calida reducit se in pristinam

frigi-

frigiditatem á generante: media tamen forma substantiali, vt instrumentum.

Sed obijcies contra hoc, sicut alia operatio, quæcumque creata est accidens, ita etiam hæc simplex emanatio est accidens, quia actio de prædicamento actionis: ergo non potest substantia immediatum principium aliarum operationum, ita neq; istarum. Resp. concedendo totum antecedens, & negando consequentiã. Ratio huius est, quia substantia non potest esse immediatum principium actionis cuiuscumque per se ordinatum ad illam, quod probat Sanct. Thomas, quia principium per se ordinatum ad aliquam actionem est potentia per se ordinata ad illam: potentia autem per se ordinata ad actionem, quæ est accidens debet esse accidens, sicut potentia per se ordinata ad actum substantialem est substantia, quia actus, & potentia sunt in eodem genere etiam respectu operationis, quæ non consequitur ad alterum: sed habet potentiam, quæ est per se ordinata ad ipsam implicat substantiam creatam esse immediatum principium; at vero respectu operationis, quæ per modum sequelæ, & consequenter se habet ad aliam bene potest substantia esse immediatum principium, quia talis operatio non præsupponit potentiam per se ordinatam ad illam, & ideò non præsupponit potentiam, quæ sit eiusdem generis cum ipsa. Declaremus exemplo, generatio hominis supponit principium aliquod per se, scilicet potentiam generatiuam, quæ est aliquo modo eiusdem generis cum generatione, quia generatio est actio, quæ non sequitur ex alia: at vero simplex emanatio visibilitatis si consequenter se habet ad generationem, ita ad potentiam generatiuam. Vnde si substantia, vt per se potentia ordinata ad istam simplicem emanationem sit, bene probat argumentum, quod sicut non potest esse principium immediatum generandi, sic neque alterius actionis: quia tamen non ita est: sed illa actio consequenter ad aliam; ratio potest esse substantia immediatum principium illius.

Sed contra istam rationem obijcies, quod adhuc potentia per se ordinata non videtur esse eiusdem generis cum illo, quia intellectus est potentia per se ordinata ad intelligendum, & tamen intellectus est qualitas, & intelligere actio: similiter potentia generatiua est qualitas, & generare est actio. Respondetur, quòd huiusmodi potentiæ per se operatiuę possunt considerari dupliciter; vno modo pro vt sunt causa efficiens eminenter continent ad actionem ipsum, quæ est effectus earum, & sic sunt de genere qualitatis, & alio modo secundum rationem potentiæ, & pro vt sic tantum dicunt ipsam actionem in esse possibili obiectiuo, & hoc modo sunt eiusdem generis cum actione, sicut Deus, & continet eminenter creaturas esse primo diuersas ab illis: tamen creaturæ, pro vt sunt in esse possibili & obiectiue in Deo sunt eiusdem rationis cum ipsismet, secundum quod sunt actum in ente. Vnde omnis potentia, quæ per se ordinatur ad aliquam actionem formaliter secũdum rationem potentiæ, nihil aliud est, quam ipsa actio in esse possibili, & in esse obiectiuo pro vt sic dicitur á Sancto Thom: quod est eiusdem generis cum actu ad quem est potentia.

Ad quartum argumentum, quòd erit de existentia explicandum est; an existentia etiam dimanet ab essentia per simplicem emanationem, vel non. De qua re statuit cõclusio, quod sit ita, quẽ admodum passiones comproducuntur: simul cum essentia: tamen simplici quadam emanatione procedit ex essentia. Probatur hoc primo, quotiescumq; sunt duo termini respectu alicuius motus vel generationis vnus primarius, & alius secundarius: ille qui dicitur secundarius procedit ex secundario actione quadam

quæ

quæ sit simplex emanatio: sed respectu generationis ignis V. G. essentia est terminus primarius, & existentia secundarius: ergo existentia procedit ab essentia simplici quadã emanatione, discursus bonus, maior declaratur, quia terminus secundarius consequitur ad primariũ: sed illa sequella nihil aliud est, quã simplex emanatio: sed respectu generationis ignis v.g. essentia est terminus primarius & existentiæ secundarius: ergo existentia procedit ab essentia simplici quadam emanatione. Discursus bonus, maior declaratur quia terminus secundarius consequitur ad primariũ: sed illa sequella nihil aliud est, quã simplex emanatio, & actio. Minor vero satis constat, quod scilicet respectu generationis essentia sit terminus primarius & existentia secundarius, quia essentia specificat ipsam generationẽ: non autẽ existentia. Vnde nativitas temporalis Christi est eiusdẽ speciei cum generatione cuiuscumq; hominis quamuis in Christo nõ sit existentia propria hominis: sed tantum essentia.

Proba. secundo, quia si Deus impediret existentiam propriam alicuius, sicut impediuit de facto in Christo, & postea ablato impedimento pulularet, non dubium est quin postea esset actio aliqua qua talis existentia procederet ex essentia, vt si modo relinqueret Christus humanitatem sibi pulularet existentia, quę esset propria hominis per actionẽ, quæ est simplex emanatio: ergo similiter dicẽdũ est nũc de facto quidẽ contingere.

Tertio, quia existentia distinguitur rationaliter ab essentia: ergo est ens factũ distinctum ab essentia, ac per consequẽs ista distinguunt in facto esse: ergo & infieri. Sed dices, quod existentia non est ens cõpletum distinctum ab essentia, sed tantum est modus essentię, & ideò nõ debet fieri noua actione. Resp. quod qualiter fiunt distincta existentia ab essentia, taliter etiã eius emanatio á productione effectię. Vnde sicut distinguũtur ista duo realiter, sicut modus & res sic etiã distinguũtur duę actiones istę sicut res & modus.

Sed obijcies secundo, quòd si existentia dimanat ab essentia simplici quodam emanatione in genere causæ efficientis: sequitur quod essentia sit causa suæ existentiæ, & quod causet illã antequã sit. Resp. quod causa efficiẽs principalis existentiæ non est essentia, sed generans, quod producit essentiam, & ipsa essentia se habet secundũ instrumentũ, & quãuis nõ possit aliquid esse causa motus, vel mutationis corruptiuę prius natura, quã existat, benè tamen potest esse causa simplicis emanationis, qua procedit ipsa existentia prius natura, quam existat.

Sed obijcies tertio, ipsa existentia producitur per generationem qua producit natura. ergo nõ est alia simplici emanatione. Antecedẽs probatur, quia actio nõ potest terminari ád solã essentiã: sed ad essentiã existentẽ, quia essentia sine existentia aliqua nũquam fit: ergo sequitur, quod eadem generatione qua producitur natura, seu essentia producatur essentia existentium. Resp. quòd quamuis essentia nunquam producatur nisi existens: non tamen est opus, quod illa existentia sit producta eadem actione; sed quod sit simul, vel quia tunc producatur alia actione, quæ necessario consequitur ad primum vel quia illa aliunde præsupponebatur, sicut in Christo generatio temporalis fuit terminata ad naturam humanam existentem: non tamen, quia substantia illa, vel existentia produceret per illam generationem: sed quod præsupponebatur existentia, & substantia diuina ab æterno.

Sed obijcies contra hęc in generatione quacumq; sunt duo termini, quorum vnus est formalis, & alter est totalis: ergo respectu generationis omnis V. G. est assignare terminũ formalẽ, & terminũ totalẽ: sed terminus formalis dicit essentiam, totalis vero dicit existentiam, vel suppositum: ergo necesse est per generationem cuiuscumq; rei absq; alia simplici emanatione produci suam propriam

existentiam. Respondetur concedendo maiorem & negando minorem; nam in generatione V. G. hominis forma substantialis est terminus formalis tota natura composita, ex materia, & forma est terminus totalis: existentia vero consequenter ad totalem naturam simplici quodam emanatione.

Ex quibus sequitur, quod sicut est diuersa vnio materię cũ forma ex qua resultat humanitas ab vnione eum substãtia ex qua resultat suppositum; sic etiã est diuersa actio determinata ad naturã, & ad suppositum: sed sicut ex natura, & supposito fit vnum ens cõpletum, & suppositum, sic etiam ex vtraq; ista actione terminata ad naturam, & suppositum cõpletur integra ratio generationis: non .n. est integra ratio generationis, nisi sit productio naturę, & subsistẽtia naturæ.

Ex quibus etiam secundo colligitur, substantia natura sua sit causa existentiæ in genere causæ efficiẽtis per emanationẽ, & in genere causę materialis, quia recipit illam, & denią; aliquo modo in genere causę formalis quatenus existentia sumit speciem ab essentia.

Ex his, quæ circa solutionẽ istius argumẽti quarti in præcedẽti quæst. proposita late, & diffusse sunt dicta colligitur solutio manifesta illius, quod scilicet quãtitas totalis cõproducitur in generatione substantiæ totalis: ergo partialis similiter cõproducitur per nutritionẽ, quæ est generatio partialis, ac per consequẽs nullo modo ad quantitatẽ est per se motus. Resp. enim hoc argumento ex dictis, quòd in generatione totali quantitas totalis, quãuis consequatur ad substantiã totalẽ: tamen non eadem actione producitur: sed diuersa á productione substantiæ, scilicet simplici emanationi: & similiter in generatione partiali, quãtitas maior cõsequitur ad substantiã, quę acquiritur per nutritionẽ: tamen per distinctam quandam actionem, quæ quidem actio vocatur augmentatio.

Sola tamen est hæc differentia inter has duas actiones, quæ sunt productiuæ quantitatis quod actio illa, qua producitur quantitas totalis non est motus: sed mutatio: at vero illa qua fit maior quantitas est verè, & in rigore motus, & hanc dicimus, non sic, augmentationem. Ratio autem huius differentiæ est, quia cum producitur quantitas totalis, illa fit ex priuatione, & non ex aliquo termino positiuo. Nam subiectum prius natura habet priuationem, & negationem quantitatis cum generatur, quam sit quantum, & habeat extensionem, & ideò illa emanatio quantitatis non est motus: sed mutatio quędam perfectiua: at vero cum producitur maior quantitas præsupponit iam in illo subiecto eodem minorem quantitatem; atq; adeò fit ex minori ad maiorem quãtitatem, & ita habet duos terminos positiuos. Tum etiam prima productio quantitatis totalis fit in instanti, saltim in viuentibus, quæ incipiunt per primum sui esse: at vero productio maioris quantitatis fit successiuè, (& vt dicetur infra) & ideò hæc secũda est motus propriè loquendo non autem prima.

Sed contra hoc dices, quãtitas, quæ producitur in generatione totali, & quę producitur postea in mutatione sunt eiusdẽ speciei, imo eadẽ numero in eodẽ subiecto: ergo actiones, quib' vtraq; quãtitas producitur sunt eiusdẽ speciei, atq; adeò vtraq; istarũ est motus propriè dictus, vel nulla. Resp. negãdo consequẽtiã, quia ad rationẽ specificam actionis non solũ requiritur vnitas termini ad quẽ quomodocumq;: sed cum ordine ad eũdem terminũ á quo, & quoniã quantitas, quæ fit per augmentationẽ fit per ordinem ad terminũ á quo positiuum: illa vero, quæ fit in generatione totali ad priuatiuum, ideò istæ duæ actiones non sunt eiusdẽ speciei sicut nõ sunt eiusdẽ speciei ipsa generatio substantię, atq; nutritio.

Sed quæres. Vtrũm in augmẽtatione alia accidẽtia, quæ de nouo etiam producuntur fiant per motum V. G. extensio caloris

caloris albedinis, &c. Resp. quòd non ni si per mutationem, quæ simplex est emanatio, quia qualitates nunquam producuntur per se motum nisi dum intẽ duntur, vel remittuntur extensio vero illis non conuenit nisi ratione quantitatis.

Circa solutionem autem quarti, & vltimi argumenti in principio præcedentis quæstionis positi, quod adhuc restat soluendum, explicandum est. Vtrúm nutritio sit successiua, vel instantanea. Pro quo nota, quod inquacumque augmentatione viuẽtis simul sunt quatuor actiones. Prima est concoctio alimenti, quæ est alteratio. Secuada est propria nutritio, qua conuertitur alimentũ in substantiam aliti. Tertia est augmentatio, qua fit maior quantitas. Quarta denique motus localis qua acquiritur maior locus.

Ex his quatuor primum certum est fieri successiuè, quia est alteratio propria alimenti, quæ fit cum existentia ipsius alimenti: de alijs vero tribus vna & eadem ratio est, ita quod si vna sit successiua, & reliqua similiter, & si vna in instanti, & reliqua etiam fiunt in instanti, quoniam nunquam potest esse maior substantia, quæ fit per nutritionem, quin sit maior quantitas, ac per consequens maior locus. Vnde explicare oportet de nutrione vtrúm sit in instanti.

De quare Tol. primo de Generatione quæst. 9. probabile putat, quod fiat in instanti. Et probatur primo, quia Arist. 8. Physico. textu 23. dicit nutritionem non esse continuam: ergo neq; successiuam. Secundo, quia substantia totalis, quæ fit per generationem acquiritur in instanti: ergo, & partialis, quæ fit per nutritionem. Tertio, quia viuentia, & eius partes habent minimum: ergo incipiũt esse per primum sui esse: sed id quod acquiritur per nutritionem est pars viuentis: ergo illud incipit per primum sui esse, ac per consequens nutritio fit in instanti.

Sed his non obstantibus, oppositæ conclusio est tenenda, quam latius explicabimus, Deo fauente, in libro primo de Generatione capite quinto, & probatur, nutritio fit simul cum augmẽtatione: sed augmentatio fit successiue: ergo nutritio. Antecedens probatur quia quantitas, quæ fit per augmentatio nem habet latitudinem, & producitur secundum illas partes, quas habet latitudinis. Tum etiam habet contrarium positiuum, & subiectum, quod sit ens in actu: ergo fit per motũ, ac per consequens successiuè: ergo similiter nutritio.

Secundo, quia generatio substantię talis, ideò fit in instanti, quia ipsum viuens habet minimũ, & productominimo per primam generationẽ in alijs partibus, quæ vniuntur non datur minimum quia potest dari minus minimo; non quidem separatum: sed coniunctum priori minimo præexistenti: ergo sequitur, & ingeneratione partiali non est expetenda dispositio minimi: sed potest fieri in minori minimo: sed quod non habet minimũ, vt sic, nõ habet primũ esse: sed fit successiuè: ergo nutritio fit successiuè.

Vnde ad argumentũ Resp. quòd nutritio fit continuè, & successiuè: Arist. autẽ dixit eam non esse continuam, quia nõ durat per totam vitam.

Ad secundum, iam patet differentia inter generationem partialem, & totalem, quod in totali ad minus debet produci minimum: at vero in generatione partiali potest produci minus minimo, & ideò illa potest fieri in instanti: hæc vero non, nisi successiuè.

Ad tertium vero iam patet hæc eadem solutio, quod scilicet pars viuentis seorsum sumpta habet minimum: at vero si loquamur de illis coniunctis nõ est pars minima sicut non est assignare minimã partem manus, vel pedis, quia quacumq; data est alia minor.

Sed obijcies contra hæc, quia si nutritio fit successiuè: ergo nutritũ, vt sic incipit esse per vltimũ nõ esse, sicut nutritio

ex quo sequitur, quòd alimentum desinat per vltimum sui esse, aliàs dabitur materia sine forma, vel duæ formæ simul in eadem materia V. G. si forma hominis in materia, vbi esse incipit per vltimum non esse, verum est dicere nutritio est forma hominis: at immediatè post hoc erit augmentatio, istud nunc esse vltimum esse alimenti, & tunc habeo intentum, quòd desinit per vltimum sui esse aut si non: ergo vel alimentū desinit ante hoc, nunc, vel postea per primū nō esse. Si dicas primum materia in hoc nunc est sine forma. Si dicas secundum, materia potest nunc esse cum duab⁹ formis, ergo, &c. Resp. quòd argumentum tantum optimè probat alimentum desinit esse per vltimum sui esse: sed notandum est, quod potest desinere esse duob⁹ modis: vno modo absolutè desinit alimentum, cum nutritio finitur, & ideò sicut nutritio desinit per primum non esse; sic & alimentum absolutè.

Sed alio modo potest desinere alimentum tantum, quantum erat antea, quod est desinere esse integrum, & hoc modo desinit cum incipit nutritio, & quia nutritio incipit per vltimum non esse, ideò alimentum desinit per vltimum esse.

Ex quo patet ad argumentum quintū principale quæstionis superioris, quod scilicet augmēratio fiat successiue, quāuis simul fiat cum nutritione, quia etiā illa est successiue, sed notandum est nō esse cōcedendum nutritionē nō esse motū, quia eius subiectū est materia, & terminus á quo, & priuatio, vt dictum est supra quæstione secunda huius libri.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm ad qualitatem sit per se motus propriè dictus? Qui est alteratio?

IN hac quæstione vnum est certum, & plura sunt dubia: certum est ad aliquas qualitates esse per se motum. Ac probatur dictis conditionibus, quæ requiruntur ad hoc, vt ad aliquam formā sit per se motus. Primo qualitas est ens habens latitudinē intensionis, quia suscipit magis, & minus ex Arist. capit. de qualitate. Tum etiam habet contrariū positiuum, vt constat ex eodem loco, & denié; subiectatur in ente in actu, quæ omnes conditiones simul, quāuis non cō ueniant omnibus speciebus qualitatis non est dubium, quin conueniant aliqui b⁹, & ideò certū est, quod ad aliquas species qualitatis sit per se motus, quāuis sit dubitatio de omnib⁹. Et cōfirmatur hoc ipsum, quia alteratio est vna ex speciebus motus, & omnes concedunt, & fatetur Arist. hoc loco: sed alteratio est qualitates: ergo, &c.

Si autem contra hoc obijcias, quòd altera non est motus propriè dictus, quia non est continuus (vt docet Aristoteles 8. Physi. tex. 23) ac per consequens si nō est cōtinuus non erit successiuus. Resp. quòd Arist. tantum voluit alterationē non esse continuā pro tempore, quo durat; & ita est successiua, ac per consequēs est motus, & propriè dictus, quia habet etiam alias conditiones.

Sed hoc supposito de vnaquaq; specie qualitatis seorsum explicare oportet. Vtrū ad illā sit per se motus: & circa primā speciē notandū est, quod in illa sunt, quædam qualitates corporales, vt sanitas, & ægritudo: aliæ vero spirituales vt scientiæ, & virtutes. Rursus corporales quædam ordinatæ præcipuè, & principaliter ad esse, secundo ad operandum; vt sanitas: alijs vero principaliter ad operādum, vt habitus corporales sunt, qnando quidem subiectantur in subiecto corporeo: spirituales etiam quædam sunt in intellectu, & istæ possunt vnico actu acquiri: alij vero sunt in voluntate, quæ pluribus actibus generantur.

His ita suppositis de istis omnibus qualitatibus primum speciei, quæ principalius ordinantur ad operandum, quæ omnes

omnes habitus appellantur, siue sint in subiecto incorporeo, vt in appetitu, siue in spirituali. Dubitatur vtrum ad illa sit per se motꝰ, & videt q̃ sit. Primo, quia si propter aliquã rationẽ ad illas nõ est motus materiæ, quia sunt relationes hac. n. ratione Arist. vi. dicetur 7. Phy. loco citato: sed sic est, q̃ habitus nõ sunt relationes secundũ esse: sed secundum dici: ergo ad illas potestates per se motus.

Dico, quod istę qualitates habent plurimas conditiones requisitas, vt ad illa sit per se motus, nam habet contrarium positiuum, vt vitium contrarium virtuti & suscipiunt magis, & minus, & subiectantur in ente in actu: ergo &c.

Tertio, quia intensio & remissio sunt motus alterationis proprié dicti: sed ad istas qualitates est intensio, & remissio: ergo, &c.

Quidam existimant omnes habitus nõ produci per se aliquo motu, quia putantur produci ad productionẽ alterius termini primarij; & si sint habitus intellectuales ad productionem verbi; quod est per se terminus intellectionis; si vero sint habitus morales ad productionem amoris, vel odij, vel alterius huiusmodi, quod sit per se terminus actus voluntatis, vel appetitus sensitiui.

Sed his nõ obstantebus, opposita cõclusio est tenenda, q̃ scilicet habitus distincta actione producitur ab ea qua producitur terminus primarius v. g. habitus intellectus, distincta actione producitur ab ea, quæ sit verbũ. Primo, quia habitus intellectualis quicumq;, & verbũ mẽtis distinguntur realiter: ergo fiunt distinctis actionibus quia vbi est diuersum factũ esse, debet etiã esse diuersum fieri: hoc autẽ duobus modis possumus explicare. Primo, vt quidã volunt quoniã omnis habitus sit per suã factionẽ, quæ est actio distincta á productione primarij termini tã in intellectu, quã in voluntate. Vel secundo si teneamus hoc, habitus cõproduci ad productionem termini primarij ponenda est quædã actio, quæ sit emanatio simplex, qua producitur habitus ex termino illo primario actionis, quæ est vltima dispositio habituũ: sicut quamuis quantitas sequatur ad substantiam: tamen producitur distincta actione ac productione substantiæ.

Sed suppositio, quòd isti habitus producantur per se aliqua actione, siue illa sit á suefactio, siue simplex emanatio ex alio primario termino. Dubiũ manet vtrũ actio sit motus ad hoc, vt sciamus, an ad istas qualitates sit per se motus.

Pro cuius dubij solutione notandũ est, q̃ est duplex motus, seu mutatio altera Physica, & est illa mutatio quo producitur terminus corruptiuus, vel cõseruatiuus cõpositi Physici, vt ũ producatur calor, vel quantitas: ista enim sunt accidentia Physica, quæ ordinantur ad conseruationem, vel ad corruptionem compositi Physici: alia vero mutatio est non Physica, qua producit terminus aliquis, qui non est dispositio entis naturalis, vt intellectio, & volitio.

Vbi notandũ est, quod quãuis de istis accidentibꝰ, scilicet de intellectione, & volitione agat Philosophus, quatenus sunt affectiones animæ, quã ipse considerat: nõ tamen dicuntur motus Physici, quia non producunt terminos, qui fũt qualitates conseruatiuę, vel corruptiuę corporis Phisici.

Ex his patet solutio ad dubiũ: dicendum enim est, quòd actio qua producuntur istæ qualitates, non solum nõ est motus Physicus, sed nec mutatio Physica, quia non ordinatur ad esse corporis Physici conseruandum; & ideò dicendũ est ad has qualitates non esse per se motum simpliciter loquendo, vt dixit Aristot. 7. Physi. capi. 3. quòd motus absolutè loquẽdo appellatur ille, qui est motus Physicus, quamuis negari non debeat has qualitates aliqua actione per se produci ex eo quidem modo, quo explicuimus.

Sed notandum est, quod sicut inter mutationes Physicas est differentia, quod sicut quædam sunt ex contrario in con-

trarium, vt calefactio aquæ fit cum expulsione frigoris: aliæ vero à cõtradictorio in contradictorium, vt si calefieret aliquod subiectum sine expulsione contrarij; & ista dicitur mutatio: illa vero motus, sic etiã inter mutationes non Physicas est eadem differentia. Nam habitus V.G. scientiæ duobus modis potest produci: aut. n. subiectũ in qua fit erat prius affectum cum habitu contrario V.G. cũ errore, aut solum erat cum priuatione, vt cum ignorantia. Vnde sicut inter motus Physicos, & mutationes est differentia, & essentialis, sic etiam inter hos motus est differentia essentialis. Vnde diuersa est productio scientiæ ex errore, & quæ ex ignorantia, sicut est diuersa productio caloris ex frigore, & ex priuatione frigoris, nam quamuis in his mutationibus terminus ad quem materialis sit idem formaliter: tamen est diuersus, quatenus dicit ordinem ad terminos à quibus.

Sed obijcies contra hæc, quamuis in motu, vel mutatione Physica habeat locũ hæc distinctio: nõ tamen in productione habituum, quia accidit subiectum in quo producitur scientia prius esse affectum errore vel ignorantia: ergo eiusdem speciei est productio scientiæ, siue sit ex errore, siue ex ignorantia. Respõ. quòd quamuis ad rationem scientiæ absolutè loquendo, accidat fieri ex errore, vel ex ignorantia, sicut accidit ad caloris rationẽ, quod fiat ex frigore, vel ex priuatione frigoris: tamen quemadmodũ in subiecto frigido, quod habet calor fieri per expulsionem frigoris; sic etiam in subiecto, quod habet errorem scientia exigit fieri per se cum expulsione erroris, quia vnumquodq; fit ex suo contrario. Constat autem quod contrariũ scientiæ in subiecto, quod habet errorem non est à sola ignorantia, sed ipse habitus erroneus positiue contrarius: atque adeò fit per se ex errore in illo subiecto; quemadmodum enim qualitates Physicæ habent oppositionem cum aliquo positiuo determinatè contrario; sic etiam habitus: non quidem scientia V. G. habitus conclusionis, homo est risibilis determinate opponitur cum errore eiusdẽ & determinate expellit illum.

Ex his patet solutio ad argumenta posita. Ad primũ dico, quòd ratio propter quam nõ est motus ad has qualitates est, quoniam spirituales: Arist. autem quando dixit 7. Physi. ad habitus non esse per se motus debet intelligi secundũ opinionem antiquorum, qui ponebant relatiua secundum dici, esse in prædicamento relationis, quoniam adeò habitus, qui sunt relatiui secundum dici non distinguebãtur ab alijs relationibus. Vel dicendum est, quod istæ relationes secundum dici, conueniunt cum relationibus secundum esse in hoc, quod ad illas non est per se motus Physicus, sicut neque ad alias, quia consequuntur ad aliud, quãuis hoc non obstet quominus habeant actionem, qua producantur, quæ non sit propriè motus.

Ad secũdũ, & tertiũ nõ est cur Resp. Nã concedimus hos habitus habere illas cõditiones, & quod intenduntur, & remittuntur; tamen quia non sunt qualitates, neq; accidentia Physica, ad illos nõ tantũ est motus Physicus: sed alia mutatio.

Veniamus ergo ad qualitates corporales huius primæ speciei, scilicet sanitatem, & ægritudinem, pulchritudinem, &c. De quibus videtur Arist. esse contrarius sibi. Nam 2. Physi. agens de causis videtur dicere sanitatem esse per se ad sanitatem, & idem docet hoc primo libro capit. 1. & 2. & tamen 7. lib. ex professo probat huiusmodi qualitates non esse per se motum.

Sed pro solutione notandum est, sanitatem nihil aliud esse, quam debitam commensurationem morum, qui sunt inanimali contra vero ægritudinem dissonantia eorundem morum, similiter pulchritudo nihil aliud, quam proportio omnium membrorum, & accidentium, quæ sunt in homine.

Vnde,

Vnde, quamuis quidam dicant, quod ſanitas ſit quædam qualitas diſtincta ab ipſis quatuor qualitatibus proportionatis: tamen melius videtur dicẽdum cum Tol. loco citato, quod ſanitas nihil aliud ſit, quam ipſæmet qualitates primæ pro vt proportionatæ, ſicut armonia, & concentus; qui fit in vocibus non eſt aliquod diſtinctum ab ipſis vocibus ex quibus ſit armonia: ſic etiam ſanitas realiter eidem cum primis qualitatibus; idem dico de ægritudine; atq; etiã pulchritudine, & alijs huiuſmodi.

Ex quo patet, quod numquam acquiritur, vel deperditur ſanitas in ſubiecto niſi propter deperditionem, vel acquiſitionem alicuius exprimis, qualitatibus V. G. ſi in homine quatuor qualitates ſunt redactæ ad mediocritatem, deperdetur ſanitas propter augmentationem caloris, & deperditionem humidi, vel frigidi; iterum autem acquiritur propter remiſsionem caloris, & acquiſitionem humidi, vel frigidi.

Sed notandum eſt maximè, quòd quãuis vno, & eodẽ modo acquiratur ſanitas, & frigiditas V. G. tamen iſte motus habet diuerſas rationes, nã ſecũdũ quod eſt frigefactio tendit ad frigus, ſecundũ quod eſt ſanatio tendit ad frigus, non quomodocumque: ſed in quantum frigiditas eſt menſurata cum alijs. Vnde bene poteſt eſſe in iſto ſubiecto frigifactio quæ non ſit ſanatio: tamen non poteſt eſſe frigefactio tendẽs ad frigiditatem, vt commenſuratum cum alijs quin ſit eo ipſo ſanatio.

Ex dictis patet ſolutio dubitationis, & quomodo non ſit contrarietas apud Ariſt. in illis locis. Nam quoniam ſanitas ſemper fit ad deperditionem, vel acquiſitionem alicuius ex primis qualitatibus, ſine noua actione realiter diſtincta, quia non diſtinguitur ſanitas ab illis, ideò optime dixit 7. Phyſi. ad ſanitatem non eſſe per ſe motum: ſed tamẽ quoniam huiuſmodi motus quo primæ qualitates producuntur ratione diſtinguitur, pro vt terminatur ad qualitatem á ſe ipſo, pro vt terminatur ad primam qualitatem, ideò Ariſtoteles dixit ſanationem per ſe eſſe ad ſanitatẽ, quòd nihil aliud eſt, quam motus ille ſecundum rationem, qua terminatur ad ſanitatem per ſe eſt ad ſanitatem: quia tamen ratio illa qua reſpicit ſanitatẽ conſequenter ſe habet ad aliam, ſecundum quam iſtemet motus eſt ad calorem, vel frigiditatem: tamen abſolutè loquẽdo dicimus non eſſe per ſe motũ ad ſanitatem.

Sed contra obijcies ſanitas, & aliæ huiuſmodi qualitates primæ ſpeciei habẽt tres illas conditiones, quia habent latitudinem, & contrarium, &c. & ſunt accidentia Phyſica: ergo ad illas eſt per ſe motus.

Quidam fortaſis poſsit reſpondere, quod ſanitas non habet contrarium poſitiuum: ſed priuatiuum, quia ægritudo non eſt quid poſitiuum. ſed priuatiuum: tamen immediatè ita dicunt, quoniam ægritudo non eſt mera priuatio: ſed aliquid poſitiuum habet quod à Medicis appelatur qualitas contra naturam ſenſibiliter lędens operationes.

Alij vero poſſent reſpondere, quod ſanitas non ſuſcipit magis, & minus, quia ſanitas dicit commenſurationem quatuor calitatũ, quæ conſiſtit in indiuiſibili: ſed immeritò etiam iſti ſic aſſerunt, quia commenſuratio iſta qualitatum, quam Philoſophi, vel Medici ſanitatẽ appellant, nõ conſiſtit in indiuiſibili: ſed habet latitudinem.

Dicendum ergo, quod quamuis habet latitudinem, & contrarium: non tamen diſtinctũ á latitudine primarum qualitatũ, niſi ſola ratione, & ideò non eſt alius motus ad illam prẽter eũ, qui eſt ad primas qualitates niſi ſola ratione, & hac de cauſa ſimpliciter enunciamus ad iſtas qualitates non eſſe per ſe motus.

De qualitatibus vero ſecũdæ ſpeciei facilior eſt dubitatio, an ad ipſas ſit per ſe motus ad quam dubitationem. Reſpon.

ex omnium ſententia, quod non & ratio eſt, quia huiuſmodi naturales potentiæ producuntur in ſubiecto ſimul cum eſſentia, abſq; noua tranſmutatione ſolum per ſimplicem emanationem: ergo ad illas non eſt per ſe motus: bene tamẽ mutatio perfectiua.

Sed contra obijcies, quòd aliquæ ſunt qualitates in hac ſpecie, quæ nõ producũtur cũ eſſentia, vt caracter ſacramentalis. Reſ. imprimis, quòd huiuſmodi qualitates non cognouit Ariſt. & ideò in 7. Phyſi. de omnib⁹ dicit, quòd producuntur ſimul cũ eſſentia. Sed dico ſecundo, ꝙ adhuc iſte caracter dimanat ex termino primario, qui fit per ſacramentũ. Vnde ad illum non eſt per ſe motus Phyſici, & ideó in vniuerſum eſt verum, quod ad omnes qualitates ſecundæ ſpeciei nõ eſt motus Phyſicus.

Sed obijcies ſecundo, quod aſperũ, & lene, mole, & durũ ſunt in hac ſecunda ſpecie qualitatis: & tamen ad illa eſt per ſe motus: ergo, &c. Reſ. bene Tol. loco citato, & Vall. quòd iſtę qualitates dupliciter cõſiderãtur. Vno modo pro vt ſunt in ſubiecto connaturaliter; ſunt enim quædã ſubſtantiæ corporeæ natura ſua difficile diuiſibiles: aliæ vero quæ facile diuiduntur primæ duræ, ſecundæ moles dicuntur, & iſta multoties, & durus, ſicut ſint connaturales ſunt in ſecunda ſpecie naturalis potentiæ: ſi autem ſint acquiſitæ, & aduentitiæ ſunt poſsibiles qualitates. Vnde in ſubiecto cui ſunt naturales non producuntur per motum: ſed in alio in quo ſunt aduentitiæ non eſt inconueniens per motum produci, & ita ad ſecundam ſpeciem qua tamen eſt per ſe motus.

Veniamus nunc ad qualitates primæ ſpeciei inter quas, quędã ſunt ſenſibiles, illæ ſcilicet, quæ ſubeũt obiecta ſenſuũ: aliæ vero dicuntur ſpirituales, vt ira gaudium, &c. Non quia ſunt immateriales, quoniam ſubiectantur in appetitu materiali: ſed quia nõ percipiuntur aliquo ſenſu exteriori primo, & per ſe dicuntur ſpirituales, ſcilicet, quia etiam iſtæ aliquo modo pendent ex motione voluntatis, quæ eſt ſpiritualis: iſtæ ergo qualitates ſpirituales certũ eſt non produci per motũ Phyſicũ: ſed vel ſunt ipſi mot⁹ appetitus, vel aliquid cauſatum ex ipſis. Vnde ad illas non eſt per ſe motus proprié, & in rigore. Vnde Ariſtoteles 7. Phyſicorum notanter dixit ad qualitatem tertiæ ſpeciei, & per ſe motum ſi ſint ſenſibiles.

Si autem dicas, quòd etiam huiuſmodi qualitates cauſantur per motũ Phyſicũ, vt ira gaudium, &c. vt ira ex aſcenſu ſanguinis ad cor, &c. Reſpondetur, quòd non immediate cauſantur per motum, Phyſicum iſtæ qualitates, quoniam immediatè quidem cauſantur ex actu appetitus, ſed iſte actus appetitus ſolet cauſari ex motu aliquo Phyſico.

Sed dices numquid ad omnes qualitates ſenſibiles eſt per ſe motus? Reſ. quod non. Quia lumen eſt qualitas huius tertiæ ſpeciei ſenſibilis, quoniam obiectũ viſſus eſt, & tamẽ illud natura ſua nõ habet produci per motũ quoniã habet cõtrarium: ſed producitur per mutationẽ. Ratio eſt, quia quamuis ſenſibilis qualitas ſit: tamen ad modum ſpiritualium habet eſſe, & produci quatenus à lumino ſo in conſeruari, ſicut qualitates productæ actu voluntatis pendent ab ipſa voluntate, & præter hoc non habet lumen contrarium, ideòque eius productio aſſimilatur potius productioni qualitatũ ſpiritualium.

Sed cum inter has qualitates ſenſibiles huius tertiæ ſpeciei ſit differentia. Nam quædam ſunt primæ qualitates, vt calor frigiditas, humiditas, & ſiccitas: aliæ vero ſunt ſecundæ qualitates, quæ ex mixtione primarum reſultant, vt colores, ſapores, odores, & aliæ. Dubitauit aliquis vtrum ad omnes ſit per ſe motus. Et reſpondetur, quòd ſic tam enim primæ qualitates, quam ſecundæ ſunt accidentia Phyſica, quæ habent contrarium, & latitudinem, & ſubie-

subiectantur in ente in actu, vt patet in coloribus, & saporibus: ergo ad omnes est per se motus.

Sed obijcies, quemadmodum ad sanitatem, & egritudinem nō est per se motus, quoniam istæ qualitates præsupponunt primas, sic etiam qualitates secundæ præsupponūt primas ex quarum mixtione causantur: ergo ad illas nō est per se motus. Respondet Tol. loco citato notando primo, quod ad aliquam qualitatem esse per se motum stat dupliciter, vnomo immediate: alio vero mediate: immediate quidē, quādo motus productiu⁹ istius qualitatis nō præsupponit aliū, nec productionē alterius prioris qualitatis, & hoc modo est per se mot⁹ solū ad primas qualitates; alio vero modo potest esse mediate: quando motus, qui per se terminatur ad vnam qualitatem præsupponit alium, & alterationem aliarū qualitatū, & hoc modo dicis ad primas qualitates esse per se motum.

Et ad argumētum in oppositum. Respondetur, quod alia est ratio de sanitate & egritudine ex vna parte, & alia est de secundis qualitatibus ex alia, nam sanitas, & egritudo sunt idem realiter cum primis qualitatibus, & ideò non producuntur nisi eodem motu quo producuntur primæ qualitates; at vero secundę qualitates istæ quas possibiles dicimus realiter distinguntur á primis & ideò motus, qui per se terminatur ad ipsas distinguitur á motu, qui tendit ad primas qualitates.

Sed tamen notandum est de sono, qui est qualitas sensibilis obiectum auditus, & non componitur ex primis actiuis, & passibis, nec proprie ad ipsum est per se motus alterationis: sed producitur, & fit per motum localem per modū resultantiæ, ita quod motus localis per se terminetur ad vbi tamen exinde resultat per emanationem simplicem sonus, vt motus linguæ cū loquor, vel percusio duorum corporum á quibus causatur sonus.

De qua specie qualitatis dicendum est, quod non sit ad illam per se motus, scilicet forma & figura. Ratio est, quia huiusmodi qualitates, quæ sequuntur sunt sicut numeri, ita vt quidquid addas, vel auferas fit aliter numerus, & ideò nō habet latitudinem requisitam vt sit per se motus ad ipsas.

Sed saltem dices est motus ad istas, vt ad sanitatem, quia sicut sanitas est idem realiter cum calore, & ratione distinguitur: sic etiam figura ratione distinguitur ab ipsa quantitate: ergo motus qui terminatur ad quantitatem, saltem secundum rationem distinctam terminabitur ad figuram. Respondetur, quòd parum interest hoc concedere: tamen est differentia hæc inter sanitatem, &c. ex vna parte, & figuram ex alia, quòd sanitas in quantum ratione distincta á primis qualitatibus habet suam latitudinem, & contrarietatem, & ideò motus quatenus terminatur ad ipsam est vere motus, quamuis quidem sola ratione distinctus á motu, qui tēdit in primas qualitates, at vero figura, vt ratione distincta á quantitate non habet talem latitudinem, vt vidimus, neq; contrarietatem & ideò, nec motus ratione distinctus ab illo, qui est ad quantitatem est ad ipsam figuram, sic si aliqua resultantia est secundum rationem illa est mutatio, & non motus.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum ad vbi sit per se motus proprie dictus, qui est localis?

VIdetur autem quod ad vbi non sit per se motus primo, quia ad relationem non est per se motus, sed vbi est relatio: ergo, &c.

Secundo vbi non habet omnes condi-

tiones,quæ requirũtur ad hoc, vt ſit motus ad aliquam formam: ergo vbi nõ eſt per ſe motus. Antecedẽs probatur, quia vbi non habet contraria, neq; habet latitudinem. ¶ Tertio quia ſi aliquis motus eſſet ad vbi, maxime motus localis: ſed iſte nõ. Probatur, quia motus localis eſt ad locum, quando quidem locus producitur per motum localem: ſed locus, & vbi diſtinguntur realiter ex.4.Phyſ. ergo mot' localis nõ eſt ad vbi: ſed ad locũ.

Sed his non obſtantibus, abſq; dubio eſt tenenda oppoſita concluſio, quod ſcilicet ad vbi ſit per ſe motus, ſic enim tenet Ariſt. in hoc loco dicens ad tria prædicamenta eſſe per ſe per motum inter quæ enumeratur vbi, & conueniunt in hoc omnes expoſitores Ariſt. Et ratione probatur, quoniam vbi habet omnes cõditiones requiſitas ad hoc, vt aliqua forma ſit per ſe motus. Nã eſt forma, quæ ſubiectatur in ente in actu, ſcilicet in corpore quãto, & habet contrariũ, nam vbi ſurſum cõtrariatur vbi deorſum, & habet etiam latitudinẽ ſaltem extenſionis. Qua ratione dicere ſolemus, quod mobile dũ magis mouetur ad terminũ ad quẽ magis apropinquatur eſſe in illo: ergo ſequitur, ꝙ ad vbi ſit per ſe motus.

Sed obijcies contra hoc, quoniã quando aliquod corpus mouetur circulariter vt cœlum non mouetur à contrario in contrariũ: ſed ab eodem in idem: ſequitur ergo, quod ſaltem reſpectu illius motus circularis ipſum vbi non habet contrarium. Reſpondetur, quòd quãuis cœlum moueatur ab eodẽ in idem ſecũdum rem: tamen ſecundum diuerſas rationes, quia vnũ & idem pũctum in quãtum eſt principiũ eſt terminus á quo motus, & in quantũ eſt finis eſt terminus ad quem, & ideò ſecundum iſtas rationes diuerſas eſt contrarietas, quæ ſufficit ad motum proprie dictũ. Vnde patet, quod in motu cœlorũ ratio motus quantum ad variationem & contrarietatẽ, quę requiritur inter terminos minima eſt in motu circulari, quia eſt minima variatio, & minima oppoſitio inter terminos: at vero quantũ ad perfectionẽ ſubiecti, & perfectionem ipſius motus reperitur maxime, quia omniũ motuũ eſt perfectiſſimus, ac regulariſsimus, ac perpetuus.

Vnde ad primum in oppoſitum. Reſ. quod locus non eſt relatio, niſi forte velit aliquis cũ Scoto eſſe relationẽ extrinſecus aduenientem: ſed neq; hoc obſtat. quoniã vidimus in cap. de relatione nullam eſſe relationem extrinſecus aduenientem eſſe per ſe motum. Vera tamẽ ſolutio eſt, quod vbi eſt quid abſolutum, quamuis ſit relatiuum ſecundũ dici, & ideò ad vbi bene poteſt eſſe per ſe mot'.

Sed dices, quòd Ariſt. 7. Phyſ. ad rationes etiam ſecundũ dici dixit nõ eſſe per ſe motum, quoniã hac ratione probabit non eſſe per ſe motum ad habitus: cũ tamen habitus ſit relatibus ſecũdum dici. Reſp. dupliciter; primo quòd loquebatur ibi Ariſt. ex ſententia antiquorũ, & non ex propria ſententia, qui antiqui omnes relationes, ſiue ſecundum eſſe, ſiue ſecũ dum dici pares in hoc eſſe arbitrantur. Vel dicendum ſecundo, quó inter relationes ſecundum dici, quædam ſunt ad quas poteſt eſſe motus, quędam vero nõ, nam ſunt quædam, quę ſequuntur ex alio admodũ quo relatio ſequitur fundamentum, & ita ſe habet ſanitas cum primis qualitatibus cũ quibus idẽtificatur ſicut relatio idẽtificatur cum fundamẽto, & ad illas nequit eſſe per ſe motus: aliæ vero ſunt relationes ſecundum dici quæ nullum fundamentum præſupponunt, & ad iſtas poteſt eſſe motus.

Ad ſecundum. Reſp. negãdo quòd vbi non habeat omnes cõditiones, nam vbi habet cõtrariũ, ſcilicet eſſe in loco ſurſum contrariatur eſſe in loco deorſum: imo non ſolũ iſta duo vbi ſunt cõtraria, ſed quæcumq; duo vbi adinuicẽ diſtant habent contrarietatẽ ſufficientẽ ad hoc, vt poſsit eſſe motus inter illa, ſicut alteratio non ſolũ inter calidũ, & frigidũ in ſummo reperitur: ſed inter quęcumq; duo contraria remiſſa, & augmẽ

tatio

tatio est á quacumq; quantitati minori ad maiorem, & ideò distantia inter quęcumq; duo vbi transit per motum localem. Similiter negamus quod vbi nõ habeat latitudinem, nam habet illam secũdum maiorem aut minorẽ á propinquationem ad ipsum vbi (vt dictum est.) Vnde ratione distantiæ in terminum á quo & ad quem conuenit latitudo ipsi vbi, quod est terminus ad quem motus.

Tertium argumentum petit, vt explicemus vtrum locus aliquo modo sit terminus motus localis: de hac enim re Sõci. 5. Meth. q. 40. & Sot, 4. Phy. q. 2. existimant motum localem, ita esse ad vbi, quod etiam sit ad locum, & potest probari horum sententia, quoniam locus habet omnes cõditiones requisitas ad hoc, vt sit motus ad ipsum, nam est forma habens latitudinem extensionis & habet contrarium quemadmodũ vbi, nam locus sursum cõtrarius est loco deorsum; deniq; subiectatur in actu: ergo ad locũ est per se motus, & non potest esse alius nisi localis: ergo, &c.

Secundo, quia terminus ad quem motus localis est ille, qui producitur per motũ localem, sed per motũ localẽ producitur motus, vt quãdo mouetur lapis ad aerem cuius partes prius erant cõtinuæ, & non continebãt aliud corpus per motũ localem continent, & fit locus ille aereus ad lapidem: ergo per motũ localẽ producitur locus, ac per consequẽs locus est termin⁹ ad quẽ motus localis.

Tertio (& hoc est eorũ fundamentũ) locus & vbi sunt idẽ: ergo si motus localis terminatur, vbi terminatur ad locũ, & contra. Antecedens patet, nã si aliqua ratione distinguerentur, maxime quia locus subiectatur in corpore continẽte: vbi vero in corpore cõtento: sed in hoc nõ, quia vbi etiã est in corpore cõtinenti nam est extrinsecũ mobile: ergo nõ subiectatur in ipso, sed in corpore cõtinẽti.

Sed his non obstantibus, sententia opposita est tenenda. Cuius fundamentũ oppositũ etiam debet esse, quod locus, & vbi distinguantur realiter, nã vbi est in corpore cõtento: locus vero in corpore continenti; ergo distinguntur realiter. Antecedẽs probatur. Nã vbi est in corpore, quod mouetur, sed mouetur corpus contentũ de loco in locũ: ergo in illo debet esse vbi, hoc autẽ iam probauimus in 3. Phys. ¶ Sed Resp. Sonci. quôd motus localis subiectatur in spatio per quod fit motus & non in corpore contento. Sed contra hoc est, quòd motus est actus mobilis in quantũ mobile est ex Ar. 3. Phy. ergo motus localis non est actus spatij, sed ipsius mobilis secundum locum.

Secundo, quia illud est subiectũ mot⁹, quod est subiectũ quietis: sed quies subiectatur in mobili, nõ in spatio. Nã lapis postquã peruenit ad locũ quiescere dicitur: ergo mot⁹ in ipso lapide subiectatur

Secundo Respon. Sot. ad idẽ fundamẽtum, quod motus localis hoc habet proprium, vt non subiectetur in ipso subiecto, in quo est terminus. Vnde quamuis motus sit in mobili: tamen vbi ad quod terminatur est in corpore contento.

Sed contra hoc est, quoniam de omni motu est verũ dicere, quod est idẽ realiter cum suo termino (vt dictum est 3. Phys.) Tum etiã quia cum motus sit actus entis in potentia, secundũ quod in potẽtia, quod nulla alia ratione explicatur, nisi quia motus sit actus mobilis secundum quod est in potentia ad terminum ad quẽ: ergo terminus ad quem debet esse actus mobilis, ac per cõsequens esse in subiecto eodẽ, in quo est mot⁹: cũ ergo cõstet locũ esse in alio subiecto, sequitur, ꝙ locus nõ sit terminus ad quẽ motus localis. Sequitur secũdo, quod cũ certũ sit vbi esse terminum ad quem, quod ipsum vbi subiectatur in mobili, sicut & motus. ¶ Pro solutione argumẽtorũ notandũ est, ꝙ cũ aliquod corp⁹ mouetur localiter, duo sunt mot⁹: alter in ipso lapide, v.g. qui mouetur ex sursum ad deorsum scindẽdo aeré, vel aquam, aut quodlibet spatium, alter vero motus est in ipso aere, qui scinditur, sicut quando

ferra

serra scindit lignum, ibi sunt duo motus: alter, qui subiectatur in serra, & iste terminatur ad vbi ipsius serrę, alter subiectatur in ligno, quod scinditur, & iste terminatur ad vbi lignorum, quæ diuisa sunt per actionem serrę, sic ergo motus lapidis per aerem terminatur ad vbi ipsius lapidis: motus tamẽ aeris, qui scinditur ad vbi ipsarum partiũ aeris: quod enim isti sit diuersi motus constat, quia sunt diuersa mobilia: atq; ita debent habere diuersos terminos.

Ex quo sequitur, quod aer, qui est cõtinuus respectu lapidis, quia eius vltima superficies est locus lapidis: habet tamẽ ipse aer alium locum à quo continetur ab igne, & habet etiam proprium vbi, quod est esse in loco.

Secundo notandum est, quod quamuis vbi lapidis, & locus á quo continetur, ipse lapis distinguatur realiter (vt dictum est) tamen vbi corporis continentis, & locus ratione cuius tale corpus dicitur contineri, non distinguntur realiter. v.g. vbi ipsius aeris & locus quo aer dicitur cõtinere lapidẽ non distinguũtur realiter. Patet, quia ista duo sunt idẽ realiter vni tertio: ergo sunt idem realiter inter se aeris. Patet. quia vbi quo aer dicitur esse suo loco, est idem realiter cũ quantitate eius idem aeris, quia est eius vltima superficies: ergo ista duo sunt idẽ realiter inter se. Vnde in vniuersum est verum, quod locus est idem realiter cum vbi corporis continentis: non tamen locus est idem realiter cum vbi corporis contenti: atque ita patet quod locus non producitur per se, sed per accidẽs dum producitur vbi, quo ipsum locans dicitur esse in alio loco.

Atque ita ad primum Respondetur. quòd sicut sanitas habet latitudinem cõtrariarum ratione primarum qualitatũ cum quibus identificatur secundum rẽ, & ideò non dicimus esse per se motum ad sanitatem: sic etiam locus non habet latitudinem, quę requiritur ad motum, neque contrarium nisi ratione vbi ipsius corporis contenti, & ideò nõ est motus ad ipsum nisi ad vbi.

Si dicas, numquid locus non est de se quantus? ergo ratione sui habet latitudinem. Respondetur, quod quamuis habeat quantitatem de se locus, tamẽ hęc fit simul cum dimensionibus ipsius continentis, quia est eadem realiter cum superficie. Vnde illa latitudo fit, per actionem, qua fit dimensio corporis continẽtis: talis autẽ actio, vel est simplex emanatio vt cum fit quãtitas to talis vel augmẽtatio, cum fit partialis: formaliter autem sub ratione loci non fit nisi per hoc quod partes ipsius corporis continentis diuidantur ad recipiẽdum intra se aliud corpus locatum, & quoniam illa diuisio terminatur ad vbi illarum partiũ; ideò dicimus, quod non est motus ille ad locum: sed vbi nec secundum rationem loci habet latitudinem requisitam ad motum localem, quæ est secundum maiorem & minorem apropinquationem: sed hoc quidem cõuenit illi rationevbi, cum quo identificatur.

Ex his patet solutio ad secundum, prę supponendo prius non opus esse, per motum localem produci locum: sed præsupponi iam productum: tamen dico, quod quando locus producitur de nouo aduenientę lapide. V.G. non producitur per motum, qui subiectatur in lapide, sed per motum aeris, & ille terminatur per se ad vbi aeris, per accidens autem ad locum ratione cuius dicitur aer cõtinere locatum.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum ad relationem sit per se motus, vel mutatio.

VIdetur ergo propositione affirmatiua, quod ad relationem sit per se motus. Primo, ex S. Tho. 1. p. q. 13. art. 5. & 8. quia hac ratione probat in Deo nõ esse

esse relationem ex tempore ad creaturas, quæ sit relatio realis, quonia in mutaretur Deus: sed sic est, quod hæc ratio nihil valeret, si ad relationem esset per se motus, vel mutatio. Dicendum ergo est, quòd ex sententia S. Thomæ ad relationem sit per se motus, vel mutatio.

Secundo, relatio habet omnes conditiones requisitas ad hoc, vt sit motus ad aliquam formam: ergo &c. Antecedens patet, nam quemadmodum vna albedo est intensior alia, sic etiam similitudo fundata in albedine est alia intensior, & habet simul cantrarium dissimile, & vtrumq; istud subiectatur in ente in actu: ergo, &c.

Pro intelligentia istius qnæstionis notandum est, quod vt diximus circa eorũ, quæ sunt ad aliquid, relatio est idem realiter cum suo fundamento v.g. similitudo est idem realiter cum albedine: distinguitur tamen ab ea secundum rationem, quia quatenus similitudo respicit aliud, scilicet terminum: quatenus albedo vero est quid absolutum.

Vnde tribus modis potest contingere quod producatur relatio aliqua. Vno modo quantum ad entitatem, quam habet, & non secundum modum relationis, vt si producatur solum fundamentum, & non sit terminus ad quem referatur, vt cum producitur album, si non sit aliud album, cui assimiletur, tum quidem producitur entitas illa, quæ est similitudo: non tamen secundum modum, & rationem similitudinis tantum, & nullomodo secundum entitatem fundamenti, vt in exemplo adducto, si producatur aliud album, tunc in priori albo producto illa met entitas, quæ antea non habebat modũ relationis, incipit habere talem modum & rationem relationis. Vnde producitur relatio præcisse secundum modum relationis ex productione alterius extremi. Tertio potest produci relatio quantum ad vtrumq; simul, scilicet & quantum ad entitatem, & quantum ad rationem formalem relationis, vt cum producitur secundum illud album quã do primum erat iam productum: tunc enim in secũdo illo extremo entitas relationis, & quantum ad fundamentum simul producitur.

His suppositis, sit prima conclusio relatio producitur primo modo, scilicet solũ quãtũ ad hoc fundamentũ & entitatẽ & non secundum modum relationis ad illam: hoc enim est per se motus. Probatur manifestę, quia illa entitas nihil aliud est, quam fundamentum relationis: sed illud fundamentum aliquando est qualitas, vt fundamentum similitudinis, aliquando qualitas, vt fundamentum est qualitatis ad qualitatem, & quã titatem, & per se motus (vt diximus) ergo, &c. Notanter autem diximus, quod ad relationem hoc modo sumptam potest esse motus, quia non est necesse ad omnes, hoc modo esse per se motum, quia aliquę sunt relationes, quę fundantur in potentia ad agendum, & sunt idẽ realiter cum illa potentia: & tamen ad illam potentiam non est per se motus & similiter aliæ fundãtur in substãtia: ad quã non est motus: sed mutatio, deniq; relatio secundum entitatem nihil aliud est, quã eius fundamentum; ad fundamentum autem aliquando est motus, aliquando mutatio.

Sit secunda conclusio, quòd relatio producitur tertio modo, scilicet secundum entitatem, quam habent simul, & secundum modum relationis, etiam ad illam est per se motus ratione fundamẽti. Hæc conclusio cõstat ex prima, nam relatio est idem realiter cum fundamẽto: ergo idem motus, qui secundum rẽ terminatur ad fundamẽtum etiam terminatur ad relationem secundum modum relationis, quando vtrumq; simul producitur.

Sed nota, quòd quamuis sit vnus motus secum rem, qui terminatur ad fundamentum & relationem: tamen ille est duplex secundum rationem. Probatur,

quia

quia ipſum fundamentum & relatio ſunt duo ſecundum rationem diſtincta, ergo motus, prout attingit ad fundamẽtum diſtinguitur á ſe ipſo ratione, prout attingit ad rationem ſecundum modũ relationis.

Tertia concluſio, quando producitur relatio ſecundo modo, ſolum ſecundũ modum relationis: ita quod præſupponat iam productum fundamentũ producitur per actionem & mutationem, quę eſt ſimplex emanatio: duas habet partes iſta concluſio. Prima eſt quòd ille motus relationis producatur per mutationem de nouo. Secunda vero quod illa mutatio ſit ſimplex emanatio.

Prima pars probatur, quia quotieſcumque ſubiectum aliter ſe habet, quã prius, ibi eſt mutatio de nouo, ſed cum producitur relatio pręciſſe ſecundum modum realationis, aliter ſe habet ſubiectum, quam prius, quia modo reſpicit terminum, & antea non reſpiciebat: ergo tũc aliqua mutatio eſt qua talis motus producatur.

Dices, quod ille nouus modus eſt relatiuus, & ideò non indiget noua mutatione. Contra, quia ille modus, quamuis ſit relatiuus & realis, quia non eſt relatio rationis, nec relatio, prout abſtrahit á reali, & rationis, ſed eſt relatio realis ſecundum modum talis relationis realis: ergo ſubiectum ratione illius nouo modo realiter ſe habet, ac per conſequens mutatur.

Secunda vero pars cõcluſionis, quod ſcilicet illa mutatio ſit ſimplex emanatio probatur, quia ille modus producitur in ſubiecto abſq; corruptione contrarij: ergo ſequitur, quòd eſt mutatio perfectiua. Rurſus iſte modus ſequitur in hoc extremo á productione alterius extremi: ergo talis reſultantia eſt mutatio, quæ dicitur ſimplex emanatio.

Sed obijcies contra hoc, ille modus relationis eſt idem realiter cum fundamento: ergo abſque noua actione reſultat expoſitione alterius extremi. Reſpondetur negando conſequentiam, quia etiã gradus ille qualitatis, qui producitur per intenſionem eſt idem realiter cum qualitate prœxiſtente: & tamẽ producitur noua actione, quæ eſt intenſio: ergo producitur ille modus relationis noua actione, quamuis illa ſit idem realiter cum fundamento: ſed iſta actio ſequitur expoſitione alterius extremi, quia talis modus, qui reſultat eſt relatiuus.

Sed dubitatio manet, an actio illa, quæ eſt ſimplex emanatio, qua reſultat modus iſte relationis ſit realiter eadem á numero realiter diſtincta ab actione qua productum eſt fundamentum, & videtur, quòd ſic, quia quę diſtinguntur numero diſtinguntur realiter, ſed actiones iſtę diſtinguntur numero quoniam fiunt in diuerſis temporibus: vnitas autem temporis requiſita eſt ad vnitatem numericã actionis: ergo iſtę duæ diſtinguntur numero, & realiter.

Sed oppoſita ſententia eſt tenenda, quod ſcilicet iſtæ duæ actiones ſint idẽ realiter. Probatur manifeſte, quia quæ ſunt idem realiter vni tertio, ſunt idem realiter inter ſe, ſed iſtæ duæ actiones ſunt idem realiter vni tertio: ergo & inter ſe. Probo minorem, nam quælibet earum eſt idem realiter cum ſuo termino. Prima quidem cum fundamẽto relationis. Secunda vero cum modo relationis: ſed fundamentum, & relatio ſecundum talem modum relationis ſunt idem realiter: ergo tales duę actiones ſunt idem realiter.

Vnde ad argumentum Reſpondetur, quod non omnia, quę ſunt diſtincta numero diſtinguntur realiter, nam actio, & paſsio diſtinguntur numero, quando quidem diſtinguntur genere, & tamen ſunt idem realiter. Vnde decepti ſunt iſti, quia vnum numero ſumitur multipliciter. Vno modo pro eo, quod eſt vnũ ſubiecto, quamuis contineat plura diſtincta realiter: alio vero modo, pro eo, quod eſt vnum realiter. Tertio pro eo, quod

quod habet principiū intrinsecum indiuiduationis diuersum, & hoc tertio modo dicimus nos has duas actiones distingui numero, quia per ordinem ad diuersa tempora habet intrinseca principia indiuiduationis distincta: cum hoc tamen stat, quod sint idem realiter (vt dictum est de actione ac passione) & idē dicendum est de generatione, & nutritione, quæ sunt idē realiter ratione terminorum, & distinguntur numero ratione temporum, & idem dico de calefactione, & intensione caloris.

Ex dictis sequitur, quo pacto sit intelligenda sententia Aristo. quòd ad relationem non est per se motus: loquitur enim de relatione secundum modum relationis, & de motu proprié dicto: nō autem vult negare, quod relatio producatur distincta mutatione cum producitur seorsum abs fundamento.

Vnde ad primum in principio quæstionis positum respondetur dupliciter. Primo, quòd S. Tho. optime probat in Deo non esse relationem realem de nouo in ordine ad creaturas, quia mutaretur mutatione perfectiua, quæ est simplicior emanatio, quæ quidem mutatio non minus repugnat Deo quam alia quia non minus est inuariabilis quam incorruptibilis.

Secūdo dico quod adhuc esset motus proprie dictus in Deo si relatio realis esset in illo de nouo quia vbi potest esse relatio de nouo non repugnat esse fundamentum de nouo: per accidens enim est quod sit fundamentum prius tempore productum: si autem non repugnaret in Deo esse fundamētum motu proprié dicto posset produci vt dictum est in prima conclusione.

Ad secundum negamus quod relatio habet omnes conditionet requisitas vt ad illas sit motus nam in primis non habet contrarium quia quamuis vnum relatiuum habeat oppositionem cum alio quæquidem oppositio largo modo & in proprie posset dici cōtrarietas tamen respectu subiecti in quo est nullum præsuppomt contrarium ratione sui sed solum negationem ratione autem fundamenti bene potest habere contrarium & ita ratione fundamenti ad relationem potest esse motus.

Vnde Arist. & eorum qui sunt ad aliquid non ex propria sententia, sed ex antiquorum dixit relationi aliquid esse cōtrarium nec similiter relatio suscipit magis & minus adhuc ratione fundamenti si intelligatur ita quod ratio dicatur maior & minor ex eo quod fundamentū suscipiat magis aut minus, nā tā similia sunt duo alba quorum quodlibet est album vt duo quam duo alba intensa vt octo sed dicūtur istę relationes suscipere magis & minus ratione fundamēti, quia istæ relationes fundātur in vnitate, quæ dicit negationem excessus in qualitate vel quantitate. & quoniam ista negatio accessus non debet consistere in indiuisibili ideo habet latitudinē, & hac de causa relatio dicitur suscipere magis, & minus ratione fundamenti hoc modo sumpti.

Ad secundum de relationibus extrinsecus aduenientibus non est, cur modo immoremur quia proprium est in capite de ad aliquid non esse tales relationes quales imaginat Scotus nec ad illas, quas ipse appellat extrinsecus aduenientes esse per se motum de sex vero vltimis prædicamentis dicemus quæstione sequenti: vtrum ad illas sit per se motus, nā in hac quæstione solum fuit sermo de relatione secundum esse, quæ pertinet ad predicamentum ad aliquid.

ARTICVLVS. VIII. & vltimus.

Vtrū mutationis detur mutatio, vel actionis actio.

Pro

PRO intelligentia autem, quæstionis notandum est, quod duobus modis potest intelligi ista quæstio, scilicet quod mutationis detur mutatio, & actionis actio: mutatio enim dicit ordinem ad duo. Primo ad subiectum, quod manet sub vtroque termino & istud dicitur vere, & proprie mutari. Secundo tamen dicit ordinem ad terminum productũ, & ille quamuis non dicatur mutari: dicitur tamen produci per mutationem. Vnde patet, quod nostra quæstio his duobus modis potest intelligi. Primo vtrum mutatio vna sit subiectum mutationis. Secundo vtrum vna mutatio sit terminus productus per alterationẽ, mutationẽ.

Quantum ad primum est prima conclusio, mutatio nullomodo potest esse subiectum alterius mutationis. Probatur, id quod est subiectum mutationis debet esse substantia & ens per se: sed mutatio est accidens: ergo mutatio est subiectum mutationis.

Contra hanc conclusionem obijciet Vall. 1. vna & eadem mutatio mutatur de velocitate in tarditatem, quia motus naturalis in principio est tardior, quam in fine: ita quod est verum dicere in fine aliter se habet, quam in principio: ergo mutatur.

Secunda vna & eadem mutatio potest esse in principio naturalis, & in fine violenta, vt si lapis descendat á concauo Lunę, versus centrum, & attingens centrum ibi non quiescat: sed vlterius progrediatur, versus aliud Emisphærium, tunc motus lapidis quo vsq; attingat cẽtrũ est naturalis, quia est deorsum postquam inde incipit moueri versus aliud Emisphærium est violentus, quia est sursum: ergo mutatur motus de naturali in violentum.

Sed ad hæc optime respondet Vall. ad primum dupliciter. Primo quod quamuis vnus, & idem motus sit tardior, atq; velocior: non tamen secundum eandem partem, sed secundum diuersas. Vnde si quemadmodum homo si secundum vnã partem esset calidus, & secundum aliam esset frigidus, ita vt pars calida semper eadem maneret calida & pars frigida semper eadem maneret frigida, tunc non diceretur homo mutari: sed immutaretur quando pars, quæ prius erat calida fieret frigida & è contra, sic in proposito motus non potest mutari detardo in velocem & é contra, quia pars illa quæ est velox semper manet tarda & nũquam vna mutatur de veloce in tardã.

Secundo. Respon. quod per hoc, quod idem motus sit tardus in principio, & in fine velox non mutatur, sed subiectum motus dicitur mutari de velocitate in tarditatem: ipse autem motus est quasi ratio, qua mediante subiectum dicitur mutari, sicut quantitas est ratio, qua substantia mutatur de alba in nigram, aut é contra; non tamen quantitas dicitur mutari. Vnde & Arist. & nos tantum negamus motum esse subiectum quod alterius motus.

Ad secundum his duobus modis. Respondetur, quibus ad primũ scilicet, quod non secundum eandem quantitatem est naturalis, & violentus, & quod substantia lapidis in eo casu mouetur: non tamen motus nisi vt quo.

Verum circa hoc notãdum est, quod non est vnus, & idem motus, quo lapis descendet versus centrum terræ, & quo postea incipit ascendere versus aliud Emisphærium, nam illi motus sunt diuersæ species, quippe alter sursum alter deorsum, ac per consequẽs non possit continuari, neq; esse vnus numero motus, sed sunt duo: atq; ita non probatur, quod motus mutetur ex naturali in violentũ, quidquid mutatur debet manere idem sub vtroq; termino.

Veniamus ergo ad secundũ sensum, vtrum vna actio producatur per aliam. Nã videtur quod sic. Primo, quia calor, ideò producitur per actionem, quia incipit esse de nouo & indiget actione, qua incipiat, sed similiter ipsa actio incipit esse de nouo, quia calefactio ignis est in

hoc

hoc tempore, & non erat prius: ergo debet produci per aliquam actionem.

Et confirmatur, quia ignis, qui natura sua est calefactiuus ex non calefaciente, fit calefaciens: ergo mutatur ad calefactionem, ac per consequens ad actionem datur actio.

Sed his non obstantibus, sit secunda conclusio, quam ponit Aristotiles hoc loco, quod actio nullomodo potest esse terminus productus per aliam actionem. Hanc conclusionem multis rationibus probat Aristotiles capite secũdo, sed vna earum est, quoniam si actionis datur actio: sequitur processus in infinitum; hoc non est concedendum: ergo neque illud. Sequela probatur, quoniam illa actio, qua producitur ista est terminus actionis, & ille rursus alterius: ergo dabitur processus in infinitum.

Sed circa istam rationem dubitabis. Primo quia vel ista ratio vult concludere processum in infinitum á parte ante, vel á parte post, si á parte ante nõ sequitur, quod dicam ergo deueniendum esse ad primam actionem, quæ non fiat ex alia: sed ad eo si á parte post etiam dicam deueniendum esse vltimo ad aliquam actionem, quæ non sit producta alterius. Respondetur, quod vtroq; modo potest intelligi ratio, & vtroque modo habet vim cuiusuis consistit in hoc, quod si actio aliqua est terminus productus per actionem non potest aliqua actio esse, quæ non sit producta per actionem, sicut non est aliquis calor, qui non producatur per actionẽ aliquam: ex hoc autem, quod actio, quæcumq; debet produci per aliam sequitur processus in infinitum á parte antea, & á parte post á parte antea, quia illa actio, qua producitur ista debet esse terminus alterius actionis, & sic de alijs. á parte vero post, quia sicut actio qua producitur ista producit istam actionem ita hæc produceret alteram actionem, quia non est maior ratio de vna quam de alia.

Vnde ad argumentum dico, quod actio esset á Deo tamen media aliqua actione deberet esse, quoniam etiam prima elementa, & primum hominem produxit Deus, & in media actione, quia homo, & elementum sunt terminus actionis ad eundem modum, quia actio est terminus actionis primam non posset Deus facere sine alia prima actione. Vnde sequitur quod non fit primæ, & similiter á parte post numquam deueniemus ad actionem, quæ non producat aliam, quia nõ est maior ratio quare vna producat, quam alia.

Sed obijcies contra hanc rationem secundo, quòd non videtur conueniens dari processum in infinitam in actionibus quia secundum Arist. qui posuit mundum abæterno necessario datur processus in infinitum in his, quæ per accidens ordinantur non est inconueniens, & quoniam generationes secundum quod ab Aristot. ponuntur infinitæ per accidens ordinantur, eo quod vna non terminatur ad aliam: sed quælibet habet alium terminum intrinsecum, ideò non est inconueniens ponere processum in infinitum in illis generationibus: at vero si vna actio produceretur per alia, tamquam terminus per se ordinarentur illæ. & ideò vna per se penderet ex alia in fieri addita illa rursus ex alia. Vnde daretur processus in infinitum in his, quæ sunt per se ordinata.

Sed quæ res tertio, quare sit inconueniẽs dari processum in infinitum in his quæ sunt per se ordinata, & non in his, quę per accidens. Resp. quòd huiusmodi ratio est, quia quę sunt per se ordinata simul debent esse, & concurrere ad effectum, qui ex ipsis per se pẽdet ex quo sequuntur duo inconuenientia. Primum est, quòd detur infinitum simul. Secũdo, quòd actio illa, quæ pendet ex infinitis causis per se ordinatis numquam finiretur, neq; effectus ille finiretur, quia efficientia infinitorum, numquam finiretur: at vero ea, quę per accidẽs sunt ordi-

nata non oportet esse simul: sed successiue, neque oportet omnia applicari ad effectum respectu cuius dicuntur causæ per accidens ordinatæ, & ideò non oportet generationem animei esse nunc quia ego non dependeo per se ex illa: atque adeò in his successiue nõ est incõueniens dare processum in infinitum.

Vnde ad argumenta. Respondetur ad primum, quod calor indiget alia forma qua incipiat scilicet in ceptione: non tamen actio alia in ceptione: sed se ipsa dicitur incipere, quia est forma, qua aliquid incipit, sicut natura existit aliquo alio à se, sicut existentia: tamen ipsa existentia non alio: sed se existit, sic etiam actio est forma, qua aliud incipit: sed ipsa non alia actione incipit: sed se ipsa in quantum est ratio, qua terminus productus incipit.

Ad secundum, quòd ignis calefactiuus ad hoc, vt calefaciat duobus modis potest intelligi mutari. Vno modo quãtum ad applicationem ad agendum & hæc mutatio est motus localis, quæ non terminatur ad actionẽ: sed ad vbi, quod est approximatum passo. Alio vero modo potest intelligi, quod mutatur, dũ actu calefacit, & sic non dicitur mutari nisi denominatione extrinseca, sicut agere ab actione, quæ est in passo.

Sed dubitatio manet vtrum saltem vna actio producatur per aliam per modum sequellæ: videtur enim, quod sic, nam sicut dicimus, quod vna qualitas dimanat ex altera, vel ex substantia: sic etiam dicere solemus, quod vna actio procedit ex alia: ergo sequitur, quòd actu datur actio solem hoc modo. Sed Respondetur quod nullomodo actionis datur actio (vt diximus) quia idem inconueniens sequitur si actio sit terminus alterius, quæ sit simplex emanatio, siue alterius cuiuscumque, & ad argumentum. Respondetur, quod vna actio dicitur procedere ex alia, non quia producatur ex alia effectiua: sed quia procedit ex termino producto per alium, sicut in genere causæ efficientis, quem ad modum ex termino producto per actionem dispositiuam, sequitur generatio substantialis.

Sed vltimum dubium manet de tribus prædicamentis situ, & habere, & quando vtrum ad illa sit per se motus. Et videtur quod ad situm sit per se motus, nam mouetur aliquis ad sedendum vel standum, quæ sunt de prædicamento situs similiter mouetur aliquis ad hoc, quod est calceatum, vel vestitum esse, quæ sunt de prædicamento habitus.

Sed his non obstantibus, verissima est conclusio Aristotelis, quod ad tria prædicamenta tantum sit per se motus. Vnde ad primum respondetur, quod situs est idem realiter cum vbi vnde eodem motu locali quo quis acquirit vbi etiam situm consequenter, & ita, qui mouetur ad sedendum acquirit esse in tali loco: Secundario tamen esse tali modo, scilicet sedendo, vel standò: eadem tamen actione, & ideò ad situm non est per se motus.

De habere dico dupliciter. Primo, quod est idem realiter cum quantitate subiecti. Vnde quamuis acquiratur post quantitatem actio, quæ est simplex emanatio: non tamen motu. Vel secundo dico, quod habere est res artificialis, vt vestitum esse, & ideò acquiritur motu artificiali non tamen naturali, & de hoc locutus est Aristoteles cum dixit ad tria tantum prædicamenta esse per se motum.

Nota tamẽ quod motus ille quo vestes huc, & illuc circunferuntur non est ad habere sed ad vbi ipsarum vestiũ, quia est motus localis earum: sed motus, quo homo ex non vestito dicitur vestitus est, quem non dicimus esse artificialem.

De quando certum est, quod ad illud non sit motus quia realiter est idem cũ tempore tempus autem cum motu: atq; adeò sicut ad motum non est motus, sic neq; ad tempus, neq; ad quando.

QVAESTIO

QVAESTO, II.

De naturalis entis motus, vnitate, & contrarietate?

VIsum est, quod tres tantũ sint species motus, videndum nunc restat, vnde vnitas specifica sumatur vt illud magis pateat de quo octo sunt discutienda. Primo vnde sumatur vnitas specifica. Secundo, vnde actio specificetur. Tertio, vnde sumatur vnitas numerica. Quarto, si intensio, & remissio sint vnus motus. Quinto, si motus motui contrariatur. Sexto, si idem possit simul moueri motibus contrarijs. Septimo, si terminus à quo, & ad quem debeant esse oppositi, & quomodo. Octauo, si quies cõtrarietur motui.

ARTICVLVS. I.

Vtrum vnitas specifica motus sumatur ex termino ad quem.

PRO intelligentia autem quæstionis, quod in motu, sicut in quacumque alia re mundi, scilicet generica specifica, & numerica, & generica non est dubium. Vnde ponatur in motu quia si motus considereturſecundum propriã diuisibilitatem, quam habet pertinet ad genus quantitatis. Vnde omnes motus sumunt vnitatem genericam, hoc modo ex diuisibilitate successiua, quæ continuatur mutatis esse: si autem motus consideretur, prout est diuisibilis ad diuisionem termini. Tria sunt genera motuum, quia ad tria prædicamenta reduc-

untur, scilicet quantitatem, qualitatẽ, & vbi: solum est difficultas de alijs duabus vnitatibus, scilicet specifica, & numerica: de numerica autem postea erit quæstio: de specifica autem quæritur modo, vtrum sumatur ex termino ad quem.

Et videtur quod non, Primò, quod nõ est non dat speciem alteri: sed terminus ad quem non est, quando est motus: sed solum est, quando fuit motus: ergo non potest dari speciem motui.

Secundo sic possunt esse duo motus diuersæ speciei: quando tamẽ terminus ad quem est vnus, & idem: ergo motus non habent suam specificationem ex termino ad quem. Antecedens probatur quia si aliquod corpus moueatur ex albo in fuscum, & aliud ex nigro in fuscũ illi duo motus, sunt diuersæ speciei, vt patet, quia quod mouetur ex albo aliquomodo dinegratur, quod ex nigro aliquomodo dealbatur, quãdoquidẽ recedit ex nigro sunt, ergo motus ille diuersæ speciei, & tamen habet terminũ vnũ & eundem secũdum speciem: ergo, &c.

Confirmatur, quia si aer moueatur ex loco ignis vsq; ad proprium locum, & in aliam partem, ex loco terræ vsq; ad proprium locum: illi duo motus sunt diuersæ speciei, quia alter discẽsus deorsum: alter vero ascensus sursum, & tñ habẽt vnum, & eundem terminum: ergo &c.

Tertio, quia si augeatur aliquod corpus pedale vsque ad vipedalem, etiam quantitatẽ, & alterũ minuatur extripedali quantitate vsq; ad vipedalem, etiam illi duo motus erunt diuersę speciei, quia alter est augmentatio alter diminutio (vt constat) & tamen ad eundem terminum terminatur: ergo, &c.

Quarto motus quo lapis mouetur ad locum aeris, & locũ ignis, est eiusde speciei, quia vterq; esse est illi violentus, & contra naturam, & non potest vni corpori esse, nisi vnus motus violentus: & tamen illi motus habent diuersos terminos, vt constat: ergo, &c.

Quinto, sequitur ex hac sententia motum circularem, & rectum esse eiusdē speciei, consequens est falsum: ergo & illud ex quo sequitur sequella patet, quia ad idem punctum potest vnum corpus moueri motu circulari, & aliud motu recto: ergo.

Confirmatur vltimo, quia si moueatur lapis ad centrum, & ignis similiter ad eundem locum, ille duo motus sunt diuersę speciei, quoniam motus lapidis est naturalis, & motus lignis est violentus, & tamen sunt ad eundem terminū: ergo non habet motus speciem ex termino ad quem.

His tamen non obstantibus, statuitur conclusio, quòd motus specificantur ex termino ad quē formaliter sumpto. Probatur ista conclusio, quantum ad primam partem ex Aristot. capit. 3. Physico. asserente, motus non est præter res, ad quas est motus, quem locum licet intelligant de identitate cœli motus cum termino: tamen etiam intelligunt de specificatione motus ex termino idem etiam pro sequitur late Aristoteles hoc .5. lib. à capit. 3. vsque ad finem idem colligitur ex eodem secundo de Anima capite quarto, vbi actus specificari per obiecta dicetur: sed obiectum motus, quæ est quidam actus est eius terminus ad quem: ergo sic specificatur motus ex termino ad quem.

Ex rationibus probatur ista conclusio. Primo, quia quando aliquid natura sua ordinatur in aliud ex ordine ad aliud debet specificari, vt patet in relationibus: sed motꝰ natura sua ordinatur in terminum ad quem: ergo ex ordine ad illud debet specificari.

Secundo quia omne imperfectum reducitur ad perfectum: sed motus nihil aliud est, quam terminus ad quem, prout imperfectus, quia est via ad illum: ergo motus reducitur ad speciem termini ad quem.

Secunda vero pars conclusionis, quòd specificetur ex termino ad quem formaliter sumpto, satis nota est de se, quia potentiæ, quæ specificantur ex actibus, & actus ex obiectis similiter habitus ex actibus semper specificantur ex illis formaliter sumptis: ergo motus specificatur etiam ex termino ad quem formaliter sumpto.

Vnde ad primum. Respondetur, quòd illa maior est falsa, loquēdo de eo quod specificat aliud in genere causę finalis, nam illud potest specificare ante quam existat à parte rei dummodo existat in intensione. Secundo dico quod falsa est minor quia terminus ad quem motus non existit nisi finito motu, nam quamuis in esse perfecto, & completo non existat nisi finito motu: tamen absolute terminus acquisitus per motum, & cum motu incipit quando incipit motus, vt patet in calore, qui incipit simul cū calefactione.

Ad secundum vero respondet Perey. quod motus ille quo mouetur aliquid ex albo infuscum & ex nigro infuscum sunt eiusdem speciei propter vnitatem termini, & idem dicit ad confirmationem de ascensu aeris versus suum locum, & de descensu eiusdem vsque ad eundem locum, quæ sententia quamuis probabilitate non careat: tamen aliter est nobis dicendum modo.

Pro cuius intelligentia notandum est, quod vnus, & idem terminus ad quē materialiter sumptus potest esse formaliter plures, vel habere plures rationes formales, sicut vna res est actio, & passio: quæ tamen habet plures rationes formalis: ratio autem termini ad quem formalis variatur ex ordine ad terminum à quo, ita quod quamuis calor medius fuscus verbi gratia sit vnus, & idem materialiter: & tamen diuersus formaliter, prout dicit ordinem ad album, vt ad terminum à quo, & ad nigrū & quod ita sit dicendum, patet imprimis ex Ari. qui dixit quòd color medius respectu albi habet rationē nigri, & respectu nigri habet rationē albi, ꝙ sequitur

quod

quod color fuscus quatenus fit ex albo habet rationem nigri, & per consequēs talis motus est denigratio: quatenus vero fit ex nigro habet rationem albi, ac per consequens talis motus erit de alba tio: variatur ergo terminus ad quē formaliter per ordinem ad terminum á quo.

Secundo probatur, quia generatio, & creatio sunt actiones diuersæ speciei, & expecificantur ex terminis formalibus: & tamen non possumus inuenire diuersas rationes formales in terminis ad quos nisi ex ordine ad terminum á quo, quia omnino est eiusdem rationis, & speciei homo productus per actionē generationis, & per creationem nisi, ꝙ vt productus per generationē debet esse ex nihilo, & ex termino á quo: at vero, vt productus per generationem ex non homine, & ex aliquo subiecto, sequitur, quod ordo ad diuersum terminū á quo facit diuersitatem formalem in termino ad quem.

Tandē vltimo probatur, quia motus nihil aliud est, quam traasitus ex termino a quo in terminum ad quem: ergo nō specificatur ex termino ad quem nisi cū ordine ad terminum á quo.

Confirmatur vltimo, quia motus proprie dictus est mutatio ad eandem rem possunt terminari, vt idem calor secundum speciem potest produci per motum si fiat ex contrario, & per mutationem esse fiat ex contradictorio: tunc iste motus, & mutatio distinguntur specie, vt constat ex termino ad quem formali: & tamen non alia rationa differunt termini ad quos nisi per ordinem ad terminos á quibus: ergo, &c.

Sed obijcies contra hoc fundamentū quoniam ex hoc videtur sequi, quod motus sumat speciem ex duobus specie distinctis, scilicet ex termino á quo & ad quem. Resp. negando consequentiam, quia nos dicimus speciem motus sumi ex termino á quo: sed tantum ex termino ad quem formaliter sumpto, qui terminus ad quem variatur secundum rationem formalem termini ex ordine ad terminum á quo, vt distinctum est.

Sed obijcies secundo, quia si hoc ita est sequitur quod de albatio qua aliquid fit album ex nigro, & de albatio, qua aliquid fit albū ex viridi distinguntur specie, quia quamuis sit vnus, & idē color: albus tamen dicit diuersos ordines penes terminos á quibus. Respondetur negando consequentiam: imo secundum nostram sententiā, illi duo motus sunt eiusdem speciei, & terminus ad quem formaliter sumptus est vnus & idem. Nam quamuis dicat ordinem ad nigrū, & ad viridem colorem, vt a termino á quo tamen sub vna, & eadem ratione formali, scilicet in quantum viridis color comparatur ad album habet rationem nigri, & ideo vterque ille motus est de albatio, & eiusdem speciei tendit ꝙ ad terminum ad quem sub eadem ratione formali

Ex dictis patet solutio tertiæ obiectioni: posset .n. aliquis obijcere, quōd contingit motus esse diuersæ speciei, quando terminus á quo est vnus, & idē, vt si moueatur aliquod ex nigro in viride, scilicet in palidum ergo non sumitur diuersitas termini ad quē prius termino á quo. Resp̄. enim ex dictis, quod isti motus differunt specie propter diuersos terminos ad quos, quiquidem sunt diuersi secundum se absq; ordine ad terminum á quo, nec nos dicimus oppositū huius, sed quod aliquando contingit terminum ad quem secundum se non esse diuersum formaliter & tamen fieri diuersum formaliter ex ordine ad terminum á quo termini cum hoc stat, ꝙ si termini ad quos absolute, & secūdum se differant specie, non sit necessarium habere diuersos terminos a quibus, vt motus sint diuersæ speciei, & ita in proposito color palidus, & fuscus secundum se differūt specie. Vnde motus, qui tendunt in illos, quamuis sit ex eodem termino á quo differunt tñ specie.

Ex dictis ergo patet solutio ad secundum argumentum in principio quæstionis positum: cõcedimus enim, quòd motus ab albo in fuscum, & à nigro infuscum sint diuersæ speciei: negamus tamen, quód habeat eundem terminum: non enim habet eundem terminum formalem (vt explicatum est) propter ordinem ad diuersos terminos á quibus, quãuis habeat terminum formalem.

Et similiter ad confirmationem de motu aeris quo mouetur ex sphera ignis, & ex sphera terræ ad proprium locũ, illi motus sunt diuersæ speciei propter diuersitatem formalem, terminorũ ad quos. Nã locus aeris respectu ignis est deorsum, respectu terræ est sursum.

Sed contra istam solutionem est argumentum, quia sequitur ex eo, quod duo motus contrarij, & diuersæ speciei sint naturales vni, & eidem corpori, quia ille ascensus aeris, & descensus eiusdé sunt ambo naturales aeri, quandoquidẽ ambo sunt ad acquirendum proprium locum. Resp. concedendo totum, quod argumentum probat cum hac limitatione, quod non concedamus illos duos motus non esse contrarios simpliciter: sed tantum secundum quid, quoniam non sunt simpliciter ad sursum, nec simpliciter ad deorsum, quoniam locus aeris est sursum, & deorsum secundum quid, scilicet respectu diuersorum, respectu enim terræ, est sursum: respectu vero ignis est deorsum, sicut ergo color medius, nec est simpliciter albus, nec simpliciter niger: sed participat ex vtroque: sic est terminus de albationis, & de nigrationis secundum quid, sic etiã locus medius qualis est locus aeris participat sursum & deorsum neutrum tamen istorum est terminus motus sursum, & deorsum secundum quid.

Sed contra hæc, quæ dicta sunt videtur esse Aristotelis primo cœli capite secundo, qui dicit vni corpori tantum esse vnicum motum naturalem, & vnum etiam præter naturam: at vero si vera sunt, quæ diximus habet aer duos motus naturales (vt constat) totidem violentos, scilicet descensus ad locum terræ, & ascensus ad locum ignis. Respondetur dupliciter. Primo, quòd Aristoteles ibi loquebatur de corporibus extremis, qualia sunt terra, & ignis: ista enim tantum habent vnicum motum naturalem, scilicet ad deorsum simpliciter, & ad sursum simpliciter, & ita vnum violentum: at vero elementa media, quę participant ex sursum, & deorsum (vt diximus) duabus vijs possunt acquirere proprium locum, & duabus etiam vijs possunt deserere illum. Vnde Arist. in illo cap. tantum agebat de tribus scilicet circulari, grauissimo, & leuissimo. Vel secundo respondetur, quòd si intelligatur de omnibus etiam modis habent motum naturalem vnum idest tendentem ad vnum locum, quia quodlibet corpus naturale tantum habet vnum locum naturalem: nihil hominus tamen possunt esse in corporibus medijs diuersi motus non ratione loci sed, quia ex diuersis terminis á quibus, & per diuersa spatia ille terminus acquiritur.

Ad tertium argumentum principale respondetur ex his, quæ dicta sunt in hac quæstione, & in quæstione quarta, quòd scilicet quantitas illa pedalis, quæ fit per augmentationem pedalis, & quæ fit per diminutionem ex tripedali habet duos modos diuersos specie ratione quorum specificat illos duos motus. Nam respectu pedalis habet rationem minoris, & sic specificat diminutionem. Vnde illam & quamtitas ex ordine ad diuersos terminos á quibus fit diuersus terminus ad quem formaliter.

Ad quartum respondet Sotus, & Tolet. quòd motus ille, quo lapis ascendit vsque ad locum aeris, & alter quo lapis ascendit vsque ad locum ignis sunt eiusdem speciei, quæ est specificatio motus sumitur ex termino vltimato, & non ex proximo, & quia ascensus lapidis, quamuis assistat in aere vltimate

tendit

tendit in ignem, & per consequens sistit in aere ex defectu impetus impressi á projiciente, ideò dicimus, quòd ille motus sunt eiusdem speciei, & fere, eadem est solutio, quam adducit Toller. quamuis diuersis verbis, quod duo lapides, qui ascendunt sursum habent eundem terminum per se, scilicet locum ignis supremum, quia per accidēs est sistere infra (vt declaratum est) ideòque illi duo motus violenti sunt eiusdē speciei.

Sed obijcies contra conclusionem vtramque, quia sequitur ex illis, quod motus naturalis aeris, quo ascendit ex terra sursum, & motus etiam naturalis ignis, quo etiam ascendit sursum sint eiusdem speciei, quia vterque habet eūdem terminum vltimatum, & per se, quamuis diuersum per accidens. Resp. negando consequentiam, quia illa est ratio de motibus naturalibus & alia de motibus violentis. Nam in motibus naturalibus vltimatus terminus, & per se est ille, qui est locus naturalis corporis, quod mouetur. Vnde quando aer, & ignis mouentur habent diuersa loca naturalia ad quæ tendunt per se vltimate. Nam aer tendit per se, & vltimate esse sub igne: ignis vero tendit per se & vltimate esse super aerem, & ideò illi motus sunt diuersæ speciei: at vero in motibus violentis quibus lapides ascendunt sursum, non est maior ratio, quare per se sistant in loco aeris, quam infra. Vnde de ex natura rei talis motus violētus tendit ad supremum locum, & ita omnes motus violenti sursum sunt eiusdem speciei.

Ad quintum argumentum. Respon. quòd quamuis motus circularis, & rectus tendant ad punctum: tamen habēt diuersos terminos formales, & sunt diuersę species, & quòd sint diuersi termini formales patet, quoniam sunt diuersa spatia, per quæ tendit motus rectus, & per quæ tendit motus circularis. Nam aliter tenāit per spatium rectum, & alter tendit per spatium circulare: in omnibus autem circularibus ipsum spatium intrat rationem formalē termini ad quem.

Sed cōtra obijcies, sequitur, quòd motus sursum, qui est per aquam, & qui est per aerem sint diuersæ species, quoniā media sunt diuersa. Respondetur negādo consequentiam, quoniam non quæcumque diuersitas mediorum variat rationem formalem termini ad quem in motu locali: sed diuersitas formalis mediorum, vt quod medium sit rectum, vel circulare: quod vero medium sit aqua, vel aer tantū facit diuersionē naturalē.

Contra, si aliquod fiat album ex nigro per viride: aliud vero per fuscum sunt eiusdem speciei ille motᵘ, quia motus media sunt diuersa: ergo etiam in motu locali diuersitas mediorum non potest variare rationem formalem termini ad quē. Respondetur primo, quòd illa diuersitas, quæ est per viride aut fuscum est per media materialia, & ideò non sufficit variare rationem formalem motus. Dico secundo, quod alia est ratio de motu locali, & alia de alijs motibus, vt inquit Tollet. quoniam in motu locali ex hoc, quod variatur medium variatur etiam ratio formalis termini ad quem per se, & vltimate. Nam in motu circulari, quod est ab Aristotile in eundem Aristot. non est terminus ad quem esse in Arist. quomodocunq; hoc habeat mobile, prius quam moueatur: sed terminus ad quem est peruenire ad Ar. per mediū circulure. Vnde ipsum medium intrat in rationē termini per se, & vltimate: at vero in motu recto, qui est ad Ar. terminᵘ ad quē est attingere ipsum Aristotilem, qui prius non attingebat mobile, & ideò isti duo motus distinguntur specie: at in motu alterationis terminus ad quem est vnus, & idem, licet sit per diuersa media, quia ipsum medium non intrat rationē termini, quod enim de albatur per fuscum ex nigro, vel per viride, non intendit aliquomodo

veritatem, scilicet fuscum colorem: sed albedinem, quod si illi colores medij essent termini ad quos; iam essent etiam diuersi motus secũdum speciem, & ideò dicendum est quod diuersitas medij in alteratione, non variat terminum ad quem: sed tantum motu locali variat.

Ad confirmationem respondet Vall. quòd illi duo motus quibus, & lapis ascendit ad centrum, & ignis etiam descẽdit ad eundem locum sunt eiusdem speciei in ratione motus: sed sunt diuersæ species in quantum sunt affectiones corporum, quia alter est naturalis alter violentus.

Sed pro intelligentia istius solutionis & istius veritatis nota, quòd aliqua possunt esse eiusdem vel diuersę speciei dupliciter. Vno modo essentialiter, Alio vero modo accidentaliter, vt homo abbus, & niger diximus, quod sint diuersę speciei accidentaliter, quia habent accidentia diuersa secundum speciem: at vero sunt eiusdem speciei essentialiter: at vero homo albus, & equus albus sunt eiusdẽ speciei accidẽtaliter. Nũc dico, quòd illi duo motus ignis, & terrę quibus mouetur ad esse terminum sunt eiusdem speciei essentialiter propter vnitatẽ termini: at vero sunt diuersæ speciei accidentaliter, quia alter est naturalis: alter vero violentus, & hoc est fortasis, quod dicit Vall. esse diuersæ speciei accidentaliter, quantum ad hoc, quòd est affectiones, quòd dictum est de his motibus: dicendũ est etiam de motu tardo, & veloci, quibus corpora tẽdunt ad eundem locum sunt eiusdem speciei essentialiter & diuersæ accidentaliter. Similiter dico de motu regulari, & irregulari tẽdenti bus ad eundem terminum, nam regularitas, & irregularitas sunt accidentia diuersæ speciei sed ista accidentia nõ sunt alterius prædicamenti, sicut sunt albedo, & nigredo in homine, sunt eiusdem generis reductiue (vt diximus supra de magno, & paruo.)

ARTICVLVS. II.

Vtrum actio motus specificetur ab agente, vel á passo.

Hæc quæstio anexa est cum præcedẽti, quia postquam disputatum est de eo, scilicet motu. Vnde sumat speciẽ, merito disputãdum erit de actione, quæ est idem realiter cum motu, vnde sumatur eius species. Videtur enim in primis quod actio non specificatur ab agente: sed potius á termino ex Aristo. 2. de anima cap. 4. qui dixit actus specificari per obiecta: sed agens non est obiectum actionis, sed potius terminus est obiectum: ergo, &c.

Secundo ratione sic, si actiones specificarentur ab agente, omnes actiones, quę producerentur ab vno, & eodem agente essent eiusdem speciei: sed consequens est falsum quoniã á Deo & á causis vniuersalibus. v. g. corporibus cœlestibus procedunt actiones plures diuersæ speciei: ergo, &c.

Confirmatur, quia calor, qui effectus est ignis, & qui fit à sole sunt eiusdẽ speciei, quamuis agentia sint diuersæ: ergo similiter actiones ex diuersis agentibus possunt esse eiusdem speciei, ac per cõsequens nõ ex agẽte specificãtur actiones

Vltimo eadem est ratio de actione in ordine ad agens, ac de passione in ordine ad passum: sed passiones non sumunt speciem ex ordine ad passum: ergo nec actiones in ordine ad agens.

His non obstantibus, statuitur conclusio, quòd actiones sumunt speciem ex ordine ad agens, & colligitur ista conclusio. Primo ex eo, quod docet S. Tho. 1. part. quæst. 82. artı. 1. vbi distinguit appetitum sensitiuum, & intellectiuum in homine ex ordine ad diuersa actiua, quia actiuũ appetitus sensitiui est obiectũ cognitum sensu obiectum vero appetitus rationalis est obiectũ cognitũ

ratione

ratione vbi non loquitur de distinctione ipsarum potentiarum, quæ sunt appetitus. Nam distinctione ipsorum actuum appetitus: sentit ergo S. Thom. actus istos distingui ex actiuis principijs, quòd est ex ordine ad agens artic. 3. dicit actus morales distingui ex fine, tanquam ex principio actiuo: sentit ergo actus istos distingui per ordinem ad agens: ergo & alij omnes actus: ergo non est maior ratio de vno, quam de alio. Rationibus etiã probatur. Primo sic, in actionibus inde sumitur species penes ordinem ad quod sumitur distinctio; sed actiones distingũtur ab omnibus alijs per ordinem ad agens: ergo inde sumenda est specificatio actionis: omnia sunt nota præter minorem quam probo, quoniam motus, scilicet actio, & passio sunt vna res, & solũ differunt ratione, quia actio quatenus dicit ordinem ad agẽs, & passio quatenus dicit ordinem ad passum motus est quid medium inter terminos á quo, & ad quẽ; actio ergo ab alijs differt per ordinẽ ad agens: ergo inde specificatur.

Dices, quòd actio incommunii differt ab alijs ex ordine ad agens non tamẽ in particulari, & ita potius sumitur agens ex ordine ad agens, quam species ipsarũ actionum. Contra, quia quem ad modũ actio in communi differt à motu, & mutatione, seu passione ex ordine ad agẽs, ita talis actio per ordinem ad tale agens nam in calefactione non possumus distinguere rationem talis actionis, vel talis passionis in ordine ad tale agens, & in hoc differt calefactio, vt actio à se ipsa in quantum est passio: sequitur ergo, quòd est distinctio actionis, pro vt talis sumitur per ordinem ad agens; ac per consequens specificatur.

Sed probatur secundo, quia si actio secundum rationem actionis sumeret speciem á termino, sequeretur quòd poneretur reductiue in prædicamento ad speciem termini, ac per consequens nõ esset peculiare prædicamentum actionis, sicut nec motus ponitur directè in alio prædicamento: sed consequens est falsum, & contra Aristotelem, qui constituit peculiare prædicamentum actionis: ergo, &c.

Sed dices ex ordine ad quod agens sumitur species actionis, num quid ad agens, quod? vel quo? Resp., quòd ad agẽs quo, & formale. Vnde calefactio qua aqua calefacit, & qua ignis calefacit sunt eiusdem speciei, quia quamuis superiora agentia sunt diuersa: tamen formæ, quibus agunt sunt quidem eiusdem speciei.

Secundo, dubitabis vtrúm ex ordine ad agens vniuersale, vel ad agens particulare sit sumenda specificatio actionis? Resp. quòd ad agens particulare, nã actio quamuis procedat á Deo in quantum habet rationem vltimi effectus, scilicet entis, á causa particulari procedet per se secundum rationem huius, & ideò ex ordine ad illã habet suã speciẽ. Vnde ad primum argumentum ex authoritate Aristotiles Resp., quòd ibi nõ loquitur de actionib⁹, pro vt sunt in prædicamento actionis: sed de operationibus, vt sunt motus quidam, vel mutationes, vt sic. Nam summunt speciem ex obiecto, quod est terminus (vt diximus quæstione præcedenti.) Vel secũdo Resp. quòd ibi non loquitur de omnibus actionibus: sed de quibusdam, scilicet de actionibus animalibus: habẽt enim actiones animalis hoc proprium, quòd earum obiecta sint effectiua, sicut visio effecti, uè causatur à visibili media specie, & intellectio ab intelligibili media specie. Similiter volitio ab appetitu medio verbo, quòd est in intellectu, nunc ergo de esse, quod quamuis omnes actiones specificentur ab agente, tamen hoc habent proprium actiones istæ animalis, quod specificantur ex earum obiectis, quia talia obiecta sunt actiua earum (vt docuit Aristoteles 2. de Anima capit. 5.) & ideò istis adhuc in quantum actiones sunt est verum dicere, quòd specificantur ex obiectis.

Ad secundum Resp. quòd agens æquiuocum quandoq; est intellectuale, quandoq; vero nõ, si sit intellectuale, vt Deus, & homo, respectu rerũ artificialiũ dicẽdum est, quòd habet Ideas, & imagines rerum omnium: atq; effectuũ, quos producit, & istæ Ideæ sunt formæ quibus operatur agens, & ex ordine ad istas diuersas Ideas sumitur species actionũ diuersarũ, quæ procedunt ab vno agẽte, sicut productio hominis, ex Idea hominis, quæ est in Deo, & productio equi ex Idea equi, si autẽ sit agens æquiuocum corporale, quale est cœlum, tunc dicendũ est, quod quãuis vnica forma sit simplex, qua operetur: nihilominus illa continet eminenter omnes effectus, qui dimanant ab illo agente. Vnde actiones specificantur ab illa forma secundum, quod continet eminenter tales effectus.

Ad confirmationem vero dico, quòd calor non specificatur ex ordine ad agens: sed actio secundum rationẽ actionis, & ideò calor qui procedit à sole, & qui procedit ab igne nullo quidẽ modo sunt diuersæ species.

Sed dices, saltem illæ calefactiones erunt diuersæ speciei. Resp. quòd in quãtum actiones erunt diuersæ species, non in quantum motus, scilicet in quantum passiones. Vel secundo Resp. negando consequentiam, nam calefactio primo procedit à Sole pro vt continet eminenter calorem, & ita est eiusdem speciei cum calefactione ignis, quæ procedit ex calore.

Ad vltimũ cõcedimus totũ, & probat, quòd scilicet passiones specificantur ex ordine ad passum: tamẽ nõ ex ordine ad passum, quod: sed quo, id est per ordinem ad formam, quę recipitur in subiecto. Ratio est cuius subiectum dicitur pati, & hoc est idem realiter cũ termino ad quem motus nisi, quod specificat motũ formaliter dicit ordinem ad terminum à quo: at vero passio specificatur, pro vt forma recepta in subiecto ratione cuius subiectum dicitur pati.

ARTICVLVS. III.

Vnde sumatur vnitas numerica motus?

DE hac recentissima debet esse conclusio affirmatiua, scilicet, quòd ad vnitatem numeralem motus illa tria requirantur, scilicet vnitas subiecti, quod est mobile, & temporis: atque termini. ¶ Et prima conditio probatur, quoniam omnia accidentia requirunt vnitatem subiecti ad suam individuationem: sed motus est accidens quoddam: ergo requirit talem vnitatem.

Sed contra istam conditionem obijcies. Primo ex Authoritate Arist., qui hoc libro tex. 23. dicit, quod motus primæ, & vltimæ in cythara est vnus. & tamen mobile non est vnum, quia sunt diuersa subiecta: ergo, &c.

Tertio, quia homo dum mouetur V. G. motu progressiuo, vnico motu mouetur, vel cum augetur: & tamen substantia sunt plura, scilicet ossa carnis, &c. ergo non requiritur vnitas subiecti ad vnitatem numericam motus.

Secundo, si canis descendat à loco ignis ad locum terræ, & in medio itineris moriatur, tunc totus ille discensus est vnus numero motus: & tamen substantia sunt plura: ergo, &c.

Ad primum horum Respondeo. quòd sonus cytharę est duplex; alius est in manu ipsius pulsantis, quo scilicet illa manus mouetur, & hic est vnus numero, quod continuo motu mouetur manus: alius est in ipsis cordibus, & iste non est vnus: sed multiplex, sicut & sunt multæ cordæ, & Aristoteles locutus est de primo, cum dixit motum cordarum esse vnum numero. Secundo respondeo. quod motus; qui subiectatur in cordis dicitur vnus numero non secundum ra-

tionem

tionem motus continui: sed secundum armoniam, & concentũ, quo ex pluribus motibus fit vnum.

Ad secundum respondet Tol., quòd motus ille quo canis descendit est vnus numero propter vnitatem substantiæ, quod est materia prima, quamuis compositum corrumpatur: sed hæc solutio est falsissima. Primo, quia ex dictis cõstat omne motum proprié dictum debere subiectari in ente in actu in quo differt á mutatione quę subiectatur in materia prima: sed in toto composito, quod est ens in actu. Secundo, quia idem debet esse subiectum motus: atque termini ad quem acquisiti per motum: sed terminus ad quem illius descensus, qui est in loco esse subiectatur in toto composito, quare ad tertium aliter dicendum est, quod in illo casu descensus ille quo cadit canis non est vnicus motus continuus: sed sunt duo motus: alter qui subiectatur in cane dum viuit: alter in cadauere postquam canis mortuus est; ita tamen, quod in illo instanti quo mouetur canis in quo est primum non esse canis viui, & vltimum non esse motus cadaueris, quia in instanti quo incipit cadauer non esse verum dicere. quod mouetur, sed tunc non mouetur, & in mutatione post hoc mouebitur.

Contra isti motus sunt continui: ergo solutio nulla. Antecedens probatur, quia duo motus non possunt de cõtinuari nisi per mediam aliquam quietem: sed non est quies aliqua media inter hos motus, quia nullum est tempus medium in quo non sit motus: ergo &c. Respondetur, quòd duplex esse potest quies negatiua & priuatiua: priuatiua est carentia motus in subiecto apto moueri: negatiua vero solum modo est carentia motus. Vnde prima quies solum potest esse in tempore, quia solum in tempore subiectum est aptum moueri: at vero quies negatiua in instanti esse potest, quamuis non motus, sicut priuatio visus solum est carentia in subiecto nato videri: negatio vero etiam reperitur in lapide: nunc ergo respondetur, quod vt motus discontinuetur sat est, quod medier, quies negatiua, quæ potest esse in instanti, & ita in proposito in illo instanti, quo incipit esse cadauer datur hæc quies negatiua; quia nec est motus vnius subiecti; nec alterius: sed primum non esse motus corporis viui, & vltimum non esse motus cadaueris, & ideò vt illi duo motus discontinuentur, vt sint duo hæc sufficit.

Contra, quia etiam quolibet motu continuo in instanti est quies negatiua, ideſt non motus: & tamen non sufficit, vt dicatur motus discontinuus: sed est vnus, & idem numero motus: ergo etiam motus canis viui, & mortui potest esse continuus, quamuis in instanti illo medio sit negatio motus, negamus tamen consequentiam, quamuis verum sit, quod in quolibet motu continuo datur negatio motus in instanti: tamen quando motus est continuus, cuilibet instanti motus correspondet vnicum mutatum esse, quod est continuatiuum partis præcedentis motus cum consequenti: at vero in instanti generationis cadaueris non est vnicum mutatum esse, sed sunt duo indiuisibilia terminatiua motus, quorum alterum est non esse motus per accidens: alterum vero vltimum non esse motus sequentis, & ideò non sunt continui illi motus: sed contigui: continua enim sunt quorum vltima forma est vnum, quia habet vnum terminum communem; contigua vero quorum vltima sunt simul, & ideo dicendum est, quod illi motus sunt contigui quia vltima sunt simul, scilicet initium vnius, & finis alterius: non habent tamen vltimum vnum propter variationem subiecti.

Ad tertium facilis est solutio, scilicet quãdo homo mouetur est vnus numero motus, quia quãuis substantia partialia

sint

fint plura: vnicum tamen subiectum totale, & completum efficiunt, & hoc sufficit, vt motus sit vnus.

Circa secundam conditionem, quam dicimus requiri, vt sit vnus numero motus, scilicet vnitas termini ad quem. Dubitatur de qua vnitate est sermo, scilicet specifica, an vero numerali ipsius termini. Nam circa hæc videtur esse contradictio in Arist. qui tex. 35. dicit requiri vnitatem indiuisibilem termini: constat autem, quod hæc vnitas indiuisibilis sit necessaria, quia quælibet alia vnitas potest diuidi in inferiores: tex. vero 41. dicit vnitatem specificam requiri, vt motus sit continuus: ergo, &c.

Sed Resp. bene Tol., quod nulla est contradictio. Pro quo notandum est, motus aliquem esse continuum, & vnū numero: aliud vero motus aliquos posse cōtrariari. Dico ergo, quòd vt motus sit vnus numero, requiritur, quòd habeat terminum ad quem vnum numero; & hoc est, quòd docet Arist. tex. 31. tamen vt motus, qui alias essent diuersi continuentur non requiritur hoc; sed sufficit vnitas specifica termini, sicut si aliquod corpus mouetur deorsum vsq; ad superficiem terræ, & vsq; ad centrum non habent terminos diuersos specie. Vnde quādo ille motus est vnus numero iam est tantum vnicus terminus numero, quia iam non est terminus ad quem superficies terræ, sed centrum.

Ratio autem huius conditionis est, quia ea, quæ differunt specie nō possunt continuari, sicut non possunt fieri vnum numero, quę vero sunt eiusdem speciei bene possunt continuari, vt duæ aquæ, quia possunt fieri vna numero aqua.

Sed contra istam rationem obijcies. Primo, linea recta, & circularis differūt specie: & tamen possunt continuari: ergo, &c.

Secundo virga cuius medietas est arida, & medietas sicca, licet medietates istę differant specie, Virga ipsa est continua: ergo, &c.

Tertio, homo dum moritur, prius moritur secundum pedes, quam secundum alias partes; ergo illę partes differūt specie, & tamen sunt continuæ, ergo, &c.

Vltimo, quia alias infinitæ essent continuationes in homine, sicut infinitæ sunt partes, quæ continuantur.

Ad primum istorum dicitur, quòd illa linea scilicet recta, & circularis, quāuis differant specie in ratione figuræ, tamen in ratione quantitatis sunt eiusdē speciei, & ideò possunt continuari.

Ad secundum Respon. Tol. illas duas medietates esse continuas, vel quia materia prima est vna, & eadem in illis, vel quia sunt coniunctæ inter se dicuntur cōtinuæ: sed n[illegible]ra solutio satisfacit, nō prima, quia sequeretur, quòd genitum, & corruptum continua sint: propterea, quod est vna, & eadem materia istorum, non secunda quandoquidem aqua, & aer sunt coniunctissima; quia inter ea nihil mediatur: sed tamen non sunt continua: sed contigua, quia non habent vnum, & idem vltimum: sed habent vltima simul: ergo dicendum est illas duas medietates virgæ non esse continuas: sed contiguas quia actio illa, qua corrupta est illa pars media virgæ viridis discontinauit viride á sicco, & ideò manserunt contiguæ; quia nihil mediatur: non autem continuæ, quia non habent terminum communem.

Similiter dico ad tertium de partibus hominis, quod sunt discōtinuæ, quādo homo incipit mori, & non habēt terminum communem, nec est inconueniens discontinuationes partium esse infinitas, sicut & ipsæ partes sunt infinitæ præsertim, quia non fit illa secundum partes proportionales: sed aliquotæ saltim in viuentibus, sed hæc non sunt infinitæ.

Sed contra eandem conditionem est argumentum, si lapis descendat cū magno impetu vsq; ad centrum, & ponamus ibi esse orificium, vt non detineatur ibi: sed procedat vlterius ad aliud Emisphe-

rium,

rium, tunc quidem motus illi erunt cõtinui: & tamen sunt diuersæ speciei, scilicet sursum, & deorsum: ergo, &c.

Secundo sipila ascendat sursum impetu proijcientis, & descendat magna molis V. G. rota molendini, antequam pila peruenirет ad punctum reflexionis, tunc discendit pila, & ille descensus erit continuus cum priori ascensu, quia natura datur quies media: ergo motus diuersę speciei possunt continuari: ergo, &c.

Respondetur ad primum, quòd si lapis descendat ad suum locum impetu naturali, quamuis in centro non sit terra, quiescit in illo, sicut modo quiescit terra, & á nullo sustentatur si modo lapis descenderet fortiori impetu, quam exigit natura sua, ita quòd deberet dum perueniat ad centrum, tunc posset non quiescere: sed mouere sursum. Vlterius tamen illi motus non sunt continui: sed contigui, quia in centro dabitur primum non esse descensus, & vltimum non esse ascensus, sicut diximus de motu canis, & hac ratione motus discõtinuantur, & idem dicendum est de ascensu, & descensu pilæ in eo casu. Nam quando pila peruenit ad locum ad quẽ proijcitur, ibi quiescit pro aliquantulo temporis (vt postea dicemus 8. Phys.) tamen in casu posito in argumento datur quies negatiua, quæ est primum non esse ascensus, & vltimum non esse descensus, & sic illi duo motus sunt discontinui; præsertim, quod possumus dicere pilam illam aliquo modo quiescere á motu per se, quamuis pro illo tempore moueatur per accidens, scilicet possunt tempore quo tangit lapidem.

De tertia vero conditione, quæ est vnitas temporis non est dubium, & quia motus est intrinseca mẽsura motus successiui, & ideó requiritur vnitas temporis ad vnitatem motus, sicut vnitas, quãtitatis permanentis ad vnitatem numericam ipsius substantiæ.

Sed quæres de quo tempore intelligatur ista conditio de intrinseco, an vero de extrinseco? Respondetur, quòd absque dubio de intrinseco, nam tempus quod est in primo mobili est vnum, & idem semper, quamuis motus isti inferiores sint diuersi: vnitas vero durationis intrinseca requiritur, vt motus sit vnus numero.

Contra, quia res permanentes non requirunt ad suam vnitatem numericam vnitatẽ durationis: ergo nec successiuẽ. Probatur antecedẽs, quia calor, qui est in aqua si corrumpatur, & iterum calefiat aqũa est idẽ numero propter vnitatem subiecti. Respõ. primo, negando consequentiam, quia tempus est extrinseca quantitas rei successiuę, sicut quãtitas dimensiua corporis permanentis, & ideò sicut in permanentibus requiritur dimensiua, quantitas vna, sic in successiuis duratio vna ad indiuiduationẽ respectu permanentium duratio est extrinseca, & ideò non requiritur ad earũ indiuiduationẽ; præsertim, quia falsum esse ex illimo illos duos calores esse idẽ numero: sed distingui, quia quãuis subiectum sit idem actionis, quibus producuntur sunt diuersę, & hoc sufficit, vt dicatur esse termini diuersi.

Tandem vltimo dubitabis de actionibus, vnde indiuiduentur; an ex subiecto, quod est passum, an vero ex agente. Resp. quod est passo, quia accidẽtia omnia indiuiduantur ex subiecto; sed actiones subiectantur in passo non in agente: loquimur enim de transcendentib⁹ actionibus; non de immanentibus: ergo indiuiduantur ex ordine ad passum. Vnde si sint quatuor homines iuxta ignem quatuor erunt calefactiones numero distinctę, sicut quatuor calores.

Sed quomodo dices per vnum agens simul plura producere? Respondetur, quod nullus effectus istorum est illi adæquatus, sicut Sol illuminat plura media si sint discontinua, vt aerem, & aquam.

ARTI-

ARTICVLVS. IIII. & vltimus.

Vtrùm intensio, & remissio sint tantum vnicus motus, vel potius duo?

PRo intelligentia huius quæstionis notandum est, quòd duæ qualitates cõtrariæ, ita se habent respectu eiusdẽ subiecti, quòd habet capacitatẽ vtriusque, & necesse sit quantum de vna amittitur tantũ acquiri de alia, aut è contra V. G. tantum deperditur frigiditatis in aqua quantum acquiritur caloris. Vnde simul est intensio caloris, & remissio frigitatis, & hoc est quod quærimus, an sint duo motus intensio vnius contrarij, & remissio alterius, quę fiunt simul in eodem subiecto.

De hac vide Toletum quæ. 4. huius libri; Scotus vero quæst. 2. & S. Tho. & alios expositores Arist. in hoc lib. textu 47. & prima sententia in hac re sit, quã adfert Tol. 2. loco, & Paulus Venetus asserent, es quod sit tãtũ vnicus motus formaliter, quãuis sint duo pro materiali. Probatur autẽ ista sentẽtia. Primo, quia motus sumit suã rationem formalẽ ex termino ad quẽ: sed tantũ est vnus terminus ad quem: ergo vnus motus formaliter. Minor probatur, nã terminus ad quẽ motus est, qui acquiritur per motũ: sed tantum vnũ est, quod acquiritur ex calore V. G. qui intẽditur: ergo, &c.

Et confirmatur, quia si alius esset terminus ad quem maximè frigitas, quæ remittitur; sed illa non est terminus ad quem motus, quia remittitur per ordinem ad caloré qui intẽditur: ergo, &c.

Secundo, quia si essent duo motus sequeretur, q̃ vnus motꝰ haberet duos cõtrarios. Nã intensio albedinis esset motus contrarius remissioni nigredinis; quando isti duo motus habent terminos contrarios. Tum etiam intensio albedinis cõtrariatur remissioni eiusdem albedinis (vt cõstat) ergo vni duo cõtrariatur.

Tertio, quoniã sequeretur idem subiectum moueri motibus contrarijs, nã aqua V. G. simul mouetur intensione caloris, & remissione frigiditatis, & isti sunt motus contrarij.

Secunda sententia quam Iunior es attribuunt S. Thom. super tex. 47. quod sint duo motus intensio vnius contrarij, & remissio alterius, sed reuera legi ego S. Thom. eo loco, & non videtur mihi esse huius sententiæ: sed cuiuscumque illa sit probatur sententia. Primo, quia sola intensio habet integram, & completam rationem motus, & remissio, similiter: sequitur ergo, quòd intensio, & remissio sunt duo motus. Antecedens probatur, quia sola intensio caloris V. G. est trãsitus de vno positiuo in alterum, quia est á minori calore ad maiorem, & hæc contrarietas sufficit ad motũ, sicut augmentatio est á minori quantitate ad maiorem: ergo sicut augmentatio est propriè motus sic etiam sola intensio, & idem dico de remissione, quæ est à maiori ad minorem frigiditatem, quæ contrarietas sufficit ad motum, & patet in diminutione: sequitur ergo, quòd sicut se habet augmentatio, in quantitate sic remissio inqualitate.

Secundo, si sit aliquod subiectũ, quod tantum haberet calorem remissum, & nihil frigiditatis, vt aer cum est in sua naturali dispositione, & ille calor intenda tur talis intensio verè esset motus, quia fieri succesiuè ex vno contrario in aliud. ergo & modo quãdo subiectum habet contrariã qualitatẽ, scilicet frigiditatẽ etiã erit transitus ex minori ad magis intensũ calorem erit motus; atq; ita intensio caloris, & remissio quidem frigiditatis erunt duo motus.

Tertio, & vltimo pro hac sententia est argumentum, in calefactione aquæ cum remissione frigidi sunt duo termini

mini ad quos, & duo á quib⁹: ergo sunt duo motus. Antecedēs probatur, quia respectu caloris, qui intēditur sunt duo termini, minor scilicet, & maior calor respectu frigiditatis, quę remittit alij duo maior, & minor: ergo sunt duo motus.

Pro intelligentia huius quæstionis notat Tol. secūdo fundamento, quod in hoc motu de quo loquimur secundum rationem possumus cōsiderare duas mutationes, & tres motus V. G. mouetur aqua de frigida in calidam: in termino enim á quo est mutatio, quæ est corruptio secundū quod corrumpitur aliquis gradus frigiditatis. Vnde trāsitus illius gradus ab esse ad nō esse, corruptio dicitur esse quam appellamus mutationem & etiam motus quatenus est ab esse maioris ad esse minoris frigiditatis, & talis motus, atq; mutatio sola ratione distinguntur similiter in termino ad quē est alia mutatio ad alios motus sola ratione distincta nam quatenus est ex nō calido in calidum est generatio secundum quid quæ dicitur mutatio quatenus vero est ex maiori ad minorem est motus, & iste etiam motus atq; mutatio sunt idem realiter, quia idem calor secundum rem terminat vtrumq;.

Notat præterea Tol. in eodē fundamento secūdo, quòd motus isti partiales interse, & mutationes distinguntur realiter, & propter hos duos motus partiales est totus integer, & totalis motus ex frigido in calidū, qui est etiā sola ratione distinctus á mutatione, & motu partiali, qui sunt circa terminū ad quē. Vnde cum secundū rationē distinguamus hos motus, & mutationes; dubitatio cō fistit in hoc. Vtrùm simplex intensio, & remissio dicātur plures motus; ita quod quilibet completam habet rationē motus; atq; integrā; an vero simplex vtraq; dicenda sit tantum vnicus motus.

His ita suppositis in hac re sit prima conclusio cū Soto, in quolibet motu proprie dicto sunt duæ mutationes: altera quę fit circa terminum á quo: altera vero circa terminum ad quem. Probatur, quia in quolibet motu proprie dicto est corruptio termini á quo, & acquisitio termini ad quem: sed corruptio, & generatio sunt diuersæ mutationes, siue sint mutationes distinctę realiter siue ratione tantum: ergo in quolibet motu diuersæ reperiuntur mutationes.

Sed obijcies contra hoc, quòd quia tunc sequeretur motum esse vnum per accidens quippe constat ex diuersis mutationibus. Resp. negando consequētiā nam ea, quæ sunt plura in vno genere, sunt vnum in alio, & ita vnicus motus completur ex duobus mutationibus.

Sit secunda conclusio, intēsio vnius contrarij, & remissio alterius, quæ fiūt simul in aliquo subiecto non sunt duo motus: sed vnicus tantum completus, vt intensio caloris, & remissio frigiditatis sunt tamen vnicus motus primo; quia ita docet Arist. expresse hoc libro textu 47. docens, quod ab vno contrario in alterum non sunt duo motus: sed vnicus motus: sed intensio frigiditatis, & remissio caloris est transitus ex vno cōtrario in aliud: ergo sunt vnicus tantū motus.

Et ratione probatur ista conclusio. Primo sic, quia in alijs motibus, scilicet in locali, & in augmētatione recessus á termino á quo & accessus ad terminū ad quē sunt vnicus tantū motus: ergo in alteratione similiter: sed remissio, est recessus á termino á quo, & intensio accessus ad terminū ad quē: ergo ista duo sūt vnicus motus omnia sunt nota probat primū antecedēs, & quāuis possem imprimis probare ex cōmuni omniū sentētia: null⁹ enim actenus posuit duos motus in motu locali, neq; in augmentatione etiā cōstat quia cū aliquod augeat, nō est assignare aliū motū, nisi qui fit circa alimētū, quod corrūpitur. Sed corruptio alimenti non est motus: sed mutatio substantialis: ergo, &c.

Secūdo etiam probatur ratione, quoniam sola intensio caloris in subiecto, quod antea erat frigidum non habet com-

completam rationem motus, nec similiter sola remissio: ergo nõ sunt duo motus. Antecedens probatur, nã motus proprié dictus est transitus ex vno cõtrario in aliud: contraria autem inter quæ est motus sunt duo extrema, inter quæ est maxima distantia in ordine ad aliud subiectum: sed in subiecto, quod est capax frigiditatis, & caloris non est maxima distantia huius contrarietatis inter magis, & minus intensum calorem, & magis, & minus intensam frigiditatem, quia maior est distantia frigiditatis á calore: ergo sequitur, quod motus proprié dictus in tali subiecto debet esse transitus ex frigido in calidum, quia debet esse transitus inter duo extrema, quæ maximè distãt in illo subiecto: sed sola intensio non est inter huiusmodi extrema, nec sola remissio: sed transitus, quia quasi ex vtroque componitum est inter huiusmodi contraria: ergo sequitur quod intensio, & remissio non sunt duo motus: sed ex vtraque vnus completus comflatur, & componitur.

Et ex fundamento patet solutio ad argumenta adducta pro secunda sententia, ad primum enim quidam dicunt in augmentatione maius, & minus sufficiunt in quantitate ad contrarietatem motus: non tamen magis, & minus intensione qualitatis, quoniam quantitas augetur per additionem, qualitas vero non intenditur hoc modo: sed per maiorem radicationem in subiecto.

Sed ista solutio nõ est sufficiés, quoniã quamuis qualitas augeatur per radicationem: nihilominus tamen magna est oppositio qualitatis magis, & minus intensę præsertim, quod qualitas non augeatur per additionem.

Quare aliter sentiendum est ex fundamento adducto, quòd quia in quantitate non potest esse maior oppositio, quam inter quantitatem maiorem, & minorem ideò motus ad quantitatem non requirit aliam appositionem: propter hanc tamẽ, quia inter qualitates est maior distantia, quã inter magis, & minus intensum ideò motus nõ est transitus solũ ex minus intensa ad magis intẽsam qualitatẽ: sed est transitus inter duas qualitates diuersæ speciei.

Ex quo patet solutio. Ad secundum dico enim, quod si aer esset expers totius frigiditatis per solam intensionem caloris diceretur proprié moueri, quia respectu illius subiecti non est maior distantia, quia ex minus intenso ad magis intensum calorem: at vero si subiectũ frigidum sit non potest esse completus motus nisi ex corruptione frigidi, & intensione calidi.

Ad tertium deniq; Respondeo, quòd quamuis respectu mutationis sint quatuor termini: tamen respectu motus proprié dicti non sunt nisi duo termini positiui, maximè distantes, scilicet calor, & frigiditas: quia magis intensus calor, & minus intensus in subiecto, quod est frigidum non habet sufficientem oppositionem ad rationem motus proprié dicti, vt explicatum est.

Ad argumenta vero Pauli Venet. si quam habent difficultatem contra primam conclusionẽ Resp., quòd in intensione caloris & remissione frigiditatis sunt duo termini mutationum, scilicet non esse caloris, & nõ esse frigidi, quòd remittitur, & quãuis ista duo non sufficiant ad duos motus, quoniam alterum istorum est priuatiuum: sufficiunt tamẽ ad mutationẽ, quæ potest esse inter priuatiue oppositа.

Et per hoc patet solutio ad confirmationem: concedendo enim quod esse eius, quod remittitur ordinatur ad esse eius quod intenditur: sed hoc nõ obstat, quominus sint duæ mutationes, sicut corruptio, & generatio substantialis.

Ad secundum vero dico quòd nõ sunt contrariæ mutationes corruptio vnius contrarij, & generatio alterius: sed corruptio, & generatio respectu eiusdem, & ita neque sequitur, quod vnum habeat

beat duo contraria, neq; quòd idē mo-ueatur, & mutetur motibus contrarijs, quāuis remittatur frigiditas, & intenda tur calor distinctis mutationibus, quod etiā si cōcedatur, (vt infra explicatū est art. 8.) non est inconueniens pro cuius tamen maiori explicatione sequitur 3. quæst. de motibus contrarietate.

QVAESTIO tertia.

De naturalis entis motus contrarietate, & oppositione.

TAndem de contrarietate, quæ vissa vnitate motus melior patebit, quinq; veniunt discutienda. Primo, si motus sint contrarij. Secundo, si idem subiectū possit moueri motibus contrarijs. Tertio, si terminus à quo, & ad quem sint contrarij. Quarto, si quieri cōtrarietur motus. Vltimo, de perfectione motuum in numero.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm motus inter se sint cō trarij, & quomodo?

COnclusio affirmatiua Aristotelis 5. Physico. 5. & 6. motus contrarij dicuntur dupliciter. Primo & præesse illi quorum, alter est ad vnum esse, alter ad aliud esse, repugnans ex natura sua cum illo altero esse. Secundo, quoniam alter, est ad esse; alter ad non esse contradicens illi esse, calefactio, & frigefactio sunt motus cōtrarij primo modo, quia alter est ad calorem; alter ad frigiditatem, qui termini ex natura sua sibi repugnant, licet sunt compatibiles, in gradibus remissis (vt dicam quæstione 36. art. 2.) Secundo modo contrariā tur intensio, & remissio eiusdem qualitatis, quia alter est ad calorem V. G. alter ad non calorem, similiter generatio, quæ est ad substantiam, & corruptio quæ est ad non substantiam, similiter augmentatio, quæ est ad quantitatem, & diminutio, quæ est ad non quantitatem; similiter ascensus, vt est acquisitio alicuius spatij, & descensus, vt est deperditio illius eiusdem spatij, vel è cōtra, ascēsus, vt est acquisitio, & ascensus vt est deperditio iuxta supradicta verū est, quod licet omnis motus localis simul sit acquisitio vnius, & deperditio alterius: tamen merito communis appelatur acquisitio, quādo est á loco præternaturali ad naturalem: deperditio vero quando est á naturali, & præternaturalem, & ita ascensus ignis dicitur absolutè acquisitio: descensus autem illius dicitur deperditio: cōtra vero ascensus lapidis dicitur deperditio: descensus vero dicitur acquisitio, sicuti calefactio aquę solet dici corruptio, & eius frigefactio dicitur productio: contra vero in igne, vt generatio imperfectioris exper fectiori solet dici corruptio, & non generatio si vero duo motus locales sumā tur vterque in ratione acquisitionis; tunc etiam possunt dici contrarij, quia licet (vt supradixi) sint eiusdem speciei: hoc tamē habet proprium latitudo spatij, vt non possit acquiri simul ab eadē parte subiecti, & ita acquirere spacium de nouo est acquirire quid in compatibile cum antiquo. Dices motus eiusdē speciei non possunt esse contrarij vllo modo: ergo, &c. Nego antecedens ob rationem dictam, imo ascensus, & descensus aeris, in locum suum secundum communiorem opinionem sunt eiusdē speciei: & tamen sunt contrarij.

Ad prædictam motuum contrarietatem, nihil refert si sint in eodem subie-

cto illi motus, an in diuersis: motuum enim contrarietas essentialis competit ipsis secundum quod sunt tales actus, & ita calefactio, & frigefactio absolute sine vllo addito dicuntur contrarij. Dices contraria sunt, quæ ab eodem subiecto mutuo se expellunt: ergo ad contrarietatem attendendum est subiectum. Secundo aliqua se mutuo expellere ab eodem subiecto arguit à posteriori illa esse contraria, quia contrariorum vim actu exercerent: at secundum se contraria sunt essentialiter, licet actu non sibi contrarientur.

Hi dicuntur motus contrarij: alij enim potius sunt, vel à inuicem ordinati, vel impertinentes inuicem ordinati dicuntur, vel quia vnus consequitur ad alterum, vt generatio ad alterationem, vel quia sunt inter se connexi, quasi committantur, vt generatio hominis, & corruptio embrionis inter se calefactio, & corruptio frigiditatis inter se itidem productio lucis, & expulsio tenebrarum impertinentes sunt, qui necesse consequuntur, nec se consequũtur, aut committantur, aut sibi repugnant, vt ascensus ignis, & aeris in sua loca, & vt sanatio, & aluefactio.

Iam probatur conclusio specificatiuum rei non modo est ipsius constitutiuum in tali esse: sed & distinctiuum distinguens rem à reliquis omnibus dissimilibus: distinctio autem inter res, est quasi quædam oppositio. Vnde motum vnum esse contrarium alteri non est aliud, quam distingui ab illo quadam specialiori, & magis directa distinctione: ergo vnde motus sortiuntur speciem, inde & sortiuntur distinctionem; atque adeo contrarietatem, seu oppositionem: sed (vt ostendimus) motus sumunt speciem à terminis ad quos: ergo & contrarietatem.

Confirmo, quia (vt monstrauimus) motus sunt ipsi termini ad quos in fieri: ergo illorum contrarietas sumitur intrinsicè ex illorum motuum contrarietate. Vnde constat etiam non esse sumendum per se. Primo ex terminis à quibus, nec formalibus, nec virtualibus, & multo minus ab his quæ sunt per accidens iuxta dicta supra articulo primo, licet vt ex Aristotele notat Toled. de facto, ita sit, quod quando est contrarietas inter terminos ad quos, reperitur etiam inter terminos á quib⁹, quod patet in contrarietate, tam præcisse, quam late sumpta. Nam calefactio, & frigefactio vt tendentes illa ad calorem hæc ad frigiditatem motus contrarij sunt; sic etiam recedunt á terminis cõtrarijs hæc á calido, & illa á frigido, & sicut generatio hominis tendit ad esse hominis: corruptio verò ad non esse hominis, sic illa recedit à non esse hominis: hæc vero ab esse hominis; at si quarto ex terminis á quibus sumantur formaliter, tunc in contrarietate pro esse non ita est. Nam calefactio est á non calido, frigefactio á non frigido; non calidum autem, & non frigidum non contrariantur: in contrarietate autem late seu in contradictione etiam si termini á quibus sumantur; formaliter reperitur inter illos contradictio, nam corruptio hominis secundum quod est motus distinctus á generatione hominis, vt sic tendit formaliter at non esse, hominis, ideſt qui non erat non homo ante corruptionem per corruptionem fit non homo: generatio vero hominis est tendentia à non esse hominis ad esse hominis, seu à non homine ad hominem: sed si lynon homo, & lynon non homo contradicunt inter se, sicut homo, & non homo, quia viriq; contradictorio addita negatione remanet eadẽ contradictio, quia similiter remanent negationes impares. Patet etiá contrarietatẽ nõ esse sumẽdã ex ratione violẽti, & naturalis, vt quidã putant motũ violẽtũ & naturalẽ esse cõtrarios respectu cuiuscumq; sumãtur, & ita ꝙ motus ignis sursum, & motus terræ etiã sursum sunt cõtrarij: hoc tñ omnino falsum est.

Primo,

Primo, quia aliàs ergo similiter calor ignis, & calor aquę contrarij erunt cũ alter naturalis sit alter violentus; imo calefactio qua naturaliter calefit aer vsq; ad quinq; erit contraria sibi ipsi continuate, vsq; ad septem! imo si accidentia quæ fuerunt in corrupto manent ingenito idem omnino, & intrinsicè calor numero poterit dici sibi ipsi contrarius, quia corrupto erat violentus: genito vero naturalis.

Contra conclusionem sic argumentor. Primo ex illa enim sequitur motũ circulare posse habere contrariũ contra Arist. 1. de cœlo 4. probatur sequella quia potest dari deperditio circularis illius acquisitionis, quæ est motus circularis: sed per nos deperditio, & acquisitio eiusdem sunt motus contrarij: ergo potest dari motus contrarius motui circulari: quod tamen videtur impossibile, quia non potest intelligi cõtrarietas inter motus tendentes ab eodem in idem ac per ide spatium. Resp. negari nõ posse, quin motui circulari, vt est acquisitio circularis ipsius spatij sit contrarius cõtrarietate late sumpta deperditio. Similiter circularis eiusdem spatij, necenim vt sic minus opponuntur, quam productio, & corruptio eiusdem entitatis, & ita motus rotæ V. G. in destrum opponitur motu i eiusdem insinistra: Aristo. vero solum vult id, quod circulariter nõ posse impediri à suo motu per motum alterius mobilis: in hoc enim differt á reliquis motibus localibus. Nam V. G. corpus, quod mouet á loco superiori ad inferiorem potest à prosecutione illius motus impediri per aliud corpus, quod cum mouetur ab inferiori ad superiorẽ fit obuiam alteri mobili, quod non potest contingere mobili, quod mouet circulariter Hoc enim occupat totum spatium in quo continuat suum motum, & ita in illo non potest ei fieri obuiam: aliud corpus fateor, quod potest in illo imprimi quidam impulsus impedicns effectiue illum motum circularem: sed inter impulsum illũ cũ ille non sit motus, & inter motum circularem nõ datur contrarietas motuum. Præterea respondeo forte mentem Aristotelis esse motui circulari non dari motum contrarium in ratione naturalis, & violenti, quia (vt supra significaui, & dicam latius in libro de cœlo) quando res existit in proprio loco nihil magis curat quietam, quam motum in illo loco nec magis motum ad extra in sinistrã, quam è contra quod non contingit in alijs motibus localibus. Nam si motus lapidis verbi gratia ab sphera ignis in centrum est ipsi naturalis profecto motus á centro in spheram ignis erit violentus, & mihi persuadeo Aristotelem non constituere contrarietatem essentialem inter motus locales, vt sunt acquisitiones: sed tantum accidentalem ex parte subiecti in ratione naturalis, & violenti, vel in ratione respectiua sursum, & deorsum seorsum, vel sinistrorsum, &c. quæ rationes non sunt magis essentiales motibus localibus, quam hoc, quod est esse remissum, & intensum ipsis qualitatibus, aut hoc quod est esse paruum, & magnum ipsis quantitatibus.

Obijcies contra ea, quæ diximus, si acquisitio ni opponitur vt motus contrarius ipsa deperditio, vt sic: ergo deperditio, vt sic non specificatur á termino ad quem iuxta supradicta, quia terminus ad quem deperditionis nõ deperditur vllo modo: sed tantum eius terminus à quo: qua ratione contrariatur acquisitioni nõ est motus quia vt sic nõ habet terminũ ad quem V. G. in corruptione caloris eius terminus formalis debet esse id, quod aliquid dicitur formaliter corruptũ: sed non calor qui est eius terminus ad quem non est quo aliquid dicitur corrumpi: sed potius ipse calor qui est terminus á quo. Confirmo quia oppositionem inter corruptionem, & generationem explicuit Aristotel. 5. Physico. 5. tex. 51. per accessum, & recessum

ad eundem terminum, dicens ea mutatio, quę eſt ex ipſo vt mutatio ab homine, id eſt corruptio hominis eſt contraria ei, quæ eſt ad hæc ideſt hominis generationi, & mutationi contraria eſt, quæ eſt ad ipſum: ergo termini horũ motuum non ſunt eſſe, & non eſſe: ſed vnum, & idem eſſe, quòd reſpectu generationis eſt terminus ad quem: reſpectu vero corruptionis eſt terminus á quo. Reſpondeo deperditio non contrariatur acquiſitioni, niſi deperditio intelligatur, quaſi quædam acquiſitio ipſius non eſſe: ſed quia non eſſe impropriè dicitur acquiri, ideò potius dicitur ipſum eſſe deperdi: ſed reuera horum motuũ contrarietas conſiſtit in hoc, quod terminantur in terminis contrarijs. Confirmo, quia ſicut inter terminos ipſos contrarietas pro eſſe eſt inter duo eſſe contraria, qualis eſt inter calidum, & frigidum, & contrarietas late eſt inter eſſe, & non eſſe vnum, & idem ſic inter motus contrarietas pro eſſe eſt inter tẽdentiam ad calorem, & tendentiam ad frigiditatem: contrarietas vero late eſt inter tendentiam ad eſſe, & tendentiam ad non eſſe. Confirmo ſecundo, quia corruptio eo modo quo eſt motus, eſt etiam actus entis in potentia: ſed non eſt actus eſſendi, qualis actus eſſendi eſt terminus á quo, ſcilicet eſſendi poſitiue: ergo eſt actus non eſſendi, ſeu eſſendi corruptiue, qualis eſt terminus inquem tenditur.

Obijcies tertio contra concluſionẽ, calefactio & frigefactio licet habeant contrariũ non tũ contrariantur interſe quia ex Ariſt. 1. de cœlo capit. 2. vnũ vni contrariatur, ſed motus contrariatur, quieti ergo nõ motui. Confirmatur náſaltẽ huiuſmodi contrarietas nõ ſumitur ex termino ad quẽ, quia generatio, & corruptio ſunt motus cõtrarij quorũ termini ſolũ ſunt cõtradictorij, ſcilicet eſſe, & non eſſe: ergo non contrarij. Cõfirmatur vltimo aſcenſus quo aer aſcẽdit ad proprium locum è regione terræ, & deſcenſus quo deſcendit ad eundẽ locum ex loco ignis ſunt motus cõtrarij, & habent eundẽ terminũ ad quẽ: ergo ex iſto nõ ſumitur cõtrarietas in motu. Tãdem obijcies contraria poſſunt eſſe ſimul in gradibus remiſsis in eodem ſubiecto: ſed calefactio, & frigefactio nullo modo ſunt ſimul vt tenet Vall. 4. cap. Medicarũ contrauerſiarum alias eſſet implicatio contradictionis ſimul accedere, & recedere ſubiectũ ſimul frigefieret, & calefieret ſimul generaretur & corrumperetur: ergo. Ad primũ alter opponitur motus motui & quieti, & ita diuerſa ratione non eſt inconueniens, quod vni plura contrarientur nãmotus motui contrarie opponitur quieti vero ſi ſit carẽtia motus priuatiue opponitur, ſicut album contrarie opponitur nigredini priuatiue vero carentiæ eiuſdẽ albedinis in ſubiecto apto quieti vero poſitiue; quæ eſt eſſe in tali loco ſi ſit in termino ad quem motus nullo modo contrariatur, quia eſt finis motus quieti vero in termino á quo poſitiue ſecũdum quid opponitur motus, quia quatenus tendit ſurſum contrariatur; quieti deorſum, quia cõtrariat motui deorſum, ſed de hoc art. 8. latius ad primam confirmationem generatio, & corruptio nõ ſunt motus propriè: ſed largo modo ſcilicet mutationes, & ita priuatiue opponuntur ſolum ratione termini. Ad ſecundam confirmationem illi aſcenſus, & deſcenſus aeris ſunt contrarij ſecundum quid, quia terminus ad quem cum ſit vnus habet rationẽ diuerſorũ: eſt enim contrarietas in motu eſſentialis iam explicata, alia accidentalis, quæ ſumitur ex parte ſubiecti, & mobilis, & ſic motus ſurſum lapidis, & ignis cõtrariatur ratione ſubiecti, quia alter eſt naturalis: violentus alter de quo lib. 8. huius quæſtione. 2. articul. 4. iterum redibit ſermo. Sed dices adhuc mutatio ex albo in uiridem colorem, & mutatio in rubrum etiam ex albo communiter exiſtimantur differre ſpecie: cum tamen

tamen termini ad quos non differant, nam mutatio ex albo ad viride fit tanquam ad nigrum, quo participat viride aliquo modo similiter mutatio ex albo ad rubrum, ad illud fit tanquam ad nigrum, vt docet Aristoteles hoc libro cap. 1. &. 5. Resp. de medijs qualitatibus specie differant ab extremis, nec non satis constat, & quidē enim Auerr. hoc libro cōment. 6. & 52. videtur sentire extrema esse in medijs actu non quidē perfecto: sed remisso, & imperfecto, nō aliter quam sunt in eo, quod est tepidū frigus, & calori opinatur etiam ad album fieri mutationem ex rubro, aut viridi. Similiter vt fit ex minus albo cum quo est per mixtum nigrum: his consequens est rubrum, & viride non distingui specie ab albo, veluti nec minus album specie differt ab eo quod est perfectē album: in libro autem quarto de cœlo cōment. 26. statuit duplex medium, vnum quod dicitur medium per comparationem, quia nimirum comparatum vtriq; extremo habet cum vtroq; similitudinem quandam; atq; consensum hoc modo aer dicitur medius inter ignem, & terram quippe, qui grauis sit compositione ignis: leuis autem terræ comparatus; atque huiusmodi medium est quidpiam simplex, & specie diuersum ab extremis: alterum medium vocatur per compositionem, quod est mixtum, & temperatum ex ipsis extremis, quæ in eo est actu: sed imperfectè insunt, & medium huius generis non est forma simplex: sed ex ipsis extremis conflatum; atque concretum, nec ab vtraque specie: sed tantum secundum magis, vel minus differens; atque hoc modo viride est medium inter album, & nigrum. nē quis autē de opinione Auerr. dubitandi locus vtiquam reliquæ esset is ideō lib. Methaphisico. comment. 23. explicatissimis verbis sententiam suam aperuit scribens medias qualitates non distingui specie ab extremis: sed tantum differre ab illis secundum magis, & minus, nec id modo ait: sed etiam probat, ideō argumento, quod cum ab vno extremo non fit mutatio ad alterum extremum, vt ab albo ad nigrum nisi per media, quæ inter vtrumque extremum interiacent si media specie differant ab extremis, nunquam posset fieri motus vnius speciei, neque cōtinuus ab vno extremo ad alterum extremum: frequenter enim propter varias mediarum qualitatum species interrumperetur, nec in motu continuo qui fit inter duo extrema contraria esset ipsum in termino ad quod necesse est prius peruenire, quam ad extremum, vt ait Aristot. hoc libro cap. 3. ad initium atque hæc quidē ex sensu Auerr. dicta sunt cuius sententiæ suffragari videtur Arist. scribens 1. Physico. cap. 5. & 10. Meth. cap. 10. mixta componi ex ipsis extremis, & affirmans hoc lib. capit. 1. & capit. 5. mutationes, quæ fiunt à medijs ad extrema fieri tanquam ab extremo ad extremum, quoniam medium est quodammodo vtrumque extremum: in libro autem sequenti cap. 3. ad finem aperte docet, quod mutatur ex album in nigrum id non cū primum dicit ab albo in esse in nigro, prius enim esse in fusco, & per hoc postea ad nigrum peruenire, ex quo licet colligere fuscum specie non distingui ab albo, & nigro alio, qui si tempore differret nunquam ex albo in nigrum fieri posset motᵒ vnus speciei, & cōtinuus: sed propter mediorum colorum varias species quas necessario per trāsiret semper esset interrumptus: ergo secundum hanc opinionem mutatio ex albo in nigrum non differret specie ab ea, quę fit ex albo in rubrum, vel viride, vel alīquemuis colorum medium; quod tamē communi concensu tanquam certum, & concessum ab omnibus iudicatur. Altera est opinio quam pleriq; Phylosophi, ac Theologi sequuntur medias qualitates specie distingui ab extremis: nec has esse in illis actu, & formaliter: sed tantum virtute, & propter similitudinem;

tud inem; atque conuenientiam, quam mediæ habent cum extremis dicuntur illæ ex his componi, igitur ex nigro fit mutatio in viride dicitur fieri quodam modo in album, quia viride habet conuenientiam quandam cum albo propter quam viride quadammodo eſt contrarium nigro, & quia mutatio non fit niſi vbi eſt contrarietas, id circo Ariſt. ait ex nigro mutationem fieri in viride, & ratione vt eſt quoddammodo albũ, quoniam hoc pacto eſt quoddammodo contrarium nigro: per ſe autem, & formaliter ſeu actu viride nihil habet in ſe atroris, & candoris ab vtroq; calore differt ſpecie, atq; hæc quidem à magnis Philoſophis de præſenti quæſtione ſatis accute, ac probabiliter diſputantur; ego ſi priorem ſententiam falſam, ac improbabilem dico præſertim cum in ea quoq; Themiſtium, & Simplicium fuiſſe etiam quippe, qui explicando capit. 1. huius libri aut obſcuris verbis docẽt medios colores mixtos, & compoſitos eſſe ex extremis qui in illis inſunt non aliter, quam id quod eſt tepidũ (hoc enim ipſi vtuntur exemplo) mixtum, & concretum eſt ex calore, & frigore: conſtat autem tepidum non differre ſpecie á frigido, & calido cum nihil aliud ſit tepidum, quam frigidum, & calidum ſimul & remiſſe. Addunt præterea illi ex nigro fieri mutationem in viride, non ea ratione vt eſt viride: ſed propter candorem, qui aliqua ex parte in eo quod eſt viride continetur, ſi demus etiam pictores partim extremorum, partim mediorum colorem certa quadam per mixtionem alios medios colores efficere quis autem credat nobis colorum ſpecies tanta facilitate ſic ab illis confici: ergo licet vt dixi priorem ſententiam non reprobatim ac poſteriorem; tamen quę inter quę inter qualitates medias, & extremas differentiam ponit ſpecificam ſunt equidem aliquando, & penſior fit enim mihi vero ſimillimum qualitates medias eſſe formas, & qualitates ſimplices eaſq; habere proprias, ac peculiares cauſas proprietatis, & effectus, quamobrẽ neceſſario diſtingui ſpecie ab extremis: ſi enim conſtat ex ſola mixtione extremarum qualitatum, nec illis differunt niſi ſecundum magis, & minus: ergo viride non magis differt á nigro, & albo, quam ab his differunt minus album, & minus nigrum, atquis ita ſentiat cum id oculorum iudicio aperte redarguatur. Iam vero ſi colores medij non ſpecie: ſed tantum ſecũdum magis, vel minus differunt ab extremis, & ex illorum mixtione conflantur: ergo quotieſcumque ex nigro perfecta fit mutatio in album oporteret omnes inter medias colorũ ſpecies procreari, & apparere, quod falſum eſſe mutationes quaſi huiuſmodi coloribus, cum ab arte, tum à natura quotidie fieri videmus manifeſto declarant. Sed quæret aliquis curnam, & Ariſtote. & Peripatetici aiunt colores medios componi ex coloribus extremis, at id non eſt intelligendum de compoſitione Phyſica: ſed Methaphyſica, quæ in eo conſiſtit, quod colores medij habent affinitatem, & ſimilitudinem cum extremis, nam animam rationalem (quæ eſt ſimplex ſubſtantia) Philoſophi aiũt eſſe formam quandam inter naturam corpoream, & ſpiritualem, quoddammodo mediam, & ex vtraq; compoſitã, quoniã eſt vtriuſq; ſimilis, & particeps, an potius compoſitio mediorum colorum referenda eſt, non ad colores extremos: ſed ad eorum cauſas: cauſę autem colorum ſunt, vt inuit Alexan. 1. libro naturalium cap. 2. lux, perſpicuitas, opacitas. Perſpicuitas enim in mixtione cum priuatione oppacitatis eſt cauſa candoris opacitas cum priuatione, vel certè cumper exigua perſpicuitatis, & lucis mixtione eſt cauſa nigroris ex illis tribus varie mixtis inuicem, atque certa quadam ratione temperatis medij colores naſcuntur; an potius id referri debet ad colorum effectus: album enim omnino diſipat, aſpectum

nigrum

nigrũ omnino colligit vtrumq; nimis, ac præter modum occulorum sensum afficit, quamobrẽ cum offendit aut lædit omninamq; sensui, quoniam his in mediocritate, & tẽperata quadam ratione consistit omnis rerum, quæ sentiuntur ex superantia molestia, & noxia est ad viride purpureum ceruleum, alijsq; colores medij partem colligunt, partim dissipant aspectum: sed etiam iuuent, atque mirum immodum oblectent. Verum de hac quæstione, quæ nunc á nobis raptim dicta sunt hoc loco satis esse debent, quæ nos licet aliter explicare tamen voluimus, vt rem per se obscuram, nec satis adhuc explicatam, & sane siti adhuc dignam, vel breui aliquantulum illustraremus dicemus de hac refusse secundo Durand. capite octauo. Nunc tantum obserua idem, quod nos de medijs coloribus sentimus id ipsum Auerr. sexto Physicorum, comment. 32. & septimo Methaphysicorum, cõment. vltimo sensuisse. Vltima obiectio supraposita, & confirmata ex Vallesio scilicet, quod idem simul calefieret, &c. petit explicemus articulum sequentem.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm idem subiectum possit simul moueri motibus contrarijs, & quomodo?

COncluſio negatiua; loquendo de cõtrarietate late iuxta supra dicta hanc conclusionẽ: sentit Arist. vbicumque aut idẽ non posse moueri motibus contrarijs sensus conclusionis est idem V. G. non posse simul ascendere, & descendere acquirendo, & deperdendo simul idem spacium, nec intendi, nec remitti in calore secundum eandem partem subiecti, & similiter, nec augeri, & minui demq; nullo modo produci & corrumpi. Probatur, quia aliás simul aliquid reduceretur ab aliquo termino & ad eundẽ accideret: intendi. n. calore est accidere calorem: remitti vero est reducere ab illo. Dices argumentum probat non posse idem accedere ad eũdem gradum caloris á quo recedit simul: sed cur nõ poterit aqua calida V. G. approximata igni per duos mot', alterum naturalẽ in se destruere aliquem gradũ caloris in his quos habet, & recipere aliũ de nouo ab igne. Confirmo quia potest contingere, quod aqua calida approximata igni non multam in actiuo: tamẽ vna hora V. G. qua calefit ab illo nõ acquirere plus caloris, quoniam recipiebat de nouo. Secundo id videtur certius in motu Solis, si mouetur duobus motibus ab Oriente in Occidens, & ab Occidente in Oriens, qui motus sunt termini. Ad primum Resp. quòd si aqua V. G. habet quatuor gradus caloris, & est approximata igni habenti plures, quã quatuor gradus, tunc ignis intendit calorẽ, & ita non permitti aquæ, quod reducat se ad pristinum statum, atq; adeò nec q̃ producat in se frigiditatem, ac per consequens, nec quod corrũpat calorem, & tũc aqua in se nihil aget: sed reaget tamen in ignem. Dices, quæ nam est maior ratio cur agat in ignem, quam in se ipsam. Resp. ponamus tota in latitudinem caloris, & frigiditatis esse vt octo, tunc aqua habens quatuor gradus caloris, & quatuor frigiditatis non est capax vnius gradus caloris nisi expulso altero frigiditatis, quia si simul alterum caloris ab igne, alterũ frigiditatis á seipsa tũc haberet quinq; caloris, & quinq; frigiditatis cõtra hypothesim. Dices simul ignis inducat quintũ gradum caloris expellendo quartum frigiditatis, & aqua corrumpat illum quintũ inducendo suũ quartum. Contra nam calor expellendus in instanti in quo producit intrinsicè non potest corrũpi aliàs in eo dẽ instanti simul esset, & nõ esset, quod

contradictionē implicat. Ad confirmationē Resp. illud contingere, quia paulatim remittitur calor ignis agētis, & ita desinit agere in aquā, & ita tunc aqua paulatim se reducit ad statū in quo erat in principio illius hore.

Ad secundū Resp., quod propter illud multos negare motus cōtrarios in cœlis: sed immerito, quia nō minus vrget argumentū in alijs casib⁹, quos manifestè experimur, & quādo homo mouetur in naui mouetur ad motū nauis versus Ortes, & á seipso versus Occidens: argumentū tñ non vrget nisi ponendo vtriusque motū incipere omnino simul, & eadē omnino velocitate: tunc. n. sequitur, & quod ille homo erit in eodē omnino atq; adeò, q̄ mouetur, & non mutat spatiū, quod impleri sequitur etiā, quod simul est, & non est licet in eodē spatio, quia per vnū motū acquirit illud, & per alterū deserit, & ita dabuntur duæ contradictoriæ simul vere. Resp. argumentū demonstrat prædictū casum inuoluere contradictionem. Vnde Resp. in omnibus illis experientijs prius per vnum motum acquiri aliquod spatium. & postea per alium deperdi, & quia id citissi mo fit, ideò appararet nobis mobilem eodem spatio (vt dixi de calefactione, & reductione aquę) ita Marsi. 1. de Generatione. q. 19. ad quintū vbi etiam tenet nostram conclusionem primam.

Secunda cōclusio idē potest naturaliter moueri motibus contrarijs propriè. Probatur pono aerē habere calorem vt quinq; & nullā frigiditatē si quidē ex natura sua est calidū citra sphæram, & nullā habet frigiditatē applicentur illi ignis, & aqua certē negari nō potest quin ab aqua frigefiat, & ab igne calefiat. Respō. quidā, quod tunc, vel neutrū agens agerent, quia se impedirent, vel ambo producerent sus effectus in instanti: sed prima solutio nulla est quia pero quomodo se impediunt, nā licet aliquid in subiectum, & tunc subiectū: ergo mouetur motib⁹ contrarijs, vel agendo in se, & hoc nō tollit quin agant in subiectū, quia res licet repatiatur potest agere, & præterea quia possent, ita applicari, vt neutrū illorū ageret in alterū, & certè quod est in actu, nō impeditur naturaliter ab actione nisi, vel quia non est debite approximatū, vel quia subiectū nō est capax talis actus. Secunda solutio facile impugnatur, quia pono illa agentia applicari paulatim per motū localē passo, tunc successiuè producent suos effectus quorū vt patet ex hypothesi capax est productus aer: ergo mouebitur simul contrarijs nō modo mutationibus: sed motibus propriè. Dices ergo eadem causa materialis concurrit simul ad cōtrarios effectus. Resp. sicut concurrit cōseruādo illos in gradibus remissis quid mirū si concurrat causando: nunc de nouo in gradibus remissis.

Hæc conclusio est contra Soncin. 10. Meth. q. 22. Soto. q. 4. conclusione. 8 Iauell. 10. Meth. q. 3. Vall. 5. Phy. q. 32. obijciūt nobis Arist. sed ille tantū est in sententia nostræ primæ conclusionis. ¶ Per quod etiā patet ad rationē vltima factā præcedenti articulo: solū enim probat primam conclusionem. De quo latior reddibit sermo, libro de Generatione cum de repassione agamus.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm in omni motu debeāt esse oppositi termini à quo & ad quem?

BReuiter: in omni motu terminus á quo, & ad quē debent esse oppositi priuatiuè per se loquendo conclusio ista est Arist. 5. Phys. 1. & patet ex dictis quę stione. 5. libri de priuatione quomodo esset principium, ipsius fieri entis naturalis, ex quibus constat, quod licet terminus à quo aliquando significetur sub ratione positiua, vt quando dicimus

mus aliquem ex ablo fieri nigrum; tamen loquendo per se, & formaliter terminus á quo non est aliquid positiuum, quia terminus á quo, ille est á quo discedit, tamquam á malo, & notiuo quando motus est naturalis, & vt á bono quãdo motus est violentus, & vt ab indifferenti, idest nec á bono, nec á malo quando motus est indifferens: at positiuum vt sic non est malum: ergo vt sic non est motiuum discessus, & fugæ: est tamen qua ratione habet ad mixtam priuationem alicuius positiui, quod agens intendit producere, & ita terminus á quo per se non debet significari sub ratione positiua nec vero sub omnimoda negatione sola enim creatio, quæ non est mutatio Physica est á non esse mutato simpliciter: omnis autem mutatio Physica est á probato aliqua forma, & proportionaliter, loquendum est de motu corruptiuo, vt patet ex supradictis.

Hinc patet, quod ex illis terminis, quos statuit Arist. 1. Phys. at text. 11. vltimum á subiecto in subiectũ, idest á termino positiuo ad alium positiuum, vt á frigido in calidum, & ex non subiecto ad subiectum, idest á termino priuatiuo ad positiuum, vt quando ex tenebroso fit lumi nosum, & ex subiecto ad non subiectum, vt quando ex luminoso fit tenebrosum, solus ille qui est á non subiecto explicat formaliter, quod petit per se terminus á quo: ille autem, qui est á non subiecto in non subiectum, vt ibi docet Arist. non potest dari, quia inter non subiectum, & non subiectum nulla est oppositio. Dices fortasse motus proprie, vt distinguitur contra mutationẽ, quæ fit in instantti non est per se a non tali ad tale: sed potius á tali ad magis tale, vel a non tali ad magis non tale, quia dum mobile est in termino á quo, vel in termino ad quem non est motus, & ita Arist. illo licet quod. 1. text. 9. dicit, quod motus proprie dictus tantum est á subiecto in subiectum: ad quidquid alij dicant quod loquendo de motu per se, & formaliter etiam est á priuato: calefactio enim successiua, v. g. non est per se, vt fit á calido ad magis calidum: sed á non tam calido ad magis calidum. Similiter corruptio successiua caloris est á non tam calido, vt ita loquar ad magis non calidum, idest á non tam priuato ipso calore ad magis priuatum calorem: Arist. vero solum vult, quod semper illa priuatio: termini á quo quando actualiter est motus coniuncta est alicui positiuo distincto a termino positiuo ad quẽ, nam in motu vt sic cum sit continuum non potest dari prima pars, & ita ante quamlibet partem signatam motus præcessit alia. Vnde priuatio partialis entitatis acquirendę per motum partialem, qui nunc demonstratur semper est coniuncta cum parciali quantitate acquisita per motum præcedentem.

Contra conclusionem est argumentum motus per se est actus: ergo quod mouetur est in actu: ergo per se petit, vt sic esse non ab omnino priuato: sed ab actuato aliquo modo, sic licet in fieri ad actuatum in esse quieto. Respondeo, iã dixi supra, quod licet verum sit motum esse etiam á fieri ad factum esse: tamen quod mouetur ex modo se habendi præsefert se quasi oblitum esse illius actus quem iam possidet, & omnino intectum esse in acquisitione viterioris actus, & videtur significasse Paul. ad Philippum tertiò, dicens non quod iam acceperim, aut perfectus sim, &c. & infra ego me non arbitror comprehendisse vnum, autem quæ retro sunt obliuiscens ad ea vero, quæ priora sunt extẽdens me ipsum ad destinatum persequor, &c.

Fateor, quod non semper omnino per accidens significat terminus sub ratione positiua: sed aliquando per se saltem virtualiter quando illi termini positiui: sint enim compatibiles ex natura sua, & ita virtualiter important priuationẽ alter alterius. Vnde iste modus loquendi ex frigido calidum fit virtualiter saltem est per se: nec enim tam per accidẽs

eſt ac illi ex albo factus eſt muſicus. Hic nota, quod illa contrarietas inter terminos poſitiuos non ſemper eſt contrarietas proprie, ſat enim eſt quod illi termini á quo, & adquem ſint contra poſiti in latitudine alicui⁹ viæ, quales ſunt termini motus a Valli ſolito in Salmanticam, & termini intenſionis alicuius intenſionis caloris ab vno gradu in octo gradus ratione actualitatis, & vnum actualitatis, vt octo, quæ ſunt incompara biles. Similiter omnes formę ſubſtantiales ſunt inter ſe termini incõparabiles ſimul in eadem materia prima.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum motus etiam contrarietur quieti, & quomodo?

PRæter ea, quæ de hac re ſupra diximus. q. 2. huius ſolutione ad quodã argumentum ſit prima concluſio, quies in termino ad quem non contrariatur ſimpliciter, & abſolute motui quo itur ad illam quietem. v.g. calefactio nõ contrariatur calori ideſt inquem tendit abſolute, ita Ariſt. 5. Phy. 6. tex. 54. probat quòd ille motus eſt profectio ad illam quietem, & ita quies licet non ſit tunc quando motus eſt: tunc tamen fit: dixi abſolute, quia vt ſignificaui. q. 9. art. vltimo, & concedit Soto quæſtione. 5. in fine quies aliquo modo importat priuationem motus, quo itur ad illam, quia vt ſic eſt ceſſatio ab opere quo itur ad illam, quo pacto Deus perfecto opere ſex dierum dicitur requieuiſſe. Dices etiam dum res mouetur habet quietem delectati enim ipſo motu. Reſpondeo, quod iam dixi ſupra motum, vt ſic eſſe tendẽtiam ad vlteriorem perfectionem: atq; adeò vt ſic non eſſe iſtentiam (vt ita loquar) nec quietem ſeu delectationem qua ratione Ariſtotelis. 10. Ethi. 4. ait, quod voluptas nõ eſt motus fateor, quod mouetur quieſcit, quod aliquomodo reſpectu perfectionis acquiſitæ, & prima ipſa tendentia eſt aliquomodo quies in quantum eſt actus, & quies ſaltem in fieri. Vnde dixit Ariſtotiles vbi ſupra in Phyſic. quod quies fit ſimul cum motu, in quo ſenſu dici ſolet, quod qui ſperat aliquomodo poſsidet. Sed reſpondetur eo magis participare quietem id, quod mouetur quô perfectius mouetur, & tũc magis habet actus a quo prouenit quies & ita perfecte operari facit, vt quod mouetur appetat magis, ac magis operari, & ita Deus, qui voluit eſſe conformis legibus nominc non dicitur requieuiſſe vſque dum perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum, nec hoc voluit Ariſtotiles negare vbi ſupra dicens motui quo emorbo itur in ſanitatem quietem in ſanitatem contrariam eſſe fines eggreditur rationis: tamen ſolum vult non eſſe contrarietatem abſolute, de qua dixi in concluſione.

Secunda concluſio quies in termino ad quem cõtrariatur abſolute, & motui quo receditur ab illa quiete, ſeu termino, & quiete inquam itur in illum motum. v.g. calor contrariatur motui frigefactionis, & etiam frigiditati ita ſentit Ariſt. vbi ſupra, & ita intelligitur cũ abſolute ait quietẽ dicere priuationẽ motus. Dices vnũ vni contrariũ eſt. Reſ. ſub vna ratione cõcedo ſub diuerſis nego (vt docet Soto in fine quæſtionis ſuæ ſupra art. 6.

Tertia cõcluſio magis opponitur motus motui, quam quies motui, ita Ariſt. 5. Phyſi. 5. v.g. magis opponitur frigefactioni calefactio quã calori, ratio huius concluſionis hæc reddi ſolet, quia quies & motus cõpatibiles ſunt inter ſe: nõ tamen duo motus contrarij: ſed ſupponit primũ hęc ratio vt patet ex dictis. Aliter ergo probatur, quia difficilius eſt ex natura rei producere effectũ de nouo, quã ſemel productũ conſeruare, & ita difficilius eſt ſubiectum cõcurrere ad nouã pro-

productionem alterius. Confirmo in simili quodammodo, quia magis repugnant duo actus contrarij, quam actus, & habitus.

ARTICVLVS V. & vltimus.

Vtrum & quis motus sit alio perfectior, in specie, & in-diuiduo.

PRO complemento huius forte ex actæ disputationes de motus speciebus, & contrarietate. Dubitatur quis motus sit perfectior alio in specie, & in indiuiduo? quod huc vsq; disputandum relinquimus, quia ex dictis imo in logica in post prædicamentis, species vnius generis inter se contrariæ sunt, ex quarũ oppositione, etiam in indiuiduo, perfectio illarum indagatur.

Sed primo obijcies secundum Arist. 7. Phy. 4. & 6. duo nõ sunt cõparabilia nisi in eo, quod est eiusdem speciei in vtroq; & eodem modo vtriq; conuenit. Vnde videtur in ferre tantũ illios motus esse cõparabiles in velocitate qui sunt eiusdẽ speciei: ergo nõ recte hic comparamus motus specie distinctos. Resp. ex Tol. loco citato etiã ea, quę genere differũt possunt inter se cõparari, vt substantia cõparata cũ accidenti dicitur perfectior illo in ratione entis, & homo perfectior equo: imo corbus potest dici nigror, quã cygn⁹ sit alb⁹, aut cõtra, aut quot sunt ęquẽ tales, & in Euãgelio dicitur filios huius seculi prudẽtiores esse in generatione sua, quã filij lucis in sua: comparatio autẽ alia est simplex, quæ vel est Physica vel Methaphisica, seu Logica, vel est analoga, alia est composita, quod latẽ explicat Tolet. hic: Arist. autẽ solũ vult, quod non ita proprie cõparantur plura in aliqua ratione, quæ vni illorum proprie cõpetit alijs: proprie tamen suo modo etiã inter hæc potest fieri cõparatio. Quo pacto potest quæri vtrum Paulus. v. g. actu charitatis velotius ascenderet in Deum quam ignis suo modo in propriam spherom.

Contra hanc expositionem Arist, possent multa obijci difficilia: sed res est parui momenti, & ego Resp. facile Aristotilem nihil ibi decernere ex propria sententia: sed rem disputat in vtramq; partem.

Quomodo autem sint comparabilia inter se, etiam ea, quæ non recipiunt magis, & minus dixi initio Topicorum, & magis ex professo dicam libro. 7. huius arti. 3.

Sit ergo prima conclusio. ille motus est perfectior in specie essentiali cuius terminus est perfectior in specie essentiali, ita S. Tho. 1. p. q. 45. art. 1. ad secundum decens mutationes accipiunt speciem, & dignitatem nõ á termino á quo sed a termino ad quẽ; tantò ergo perfectior est aliqua mutatio, quantò terminus ad quem illius est nobilior, licet terminus á quo qui opponitur termino ad quem sit imperfectior, & ideò creatio est perfectior quam generatio, & alteratio, quia terminus ad quem est tota substantia, licet terminus á quo sit imperfectissimus, scilicet non ens semper seu nihil patet, quia vnde desumitur species inde sumitur perfectio specifica, atq; adeò maior, vel minor perfectio specifica, & ita generatio est perfectior in specie essentiali reliquis omnibus motibus, & mutationibus Physicis, vt docet Iabellus. 8. Phys. q. 10. & similiter iudicandũ est de alijs iuxta perfectionẽ terminorũ inter quos, quis quò perfectior sit ad Methaphisicum spectat. Et prima hæc comparatio pendet ex singularium specierum cognitione motuum, & mutationum, de quibus infra.

Secunda conclusio, inter motus eiusdem speciei, ille est perfectior in indiuiduo intrinsice, & secundum se, qui magis participat rationem specificã, id est

vt

vt calefactio, vt octo. v.g. perfectior est, quam calefactio, vt quatuor. Hæc conclusio manifesta est.

Facteor, quod comparando motus ipsos ad subiectum sæpe cõtingit motum imperfectiorem, sicut & terminum imperfectiorem esse huic subiecto perfectiorem. Quo pacto color vt 5. quem pono petitũ esse á natura aeris perfectior est aeri, quam calor vt septem, & nigredo perfectior est coruo, quam albedo. Ratio est, quia vnaquæq; res (vt dixi supra) magis appetit esse substantiale, quã accidentale. Vnde licet esse accidentale sit perfectius: si tamen illo non ita bene conseruatur suum esse substantiale, tũc non appetit illud.

Tertia conclusio, loquẽdo de alijs extrinsecis perfectionibus, vt de prioritate duratione, velocitate, & vniformitate sæpe motus imperfectior in spiritu, & in ratione individuali intrinseca, & per se solet esse in illis alijs perfectior. Hoc pacto comparat Arist. motus inter se, 7. Phy. 4. & in hoc sensu 8. Phys. 7. &. 9. secundum est definit motum localem reliquis omnibus esse priorem, rationes Arist. explicat latè Tollet. ibi, & difficile defendũtur, veritas in hoc cõ sistit, quod comparando omnes motus inter se, certe secundum suam naturam motus locales, etiam cœlestes non petit esse prior alijs: imo simul cæperunt, imo productio lucis cum potuerit esse in instanti quo creatus est Sol prior fuit motu cæli, qui non potuit incipere nisi immediate, post illud instans hoc de inceptione motus intellige, iuxta dicenda. q. 21. alteratio verò absolute fuit prior generatione, quia est præuia ad illam naturaliter loquendo de duratione dicam: ergo. q. 19. art. 6. quoad velocitatem. Respondeo aliud esse motum esse breuiorem, aliud esse velociorem, vt notat Tol. 7. Physic. q. 4. breuius dicitur, qui citius suum terminum consequitur, siue sit tardus, siue velox: velotior autem secundum Arist. 4. Physi, ideò sine &. 6. Physi. 2. dicitur ille, qui per transit in æquali tempore maius spatiũ, vel in minori, æquali vel maius. Quæres vnde prouenit vnum velotius alio moueri de quo Tol. 7. Phy. art. 4. & supposito his quæ ibi dicentur. Respondeo breuiter prouenire ex parte mouentis, & eius virtute ex fine omnes eõditiones quibus reddit minus aptum ad motum. Quæres potest ne dari motus ita velox, quo non possit dari alius velocior? Resp. de facto sicut datur quantitas maxima qualis est supremi cœli, sic datur motus omnium velocissimus, scilicet motus primi mobilis, at sicut quantitas ex se nullum petit terminum (vt dicam alibi) sic nec motus habet in velocitate terminum vllum, vt docet Aristotiles. 6. Physi. 2. text. 15. docens in omni tempore celerior, tardiorq; motus fieri potest. Probatur, quia omnis motus fit in tempore, & omne tempus cum sit quoddam continuum est diuisibile in semper diuisibila, vt ibi docet Philosophus, & ita quiuis motus potest fieri in minori tempore per idem spatium. Similiter spatium potest semper esse maius, & maius: ergo motus inæquali tempore per transiens illud spatium erit velocius. Idem dico de tarditate dari de facto tardissimum motum, licet a nobis ignoretur: nullus tamen potest dari, ita tardus quo non possit dari alius tardior propter easdem rationes de quo Tol. 5. Physi. q. 2. ad quintum sed iam terminũ motus videamus.

Finis libri quinti.

SVPER

SVPER SEXTVM LIbrum Physicæ, auſculationis Ariſto. de diuiſione motꝰ in ſuas partes. Cõmentaria per quęſtiones.

AVTHORE P. F. PETRO DEOÑA Burgenſi. Sacræ Theologiæ Doctore.

PRAEFATIO.

DE INTENTIONE AVTHORIS, ſumma, & diuiſione totius libri ſexti per quæſtiones.

IN quinto libro explicuit Ariſt. formas motus partes obiectiuas, & aliquas eius affectiones, in hoc autem, ſexto libro agit de diuiſione motus in partes quantitatiuas vbi tractat multa theoremata pertinentia ad motum, atq; ad tempus in quo fit motus, & ad magnitudinẽ per quod fit motus, atque ad ipſum mobile, omnia tamen referuntur ad motum quod præſtat per decem capita. In primo efficaciter probat continuũ nõ conſtare ex indiuiſibilibus. In ſecundo quod tempus nõ conſtet ex indiuiſibilibus, vbi abſoluit probationem precedentis Capitis. In capite tertio, probat momentũ ſeu inſtans (idem enim eſt) non eſſe menſura motus, ſed potius tempus. In quarto probat motum dupliciter diuidi poſſe, & ad diuiſionem ſubiecti, & ad diuiſionem tẽporis in partem præteritam, & futurã. In quinto capite, proponit quinq; theoremata, ſpectantia ad principium, & ad finem motus. In ſexto capite, ſubiungit etiam alia theoremata ſpectãtia ad declarandum ordinem, quem inter ſe habent partes motus cum illa, quę in ſuperiori capite poſita ſunt ad finem, & ad principium motus. In ſeptimo, docet quomodo finitum, & infinitum in motu ſe habeant. In octauo tractat peraliquot propoſitiones de eo quod eſt inſiſtere motum ſeu ſtare. In nono & vltimo ſoluit rationes Zenonis factas, ſed ſophiſticé quidẽ contra rationem motus. Quæ omnia á nobis raditius rumi nanda, & repetenda ſunt per tres quæſtiones, ſecundum quod etiam tria ſunt examinanda. Primum continui compoſitionem. Secundum cõtinui ſucceſſiui principium, & finem. Tertium continui permanentis principium & finem. Vnde totus liber de indiuiſibilibus diſputat, cum de principio, & fine cõtinui tractet: tertium autem horum, ſcilicet de termino quãtitatis continuæ permanẽtis in hũc locũ á primo lib. relegauimus quia

quia, secundum scilicet principium, & finem quantitatis continuæ successiuę sine illo intelligi nequit. Primo ergo agemus de continui compositione, & termino. Secundo quomodo incipiant, & desinant res successiuæ, & per manentes. Tertio & vltimo si res naturales habeat terminum secundum maximum, & minimum in quantitate.

QVAESTIO. I.

De naturalis entis quãtitatis termino, & partibus, seu de continuo.

IN hac prima, & celebri in ordine ad motum. q. de quantitatis continuæ partibus integrantibus & termino, quæ æquo iure, de indiuisibilibus potest appellari, ex qua plane intelligitur, motus partes finis, & principium quinq, se mihi obtulerunt explananda. Primum quid sit continuũ, de quo cepimus, cap. de quantitate in Logica non nulla docere. Secundum si dentur indiuisibilia in actu. Tertium si continuum ex indiuisibilibus coalescat. Quarto si habeant partes actu infinitas. Quinto, si motus fiat in tempore, vel instanti.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm & quid sit continuũ in omni sententia.

HOC in primis disputamus, vt maneat quasi dicendorum fundamentum breuiter ergo continuum est cuius partes copulantur vno termino cõmuni, vel quod est diuisibile in semper diuisibilia. Ita concedunt omnes authores, Physici, Methaphysici & Mathematici Arist. vbiq; S. Tho. qui primo de cœlo in principio docet primam illam definitionem cõtinui esse formalem, quia vnitas continui est quasi forma ipsius. Secundam vero esse materialem sumptã ex partibus continui, quę respectu vnionis habẽt sequasi materia explico rẽ amplius. Quantitas continua constituit substantiã, & accidentia illi inhærentia cõstituit inquã in ratione vnius integri entis constantis formaliter partibus integrantibus diuisibilibus, & figuratis, &c. (vt dixi) & sicut vnio qua partes totius, quod est vnum per se prima quale est homo videtur esse forma constituens illud vnũ per se, eo quod illa vnione posita cõsurgit, & ipsa ipsum etiã perijt, vt cõstat in vnione animæ rationalis, & corporis sic quantitas facit vt vnũ totũ consurgat integrũ formaliter cõstans ex partibus integralibus proxime diuisibilibus, & hac ratione videtur quasi forma ipsius totius integri, vt sic: non quia essentia illius totius sit illa vnio, sicut nec essentia totius per se primo est vnio, vel enim falsum est hominis etiam essentia non est tantum vnio animæ cũ corpore: sed potius est quasi quid requisitum ad hoc, vt materia, & forma constituant essentialiter ipsum hominẽ: illa tamen vnio appellatur forma, quia videtur quasi vltimo aduenire ipsi materiæ, & formæ præsuppositis similiter essentia continui, nõ est vnio partiũ, aliás essentia linæ nihil aliud esset, quã punctũ indiuisibile, siue puncta, & similiter essentia superficiei nihil aliud esset, quã linea, & sic de alijs, quod tamẽ falsum est: linea enim essentialiter est longitudo: at pũcta (vt dicam infra) quantũcumq; multiplicentur nõ constituunt rem longam, nec longiorẽ ergo. Quia tamen non potest dari longitudo nisi ex vi vnionis partium (& idẽ dico de latitudine & alijs) ideò dicitur, q illa vnitas appellatur quasi forma continui. ¶ Quæres, quis nam est terminus cõmunis quo partes cõtinui copullãtur.

Resp.

Resp. partes lineæ puncto, partes superficiei linea, partes corporis superficies: de qua re latius infra, & hoc modo manet exposita prima definitio continui.

Secunda vero definitio, ita intelligitur, quod quantitas non exigit determinatas partes, quas vniant eo pacto quo exigunt aliæ vniones: vnio enim vnde consurgit homo substantialiter petit ex natura sua duas tantum partes, scilicet vnicam materiã & vnicam formam: at vero vnio vnde consurgit continuũ potius petit indeterminatas (vt videbimus) ideò ex parte ipsarũ partium, quas modo explicato diximus habere se, vt materiam respectu vnionis definitur continuum ipsum, quod sit diuisibile in semper diuisibilia in quo multum differt á quouis alio toto, quod diuisibile est in partes determinatas.

Quæres primo est ne passio continui habere partium positionem? Resp. vt docet S. Tho. in opusculis cap. de quantitate, & Caiet. Catheg. 57. tria requirũtur scilicet permanentia situatio, & cõtinuatio partium, vnde corpus, locus superficies, & linea partium habent positionem: hæc enim omnia partes habent simul permanentes constitutas indeterminatis locis, & adinuicem cõtinuatos communi termino: tempus vero oratio, ac numerus non habent partium positionem: temporis enim partes non sunt permanentes, nec situatæ modo prædicto, licet communi termino, scilicet instanti continuentur oratio vero similiter non habet partes permanentes, quod si sit vocalis, nec habet illas situatas: numerus vero non habet partium continuationem.

ARTICVLVS. II.

Vtrum indiuisibilia cõtinui sint quid reale & positiuum.

PRofecto si in hac re me iudicem cõstituas, & his sit ratione diiudicada, diuertit sub iudice, ideò adherebimus cõmuniori grauissimorũ Philosophorũ iuditio, vt autẽ intelligas sensum quæstionis & omnia quæ in hoc libro dicẽda sunt, aduertendũ est indiuisibile multis modis summi á Philosophis. Vno modo pto substantia immateriali, quæ indiuisibilis dicitur, quia caret materia, & quãtitate. Secundo sumitur pro substantia corporea cui repugnat diuisio: sed cœlũ & minimum naturale dicuntur indiuisibilia, & de his nõ procedit quęstio, quia est certum huiusmodi indiuisibilia esse actu in rerum natura. Tertio sumitur pro vnitate, quæ est pars quantitatis discretæ, quo pacto non est minus certum esse indiuisibile aliquod positiuũ. tamẽ indiuisibile appellatur, quod est terminatiuum, & continuatiuũ continui, & procedit quęstio de hoc: sunt autẽ huiusmodi indiuisibilia in duplici differentia: quædam enim sunt simpliciter indiuisibilia, vt punctum, instans, mutatum esse quę nullo modo diuidi possunt: alia sunt indiuisibilia secundum quid, vt linea est continuatiua superficiei, quę tamẽ simpliciter non est indiuisibilis, cum possit diuidi secundũ longitudinẽ, est tamen indiuisibilis secundũ latitudinem, & similiter superficies est continuatiua corporis: nõ tamen prorsus indiuisibilis nisi solum secundum profunditate: de omnibus autem procedit quæstio, an sit aliquod positiuũ: in qua quæstione sunt aliquæ sententię. Prima sententia est Ochã: in sua Logica capite de quantitate, & Gregori. in .2. distict. 2. quæst. 2. art. 1. asserentium in continuo nulla esse indiuisibilia á quibus parum differt Vallesi⁹. contra. 24. dicens huiusmodi indiuisibilia nihil esse actu in continuo: sed solum in potentia: sed hæc sententia merito reijcitur ab omnibus, quia est contra Aristotelem .2. Physico textu. 16. dicentem corpus esse Physicum, superficies, lineas, & puncta habere, & tertio

Metha-

Methaphisico textu.17. dicentem huiusmodi indiuisibilia aliquando esse aliquã do non esse: sed non generari vel corrũpi: sed esse contra rationem aperte quis non videt? Primo, quia necesse est esse finitum habere finem, & omne terminatum terminum: sed indiuisibilia sunt fines, & termini continui: ergo sunt actu incontinuo. Secundo continuũ in actu debet habere continuatiuum in actu quo partes copulentur: sed huiusmodi continuatiuum est indiuisibile: ergo incontinuo sunt actu indiuisibilia minorẽ probo, quia si continuatiuum est, & indiuisibile vtiq; haberet partes, & istę haberent aliud continuatiuum, & illud aliud quo vsq; deueniamus ad contiuuatiuum diuisibile.

Conf. sicut albũ dicitur ab albedine, ita continuum á continuatiuo: sed non est actu album sine actu albidine: ergo non est actu continuũ, sine actu cõtinuatiuo, quia generatio substantialis viuentium est actu in rerũ natura: & tñ est indiuisibilis, & mensuratione instanti indiuisibili ergo indiuisibile est actu in rerũ natura, quod etiã docuit August. lib. de quantitate animæ cap.11. &.12.

Secunda sententia est Durandi in.2. d.2.q.4. quem sequitur Perey.2. Physico cap.7. asserentium vnum esse indiuisibile, esse in continuo actu: tamen non habere entitatem positiuam, ita quod indiuisibilia terminantia solum dicant negationem vlterioris cõtinuationis, seu maioris magnitudinis: continuatiua vero tantum dicãt negationẽ diuisionis, sicut homo actu cęcus est: non tamen actu cęcitas habet aliquid positiuum sic indiuisibilia actu sunt in cõtinuo: sed nõ sunt aliquod positiuũ: ducti tamẽ sunt ad id asserendum rationibus in fine soluendis.

Tertia sententia verior est Aristot. & Augustin. lib. de quantitate animæ capit. 12. & .12 confessionum Diuus Thom. hic text. 86. Themist. ibidem, & 1. parte. quæst. 10. articu. 1. ad primum &.3.p.q.77.ar.2. Auer. hic rursus Capre. in.2.d.2.q.1. ad argumenta. Gre. cõtra 2. cõclusionẽ, Sonc. 5. Metha.q.22. Font 1. Metha.c.7 tex.43. &.3. Meth.c.2.tex.8. Soti, & recentiorũ hic.q.1. Astudilli, & aliorum hic. Alberti tract.1.c.1. Scot. in 1.d.12.q.4. Soti hoc loco Tole.q.2. Sot.5. Physic.q.2. & quæ nobis placet, qui asserũt indiuisibilia esse quid positiuum: ita tamen vt quæ indiuisibilia sunt, vt instans punctũ mutatũ esse non sint entia cõpleta: sed initiatiua, aut continuatiua entis cõpleti quę tñ nõ sũt simpliciter: sed secũdum quid indiuisibilia, vt linea superficies sunt entia positiua actu existentia in continuo, quę quidem sententia colligitur ex Aristotele capite de quãtitate, vbi dicit lineam, superficiem species quantitatis esse: cum tamen linea sit indiuisibilis secundum latitudinem, & superficies secundum profunditatẽ, & quarto Physicorum docet locum esse vltimam superficiem corporis continentis: constat autem locum esse quid positiuum: ergo & superficies, & rationibus probari potest sententia ista. Primo sic, impossibile est subiectum accidentis realis, non esse quid positiuum: sed ex Aristotele 4: Physico textu.25. & 3. Methaphisico textu.16. &.5. Metha.6. tex. 12. &.3. de cœlo cap.1. tex.14. tertio de anima tex.13. superficies est subiectum primum multorum accidentium realium vt colorum & figurarum: ergo superficies est quid positiuum. Probo consequẽtiam, quia quantitas continua dicit aliquid positiuum non solum secundum rationem genericam quantitatis: sed secundum differentiam continui, quia cũ continuum sit differentia essentialis illius generis aliquod positiuum debet includere: ergo illud á quo illa quantitas dicitur continua, debet includere aliquid positiuum: sed est continua per continuatiuum, tamquam per principiũ suarum partium ergo illius indiuisibile continuatiuum aliquid positiuum includit.

Pro-

Probatur etiam varié ab authoribus supra latis, & est etia omniũ Mathematicorum, qui vt meminit Cicero quarto libro Academicarum quæstionum non concessis his indiuisibilibus digitum progredi nõ possunt, quia omnes simul cum Aristotele aiunt colores primo, & per se in superficie recipi, & ratione superficiei recipi in corpore, & continuã esse quorum vltima sunt idẽ, & quorum partes iunguntur termino communi: contigua vero quorum vltima sunt simul, & punctum esse, cuius pars non est, ideſt esse indiuisibile, & punctum distingui ab vnitate, quia habet positionem in continuo: sed præcipua ratio est illa de globo perfecte sphærico, & de perfecta pyramide, quæ extremitate sua tangit planum perfectum, quæ necesse est, vt in indiuisibilis se tangant, alioquin, neque erit perfecta pyramidis nec perfectus globus, nec tangent perfectum planum. Similiter probatur de duobus perfecte quadratis tangentibus se in lateribus, & de perfecte planis tangentibus se in superficiebus planis: primus enim ille tactus necessario fit tantum in puncto indiuisibile, aliás in globo, & pyramide daretur aliqua planities, atque adeò, nec globus esset perfecte sphæricus, nec illa esset perfecta pyramis, secundus tactus sit indiuisibili linea. 39. in indiuisibili superficie propter eandem rationem. Respondẽt oppositum opinantes illos tactus non fieri in indiuisibili: sed indiuisibili, non quidem adæquatæ, sed in adæquate, ideſt in aliqua parte quanta, & diuisibili, quæ tamen non tangitur secundum se totam, ita quod nec ab ipso Deo signari potest in quo determinate, & adæquate se tangant illa corpora: omitto solutionem asserentium illa corpora se tangere, in parte diuisibili: sed indiuisibile: inuolut enim implicantia: quid enim est aliud tangere se indiuisibiliter, quam tangere se indiuisibili: iam ergo contra primam solutionem solet obiici primo quia implicat illum tactum fieri in minori quantitate: ergo fit in indiuisibili. Prima illæ tact⁹ est modo simul totus in esse quieto: ergo licet signare totum id in quo illa duo corpora non se tangunt & illud in quo se tangunt adæquate, & quidem si maneret vestigium illius tactus post separationem illorum corporum, necessario deberet esse quid determinatum. Dices nego consequentiam, nam etiam in vestra opinione linea tangit punctum, & vos fatemini non posse signari adæquatè partem lineę, quę tangit vltimo ipsum punctũ, quia nulla est vltima. Præterea posset Deus separare illud punctum, quod fingitis, & impedire ne aliud produceretur de nouo, & tunc non ne globus tangeret planum: & tamen non in puncto, quia nõ est: ergo in parte diuisibili Capreol. 2. d. 18. quæst. 2. ad septimum cõtra primam conclusionem negat posse punctum separari à linea, quod si separetur, tunc, nec ab ipso Deo posset impediri alterius emanatio, quod si per impossibile id fieri possit tum dicũtur alij, quod ille globus non tangeret punctum, quia tunc inter globum, & planum posset mediare quędam superficies cũ neutro illorum corporum se penetrans: sed dictũ hoc, quod incredibile videtur. Resp. ergo in prosecutione huius solutionis, quod tunc vere illa corpora non se tangerent positiue: apparerent tamen se tangentia. Probo in simili, si Deus ab humanitate mea auferret suppositalitatem impediendo, ne dimanaret alia suppositalitas: tunc illa humanitas non existeret per se positiue: sed negatiue, ideſt non in alio, sicut dixi de accidentibus Eucharistiæ: in apparentia tamen non minus hæc videtur existere per se, quam si haberent modum positiuũ existendi per se. Præterea quanti mcumque materia, & forma sint inter se in distantes: si tamen impediretur à Deo ne resultaret vnio, quia supra diximus esse modum positiuum, tunc implicaret illas partes esse vnitas

vnione naturali: essent enim vnitæ sine vnione: sic ergo impropositio ille contactus Physicus duorum corporum ex natura rei debet fieri per quid indiuisibile & ita sine illo non possunt sibi esse immediata positiue: sed tantum negatiue id est nihil mediaret inter illa duo corpora: posset tamen mediare illud indiuisibile, quo illud corpus quod carebat illo indiuisibili positiue alteri coniungeretur, apparerent tamen illa duo corpora esse sibi æquè immediata ac antea, sicut si duas aquas, ita coniungeret Deus contigua, vt tamen non fierent continuæ certe in apparentia viderentur esse vnum continuum ac si reuera ita esset. Ad primam confirmationẽ nego lineam tangere punctũ, quod demonstrabo articulo quarto.

Secunda ratio, quia oppositum dicere est destruere vniuersam Arismeticam asserentem punctum esse quid indiuisibile, habens positionem in continuo, lineam esse latitudinem in duobus punctis clausam, & dari in globo perfecte spherico centrum indiuisibile, quod secundum se totum æquè distet á tota circunferentia, & quod longitudo corporis spherici sumitur secundum longitudinem lineæ, maxime destructam jetiã geometriam, quę in cœlo constituit polos, quos asserit esse pũcta indiuisibilia. Dices hęc omnia fingunt Arismetici, & Geometræ, vt facilius concipant, & explicent negationem vlterioris progressus, quam negationem dicimus nos esse huiusmodi indiuisibilia terminantia. Sed contra, quia saltem melius intelligunt illa omnia concessis his positiuis indiuisibilibus, quę non dubium est quin Arismeticis, & Geometris iudicẽtur positiua. Tertia ratio, nam corpus si diaphanum est videtur ac illuminatur secundum se totũ: si vero opacum est, non nisi secundum superficiem.

Confirmo, multa corpora sunt contigua & se tangunt immediate: tangũt autem se per indiuisibilia, quibus terminantur: ergo indiuisibilia sunt aliquid positiuum. Minorem probo, quia cum illa se tangant eorum extrema sunt simul, id est in eodem loco si se tangerent secundum aliquas partes, tam illæ partes essent penetratiuæ in eodem loco.

Conf. secundo, quia continuum est in infinitum diuisibile: ergo non habet aliquam partem vltimam, qua tangatur. Tertio, si indiuisibilia non sunt aliquid positiuum, sequuntur multa inconuenientia. Primo, sequitur mutationes instantaneas in nulla duratione esse, si quidem instans est indiuisibile temporis in quo sunt nõ est quid positiuum. Sequitur secundo tantum esse vnam dimensionem realem profunditatem, si quidem linea, & superficies non sunt quid positiuum. Tertio sequitur priuationis esse priuatiuum, si quidem punctum est prius linea, quæ est priuatio superficiei.

Sed quæres, quomodo distinguantur indiuisibilia inter se, & á suo continuo? Respondetur, & bene non distingui realiter actu existentia: sed solum ratione formali. Nam ad continui constitutionem duo concurrunt, quæ sunt eadem res cũ continuo, & sola ratione distingũtur scilicet partes, vt partes sunt indiuisibilia, vt principia: quod autẽ indiuisibilia non distinguantur realiter a suo cõtinuo ex eo constat, quia aliás partes cõtinui non continuæ: sed consequenter se habent, tum quia si superficies esset, alia res á corpore: ergo corpus esset sub sua superficie, sicut corpus sub indumẽto, quod & expresse colligitur ex Aristotele. 7. Methaph. cap. 17. vbi docet sic se habere magnitudinem ad indiuisibilia, sicut actio se habet ad suum terminũ: sed termini sunt idem re, quamuis ratione distinguantur: ergo similiter indiuisibilia inter se, & á continuo sola ratione distinguuntur constat & quod distinguntur realiter inter se, & a toto in potentia, quia possunt separari á toto.

&

& inter se, & tunc erunt realiter distincta, quamuis non possint per se á continuo separari: possunt tamen per accidens, quia partes per se possunt separari, & in partibus per accidens separatur indiuisibilia.

Sed contra hanc sententiam sunt argumenta aduersariorum. Primum est si indiuisibile est aliquid positiuum, aut est substantia, vel accidens: non substantia vt patet, neque accidens, quia secus subiectaretur in aliquo subiecto adæquato: sed non subiectatur: ergo non est accidens. Minorem probo, quia non subiectatur in substantia quanta, neque in quantitate, quia cum accidens efficiatur conditionibus subiecti, sicut substantia est indiuisibilis. Similiter & quantitas indiuisibilis esset saltim per accidens. Respondetur, quòd indiuisibilia non sunt substantiæ: sed accidentia, quia linea, & superficies sunt species quantitatis: subiectatur tamen in substantia quâta per quantitatẽ continuam, cum qua sunt idem realiter, quamuis in ratione prius sint priora natura ipsa quantitate, quia tamen non habent propriam existentiam: sed existunt existentia continui, ideò ratione illius sunt in substantia, neque ex hoc sequitur, quod afficiatur conditionibus subiecti quo, quia sunt idem realiter cum illo: quia tamen hoc non semper verum est, videmus semper, quod similitudo est idem realiter cum albo: & tamen non dicitur alba, præsertim, quia non sunt in subiecto & adæquate, sed in adæquate, quia sicut accidentia incompleta, ita existunt, non in subiecto proprio: sed in subiecto extenso quod est subiectum adæquatum quantitatis: in adæquatum verò indiuisibilium.

Sed obijcies illa accidentia, quæ sunt in subiecto extenso, ratione alterius non ratione sui sunt diuisibilia saltim per accidens, vt albedo, & figura: ergo si indiuisibilia sunt in subiecto diuisibili sunt diuisibilia, saltim per accidens. Respondetur longe disparem esse rationem de indiuisibilibus, & de albedine, & alijs accidentibus, quæ sunt extensa per accidens nam hæc sunt entia completa non priora entis completi, & subiectatur in substantia media quantitate, & subiectum quo vere, & ideò extenduntur per accidens ad extensionem qualitatis: indiuisibilia vero sunt accidentia incompleta in ratione indiuisibilis, cum vt sic sint priora entis completi, & non subiectentur in substantia media quântitate vt subiecto quo renera: sed in quantum sunt continuatiua, aut terminatiua partim eius.

Sed dices, accidẽs semper tribuit subiecto in quo est aliquam denominationem, indiuisibilia vero non: ergo non sunt accidentia. Respondetur falsum esse, quod indiuisibilia nullam tribuant denominationem. Nam si sint terminatiua tribuunt esse terminatum, si cõtinuatiua continuatum.

Secundum argumentum, est, si indiuisibile est ens positiuum sequitur partes continuæ non continuari: sed tolum se habere consequenter: hoc autem est impossibile. Et sequellã probo, quia inter vnam, & alteram partem mediat aliquid alterius rationis. Respondent aliqui, quod indiuisibilia terminantia vere sunt actu incontinuo continuantia solum sunt in potentia cum Aristoteles dicat tertio Methaphisi. indiuisibilia esse in medio magnitudinis, sicut statua in rudi lapide, sed in potentia: atque ideò partes continuæ sunt quæ inter vnam, & aliam nihil positiuum actu mediat: sed omnino falsa est solutio, quia effectus formalis non potest esse sine causa formali: sed esse partes continuatas est effectus formalis cõtinuatiui, sicut esse terminatas indiuisibilibus terminãtis: ergo impossibile est actu cõtinuatas esse partes sine cõtinuatiuis actu: Arist. autẽ loco citato solũ voluit significare indiuisibilia non habere propriã existentiã, & si potẽtiã habeãt,

ad existendum, sicut materia habet potentiam ad existendum: cum tamen existat aliena existentia formæ. S.S, compositi Quid. ergo dixit. Aristoteles indiuisibilia esse potentia in continuo: existunt tamen reuera actu, quamuis non propria: aliena tamen existentia, quod determinatius etiam est dicendum verum ad argumentum, aut aliter. Respondetur negando sequellam, tum quia in huiusibilia non distinguntur realiter á continuo, neque á partibus eius, quod tamen requiritur vt essent consequenter se habẽtia, tum etiam, quia priora sunt illius.

Tertium argumentum est si indiuisibile est aliquid positiuum, & prius ipso terminato: ergo ab illo separari potest: sed post illam separationem adhuc maneret continuum terminatum cum nõ maneret infinitum: ergo seipso terminatum, & non indiuisibilibus. Petit hoc argumentum vt indiuisibilia possint separatim a continuo, saltim de potentia Dei absoluta, nam secundum rem nunquam contingit esse separata: in qua dubitatione duo sunt vero dicenda. Alterum, quod continuatiua non possent á continuo separari, ita vt maneat continuum sine continuatiuis, quia quamuis non sint de essentia continui: sunt tamen de cõcepta illius implicat enim contradictionem manere continuum sine continuatiuis, quia exentur continuum cuius partes copullentur aliquo termino communi: implicat autem contradictionem copullari termino communi sine continuatiuo: ergo implicat manere continuum sine continuatiuis. Secundo supponendum est, quòd similiter est repugnans, vt indiuisibile, quodcumque à continuo separetur quod quamuis non sit minus certum: rationem tamen illius assignare non est facile: quidam enim dicunt rationem huius esse, quia de essentia continuatiui est continuare: separatum autem non continuatur: sed hæc ratio supponit falsum, quia indiuisibile continuatiuum, quo terminatiui sunt eiusdem speciei, vt superficies continẽs, hoc est terminans, & continuans: sed terminatiuum terminatur, & continuatiuum continuatur, & non terminatur, vt sic: ergo non est de essentia continuatiui actu continuare, neque de essentia terminatiui terminare. Alij vero dicunt rationem huius esse, quia indiuisibile non est capax existentię cum non sit ens: sed entis priuatiui: verum tamen hæc ratio supponit falsum, & si verum dicat difficultatem non euacuat falsum quidem supponit, quod indiuisibile non sit ens cũm linea superficies sint species quantitatis: ergo sunt entia & non euacuat difficultas, etiam si verum dicat, quia forma substantialis non est ens sed entis principium: & tamen existere potest diuina potentia sine composito, aut materia, neque admittendum est si alij qui dicant rationem huius esse, quia est idem realiter quorum vnum ab alio separari potest, vt terminus ab actione, fundamentum á relatione. Ratio huius est, quia quoties aliquid in sua existentia pendet ab alio, tamquam á causa materiali cum quo idem realiter absque illo esse, nullomodo potest, qua ratione non potest esse figura sine quantitate, relatio sine fundamento, passio sine actione vere, cum indiuisibilia dependeant in sua existentia á continuo, tamquam á causa materiali cum quo sunt idem realiter, sequitur ab illo separari non posse, ex quo ad argumentum solutio patet, quod etiam si indiuisibilia sint priora ratione tamẽ quia per posteriora solum existere possunt, tam quam per causam materialẽ, cum qua sunt idem realiter, ideò ab illa separari non possunt nisi tam hæc, quã illa destruantur.

Vltimum argumentum, qualitas non terminatur intrinsice aliquo positiuo indiuisibili sed se ipsa: ergo neque quantitas. Probo antecedens, quia

quia si qualitas á parte post terminare tur, etiam á parte ante, atque ideo v.g. in albedine esse principium indiuisibile, quo l sine motu fieret, & á quo inciperet alteratio: atque ideò vt mutatum esse absque motu. Confirmo, quia Aristoteles definijt punctum per negationem, dicens punctum est cuius nullæ sunt partes & de motu animalium, dicit indiuisibilium nullam esse substantiam. Sed respondetur primo, falsum esse, quod qualitas non terminatur aliquo positiuo: habet enim qualitas suos indiuisibiles terminos, tam á parte ante, quam á parte post: sicut enim quantitas habet terminari puncto dimensionis, sic & illa puncto perfectionis vere incipit intensio, quod qualitas non est: sed principium eius, neque ex hoc sequitur ante motum esse mutatum esse (vt videbimus inferius.) Ad confirmationem respondetur, quæ positiua sunt per negationes diffinite solemus, vt materiam primam, & primam substantiam, atque ideò ex eo quod punctum per negationem diffiniatur, non sequitur esse quid positiuum; alibi vero per positiuum illud definijt dicens punctum est quod habet positum in continuo. Ad aliud dicimus, ibi solum Aristotilem se negare indiuisibilia esse substantia contra quosdam antiquos.

ARTICVLVS III.

Vtrum continuum ex indiuisibilibus componatur?

PRO huius expositione aduertendum est, quod partes sunt in duplici differentia, quædam sunt partes essentiales: vt materia & forma.

Confirmo naturales quædam sunt res i[illegible] vt m[illegible] x p[illegible] in a[illegible] mine. Rursus integrales, quædam sunt homo geneæ, quæ habent eandem rationem cum toto, quædam sunt etherogeneæ, quæ sunt diuersæ rationis inter se, & á toto: de integralibus vero procedit quæstio, vtrum indiuisibilia sint partes componentes continuum in qua quæstione duæ sunt sententiæ præcipuæ. Prima est eorum, qui sentiunt constare continuum ex indiuisibilibus, quæ fuit stoycorum Leuripi, & Democriti referente Simplicio tex. 1. Themistio. tex. 3. quam tamen probare, nituntur pluribus argumentis in fine soluendis: duobus tamen positis fundamentis. Primum est indiuisibile additum indiuisibili faceret maius. Secundo indiuisibilia, quę componunt continuum non infinita esse sed finita esse. Opposita sententia est Platonis, & Aristotelis hoc loco, & lib. de lineis visualibus, quos plures sequuntur Alexander, Themistius, Simplicius, Theologi in 2. dist. 2. quæst. 1. Scotus Iauellus, & Sanctus Thomas, Durandus: qui omnes asserunt continuum constare ex diuisibilib⁹ in semper diuisibilia: non tamen indiuisibilibus lineam scilicet ex partibus lineæ, non est punctis superficiem ex partibus superficiei non ex lineis motus ex partibus motus, non ex mutatis esse, quæ sententia nobis accipienda est, illamque rationibus cõprobamus, tum ex Physicorum, tum ex Methaphysicorum peritis. Primo sic, linea finita definitur á Mathematicis primo sic, quæ clauditur & terminatur pũctis, quæ definitio non esset sufficiens, si linea esset non composita ex duobus pũctis, quia termini debent esse diuersi, á re terminata: cum ergo in illa linea nihil aliud sit, quam illa duo puncta, non esset linea punctis terminata.

Confirmo, quia linea recta definitur cuius medium æqualiter se habet ad extrema: sed in casu, quod linea constaret duobus punctis, non haberet medium, quod æqualiter se haberet ad extrema: ergo. Secundo omnis quantitas

continua est diuisibilis in duas medietates æquales, aut in partes inæquales teste Euclide primo libro elementorum: sed si linea componatur ex indiuisibilibus, deficit hoc principium, quia linea composita ex tribus punctis non potest diuidi in duas medietates æquales, nisi punctum diuidatur quod est impossibile, nam simliter si duobus punctis composita esset non posset diuidi in partes æquales: ergo impossibile est continuum componi ex indiuisibilibus.

Confirmo, quia vt constat ex Euclide loco citato diametrum, quadrati non est commensurabilis costæ, at vero si linea componatur ex indiuisibilibus daretur, quod mensuratum, quia in qualibet costa, quadrati sunt assignabilia tot puncta, quod in diametro, & per consequens æqualis erit costa, quadrati cum diametro.

Deinde rationibus naturalibus probo hæc sententia, quibus illam probat Aristoteles hoc loco. Primo sic, continuum constat ex indiuisibilibus continué se habentibus, quia continua sunt quorum vltima sunt vnum: sed indiuisibilia non habent vltimum, quia non habent partes: ergo non possunt esse continua, nec componitur ex indiuisibilibus se tangentibus, quia indiuisibilia nulla ratione se possunt tangere, scilicet quia se tangant ratione partium, ita vt pars vnius tangat partem alterius & hoc non, quia indiuisibilia non habent partes: ergo non possunt se tangere ratione partium, aut secundum se tota, & hoc non, quia quæ hoc modo se tangunt penetratiue se habent: sed continuum non potest componi ex partibus se penetrantibus: ergo partes continui occupant maiorem locum, quam quælibet pars seorsum: ergo non se penetrant, nec componunt ex indiuisibilibus consequenter se habentibus. Tum quia sequeretur terram, & aquam, & omnia, quæ sunt in vniuerso continuare cum omnia, quæ sunt in vniuerso consequenter se habeant. Tum etiam, quia illa consequenter se habeant inter quæ nihil mediat eius rationis, quamuis non se tangant sicut duo homines, quamuis dicuntur se consequenter se habere, quia inter illos non mediat alius homo: sed inter quælibet duo puncta mediat linea si non se tangunt: quæ tamen est eiusdem rationis cum punctis: ergo non se habet continenter. Et probo, Aristoteles hoc ipsum supponendo duo, alterum est ante quodlibet mutatum esse in motu præsupponi moueri. Secundum, quod si mouetur aliquod mobile per aliquam magnitudinem, necesse est moueri per partes illius, quibus suppositis sit magnitudo, constans tribus punctis a. b. c. est per quas moueat aliquod mobile; aut ergo istud mobile, quod mouet per prius habuit moueri, quam motum esse, aut simul sit vtrumque si simul est contrariam suppositionem, & sequitur motum non esse successiuum, atque ideò non esse motum: si autem prius fuit moueri, quam motum esse per. A. ergo sequitur, quod. A. sit diuisibile, quia eo tempore, quo erat moueri, & non mutatum esse partem erat in termino à quo partim vero in termino ad quem ipsius spatiij. A. & per consequens. A. erat diuisibile: non ergo componitur ex indiuisibili spatium.

Tertio, si magnitudo constat ex indiuisibilibus sequitur quod velocissimũ, & tardissimum mobile eodem tempore moueantur, quod est impossibile. Et probo, ponamus magnitudinem per quam vtrumque mouetur totidem cõstare tunc dum tardissimũ mobile mouetur per vnum indiuisibile transibit: ergo iam vtrumque æquè mouetur.

Quod si dicas, tunc mobile tardissimum transit vnum indiuisibile mobile velocissimum transiturum tertia contra hoc est, quod mobile tardissimum vno indiuisibili temporis transit vnum indiuisibile magnitudinis: ergo scilicet

eodem

eodem tempore transit mobile velocissimum, scilicet minori idē mobile magnitudinis: ergo indiuisibile temporis diuiditur si æquale habemus intentum: imo sequeretur, quod si mobile tardissimum per vnum terminum instans procedit mobile velocissimum, quod numquam illud consequatur, quia si tardissimum sit in secundo indiuisibili, & velocissimum in primo, dum hoc transit ad secundum indiuisibile, iam illud erit in tertio si quidem non quiescit, neque est aliqua magnitudo media inter indiuisibilia in qua moueatur tardissimum, dum velocissimum prouenit ad secundum plures alias rationes factas vide. mus apud Aristotelem Sotum, & Pereyra. 10. Physico capite. 3. Confirmo hæc sententia ex Concilio Constantinensio sessione. 5. cap. 5. vbi inter errores Eliph. ponitur, quod senserit lineam punctis, tēpus instantibus componi, vtaliter nullo modo possint: ex quibus sequitur perperam Albertus. 6. Physico. tractatu primo continuum constare pro materia partibus diuisibilibus, pro forma indiuisibilibus, qui aut dicit Durendus in. 2. distinctione. 24. quæst. 4. nullum accidens essentialiter constet ex materia, & forma: ergo nec continuum, alias esset substantia corporea, & ens non secundum naturam: sed naturale. Secundo, quia nihil essentialiter potest constare pluribus formis in continuo, aut sunt in numera indiuisibilia: ergo non sunt formę essentiales continui.

Secundo sequitur perperam, & omnino gratis limitasse quadam streotericos sententiam Arist. ad continuum permanens putantes successiua continua ex indiuisibilibus constare, vt tempus, & motus cum contrarium aperte ostendat Aristoteles tex. 4. & 10. cap. 6. quod accidēti ratione constat. Primo, quia si tempus & motus constant indiuisibilibus cum magnitudo diuisibilis constet, sequitur indiuisibile diuidi: hoc autem est impossibile: ergo id ex quo sequitur maiorē probat, quia cum mobile libere transeat magnitudinem eandem minori tempore, quam mobile tardum si mobile tardum per magnitudinem duorum palmorum moueatur tempore constante duobus indiuisibilibus mobile: ergo & libere transibit vnum palmum minori tempore, quam sit vnum indiuisibile temporis, & per consequens indiuisibile temporis diceretur. Secundo hoc ipsum probo, quia ex illa sententia sequitur aliquid esse in multis locis, quod est impossibile. Probo sequellam si. v. g. triū indiuisibilium, & magnitudo trium actionum diuisibilium respondentium partibus tēporis, quādo in vno indiuisibili tēporis moueret mobile per vnā partē magnitudinis cum illa parte possumus distinguere extrema, esset medium, quæ diuersa loca sunt iā mobile erit in multis locis simul, si quidem in vno instanti, & in omnibus illis vere cum Aristoteles libello illo de lineis insecabilibus dixit ignarij, & in vicilj ingenij esse opinionem, quam euidens ratio. Probo differere, quod non possit argumentis oppositæ oppinionis respondere sufficienter, & euidentibus rationibus, quia & tantorum virorum authoritate huius sententię veritas composita sit á nobis differenda non est, quamuis argumenta contrariæ oppinionis dissoluere nō esset facile.

Quorum primum est idem iuditium videtur de quantitate cōtinua, ac discreta, sed sicut quantitas discreta cōponitur ex indiuisibilibus ex vnitatibus: ergo quantitas continua componitur ex indiuisibilibus. Confirmo, quia vnūquodq; cōponitur ex his, ex quibus constat: sed linea cōstat punctis: ergo cōponitur ex illis: sed Respō. ad primū falsum esse, q̄ quantitas discreta cōponatur omnino ex indiuisibilibus quia vnitates ex quibus constat non componuntur vt indiuisibiles sed vt diuisibiles, nam vnitas, quæ est pars numeri, quāuis sit indiuisibilis secundum rationem discreti: est tamen

diuisibilis secundum rationem continuus atque adeò non est simpliciter indiuisibilis. Secundo respondetur aliam esse rationem de quantitate discreta, & de continua secundum partes quantitatis discretæ non sunt si nul, sed seiunctæ: partes vero quantitatis continuæ, continuæ esse debent, & quia indiuisibilium non possunt esse continua, nec contigua, & consequenter se habentia ideò continuum non poterit componi ex indiuisibilibus. Ad confirmationem respondetur, dupliciter fieri aliquid aliquo constare. Vno modo tanquam ex partibus, & hoc ratione non componitur, scilicet constat punctis. Alio modo tamquam ligamine & vnitiuo partium, & hoc modo linea constat punctis.

Secundum argumentum est si magnitudo constat diuisibilibus in semper diuisibilia, cum non sit dari partes quibus non sit altera prior. Sequitur aut non posse confici motum per aliquam magnitudinem, vt posuit Leno, aut cũ videamus absolui motus constat indiuisibilibus similis magnitudo. Respondetur falsum supponere argumentum, scilicet per quã lo mobile mouetur, mouetur per se per singulas partes magnitudinis: cũ tamen solũ moueatur per accidens per singulas partes, quatenus scilicet sunt vnitæ in vno ente, & finito quia sunt vnum finitum ens, & si proportione fiat infinity, vt videbimus inferius.

Sed dices, constat ex indiuisibilibus, scilicet punctis: ergo etiam reliqua continua. Antecedens probo, quia duæ lineæ secundum vltima extrema se tangentes habent puncta extrema immediata: ergo in qualibet linea sunt puncti extremi immediati. Respondetur falsum esse lineam constare punctis, & ad probationem verum esse puncta se tangere in diuersis lineis, quia contigua sunt ad quod non requiritur ex indiuisibilibus fieri maius: non tamen possunt esse cõtinua in eodem. Ad hoc argumentum, vt indiuisibilia iuxta supposita componentia continuum faceret maius quod autem indiuisibile additum indiuisibili non faciat maius probat Arist. ca. 1. te. 4. quia indiuisibilia si aliquo modo se tangunt, maxime secundum totum: sed ex his quæ se tangunt maxime secundum totum, cum vnum non habeat esse extra aliud, nequit fieri continua cuius partes aliæ extra alia sunt diuersum locum habent actu, vel potentia: ergo indiuisibile additum alteri non facit maius. Secundo quia si linea diuidatur in duas medietates, quæ rursus manent cõtiguæ eundem locum occupant, & non maiorem, quam prius: ergo additus indiuisibilis non facit maius patet consequẽtia, quia facta est diuisio solũ erat prius vnum punctum continuans illas partes: ex diuisibili vero corrũpto sumpto continuatẽ fiunt duo terminantia.

Tertium argumentum est si continuum componitur ex diuisibilibus in semper diuisibilia: ergo habet infinitas partes, hoc est impossibile: ergo & illud ex quo sequitur. Probo antecedens. Primo quia si haberet infinitas partes, Deus cognosceret illas: atque ideò posset illas diuidere: si autem essent diuisæ omnes iam non essent diuisibiles: sed indiuisibiles, alias si in singulis partibus essent aliæ partes illas non cognouisset Deus, si quidem non diuisisset. Secundo quia infinitæ illæ partes infinitam magnitudinem componerent, & per consequens esset infinita magnitudo actu. Respondetur verum esse infinitas partes in continuo, quas omnes, & singulas Deus distinctæ cognosceret scilicet cognoscit non sequitur omnes diuidere illas posse, quia sequitur implicatio contradictionis, ex eo quod diuidatur non tamen ex eo quod cognoscatur (vt diximus tertio libro, quæstione vltima.) Ad secundum probationem respondetur, falsum esse partes illas componere infinitam magnitudinem, quia sunt proportionales, aut communicantes.

Vltimum

Vltimum argumentum est tempus cõponitur ex indiuisibilibus: ergo quodlibet aliud continuum. Probo antecedens, quia cum ex toto tẽpore nihil sit, quam nunc ipsum nihil erit futurum, aut præteritum nisi nunc constet: ergo ex instantibus. Secundo, quia si tempus componitur ex indiuisibilibus in semper diuisibilia, sequitur quòd sicut non possunt exactè diuidi, ita nec fluere cũ fixe fiat diuisio temporis. Tertio, quia sicut sunt infinitæ partes diuisibilis tẽporis, ita infinita sunt instantia continuatiua, & terminatiua, & consequenter in qualibet parte temporis transeũt infinita instantia, quod est impossibile cum infinitum per transiri non possit. Respondetur tamen negando antecedens, & ad probationem satis ostensum est 4. Physi. non solum in ea: sed partes temporis præsentes esse. Ad secundum Resp. falsum esse, quod partes diuidantur diffluunt, quia non fluunt singulæ partes proportionales per se: sed per accidens diffluũt æquales partes diffluit æqualis est, & imperfectibilis pars temporis sicut nec singulæ partes proportionales spatij per se non transeunt. Ad tertium concedimus in qualibet parte temporis esse infinita instantia, & tamen transiri possunt quæstionũ non trãseunt singulæ per se: sed per accidens, sicut partes proportionales tẽporis quæ non existunt per se primo: sed per accidens ratione æquali, & perfectibilis partis temporis, quæ præsens: tamen sicut in qualibet parte lineæ potest assignare punctum, quodcumque ita in qualibet parte temporis potest assignari instans, quodcumque.

Sed dices si Deus separet punctum à linea maneret terminato alio puncto: ergo hoc, & illud, quod prius terminabitur erant immediata in linea. Respõdetur, quòd impossibile est punctum á linea separari sine parte lineæ, quia (vt supra diximus) indiuisibile á continuo separari non potest sine parte continui, quia indiuisibilia, nec per se generãtur aut corrumpuntur, sed per accidens ad generationem continui: cum diuiditur linea corrumpitur punctum continuans, & generantur duo continuatiua in partibus diuisis, quia sicut quælibet incipit vnum ens actu, & per se, sic & termino aliquo terminari, quia illæ duæ medietates duobus punctis terminantur de nouo productis: quæ tamen prius erat impotentia, postea fiunt in actu, sicut quando continuantur duæ partes corrumpuntur, duo indiuisibilia terminatiua, & generatur vnum continuans, sicut existentia totius continui corrumpitur, quando diuiditur totum, & generantur aliæ duæ existentiæ totales in partibus, in quas diuiditur vnũ per diuisionem desinant esse partes, & fiant integra corpora completa. Contra vero per continuationem desinunt esse tota, & fiunt partes.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm in continuo sint partes actu infinitæ?

PRo cuius intelligentia aduertendũ est in continuo, & partes actu licet non sint entia actu: sed potentia, quia possunt esse seorsum à continuo separata, & actu entia, ante diuisionem vero sunt actu partes re idem, quamuis ratione distinctæ quod est ab omnibus sine controuersia receptum (vt patet ex definitione continui cap. de quantitate) continuum est cuius partes copulantur aliquo termino communi, ex definitione etiam quantitatis 2. Methaph. capit. 13. quantum est diuisibile in ea, quæ insunt primo in partes, quę actu sunt in toto; partes inquam integrantes, & nomine etiam constat. Nam continuum eo ipso quod quãtum est extensum est, & diuisibile in partes, ergo illæ partes

sunt actu in continuo ante diuisionem: patet consequentia: quia per diuisionē actualem, iam non sunt partes: sed totum quodam. Vnde S. Thomas 1. parte quæst. 3. artic. 7. & collibeto quarto & penultimo dicit per diuisionem actualem, diuisa esse tota continua; per diuisibilitatem vero distinctas partes in continuo. Et confirmo, quia continuum est actu totum, & compositum: ergo dicitur habere partes: sed quia omnes existunt existentia continui, & sunt idem realiter non sunt actu entia. Secundo sciendum est, quod partes continui, quædam sunt aliquotæ & determinatæ, & sunt illæ, quæ habent determinatam quantitatem, nempe aut vnius palmi, aut vnius vlnæ: aliæ sunt partes proportionales, quæ scilicet non habent determinatam quantitatem: sed semper sumuntur minores, atque minores cum medietas quarta pars octaua pars. de partibus ergo aliquotis, & determinatis nō procedit quæstio, quia certum est non esse actu infinitas, sicut nec totum est actu infinitū, sed de partibus proportionalibus, quæ sunt in continuo quæritur an sint actu infinitæ, vel finitæ, quod etiam dicendum est de partibus determinatis se cōmunicantibus: sunt autem duæ sententiæ de proposita. q. 1. est eorum, qui existimant in quouis continuo esse infinitas partes potentia, non actu, quam sequuntur Simplicius hic tex. 2. Ball. controuersia secunda prima Ferrarius 3. Physicorum quæstio. 6. Iauellus quæstione. 10. Toletus hic quæst. 1. ducti vero sunt ad id asserendum auctoritate, & ratione: auctoritate quidē Arristotelis 8. Physi. tex. 68. dicentis, in continuo esse finita media non actu: sed potentia, ratione etiam ducuntur. Primo sic si in cōtinuo sunt infinitæ partes actu sequitur quod infinitum actu tempore finito per transiret: infinitum autē per transiri non potest: ergo non sunt in continuo infinitæ partes actu. Probo maiorem, quia spatium vnius vlnę mus ca tempore terminata poterit per transiri, transeundo prius vnam partem quā aliam in spatio, aut cum in cōtinuo est: infinitæ autem sunt partes: ergo infinitum actu per transiret.

Secundo infinito non potest fieri additio: sed partibus cōtinui potest fieri additio, vt si quæ continuę & infinitę adessent aquæ; ergo partes illæ non sunt actu infinitæ. Confirmo, quia vnum infinitum in actu non potest esse maius alio, & per consequens partes vnius sunt plures, quam partes alterius: ergo nullæ sunt infinitæ actu. Tertio, quia si in continuo sunt infinitę partes actu, sequitur numerum actu esse infinitū aliquorum entium completorum, quod est impossibile. Probo sequellam, quia quę libet pars dicit relationem realem partis ad totum cum á toto realiter distinguantur relatio autem est ens completum. Præterea si infinitæ sunt partes, infinita sunt indiuisibilia continuantia: ergo infinitæ sunt lineæ, quæ tamē sunt entia completa: ergo infinitus est actus numerus. Confirmo, quia sequeretur quod partes essent æquales toti, quod est absurdum. Probo sequellam, quia si diuidatur continuum in duas medietates rogo aut in qualibet sunt partes infinitę actu, scilicet secus; si non ergo nec inquouis alio continuo harum finitæ partes actu si sint: ergo tot partes sunt immedietate continui, sicut in toto, & per consequens pars esset æqualis toti. Opposita sententia est, quod scilicet infinitæ partes proportionales sint inquouis continuo infinitę actu S. Tho. textu 37. Durandus in 2. distinct. 37. quæst. 2. Ochan in. 1. quæst. 1. Gregorius distinct. 43. quæst. 4. Perey. 1. Physi. capit. 9. Sotus. 3. Physicorum. quæst. 3. Sonc. 12. Methaphysi. quæst. 31. quæ ab omnibus sequenda est his rationibus. Primo continuum est diuisibile in infinitum sincathegorematicē, taliter quod possunt abstrahi ab illo plures, & plures partes in infinitum, & nunquam finita est

diuisio:

diuisio: ergo infinitas habet partes proportionales in actu; patet cõsequentia tum, quia Arist. 3. Physicorum tex. 69. quantum est potentia; tamen cõtingit esse actus: tum quia nulla alia ratione colligimus in Deo veritatem actuam esse infinitam actu secũdum perfectionem, nisi quia potest producere creaturas plures, & plures perfectiores, & perfectiores in infinitum: & tamẽ multitudo creaturarum est perfectio creaturarum non procedit in infinitum, nisi sincathegorematicè: ergo vt infinita sint sincathegorimaticè extrahat ab aliquo necesse est illud habere aliquam infinitam in actu, & per consequens diuisio entis in continui procedat in infinitum necesse est, quod infinitas partes in actu. Confirmo, quia ex Aristo. 3. Physicorum textu. 66. infinitum est, cuius semper est aliquid secundum quantitatem accipere extra: si autem, quod extra accipitur actu est, infinitum est actu: si vero potentia, infinitum est potentia: sed partes continui, quæ accipiuntur aliæ extra alias sunt actu in continuo: ergo sunt infinitæ. Secundo probo hoc ipsum, in continuo nõ est aliqua pars simpliciter prima, neque vltima: ergo sunt actu infinitæ partes. Probo antecedens quia quælibet pars versus principiũ est diuisibilis in semper diuisibilia, & similiter versus finem, nec possumus deuenire ad aliquam partem indiuisibilem. Tertio quia partes, quæ sunt in continuo actu sunt finitæ, vel infinitæ; si finitæ habemus intentum: si autem infinitæ: ergo continuum potest esse distinctum in omnes suas partes, cum in partes finitas absolui possit.

Si autem dicas, quod neq; sunt actu finitæ, neq; infinitæ: sed solũ infinitæ in potẽtia, quia hoc est, quia illa particula potentia appellat supra partes, ita vt si sensus partes illæ, quæ sunt infinitæ sunt partes in potentia, & hoc nõ, quia vt initio possumus partes cõtinui actu sunt partes, quia actu totum componũt, quamuis nõ sint entia actu, cum existant existentia continui, aut illa particula potẽtia, appellat supra infinitas, & ne hoc verum esse potest, quia infinitũ in potentiam dicitur propter id, quod nondum habet: sed potest habere, sicut numerus dicitur infinitus in potentia propter vnitates, quæ possunt illi aduenire de nouo per additionem, & nõ propter vnitates, quas habet actu: sed continuum non dicitur diuisibile in infinitum ratione partium, quas potest habere: sed ratione illarum, quas iam actu habet: ergo non dicitur habere partes infinitas in potẽtia: sed actu. Et confirmo efficaci ratione, quia aut in continuo nullę sunt partes actu, aut sunt infinitę, quod cõstat ex eo, quia si sunt aliquæ partes actu, maximé duæ medietates inquas diuidi potest in tres tertios, aut in quatuor quartos, & quælibet pars diuisa in duas medietates in infinitũmínores, & minores: ergo nõ est maior ratio, quare sint duę, quã infinitæ actu.

Respondetur ad argumẽta opposita, quæ leuia nõ sunt. Resp. ad auctoritatẽ Aristotelis, rectè Aristotelem ibi negare in cõtinuo esse infinita media, quæ sunt actu res diuersæ, quia dum á continuo actu diuersa non sunt, solum potẽtia sunt res diuersæ actu: tamen sunt vna res: non tamen negat in cõtinuo esse infinitas medietates actu, ratione diuersas; vere si alicubi reperiatur apud S. Tho. aut Arist. continuum esse infinitum in potentia, sic intelligẽdum est, vt velit nõ esse infinitũ actu quamuis partes illud componẽtes sint actu infinitę, quia nõ sunt diuersæ realiter, atq; ideò vna res finita constituitur ab illis scilicet, si dicam partes esse infinitas in potẽtia, ista particula potẽtia nõ appellat supra infinitas, nec super partes: sed super hoc, quod est esse, quia si huiusmodi partes cõtinui sunt entia in potẽtia, quãuis sint actu partes. Ad primã autem rationem Resp. quod omnes illę partes infinitæ proportionales cũ minores, & minores

res sint constituunt vnam rem finitam, & finitæ extensionis, ita quãuis aliquod per spatium moueatur, nõ sequitur per transiri in infinitum actu, sed per transit omnes partes continui, & continuũ ipsum, vt vnam rem finitam, cum omnes cum suo toto sint vna res finita. Nã si essent res infinitæ, aut entia infinita per transiri non posse.

Sed dices si indiuisibilia separentur à continuo manentibus eisdem partibus, impossibile esset mobile tempore infinito illas omnes per transire. sed ex indiuisibili addito non reducuntur partes minoris, neq; pauciores: ergo neq; in continuo poterunt per transire. Respondetur longe diuersam esse rationẽ, quia cum in continuo sunt indiuisibilibus vnitæ, nõ sunt entia actu, nec necesse est omnes proportionales partes per se per transiri à mobili: sed solum per accidẽs æqualibus, aut aliquotis per se transactis, vt cum passibus, aut pedibus gredimur per spatium: imo vero solũ ipsum continuum, quod est ens actu per se per transire, necesse esset, vt cum essent infinita entia transitus consumari non posset: non ergo ex indiuisibilibus pauciores, aut minores reducuntur partes: sed alio modo se habent: fiunt enim communicantes in toto, & desinunt esse entia actu, vere sequitur, quod numerus iste partium, quæ sunt in continuo non est prædicamentalis, quia copulantur aliquo termino communi vere discretæ non sunt rei: sed solum per nostram rationem, sicut diximus de nostro partiũ motu in definitione tẽporis: sed est transcendentalis finitæ, scilicet similitudo in completorum entium.

Sed obijcies, si quis velit diuidere, vel numerare, vel omnes partes proportionales continui, nunquam finiretur illa diuisio, vel actus numerandi: ergo si aliquis velit per transire singulas illas partes, nunquam finiretur transitus: sed per motum debet transiri: ergo nunquam finiretur motus si partes illæ sunt infinitæ actu. Respondetur adhuc disparem esse rationem, quia actus diuisibilis, aut numerandi terminatur ad vnam quamque partem per se; & ideò nunquam potest fieri per se diuisio illa, scilicet actus numerandi: motus vero quãuis per transeat omnes partes: non tamen terminatur ad vnam quamq; per se: sed solũ ad terminatam, sicut neq; est possibilis calefactio, quæ terminatur per se ad vnã partem proportionalem; sed terminari ad certum gradum determinatum, vt duo, vel tres in quo per accidens ad partes proportionales terminatur.

Sed instabis vrgentius, saltim sequitur quodlibet continuum infinitum occupare locum, cui oppositum experientia cernimus. Sequellam probo, quia ablatis omnibus indiuisibilibus partes si essent infinitæ actu, infinitum occuparẽt locum & in continuo indiuisibilibꝰ copulantis partibus eiusdem occupabãt locum infinitum, patet consequentia, quia ex indiuisibilibus non reducuntur partes minores.

Ad hoc argumentum quidam Resp. negando paritatem rationis, propter rationem assignatam, quia ablatis omnibus indiuisibilibus sunt partes entia actu positis vero nõ sunt: sed hæc solutio non est firma, quia reuera, quod pars sit ens actu, aut non sit; non ideò, quia ablatis omnibus indiuisibilibus sunt partes entia actu: positis vero non sunt: sed hęc solutio non est firma, quia reuera, quod pars sit ens actu, aut non sit; non ideò minorem habet extensionem, aut maiorẽ: sed prorsus æqualis est extensionis, cum est in continuo medietas illius, & cum ab illo separatur; ergo si ablatis omnibus indiuisibilibus occuparent infinitũ locum. Partes illę similiter occupabunt infinitum cum sint indiuisibilibus coniunctæ. Quare negatio nõ est, quod partes continuæ ablatis indiuisibilibus, & si infinitæ sint occuparent infinitum locum: sed infinitas partes eiusdem loci finiti, minores, atq; minores, quia sicut

partes

partes continui non faciunt, infinitam extensionem: sed finitam, quia quamuis sint infinitæ sunt minores. & minores, & quamuis sint infinitæ: sunt tamē minores, & minores proportionaliter, ita & locus, qui partibus continui Resp. finitæ extensionis est, quia partes componentes, quamuis sint infinitę: sunt tamen minores, & minores verē, sicut cū partes continui sunt in continuo nō occupant locum infinitum, quamuis singulis partibus, singulæ partes loci resdō deant: ita etiam si separatæ essent locū infinitum non occuparent: sed sicut partes cōtinui essent minores, & minores: ita etiam locus debitus parti minor, & minor est.

Ad secundum Resp. falsum esse, quod infinita non possit fieri additio; videm⁹ enim in octauo Physicorum, quod quāuis infinito continuo ex omni positione non possit addi aliquid: tamen infinitæ multitudini potest addi aliquid, nō tamen, vt additione illa fiat maior, sicut nec detractione fit minor, quia in infinito sunt in infinities infinita: si autem loquaris de additione, quamuis fit illud, cui fit additio concedimus, ꝙ infinito non potest fieri additio, & ita in continuo, quamuis partibus aliquotis, & determinatis possit fieri additio, quia infinitæ sunt plures, sunt enim quantitates digitales in linea longiori, quam in breuiori: tamen partibus proportionalibus non potest fieri additio, quia sunt actu infinitæ verē quando aqua suscipit additionem, non habet plures partes proportionales, quia tot sunt medietates in aqua maiori, sicut in minori, tot quartæ partes, tot octauæ in vna sicut in alia, sed solū est differentia, quod in maiori aqua istæ partes sunt maiores, quia maior est medietas aquæ maioris, quā minoris. Ad cōfirmationē Resp. verum esse, quod vnum infinitū nō est maius altero, neq; æquale; quia maior, aut minor æqualitas aut inęqualitas sunt de nominationes entis finiti: ex hoc tamen, quod vnum continuum sit maius alio, male infertur quod habeat plures partes, aut sit maius vnum infinitum, quam aliud, quia vnum continuum non est maius alio propter partes aliquotas, & determinatas.

Ad tertium Resp. nullum esse in conuenies, vt detur infinita multitudo entium completorum, aut in completorū sub eadem existentia, & realiter idem, & ita datur infinita multitudo relationum, linearum, superficierum, punctorum sub eadē existētia cōtinui, quæ omnia nō sunt res diuersæ: sed vna res, quamuis ratione differant, neq; hoc est cōtra id, quod diximus 3. lib. nō dari de facto infinitum in actu, solum ibi locuti sumus de infinita multitudine rerū distinctarum, & sub diuersis existentijs, & hoc solum infinitum in actu negatur Arist: in infinita vero multitudo entium completorum, quæ realiter sunt idem, & sub eadem existentia nō negat esse, nec negari: potest, neq; ex his omnibus fit numerus prædicamētalis (vt diximus) neq; ex partibus finitis cū numerus solum cōstet rebus quantitatis; nō continuis inter se, sed discretis: multitudo autem istarum partium linearū, aut superficierum, quamuis quanta sit: non tamen realiter discretorum: sed ratione nostra solum distinguntur reuera cōtinuo nō copulantur. Ad confirmationem Resp. verum esse, quod in qualibet parte sunt infinitæ partes proportionales: inde tamen nō sequitur partem esse æqualem toti cum æqualitas, vel inæqualitas penes partes aliquotas, & determinatas, quę finitæ sunt, & huius denominationis capaces, ex quibus semper pars est minor toto, vt medietas minor est tota quantitate, quia quamuis tot partes proportionales habeant, habent tamen illas minores, & non tot aliquotas: proportionales autem, cum infinitæ sint ratione illarum, non sumitur æqualitas, aut inęqualitas maioris, aut minoritas, quæ finitę entis passiones,

nes, ac denominationes sunt.

Dices saltim sequi, quod calor, & quælibet alia qualitas per motum adquisita est, & infinité intensa, quod inde constat, quia motus quo adquiritur calor, habet partes infinitas; sed cuilibet parti motus Respondetur particula caloris secundum intensionem; ergo est infinitus calor in termino ad quem. Respondetur tamen, quod quãuis per quamcumq; parte motus producatur particula coloris; tamen totus calor est finitæ intensionis, sicut totus motus est finitus secundum extensionem, quia etiam in calore sunt infiniti gradus proportionales, sicut in quantitate infinitæ partes actu; sed sicut in continuo infinitæ partes actu non faciunt infinitam extensionem actu, quia partes componentes sunt proportionales maiores, & minores. Ad hoc autem vt continuum esset actu infinitum debet habere infinitas partes aliquotas, & non communicantes (vt diximus tertio Physicorum) sic etiam, quia gradus in quantitate actu infiniti sunt proportionales minores, & minores non faciunt qualitatem infinitæ intensam: oportet autem ad hoc, quod gradus aliquoti, & determinati essent infiniti; qui tamen non sunt, neque excedunt calorem, vt octo.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm motus fiat in tempore, vel in instanti?

DVo quærimus in hac quæstione. Primum est an sit motus. Secundum an sit in tempore, vel in instanti, & quidem circa primum non quærimus illud, vt probemus motum esse, quia illud est per se notum (vt docet Aristoteles primo Physicorum. capite primo) vbi inquit inductione, & sensu omnia, aut aliqua moueri constare. Sed vt soluamus rationem. Cœnouis Elactis quã conficit ad exercenda discipulorum ingenia, quam tamen soluisse Diogenem Sinicum silentio, & de ambulante prohibetur.

Quorum primum argumentum ex illis, quæ conficit, est spatium, per quod mobile mouetur est diuisibile in infinitum: ergo non prius peruenit mobile, & medium, quam ad immediatum dimidij, & sic infinitum, quia cum nunquam possit absolui motus, motus non erit. Respondetur Aristotelem, quod quamuis spatium illud habeant infinita media, quæ potentia sunt entia, & res infinitæ, quæ tamen omnia illa actu cõstituant vnum ens finitum, ideò finita tempore per transijt totum spatium finitum per se, & partes eius infinitæ per accidens primo ratione sui totius finiti, vere cum mobile non per transeat per se singulas partes spatij nihil concludit argumentum.

Secundum est, mobile in singulis instantibus temporis est in loco adæquato sibi: quoties autẽ mobile, vt sagita est in loco sibi adæquato non mouet: ergo nõ est motus. Resp. concedendo maiorem, & minorem, & negando consequentiã solum vim haberet, si tempus constaret instantibus: cum tamen constet ex partibus diuisibilibus in quibus res mouetur & nõ est in loco sibi adæquato: sed in alio, atq; ideò non habet vim vllam.

Tertiũ est, ad probandum nõ esse mutatum, quæ & inter terminos contradictorios, vt non album, & album, quod sic se habet ex terminis contradictorijs necesse est alterum de subiecto prædicari cum inter cõtradictoria nõ sit mediũ: sed quãdo aliquod mutatur, neq; est in termino à quo, neque in termino ad quẽ, neq; vterq; terminus de illo prædicatur cũ nõ possint duo contradictoria de vno simul verificari: ergo illa mutatio non est potentialis. Respondetur, quod si loquamur de mutatione successiua, qua mobile secundum varias

rias sui partes transit successiue determino in terminum falsum est, quod nõ prædicetur de illo aliquis terminus. Nã illæ de illo prædicabitur, qui secundum plures partes inest mobili: si autem sequatur de mutatione instantanea in eodem instãti res mutatur, & est sub termino ad quem, atq; ideò in illo instanti quo mutatur iam de illo prędicabitur terminus ad quem, quamuis secundum aliquam prioritatem naturæ prius sit mobile sub mutatione, quam sub termino ad quem.

Circa secundum quæritur in quæstione, cõmunis est sententia omnium cũ Aristo. dicat cap. 3. motũ in instãti esse non posse: sed necessario in tẽpore. Idq; sufficiẽter probo, ratio Arist. in contextu quia si motus esset in instanti: ergo tam velox quam tardus in instanti fieri posset: sit ergo spatium A.B. quid mobile, tardum in instanti per transit: ergo velox minor per transibit minori tempore, quod fieri nõ potest nisi instans diuidatur, quod est impossibile. Confirmo, quod est continuum successiuum necessario habet non omnes partes: sed alias post alias; sed motus est essentialiter cõtinuus successiuus: ergo debet habere partes post partes, ac proinde non simul; ergo non est, nec potest esse motus in instanti; patet consequentia, quia in his, quæ sunt in instanti nõ est assignari prius nec posterius. Sed contra hoc arguẽtum eodem modo conuenit successio, vt patet in huiusmodi natione solis nutritione, & generatione non viuentiũ: ergo & mortui etiam per accidens potest conuenire non successio; & non cõtinuitas, atq; per accidens, saltim motus potest esse in non tempore. Et confirmo, quia tribus illis definitionibus motus traditis ab Aristo. non fit mensio successionis: ergo successio non est de essentia motus, ac per consequens non repugnat esse in instanti. Sed Respondetur longe diuersas esse rationes de motu, & mutatione. Nam continuitas, & successio cum sint aliquid positiuum, & de essentia motus, ita illi conueniunt, & nulla alia ratione oppositum possit, neque per se, neque per accidens illi conuenire: indiuisibilitas vero cum sit aliquid negatiuum, ita cõuenit mutationibus secundum se, vt oppositum possit illi per accidens conuenire, sicut homo, ita secundum se nõ est albus, vt per accidens possit esse albus. Ad confirmationem respondetur, nihil argumentum probare, quam ibi Aristoteles definit motum latissimè sumptum, vt motum, & mutationem cum comprehendit, & ideò nullam mẽtionem egit mutationis: hic autem agit de motu propriè sumpto, & expresse successionem, quę cõsistit in eo, quod motus sit á termino in terminum, ac inter extrema positiua.

Sed obijcies, velocitas, quæ est in differentia motus potest esse in instãti: ergo & ipse motus cuius est differẽtia possit esse in instãti. Probatur antecedẽs, nã velocitas motus tantũ potest prouenire ex duplici capite, vel ex minori resistẽtia spatij suppositi æquali virtute motiua, vel ex minori virtute motiua suppositi æqualitate resistentia spatij: sed fieri potest, quod virtus motiua sit infinita in actu, sicut si aliquis causetur motus immediate á Deo: ergo velocitas ab illa virtute causata potest crescẽre vsque in infinitum in actu: sed inter velocitatem infinitam in actu, et finitã in actu nulla est proportio, nec sunt comparabilis sicut, nec virtutes motiuæ infinitæ in actu, & finitæ in actu á quib⁹ procedunt: ergo nec inter mensuras in quibus fiunt prædictę velocitates nõ debet esse aliqua proportio: sed finita velocitas est in tempore; ergo infinita debet esse in instanti inter quas mensuras nulla est proportio. Respond. aliqui, quod si agens á quo prouenit infinita in actu, velocitas esset naturali, quod illud secundum vltimum suæ potentiæ necessario sequitur, quod tãlis veloci-

velocitas esset in instanti, sed tamē, quia illud agere infinitum in actu, à quo prouenit illa velocitas est liberum, & agit prolibito suæ voluntatis tantum applicat cōnatum finitum ad illum motum, & ita velocitas nō est actu infinita, quia dicunt, quod illud agens nunquam est applicaturum totum suum cōnatum, & si illum applicaret tunc (inquiunt) sequitur manifesta implicatio, videlicet, quod illi motus esset in tempore, quia est motus, & esset in instanti, quia haberet velocitatem actu infinitam: verum tamen hæc solutio nobis nō placet. Primo, quia iam sequeretur, quod illa velocitas Dei nō esset actio liberatimo neq; possibilis, si ex illa sequeretur implicatio, quia id ex quo sequitur aliqua implicatio impossibilis est. Vnde nos aliter Resp. dicēdo prædictā velocitatē motus nunquā posse esse actu finitā, nec in instāti: sed infinitā, & in tēpore, quia non est possibilis poni tota simul, & ita nunquā Deus poterit applicare totū suum cōnatum ad illā velocitatē producēdam & ita semper debet esse finitā, & in tēpore. Ratio huius est, quia ea quæ sunt essentialia alicui rei nō possunt ab illa variari: sed successio, & diuisibilitas sūt essentialia motus: ergo nō possunt ab illo variari, velocitas autē solū est, quidā modus ipsius motus cōsequens substantiā eius & essentiā. sed illa supposita ista velocitas nō potest crescere in infinitum in actu: sed tantū in potētia manendo semper intra genus ipsius motus & seruatis essentialib⁹ illius. Vnde ad argumētū in forma Resp. quod prædictę velocitates nō debēt crescere vniformiter ac ipsæ virtutes motiuæ á quibus prouenium. Vnde licet aliqua illarū sunt actu infinita nulla velocitas debet esse actu infinita: sed tantū illa quæ prouenit à potentia motiua actu infinita debet intra suū genus, ita crescere in infinitum in potētia, quod nunquā possit adæquari ab illa velocitate, quæ prouenit à potentia motiua actu finita, sicut cōmuniter dicitur, & bene ꝙ quāuis intellectio suā perfectionē accipiat ab obiecto, ita quod sic perfectior illa, quæ versatur erga perfectius obiectū: ex hoc tñ non sequitur, quod illa intellectio, quod habet obiectū in actu infinitū siccuti est intellectio beatifica debeat esse infinitè perfecta in actu, quia nō crescit vniformiter, ac obiectū: sed tātū sequitur quod manēdo intra genus actionis finitæ, & creatæ, ita crescat in infinitum in potentia, quod nunquam adæquetur ab alia intellectione creata, quę sit erga obiectum actu finitum.

Vltimo, & fortius cōtra eandē cōclusionē obijcies, quod ab omnibus & merito validissimū argumētum iudicatur, quod difficiliter potest, quod est huiusmodi, aut post illud instans, quod modo habemus (quod modo) præsens (rogo) sequitur aliud instas? Et hoc est impossibile, quia aliàs erūt duo instātia immediata, aut sequitur tēpus, quod habeat esse prēsens post illud, & tūc habeo intētū, quia iam datur aliqua pars tēporis præsens, & tota simul, & cōsequenter motū nō sic in tēpore, & successiue: sed instanti & sic habeo intētum. Pro huius solutione seruādū est nobis. Primo id quod ab Arist. obseruatur libro de insecabilibus lineis vbi cū in has difficultates diuisionis cōtinui ponit hæc verba, ignari sic ingenij: sic enim loquitur Arist. aliquā opinionē quam ratio clara sua det, propterea tātū deterrere quia nō possit alicui argumēto satisfieri oppositō: vera .n. inquit apud nos, ita sunt per mixta falsis, quod difficile sic illa ab eis seeernere. Sed nihilominus ad argumētum directe Resp cōcedēdo post hoc instans nō sequi aliud: sed tēpus. nō tamē vt sic præsens: sed vt sic futurū, siccuti á parte ante vere quidē ante hoc instās prēcessit tēpus: nō tamē, vt prēsens: sed vt præteritū. Ratio est, quia præsens prēsenti immediatū esse nō potest. Vnde imaginādum est, quod per tēpus vere, & realiter tātū fit vnicū instās, quod secūdū diuersas

uersas cõsiderationes, & potest constitue re partes diuisibiles tẽporis, & similiter indiuisibilia, quib⁹ ipsę copulantur; ita que si illud instãs cõsideretur, pro vt flu xit, hac ratione cõstituat ipsum prẽteri tũ, quod in fluxu consistit: si vero cõside retur idẽ met instans pro vt effluxurũ, sic cõstituitur futurũ; quoniam influxu rũ esse consistit; si autem consideretur pro vt est quædã quies momẽtanea me dia inter fluxisse, & fluxurum esse, & il la copulans, quia neutrũ illorum habet hac ratione cõstituit ipsum instans prę sens. Vnde sequitur, quod cũ tẽpus futu rũ, vt tẽpus consistat in fluxurũ esse nun quam, vt tẽpus potest esse præsens, nec fieri præsens siccuti quia præteritũ, vt sic consistit influxisse nunquã, vt tẽpus potest esse præsens: sed tantũ de tẽpore habemus præsens, quoddam instans indiuisibile: non autem aliquam tempo ris partem, vt sapientissimẽ docuit Ari stot. 4. lib. Physi. dicens, de tẽpore solũ est prẽsens ipsum, nec est indiuisibile: non autẽ aliqua pars diuisibilis præuide bat: ergo hanc solutionẽ, vel opinionem quæ modo cẽpit in scholis defendi, & illi solutionẽ prẽuidebat. Vnde tota decep tio in hac re ex eo habet ortũ, quia volu mus permanentia; & successiua eadem mẽsura metiri, quod est absurdũ, & tar di ingenij: permanẽtia enim habent es se totũ simul secus successiua: de velo citate autẽ & tarditate motus, & eorũ inter se cõparatione lib. 7. dicam latius.

QVAESTIO, II.

De naturalis entis quantita tis successiue termino, in se, & in permanentibus.

HOC est de modo quo res, tã successiuę, quam perma nentes incipiunt esse in tẽ pore, quod est dictis est du ratio, & quãtitas successiua de cuius ter mino, quantũ ad integritatẽ præceden ti quæsit. diximus: In prẽsenti aũt sexdu bitationes, se offerũt. Prima, quomodo incipiant, & desinãt esse res successiuę. Secunda, si detur primũ & vltimũ muta tũ esse in motu. Tertia, siquis habeat es se in instanti? Quarta, quomodo incipiat & desinat quies. Quinta, de modo inci piendi rerum permanentium. Vltima, si indiuisibile possit moueri.

ARTICVLVS. I.

Quomodo incipiant, & desi nant esse res successiuæ?

QVamuis in hoc libro Arist. nihil de inceptione, & desitione rerũ per manentiũ, dicat vsq; ad octo libros, quib⁹ de inceptione, & desitione multa do cet ex quibus potest colligi, quid sit de permanẽtibus dicendũ id circo hac quæ stio. & sequẽtibus de inceptione erit ser mo. Et pro intelligentia huius doctrinę supponendũ est res creatas, quæ habent innitiũ sui esse quasdã esse diuisibiles: alias autẽ indiuisibiles, diuisibiles autẽ secundũ intensionẽ, aut secundũ exten sionẽ: secundũ extẽsionẽ diuisibiles, quę dam sunt permanentes, vt magnitudo quædã successiue, vt tẽpus, & motus: spi rituales vero creaturæ, hæ sunt indiuisi biles, quæ omnia dicũtur incipere, aut de potẽtia absoluta Dei, aut ex natura sua: quæstio vero solũ procedit de poten tia Physica. Secũdo supponendũ est quod inceptio rei sit inniciũ durationis rei, & desitio rei sit finis durationis rei, duo quærimus qualiter incipant, ac desinãt esse successiua, idẽ est ac si quæramus, an illud instãs quo res incipiunt desinit sit sumendũ ex tẽpore quo res est an ex tẽpore quo res nõest: sunt enim duo mo di incipiendi rerũ, alter intrinsecus qui dicitur per primũ sui esse, quando verũ est dicere nũc res est, & immediate ante

hoc non erat. Alter vero extrinsecus, quid dicitur. Inceptio per vltimum non esse quando verum est dicere nunc res, nõ est, & immediate post hoc erit, sunt etiam duo modi desinendi rerum, alter intrinsecus qui dicitur desitio, per vltimũ sui esse quãdo verum est dicere nũc res est, & immediate post hoc non erit: alter vero extrisecus quidicitur. Desitio per primum non esse, quandoverum est dicere nũc res, non est, & immediate ante hoc fuit; esse autem inter hos modos incipiendi, aut desinendi duplex discrimen primum est, quia ea, quæ incipiunt per primum sui esse, habẽt esse in instanti: nam de illis verificatur nũc sunt immediate ante hoc non erant: illud autem nunc est instans illa vero, quæ incipiunt per vltimum non esse, habent esse in tempore cum de illis sit verum dicere nunc non sunt, & immediate post hoc erunt, & illud immediate post hoc est tempus cum duo instantia immediata esse non possint similiter, quę desinunt per primum non esse habent nõ esse in instanti, in quo est verum dicere nunc res non est & illud non est instans, quæ vero desinunt per vltimum esse habent, non esse in tempore, quia verũ est dicere: nunc res est; & immediate post hoc non erit, & illud immediate post hoc denotat tempus, cum duo instantia non possint esse immediate secundo differunt quoniam illa, quæ incipiunt per primum sui esse habent esse cum incipiunt in illo, in quo est verum dicere nunc res est, at vero: quæ incipiunt per vltimum non esse non habent esse cum incipiunt sed incipiunt in illo nunc in quo est verum dicere nunc res non est, & immediate post hoc erit. Similiter versus desinitionem, quæ desinunt per primum non esse habent non esse cum desinunt, quia desinunt in illo nunc, in quo est verum dicere nunc res non est at vero quæ desinunt per vltimum esse habent esse, cum desinunt, quia desinunt in illo nunc in quo verum est dicere nunc res est, & immediate post hoc non erit. Vnde sequitur, quod omnia incipiunt, vel desinunt in instanti intrinseco, vel extrinseco, quod ex eo constat, quia primum initium est instans: antecedens probo quia sicuti diuisibile initium prius in cæperit in eius parte, quam in toto, & rursus illa pars est diuisibilis ergo prius in cæperit in dimidio illius, quam in toto, & sic in infinitum, quousque deueniamus ad instans indiuisibile, quo res incipiunt quoniam nulla datur prima pars, temporis, nec indiuisibilis in eadem ratione: Quare terminus desinitionis debet esse indiuisibilis quibus iactis sit prima conclusio successiua, omnia, siue sint motus, siue mutationes, siue tempus incipiunt, ac desinunt per modos extrinsecos: nempe per vltimum non esse, & per primum non esse: de inceptione vero probatur, quia motus est idẽ de quolibet successiuo habet suum primum initium in instanti: sed illud instans non potest esse primum esse motus ergo est vltimum nõ esse maiorem probo, quia initiatiuum cuiuscunque rei debet esse instans minorem probo, quia motus est successiuus: ergo habet prius, & posterius: sed prius & posterius non possunt esse in instanti, quod est indiuisibile: ergo motus non potest habere esse in instanti, & per consequens nec incipere per primum sui esse, quia quæ hoc modo incipiunt habent esse in instanti. secundo immotu non est assignare primam partem ante quancunque assignatam fuit alia prior & posterior, ergo: ante quodcunque fuit alius prius esse alterius partis prioris antecedẽs probat, quia si haberet primam partem aut ergo est diuisibilis, aut indiuisibilis si indibisibilis motus ex indiuisibilibus esset compositus, si diuisibilis. sequitur, quod illius medietas erit prius, & rursus altera medietas illius rei erit prior; & cum quælibet medietas illius erit prior, & cum quælibet pars sit diuisibilis, sequi-

tur

cur quod non sit aliqua prima pars, & perconsequens, nec primum esse motus, desinitione primo patet eisdē rationibus, quia motus non potest habere esse in instanti, quod autē desinit per vltimum esse, habet esse in instanti ergo non potest desinere esse per vltimum sui esse: desinit ergo per primum non esse secundo quia sicut motus versus initium non habet primam partem, sic nec versus finem: sed quælibet est diuisibilis in infinitum, ergo non datur vltimum esse illius indiuisibilia aut, & mutationes instantaneę cum solumdurent per instans contrario modo incipiunt, ac desinunt, nempe per modos intrinsecos per primum esse, vltimum esse: de illis enim vno eoque instanti verum erit dicere, nunc sunt immediateque ante hoc non fuerunt, & nunc sunt, & immediate, & post non erunt. Si inciperent per vltimum non esse duo instantia essent immediata, scilicet vltimum non esse, & instans quo durantur similiter si desinerent per primum esse hoc, scilicet & illud quo antea durabant.

Dices, sicut esse generationis est instanti, ita non esse ergo non esse generationis incipit in instanti, & per consequens non datur, primum non esse generationis. Respondetur, quod nonesse generationis est in instanti, & in tempore. Vnde quando incipit generatio nō esse: non datur primum instans non essendi: sed in tempore incipit non esse. in illo scilicet quod immediatesequitur instans, quod est generatio.

Dices, sicut esse generationis est in instanti, ita non esse ergo non esse generationis incipit in instanti, & per consequens datur primum esse non esse generationis. Respondetur quod non esse generationis est in instanti, & in tempore. Vnde quando incipit generatio non esse, non datur primum instans non essendi: sed in tempore incipit non esse in illo scilicet quod immediate sequitur post illud instans, in quo est generatio.

Secunda conclusio, permanentia illa, quæ motu incipiunt, & desinunt per motum, eodem modo incipiunt, ac desinunt, sicut motus aquæ enim debet esse ratio, de illo quod motu incipit, & desinit, & de ipso motu. Notanter aut addita est illa reduplicatio quatenus, nam si per manentia incipiant, ac desinant, vt calor quamuis per alterationem productus. Incipiat per vltimum non esse, & desinat per primum non esse. Si tamen per generationem fiat simplici emanatione, aut mutatione, incipit per primum sui esse, quæ consequentiæ recipiuntur ab omnibus expositoribus Aristotelis. Simplicio Theophrasto Sancto Thoma Alberto & Auerroe.

Sed contra primam conclusionem est argumentum, si moueatur aliqua mulier pregnans; & immedio itineris adiuuat fœtum: tunc a ratio illa est instantanea, quia est generatio viuentis: atque ideo proles incipit esse animata per primū sui esse: & tamen in eo ipso quo incipit esse animata; incipit moueri ad motum matris ergo datur primū esse motus: similiter procedit obseruatio de cani cadente a turri, qui tamē in medio itineris moritur, tunc cadauer illud incipit esse in instanti, tamen eo ipso quod incipit mouetur ergo motus cadaueris incipit per primum sui esse. Respondet Paulus Venetus propter primum exemplum, quod in illo casu verum est motum quo mouetur proles animata per primum sui esse incipere: quia mouetur per accidens, quod etiam Sotus concedit propter secundū exemplum, sed tamen vtraq; sententia falsa est. quia motus, est esse essentialiter successibus, ergo non potest incipere per primum sui esse, nec per se, nec per accidens. Quare aliter dicendum est, scilicet, quod quamuis ratio illa sit instantanea, in illo instanti non est motus prolis: sed vltimum non

non esse illius motus; qui post eo futurus est, ita quod illud instans, quod est inter secum, & primum esse adiantis extrinsecum, & vltimum non esse motus, nec similiter quies, quia vt docet Aristoteles cap. 3. nec motus: nec quies potest esse in instanti: sed solum erit tunc nec ergo motus & ita nullam datur tẽpus in quo moueatur mater, & non moueatur proles: sed ante illud instans moueatur proles in animata: post illud vero animata, quia in illa facta est vnimario. Vnde illud instans animantis respectu motus matris est cõtinuatiuum motus eius respectu prolis, nõ tamen sed primum non esse motus prolis in animatæ, & vltimum non esse motus, motus eiusdem prolis animatæ cuius ratio est, quia mater est vnicum subiectum: proles vero animata, & inanimata sunt duo subiecta, & ita respectu motus matris est in illo instanti, alterum terminatiuum, & alterum initiatiuum; idem dicendum est de eam cadente, quod si in instanti, quo incipit cadauer non est motus: sed post illud futurus, atq; ideo est vltimum non esse motus illius. Vnde motus viui & mortui, quamuis contigui sint: nõ tamen continui: sed discontinuit propter diuersitatem subiectorum. Vnde sunt duo mutata esse, alterum quod est primum non esse motus viui: alterum vltimum non esse motus mortui,

ARTICVLVS. II.

V. detur primũ et vltimũ mutatum esse immotu.

MVtatum esse dicitur indiuisibile motus, quia quãdo mobile est in is indiuisibilibus aliquam partẽ motus: scilicet totum motum absoluit, sensus ergo quæstionis est vtrum sicut in linea dantur duo puncta vnum iniciatiuum, & alterum terminatiuum: quamuis nõ detur vltima, nec prima pars lineæ, sic etiam quamuis non detur prima pars, nec vltima motus dentur tamẽ duo mutata esse, quorum vnum sit initiatiuum alterum terminatiuum veritatis tamẽ tenenda absoluitur, tribus conclusionibus prima conclusio immotu datur primũ mutatum esse terminatiuum motus. In termino ad quem: quæ prius est declaranda, quã probanda in motu versus finem datur primum non esse: illud ergo instans in quo est primum nõ esse motus est primum esse termini ad quẽ completi, & perfecti nam quamuis eo ipso quo incipit motus, incipiat esse terminus ad quem aliquo modo: tamẽ perfectus, & integer non est terminus ad quem quo vsq; desinat esse: ita vt primum non esse motus sit primum mutatum esse in termino ad quem, ideſt primum esse termini ad quem; aut non datur & ita sequitur, quod mobile incipiat esse in sexto per vltimum non esse, hoc autem est impossibile, & probatur quia si datur vltimum nõ esse mobilis in termino ad quem, verum erit dicere nunc mobile non est, & immediate post hoc erit, aut ergo in illo nunc distat a sexta distantia, quia aliqua indiuisibili, aut diuisibili, non indiuisibili, quia essent duo puncta inmediata in spatio, & duo instãtia in tempore non diuisibili, quia tunc non erit verum dicere, quod immediate post hoc erit in, B. quia immediate post hoc erit in dimidio minori distantia & idem dicam de alia medietate quacũque illius distant oportet ergo dari primum esse mobilis in termino ad quem quod est primũ mutatũ esse in terminio ad quẽ qua ratione vtitur. Arc. 5, et. 6. sed dices quod illud mutatũ esse potius debet appellari vltimum mutatum esse si quidẽ illud ost finis motus. Respõdetur quod illud mutatum esse debet ad duo comparari scilicet in ordine ad motum & sic habet rationem vltimi. & in ordine ad terminũ ad quẽ & sic habet ratio nẽ primi quia tunc terminus ad quem incipit esse integet atq; cõpletus & ideo

dicitur

dicitur primum mutatum esse in termino ad quem.

Si rursus obijcias, quod terminus ad quem est diuisibilis, & habet latitudinẽ, ergo nõ debet illi correspondere in motu mutatum esse, quod est indiuisibile; sed aliqua pars motus. Respond. quod terminus ad quem potest considerari dupliciter. Vno modo absolutè, & sic habet latitudinem, & correspondet illi motus aut pars eius. Secũdo potest vt integer, & cõpletus considerari, & hoc in indiuisibili consistit, & ideò correspondet illi indiuisibile motus, scilicet primum mutatum esse.

Secunda conclusio in principio motus non datur primum mutatum esse, quo similiter conclusio est Arist. capite quinto. Cuius ratio est aperta, quia mutatũ esse præsupponit moueri: sed non datur in motu primo moueri, quia non datur in motu prima pars motus: ergo nec datur primum mutatum esse, quia in vltimo esse, quod est innitiatiuum motus nondũ est motus; atque ideò nec mobile mutatum est, cum autẽ diximus in motu non esse primam partem, non est intelligendũ de partib' aliquotis, aut æqualibus, & nõ cõmunicantibus; harũ. n. certũ est esse aliquã primam, vt si diuidas motũ in tres partes æquales, aut in tres tertias: tunc vna illarum est prima: sed intelligendum est de partibus proportionalibus: hæc enim cũ sint actu infinitæ non est in illis assignare versus innitiũ aliquam primam, quæ non detur alia prior, nec versus finem aliquam vltimã, qua non detur alia vlterior.

Sed contra conclusionem dicet aliquis, eodem modo sunt mutata esse, sicut puncta in linea, & instantia in tempore. sed in linea dantur duo puncta, & in tempore duo instantia, quorũm vnũ est innitiatiuũ: alterũ terminatiuũ: ergo similiter in motu duo sunt mutata esse: alterũ versus innitium: alterũ versus finem. Cõfirmo, quia in motu locali est primum mutatum esse versus innitium: ergo in reliquis motibus. Antecedens probo, quia motus habet partes respondentes partibus spatij, & indiuisibilia respondentia indiuisibilibus spatij: sed in spatio est primum indiuisibile versus innitium: ergo in aliquibus motibus. Antecedens probatur quia motus habet partes respondentes partibus spatij, & indiuisibilia respondentia indiuisibilibus spatij: sed in spatio est primũ indiuisibile versus innitium, & versus finem: ergo. Et imo Respond. ad primũ negando maiorem, quamuis non sicut in linea, & tempore est primum & vltimum punctum, & instans, ita in motu sit primum, & vltimum indiuisibile, alterum innitiatiuum: alterum terminatiuum: tamen non sicut omnia indiuisibilia lineæ, & temporis puncta, & instantia dicuntur sic in motu omnia dicuntur mutata esse. Nam illud tamen indiuisibile motus dicitur mutatum esse ante quod præcesserit aliqua pars motus, vel totus motus. Quare versus finem sit primum mutatum esse, quæ ante illud præcesserit moueri: tamen versus innitium non ita, quia cum illud indiuisibile, quod est innitiatiuum motus, nec pars motus, nec totus motus præcesserit dici non potest mutatum esse, vt dicatur indiuisibile innitiatiuum motus. Ad confirmationem Respond. eodem modo futurum esse, quod in motu locali detur primum mutatum esse versus innitium, quamuis non correspondeant indiuisibilibus spatij indiuisibilia motus, atque ideò in motu sit primum indiuisibile, sicut in spatio illud tamen non dicitur mutatum esse ob rationem assignatam.

Sed quæret aliquis vtrum huiusmodi indiuisibilia motus terminantia sint intrinseca motui, sicut indiuisibilia reliquorum continuorum sunt intrinseca suis continuis, quibusdam placet solum se esse extrinseca, sicut si intelligamus lineam contiguam duobus lineis non terminatam suis, quas

tangit, quod sibi suadent. Primo, quia si motus terminatur versus innitium indiuisibili innitio, iam esset primum mutatum esse in motu. Secundo, quia primum mutatum esse versus finem est existentia mobilis in vltimo termino ad quem fit illa existentia permanet non permanente motu: ergo illud indiuisibile est terminus extrinsecus, vt simul cum ipso periret. Tertio, quia si moueatur canis á turri, & in medio moriatur, incipiatque cadauer per primum sui esse; tunc illud distans, quod fit cadauer est primum mutatum esse motus viui, quia tunc non est, & immediate ante illud fuit, & tamen illud indiuisibile extrinsecum est motui præcedenti, cum sit in alio subiecto nempe in cadauere: ergo vltimus terminus motus erit extrinsecus. Verum his non obstantib⁹ dicendum est cũ S. Tho. 2. contra Gent. cap. 36. ad quintũ Balles. Controuersia 96 motus terminos scilicet indiuisibilibus terminari, sicut quodlibet aliud continuum; atque perinde indiuisibilia motus intrinseca esse motui illa, quę terminantia sunt, quod constat argumento illo cum sua confirmatione adductum contra secundam conclusionem. Et confirmat recte Balles., quia si indiuisibilia essent extrinseca motui alicui inhærebunt, & extrinseca erunt; aut ergo præcedente quiete, aut subsequente motui, quod si inconueniens non est, vt sint interna quieti, quare erit inconueniens, vt sint interna motui vnde adrationes, quibus moti sumus. Respondetur ad primam negando maiorem, quia indiuisibile inniciatum non præcedit moueri, & ita non est mutatum esse. Ad secundum respondetur falsum esse, quod primum mutatum esse in termio ad quem sit existentia mobilis: sed quid causatur á mobili cum primum existit in vltimo termino ad quem, quod solum datur per instans; statimque transit transacto motu. Ad tertium verum esse, quod ille mot⁹ canis viui nõ terminatur termino intrinseco, quia desinit per accidens ad desitionem canis, quod similiter dicendum est de quacumque alteratione breui, quæ vltimo corrumpit subiectum: illa enim solum terminatur indiuisibili extrinseco, quod est ingenito: intrinsicè vero nullo termino terminatur, quia per accidens desinit ad desitionem corrupti in quo est.

Tertia conclusio, ante quolibet mutatum esse est moueri. Primum probatur, quia mutatum esse, vel est esse terminatiuum: sed vtrumquè istorum partes supponit motum, quia continuatiuum præsupponit aliquam partem motus præcedente, quæ copulatur sequenti: terminationem vero præsupponit motum, qui terminus illo mutato esse: ergo ante quodlibet mutatum esse procedit moueri; quod autem ante quodlibet moueri procedat mutatum esse probatur, quia non datur primum moueri: sed quodlibet moueri præsupponi aliud prius, quam diuisibilis in infinitũ, & nulla est pars motus, ita minima, quin ante illam sit alia prior: sed vbi est motus necesse est esse mutatum esse, nequè obid sequitur motum non cepisse, nec habere principium, quia sicut infinita linea duobus pũctis ante quodlibet punctum est linea, ante quamlibet partem lineæ est punctum; si per partes proportionales procedamus, ita in motu datur duo indiuisibilia, quibus motus clauditur in quo ante quodlibet moueri sit mutatum esse, & è contra: & tamen est differentia, quod indiuisibile innitiatiuum lineę dicitur punctum, sicut terminatiuum est inniciatium, seu continuatiuum: at vero indiuisibile inniciatiuum motus nõ dicitur mutatum esse, quia non præsupponit moueri: tamen cum inter vtrumquè indiuisibile sint infinitæ partes actu, non est mirum, vt detur processus in infinitum per partes proportionales numerando, nequè ob id mo-

mus

eus infinitus est, quia partes, quæ infinitum in actu constituere debent oportet, vt sint aliquotæ æquales, & nõ communicantes.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm quies habeat esse in instanti, & quomodo?

PRo cuius intelligentia aduertendum est, quod cum quies sit carentia motus in illo, quod non mouetur potest dupliciter summi negatiue, & priuatiue sumpta solum dicit carentiam motus: priuatiue vero addit aptitudinem in subiecto, quod aptũ est moueri: Certum ergo est, quod quies habet esse in instanti, quia in quolibet instanti negatiuo motus est sine aptitudine cum motus in instanti esse non potest; de quiete autem priuatiua procedit quæst. hæc autem est duplex, alia est priuatio motus propriè dictum: alia est priuatio mutationis, quæ dicitur motus lata significatione.

Hoc supposito sit cõclusio, quamuis quies, quæ est priuatio mutationis possit esse in instati: quies vero quæ est priuatio motus propriè dicti nequit esse in instanti: sed in tẽpore est: ne vero ratio aut huiusmodi conclusionis est, quoniã quies priuatiua nihil aliud est, quã priuatio, motus in subiecto apto nato: sed in instãti subiectũ aptũ est mutari motu propriè dicto: sed in tẽpore cũ mutatio possit esse in instãti: motus vero successiuus est extentus: ergo quies, quæ est priuatio motus nõ potest esse in instãti: quę vero est priuatio mutationis in instãti esse potest. Vnde sequitur, quod quies illa quę priuatio motus est cũ in tẽpore sit incipit, & desinit sicut motus ipse, scilicet per vltimũ nõ esse, & per primũ nõ esse.

Contra conclusionem est argumentum, in instanti innitiatiuo motus quo non est motus: sed immediate post illud erit quiescit mobile; ergo in instanti est quies. Antecedens probatur, quiã tũc aliquid quiescit quando similiter se habet nunc, & prius; sed in illo instãti eodẽ modo mobile se habet, sicut prius: imo in quolibet instanti priori: ergo tunc quiescit. Resp. negando antecedẽs, quia in illo instãti cũ motus esse nõ possit nec quies priuatiua similiter erit, quia priuatio tã adest subiecto quãdo, & quo tẽpore subiectũ est aptum habere habitum: illo tamen caret, & tunc verum est nullum esse medium inter priuationem, & habitum: sed ne vero alterum debet esse in esse subiecto, sicut inter cęcũ, & videns non datur medium in subiecto capaci, & apto habere visum, quando vero subiecto nõ est aptato simpliciter, aut saltim pro illo tẽpore, tunc mediũ est inter priuationẽ, & habitum vt videre velut in lapide, qui nec est videns, nec cęcus: sed nõ videns, aut in cantulis ante, nonum. Diem, qui nec sunt cæci nec vidẽtes ita mobile in instãti illo cũ nullo modo aptũ sit moueri, nec quiescit quiete priuatiua, nec mouetur, sed solũ dicitur quiescere quiete negatiua, quia scilicet non mouetur. Ad probationẽ Resp. quod illa definitio quiescẽtis, sic est intelligẽda, quiescere est similiter se habere nũc idẽ in hac parte tẽporis, & prius idẽ in priori parte tẽporis, & definitio eius, quod mouetur: sic etiam debet intelligi illud mouetur, quod aliter se habet nunc id est in hac parte tẽporis, & prius id est in prioritate tẽporis præsentis. Quare cũ instans nõ sit pars tẽporis, nunc verũ est dicere in instanti, quod mobile se habet in illo similiter, ac prius vt docuit Arist. cap. 4. ex cuius doctrina, quę diximus facile colligũtur. Contra eandẽ conclusionem; quando mobile nõ mouetur quiescit: sed in instanti in termino à quo quãdo nõ est motus mobile nõ mouetur: ergo in illo instanti quiescit: quies ergo erit in instanti. Respondetur distinguendo cõsequens, quia si loquitur de quiete priuatiua falsum dicit: si vero loquatur

de negatiua dicitur verum, quod est in instanti: sed hoc non est contra conclusionem.

Sed obijcies primo, quod propria priuatio motus, siue quies priuatiua, est carentia in subiecto apto moueri: imo incipienti moueri: ergo crescit quies priuatiua. Resp. negando consequentiam, quia non sufficit vt sit quies priuatiua, quod sit carentia in subiecto apto moueri: sed debet in illa mensura in qua mobile potest habere motum; & quia in illo instanti nõ potest illum habere: hinc est, quod illa quies non sit priuatiua: sed negatiua; sicut quamuis carentia visus in catulo ante nonum diem sit carentia in subiecto apto post nonum diem videre: sed quia non est in subiecto apto pro illa mensura non est propria priuatio: sed negatio.

Sed obijcies secũdo, id quod fit in rerum natura, fit ex sua priuatione immediate præcedenti in termino á quo: ergo iam illa quies non erit negatiua: sed priuatiua. Resp. quòd motus non est, quod fit in rerum natura, vt quod: sed solus terminus ad quem, & ita fit per se ex sua priuatione, vt patet in albo, quod per se fit ex non albo in termino á quo: at vero motus non fit vt quod: sed est quædam via ad suum terminum, & ita sufficit, quod præsupponatur eius negatio in termino á quo.

Sed vltimo obijcies, adhuc quies potest esse in instãti: ergo, &c. probat quies cere nihil aliud est, quam cessante motu permanere mobile in termino ad quẽ: sed cessante motu in eodẽ instanti mobile manet in termino ad quẽ: ergo in illo instanti ibi debet esse quies. Resp. quòd nõ sufficit prædicta permanẽtia nisi sit in illa mensura, qua mobile potest habere motũ ad quietẽ priuatiuam, & quia in illo instãti in quo desinit motus nõ potest mobile habere motum, sicut neque in instanti in termino á quo; hinc est, quod sicut illa quies termini á quo solũ est negatiua illa, quæ est in instanti termini ad quem tãtum sit negatiua. Vnde merito S. Tho. 1. p. quæst. 53. art. 3. dixit, quod quando aliquod mobile mouetur localiter in omnibus indiuisibilibus illius temporis est in loco non tamen dixit, quasi in loco, quia ad quietem priuatiuam necessario sequitur tempus, quod ibi defuit.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm quies incipiat, & desinat esse, & quomodo?

Conclusio affirmatiua de quiete prò priè dicta, quam quæst. 9. art. 4. & quæst. 11. artic. 3. diximus esse priuationem motus, quo recedit ur ab illa quiete, & ita sicut aliter locuti sumus de loco sumpto cũ suis mutatis esse aliter sũpto sine illis, ita etiam aliter loquendũ est de quite sumpta cum suis quietis esse (vt ita loquar) aliter sumpta sine illis: quies ergo in calore, quæ est priuatio motus, quo recedit ur ab illo eodẽ calore imperfectè incipit fieri cũ ipsa calefactione (vt docet Arist. supra) & omnino facta est in vltimo esse calefactionis: perfectè tamen, idest quatenus est quies in calore, vt calor distinguitur à calefactione, hoc pacto incipit post vltimum calefactum esse post quod est verum dicere subiectum incipere esse calidum, vt sic cum antea non esset calidum. Huiusmodi ergo perfecta quies sumpta cum suis quietis esse in sua duratione intrinseca incipit per primum sui esse, & desinit per vltimum sui esse cum habeat suam durationem priuatiuam terminatam, & finitam non minus, quam motus suam positiuam, & hoc pacto loquitur de quiete S. Tho. prima parte quæstione 53. cum docet dari vltimum quietum esse; tamen in ordine ad durationem extrinsecam mensurantẽ incipit, & desinit extrinseca, quia illa quies non

est

est per se intenta: sed per accidens sub se cuta. & ita illa duo mutata esse scilicet primum, & vltimum esse intrinsecum motus vsurpatunt sibi vt mensuram directam ipsa nunc durationis extrinsece ficut diximus de forma, quæ inducitur respectu illi°, quæ expellitur: illa enim in duratione extrinseca incipit per primum sui esse: hæc vero desinit per primum non esse. In vltimo ergo motus, qui præcessit in illam quietem dicemus nunc non est, quies perfecta: sed immediate post hoc erit, & in primo esse motus qui est post illam quietem erit verũ dicere, nunc non est quies, & immediate ante hoc erat. Obijcies mot° est propter quietem (vt dixi quæst. 1. art. 2.) ergo potius quies iure suo vendicat sibi mẽsuram, & intrinsecam durationem. Respondeo motum non esse propter quietem formaliter, i. dest propter illam priuationem: sed propter terminum cui est adiuncta illa quies. Obijcies secundo, saltem duratio illius priuationis committatur durationem termini, vt sit. Respondeo ita est tamen duratio termini, vt sic est tempus discretum: duratio vero quietis est tempus continuum, licet priuatiuum, & ita non oportet loqui eodem modo de vtriusq; inceptione, & desitione. Conclusio est contra Vall. vltimo docet quietem incipere, ac desinere extrinsece. Probat ipse. 6. Phyti. quæst. 46. nam quies non potest esse in instanti cum sit priuatio motus, vt ait Aristo. ergo tunc aliquid quiescit, quando aptũ est moueri: sed non est aptum moueri in instanti: ergo. Præterea confirmatur, quia hac ratione conuenit inter omnes saltem quietem non incipere per primũ sui esse: sed tam verum est quod res nõ moueatur in primo non esse motus, sicut in vltimo esse eiusdem motus: ergo. Sed hæc ratio tantum probat, quod hæc quies, vt opponitur motui sumpto fine suis mutatis esse non possit incipere, aut desinere intrinsice, sicut nec ipse motus ita sumptus: si vero loquamur de quiete improprie, i. de cessatione motus, qui erat profectio ad illam quietẽ, & loquẽdo de illo motu, vt includit mutatum esse talis quies non habet primũ quietum esse, nec intrinsecum, quia motus secundum intrinsecam durationẽ definit per vltimum sui esse, & ita nõ reliquit locum, vt ipsum mobile: aptum sit vt post aliud vltimum mutatum esse haberet aliquod aliud mutatum esse, neq; continuatiuum, neq; terminatiuum motus eiusdem speciei cum illo: tamen aptum vicẽ vltimi mutati esse terminatiui habere mutatum esse continuatiuum, & immediate post habere motum partialem continuatiuum cum præcedenti. Vnde finito motu substantialiter incipit cessare ab illo non per primum esse: sed per vltimum non esse. Nam post vltimũ mutatum esse (vt dixi non manet subiectum cum aptitudine ad aliud, similiter postquam per aliquod tempus mobile quieuit á tali motu, si iterum moueatur simili motu talis quies desiner esse, nõ per vltimum sui esse: sed per primum nõ esse illius quietis perfectæ, quia mobile habens primum mutatum esse non fuit aptum immediate antea habere mutatum esse talis motus: sed tempore præcedenti quieuit á motu & nũc primum nõ quiescit: sed mouetur per primum mutatum esse.

Sed dices contradicta, quies non est terminus primarius ad quem motus: ergo non potest incipere in instanti, tenet consequentia, quia terminus primarius ad quem motus habet esse in instanti: sed terminus secundarius est immediatus primario: ergo non potest habere esse in instanti, quia duo instantia nõ possunt esse immediata. Pro solutione aduertendum quod quies ex dictis formaliter est priuatio illius motus, quo recedit ab aliquo termino in quo quiescebat. Vnde quies in albo est priuatio dealbationis quo recedit ab illa albedine & quies in nigro est priuatio motus de albationis quo recedit ab illa nigredine

dine(vt dictũ est supra)quæ priuatio motus de albationis.v.g.datur etiam dum aliquod fit nigrum, quia licet dum ita fit nigrum nõ possit fieri album in sensu composito: posset tamen in sensu diuiso,& hoc sufficit,vt dicatur priuatus alias,nec animal esset priuatum potentia visiua dum est cęcum, quia dum est cæcum in sensu composito non potest habere potentiam visiuam.Respondeo, ergo quietem non esse terminum primarium motus quo itur ad talem terminum: est tamen terminus secundarius consequens ad hoc, quod est fieri, aut factum fuisse priuatum fuisse motu denigrationis, & nigredine corrum pente albe factionem, seu albedinem, & huiusmodi quietem esse terminum secundarium significat Aristoteles illo cap.6.tex.54.dicens motus in ipsum in quo statur perfectio potius est ad quietem,quam aliquod contrarium quieti, quomodo autem opponantur motus, & quietes dictum est supra alia, quæ possent dici de termino seu quiete facile ex his,quæ de motu diximus intelliguntur:proportionaliter enim de motu, ac eius termino, seu quiete loquendũ est v.g.vt docet Arist.3.de cœlo.2,sicut motus alius est violentus alius est naturalis:sic & quies,& res illic vimanent quo viferuntur,& itidem secundum naturã manent quo,& secundum naturam feruntur,licet iuxta supradicta quies violenta potius esset appellanda inquies seu inquietudo, hęc appellatu quies respectu motus quo priuat, siue lle violentus sit siue naturalis. Per quod patet ad argumentum illi enim duo termini primarius, & secundarius simul sunt in vno instãti tempore, licet in duobus naturæ.

ARTICVLVS V.

Si res permentes incipiãt esse,& quomodo?

RES permanentes dupliciter incipere possunt ex natura sua. Vnomodo per creationem. Alio modo per generationem. Similiter dupliciter possunt desinere. Vnomodo per anihilationem. Alio modo per corruptionem.

His suppositis quæstio hæc absoluenda est quibusdam conclusionibus.Prima est,quæ suapte natura aliter fieri non possunt quam per creationem, nec desinere nisi per anihilationem, sicut Angeli,& reliqua ingenerabilia,& incorruptibilia incipiunt per modum intrinsecum:sed per primum sui esse,& desinũt si desitiua essent per primum non esse. Primum horum prob. quia creatio per quam fiunt res istæ instantaneę est:ergo quæ per illa fiunt incipiunt, sicut ipsa creatio per primum esse.Secundum probatur nam ista anihilarentur per substractionem concursus diuini, quo conseruantur:sed iste concursus in instanti substraheretur: ergo illa desinerent per instantaneam desitionem, ideſt per primum non esse.

Sed quæres,an saltim Angelus de potentia absoluta possit incipere per vltimum non esse,& desinere per vltimum esse,absq; implicatione contradictionis. Resp.quod in primis implicat contradictionem incipere per vltimum nõ esse, quia scilicet sic inciperet sequeretur, quod creatio esset mutatio successiua, quod tamen repugnat quia nulla actio potest habere partes terminus ad quem sit partibilis:sed omninoindiuisibilis:ergo esse creatio diuisibilis esse potest. Cõfir. quia quod incipit non esse,incipit in tempore:quod autem incipit in tempore,incipit per partes:sed angelus nõ habet partes:ergo non potest incipere per vltimum non esse in quo est deceptus. Scotus hoc lib.q.3.Ad.2.Ref. non repugnare vt Angelus desinat per vltimũ sui esse,diuina potentia: atq; ideò quod in eodem instanti creatur, & anihiletur. Et prob.primo sic,indiuisibilia non requirunt ne vero at desinat per primum

non

non esse, si quidem indiuisibilia successiue cum desinũt per vltimum esse, & generatio instãtanea: ergo & Angelus quãtumuis indiuisibilis potest desinere per vltimum sui esse. Secundo successiua desinunt per primum non esse; ergo é contra indiuisibilia possunt desinere per vltimum esse in quo deceptus est Valles. Controuer. 16. existimans hoc esse impossibile.

Sed obijcit Valles. quod desinit per vltimum sui esse, desinit successiue, sed quod anihilatur cum sit prorsus indiuisibile desinit in instanti ergo desinit nõ per vltimum esse: sed per primum non esse. Resp. quod quamuis desinit per vltimũ esse non totaliter: sed vt tantum successiue desinat, & non in instanti, quia desinit per partes: tamen quod desinit esse totaliter simul desinit esse in instãti: si tamen Deus anihilaret per vltimum sui esse in instanti illud desineret totaliter, & non successiue quamuis desineret in tempore negatiue Angelus hoc est nõ esse angeli quia diuisibile est, quo ad durationẽ in tempore desineret.

Sed dices: ergo si Angelus desinat in instãti, & per vltimum sui esse: sequitur quod simul sit, & non sit: hoc autem implicat: ergo & illud. Sequellam prob. quãdo Angelus desinit est desitio: ergo & terminus desitionis cũ actio, & terminus sint in eodẽ instãti: sed terminus ad quẽ desitionis est non esse Angeli: ergo quãdo desinit non est Angelus ex alia parte est. quia quod desinit per vltimũ esse nõ est & immediate post hoc nõ erit: ergo simul est, & non est. Resp. quod quando Angelus desinit sit desitio: sed erit tempore immediato post illud instãs in quo erit non esse Angeli, quod terminus desitionis est: tamen tunc vltimum nõ esse desitionis, sicut quando incipit motus non est motus: sed est tẽpore immediato post illud instãs in quo erit terminus motus; sicut ergo fieri potest, vt aliquid incipiat esse instanti, & tñ sit in tẽpore, & in tẽpore habeat esse, vt vino, aut luminatio, sic etiã fieri potest, vt aliquid desinat esse in instãti, & tamẽ habeat nõ esse in tẽpore, qua ratione se habet, quod desinit per vltimũ esse: quibusdam vero placet, quod desinat in instãti temporis sequentis nõ determinate: sed vagè, sed hoc nõ placet, sicut non fieri, & esse certam mensurã, & determinatã habet, sic etiam desinere, & nõ esse certam, & nõ vagam mensuram debet habere, dicitur Angelus desinere in tempore, non positiue, quia per partes desinat: sed negatiue, quia non esse eius in tẽpore est.

Secunda conclusio, quę suapte natura per generationem incipiunt, siue viuentia sint. aut á viuente decidant, vt cadauer incipiunt per primum sui esse: si vero sint inanimata per se incipiunt per vltimum non esse Prima pars huius cõclusionis prob. quia viuentia minimum habent, atq; ideò non generantur quo vsque dispositia sit materia incerta, & determinata quantitate: sed vltima dispositio incipit esse in tanta, & determinata quantitate in instanti: ergo viuentia incipiunt esse in instanti illo, quo sunt; atque per primum sui esse. Minorem prob. quia vltima dispositio incipit esse indeterminata quantitate, quando finitur motus, quæ est præbia dispositio ad generationem, sed ille motus desinit per primum non esse: ergo primum non esse motus est primum esse vltimæ dispositionis, & per consequens esse viuentis, & idem censendum est de accidentibus permanentibus, quæ simul producuntur cum ipsa substantia, eadem similiter ratio est de nonnullis substantijs in animatis, de illis nempe, quæ incipiunt per desitionem viuentis, vt cadauer nam cum forma cadaueris introducatur in tota materia, quæ prius erat viuentis, & generetur ad desitionem viuentium, quæ vt vidimus desinunt per primum non esse, hinc est vt illud incipiat per primum sui esse, & minimum habeat

habeat non ex natura sua: sed per accidens, & ideò non tamen interdictum, est incõclusione si viuẽtia sint, aut á viuẽte immediate decidãt, vt cadauer, quod immediate decidit á viuente. Altera vero pars conclusionis, quod scilicet inanimata incipiant per vltimum non esse, quæ non generantur ex materia viuentium, quia huiusmodi substantiæ non habẽt minimum in sua generatione (vt diximus 2. Physicorum) cum possit in minori, & minori materia, & quantitate introduci forma illorum: ergo sicut indispositione prębia ratio per vltimum non esse, sic etiam gratia cum non habeat vnde sit indiuisibilis: sed successiua, & diuisibilis incipiet necessario per vltimum non esse.

Sed dices contra primam partem, viuentia, & acidentia, quæ cum illis comproducuntur habent esse in tempore diuisibili: ergo incipiunt per vltimum nõ esse. Respondetur nullam esse consequẽtiam: quædam enim sunt in tempore adæquate, quia tempore mensurantur cũ indiuisibilia sint, vt motus incipiunt per vltimum non esse: tamen quieta sunt in adæquate, quod non tempore: sed instanti temporis mensuratur, qualiter sunt viuentia in tempore per primum esse incipiunt.

Sed dices secundo, accidentia spiritualia non habent minimum, vt habitus, & virtutes: ergo saltim hæc incipiunt per vltimum non esse. Resp. negando consequentiam, nam quamuis accidentia corporalia, quæ non habent minimum incipiant per vltimum non esse, si cum resistentiã contrarij producantur: non tamen spiritualia. Cuius ratio est, quia corporalia producuntur per aplicationem agẽtis ad passum diuisibile; atque ideò per partes inter quas cum nulla sit determinate prima, non datur primum esse illorum accidentium, at vero spiritualia producuntur in subiecto, quod non habet partes, & per actionem, quæ est tota simul, & ideò incipiunt per primum sui esse, & quamuis partes intensionis habeat forma, atque ideò possit in minori, & minori intensione produci, pro mensura agentis: tamen tota in instanti producitur, vt patet de lumine, quòd cum sine existentia producatur in diaphano, incipit in instanti, & per primum sui esse inquacumq; intensione producatur pro mensura virtutis luminosæ.

Sed dices contra secundam partem conclusionis, omni substantia incipit esse cum vltima dispositione: sed vltima dispositio semper incipit in instãti, quia vltima dispositio incipit esse, cum motus desinit: motus autem desinit esse in instanti: ergo vltima dispositio incipit esse in instanti. Respondetur, quòd vltima dispositio non incipit ad desitionem motus, nisi quando incipit in tanta quãtitate, & determinata: quando vero incipit esse absolute non desinit motus: sed potius incipit esse intensus, & ideò forma substantialis non incipit esse in instanti, absolute loquendo: sed in certa, & determinata quantitate: tamen sicut non datur primum esse caloris, vt. 18. absolute ita nec primum esse ignis: sed vtrumq; datur vltimum non esse (sed de hoc plura diximus, 1. Physicorum cũ de maximo, & minimo ageremus.)

Tertia conclusio, quoties aliqua substantia desinit ad inceptionem alterius, quæ incipit per primum sui esse, tunc illa, quæ desinit, desinit per primum non esse, ita quod vnum, & idem instans sit primum eius, quæ incipit, & primum nõ esse eius, quæ desinit. Prob. consequentiam sic, quia secus, vel daretur materia sine forma, vel duæ formę in eadem materia. Quod sic patet, nam in hoc instanti, quod primum esse viuentis. v.g. hominis est primum non esse embrionis, vel non, si primum habemus intentum, si secundũ, aut ergo non esse embrionis processit hoc instans, vel sequitur illud, si præcessit ergo aliquo tempore est materia sine forma embrionis, & hominis

sic

sic sequitur: ergo in eodem instanti est materia cum forma embrionis, & hominis. Et si dicas, quòd non esse embrionis fuit in instanti, quod immediate præcessit mutans initiatiuum hominis, & ita nunquam dabitur materia sine forma, hoc fieri non potest, quia duo instãtia non possunt esse immediata: si ergo desinit esse embrio ante inceptionem hominis non in instanti immediato, sed in tempore desinit. Vnde necesse est aliquo tempore esse materiã sine forma.

Quarta conclusio si substãtia desinat simul cum incipit, altera per vltimum non esse, tunc desitio illa est per vltimũ esse. Proba. quia alias dabitur materia sine forma: sed duæ formæ simul in eadem materia, nam si .v. g. ignis incipiat per vltimum nõ esse lignum desinit per vltimum esse, aut secus si in primũ Dª conclusio est vera. Si secũdum, ita quod desinat per primum nõ esse, est ante hoc instans inniciatiuum ignis, scilicet post si ante materia datur sine forma, quia in instanti inniciatiuo non dum est forma ignis in materia ligni, sed immediate post illud erit, nec etiam est forma ligni, quia per se præcessit non esse ligni ante hoc instans. ergo in illo instãti nulla forma est in materia. Si autem dicas, quòd primum nõ esse ligni est post hoc instans innitiatiuum ignis, tunc sequitur alterum inconueniens, quod duę formæ sint simul in eadem materia, quia post hoc instans immediate, erit tempus: ergo iam pro aliquo tempore erunt simul forma ligni, & ignis in eadem materia, quia duo instantia non possunt esse immediata. Dicendum ergo est, quod vltimum non esse, eius quod incipit stat simul cum vltimo esse, eius quod desinit. Vnde semper, quod desinit aliquid ad inceptionem alterius, quod incipit per vltimum non esse, nõ desinit illud tale simpliciter sed secundum quid, scilicet vt tantũ, sicut ignis incipit esse absolute, & lignum desinit esse tantum quantum antea erat, & hoc ipsum, quod dictum est. His duabus conclusionibus de desitione substantiæ intelligendum est de desitione accidentium, quæ desinunt cum inceptione aliorũ. Nam quãdo vnum incipit per primum sui esse alterum desinit per primum non esse: sed iste modus incipiendi ac desinendi accidentibus non conuenit per se: sed per accidens, quando autem alterum incipit per vltimum non esse: alterum desinit per vltimum esse, quia quantum de vno adquiritur, tantum de alio deperditur: & sic sibi correspondent inceptione, & desitione, quod illis conuenit per se.

Sed quæret aliquis quomodo lumen desinat, quod desinit sine productione alterius qualitatis. Respondetur quod duobus modis potest desinere. Vnomodo ad desitionem sub luminosi, scilicet illuminati, & ita desinit per primum nõ esse, si subiectum sic desinit, vel per vltimum esse quomodo subiectum desinerit alio modo ad absentiam conseruantis & ita desinit per primum non esse, quia luminosum sit absens per motum localem, ita quod primum non esse motus est primum esse absentiæ: ergo illud instans quod est primum in quo luminosum est absens erit primum, in quo non est lumen immedio, & ita illud lumen desinit per primum non esse.

Vltima conclusio indiuisibilia permanentium, quæ sic exprimimus calor, vt quatuor, vel vt sex quantitas vt tanta incipiunt, & desinunt per terminos intrinsecos scilicet per primum esse & vltimum esse patet, quia si per extrinsecos inciperent, vel per vltimum non esse cũ immediate post illud instans sequatur pars temporis, sequeretur, quod indiuisibilibus spatij, & reliquorum respondерent non indiuisibilia temporis, vt docet Aristoteles: sed partes temporis, & similiter si desinerent per primum nõ esse cum immediate ante illud fuerit pars temporis: sequitur tunc idem inconueniens, tum etiam quoties mobile est in indiuisibilibus spatij quiescere, atq;

ideo

ideò motum multis quietibus interrũpi, quod tamen est falsum.

Sed quæres vltimo, cum motus, & tempus, & successiua omnia diuersomodo incipiant ab illo, quo permanentia viuentia incipiunt, & merito cum sint diuersæ naturæ: habeant tamen eundé modum desinendi, scilicet per primum non esse. Respondetur rationem huius esse, quia diuersum modum habent essendi: eundem tamen non essendi quod vt planius intelligamus aduertendum est inter modos incipiendi extrinsecum qui est per vltimum non esse diuisibile, & temporaneum esse: intrinsecum vero qui est in primum esse instantaneum, & indiuisibile. Cuius ratio est, quia cum inceptio sit via ad esse temporanea, vel instantanea erit si primum quo res est, sit instans, vel pars temporis, & ideò inceptio per vltimum non esse tempora, nea est quia res, quę hoc modo incipit prima est in tempore sequenti, & post illud instans in quo vltimo non est, & quia successiua, vel quæ cum his fiunt sunt in tempore, ideò incipiunt per inceptionem temporaneam: inceptio autem per primum esse instantanea est, quia res primo incipiens est in instanti, & quia viuentia, vel quæ cum his producuntur, aut habent esse indiuisibile sunt indiuisibilia, & in instanti cum primum sunt, ideò incipiunt per instantaneam inceptionem. Deinde inter desinendi modos contra accidit, quia intrinsecus, qui est per vltimum esse temporaneus. Et eius ratio est, quia cum desitio sit via ad non esse temporanea, vel instantanea erit si primum quo res nõ est, sit instans, vel pars temporis. Quare desitio per vltimum esse temporanea est, quia res sic desinens primo non est in parte temporis subsequenti vltimum instans, in quo est desitio. aut per primũ non esse instãtanea est, quia res quę hoc modo desinit primo non est in instanti temporis, & quia res successiuæ & viuẽtia hoc habent, quod primo non sunt in instanti, ideò desinunt per desitionem, instantaneam nempe per primum non esse.

ARTICVLVS. VI. & vltimus.

Vtrũ indiuisibile possit per se moueri, & quomodo?

PRo cuius expositione aduertendum est summi indiuisibile dupliciter. Vnomodo pro substantia spirituali, qualis est Angelus & de hoc indiuisibile nõ procedit quæstio, quia quamuis moueri possit: non tamen motu physico de quo nunc loquimur. Aliud est indiuisibile, quod habet positionem in continuo, vt punctum linea, & superficies: de his ergo procedit quæstio, an si essent separata á suis continuis moueri possint, quia dum non sunt separata certum est per se moueri, dum non separantur á suo toto: sed cum motus triplex sit augmentationis, alterationis, & localis: certum etiam est indiuisibile separatum motu augmentationis non moueri. Nã quod augetur, & minuitur debet esse quantũ & extensum indiuisibile, præcipue punctum non est extensum: ergo hoc indiuisibile sic moueri nequit solum: ergo de motu locali de quo loquitur hic Aris. cap. 10. cum dicit indiuisibile non posse moueri: de motu vero alterationis in fine quæstionis aliquid dicemus.

In qua quæstione prima sententia est Scoti in. 2 dist. 2. q. 9. ad tertium Valles. controuersi. 34. ad. 4. asserentium indiuisibilia posse per se moueri motu continuo, mouentur autem ad id asserendũ his rationibus. Primo, si esset aliquod punctum iuxta centrum non repugnat diuina potentia poni iuxta cœlum: sed non posset poni nisi motũ localem: ergo moueri posset.

Secundo

Secũdo, ſi daretur aliquod corpus perfecte planum, & aliud perfecte ſphericum, quod moueretur ſupra illud: tunc iſta duo corpora ſolum ſe tangerent in puncto indiuiſibili: ergo ſicut corpus illud ſphericum mouetur per planum, quod tangit in puncto, ſic etiam poſſet moueri punctum ſi eſſet per ſe ſeparatum. Et confir. nam ſi ex eo quod per ſe mouetur indiuiſibile eſſet ſeparatum, ſequeretur ſpatium conſtare ex indiuiſibilibus: ergo cum hoc inconueniens ſequatur, ex eo quod per accidens moueatur ad motum ſpherici per planum, nec per accidens moueri poſſet: ſed hoc non ſequitur tale inconueniens: ergo neque ex illo. Tertio, quamuis doceant Matheſmatici ex veſtigio puncti continue mori fieri lineam: non tamen ſequitur lineam conſtare punctis ergo neque ex hoc ſequitur ex eo, quod punctũ ſeparatum moueretur per ſe in linea. Vnde iſti dicunt ſolum negare Ariſtotelem in præſenti indiuiſibile non moueri per ſe in continuo habente continuitatem cauſatam á diuiſibilitate ſpatij.

Oppoſita vero ſententia, quod indiuiſibile ſeparatum per ſe moueri nõ poſſit, aperte eſt Ariſtotelis cap. 2. quam oẽs expoſitores recipiũt Alexãder, Aſphaſius, Simplicius, Themiſtius, Albertus S. Tho. á nobisque ſimiliter recipiẽda eſt propter rationem Ariſtotelis, quę valdiſsimæ ſunt. Prima eſt, omne mobile dum mouetur, nec eſt in termino á quo, nec in termino ad quem: ſed indiuiſibile non habet partes: ergo non poteſt per ſe moueri. Antecedens patet, quia quod eſt in termino á quo non dũ motum eſt in termino vero ad quem non mouetur: ſed iam motum eſt ſecundo, quod mouetur ad maius, neceſſario prius mouetur per ſibi æquale, vel per minus cum minori erit inæquali tranſitque per ſibi æquale: ſed hoc ſimiliter eſt indiuiſibile: ergo cũ in motu ſuo ſemper adæquetur alijs atq, alijs indiuiſibilib⁹, hoc tale indiuiſibile ſequitur ſpatium, quod continuum eſt conſtare indiuiſibilibus immediatis. Tertio, quia ſi per aliquod tempus aliquid ſpatij tranſit minori tempore ſpatij tranſibit: ſed æquale ſpatium eſt indiuiſibile ergo iam minus indiuiſibile diuideretur, quod cum ſit impoſsibile dicendum eſt indiuiſibile nullomodo poſſe moueri per ſe ſed per accidens, ſicut quod eſt innaui ad motum illius. Quarto ſi indiuiſibile moueretur per magnitudinem ſequitur moueri, quod illa conſtat punctis, punctaque omnia numerentur, quæ ſunt in ſpatio, quod eſt impoſsibile. Sequellam proba. nam ſi (verbi gratia) punctum. B. mouetur per lineam, vſque ad punctum A. immediate poſt hoc erit in alio puncto. B. quod ſit continuum cum. A, quia vbi eſt motus, eſt continuum, ſpatium debet eſſe continuum: cum ergo immediate poſt hoc non poſsit eſſe in ſpatio diuiſibili, quia indiuiſibile nõ poteſt occupare ſpatiũ diuiſibile, ſequitur quod immediate poſt hoc ſit in alio puncto, & per conſequens continuum conſtabit indiuiſibilibus immediatis.

Sed dices, cũ mouetur aliqua magnitudo diuiſibilis non enumerantur omnia puncta: ergo ne quãdo mouetur ipſum punctũ ſenſum ſeparatũ, patet conſequẽtia, quia etiã dum mouetur magnitudo mouẽtur puncta, quæ ſunt in illo. Reſp. longe diſparẽ eſſe rationem, quia cũ mouetur magnitudo non mouentur puncta per ſe: ſed per accidẽs at motus magnitudinis in quo ſunt, & ideò tunc non enumerantur omnia pũcta, quia in ſpatio per quod fit motus ſolum numerantur partes æquales mobili, ꝙ per ſe operetur, ideſt mouetur punctũ autẽ ſeparatũ moueretur per ſe, & ideò numerãtur oĩa puncta (& hãc eſſe rationẽ diximus ſupra) Quare cũ mouetur aliquod corp⁹ non enumerãtur omnes partes proportionales ſpatij, quia partes illæ nõ ſunt æquales mobili, quod mouetur per ſe cum hoc ſemper ſit aliquotæ & determinatæ magnitudinis, & hinc eſt, quòd

quamuis

quamuis partes proportionales ſint infinitæ mobile poteſt moueri illas: per tranſire per accidens, & non per ſe illas per tranſijt in aliqua magnitudine, & determinata, & illas non enumerat.

Vnde ad argumenta in oppoſitum Reſponderi poterit. Ad primum, quod ſi aliquod in diuiſibile eſſet iuxta cẽtrum poſſet Deus illud deſtruere, & iterum reproducere iuxta cœlum & hoc modo, vt eſſet in cœlo: non tamen per motum localem continuum: ſi autem mutatione diſcreta, & inſtantanea indiuiſibile illud per puncta ſpatij ferretur nũquam proueniret ad extremũ cum infinita illi eſſent per currenda.

Ad ſecundum, quod difficile eſt variæ adhibentur ſolutiones: ſed omiſsis alijs, pro vera ſolutione aduertendum eſt, quod duobus modis poſſumus intelligere corpus ſphericum moueri. Vno modo per motum rationis. Alio modo ſi terminatur ſuper planum ſemper tangens in puncto: ſi primo modo moueatur, dicendum eſt, quod dum mouetur ſphericum non tangit ſpatium in puncto: ſed in parte diuiſibili, quamnis non quoties ſphericum perfectum quieſcit in plano, aut mouetur circa illud diſcrete ſemper tangat illud in puncto tantum: tamen quando mouetur continuum: nõ item, ſi enim rotat eam non in puncto: ſed in linea, quæ ſequitur immediate poſt punctum mouetur, & tangit cum certum ſit poſt punctum non poſſe ſequi aliud punctum: ſed partes lineæ. Cuius ratio eſt, quia motus ille ſit in tempore, & in qualibet parte temporis: mobile autem ſucceſsiue tangit partes illas ſpatij, quia cum continuæ moueatur poſt punctum non punctum ſequitur: ſed pars diuiſibilis, quam tangit in tempore, quamuis in qualibet inſtanti, tangat in puncto, & ideò non enumerantur omnia puncta: ſed partes diuiſibiles æquales longitudine, & latitudine corporis ſperici ſm illam partem, quę tangit ſpatium ſucceſsiue, & continue dum mouetur: ſi vero ſecundo modo moueatur difficiliorem habent exitum, & ideò quidam illa ratione negant moueri poſſe: ſed tamen quamuis concedamus ſic moueri nullum ſequitur Inconueniens, quia quamuis idem punctum ſpherici corporis tangat planum: ſemper tamen mobile ipſum tangit ſpatium aliud ſibi æquale reale, vel imaginarium á quo circunſcribitur, quando fit motus, & ideò non enumerantur omnia puncta plani, per quæ fit motus: ſed omnes partes, quæ ſunt æqualis quantitatis mobilis, quod per ſe mouetur in alio ſpatio, quod tangit, idem mobile: ſolum autem in motu enumerantur partes ſpatij æquales mobili per ſe: non autem mobili per accidens.

Quod ſi obijcias ſi mobile ſpheri cũ tangit in puncto. A. immediate poſt hoc tangit in alio puncto immediate: ergo omnia puncta ſpatij enumerantur. Reſpondetur negando antecedens: ſed immediate poſt hoc tangit in alio puncto mediato, quaſi per falſum. Cuius ratio eſt, quia punctum hoc, quod tangit planum mouetur per accidens, & ita non tangit planum ſi ſit iuxta exigentiam eius, quod mouetur per ſe quoniã hoc, quod mouetur per ſe immediate poſt hoc erit in alia parte diuiſibili verſus aliud ſpatium, quod tangit, ideò verſus planum tangit in alio puncto, quod correſpondet alteri parti, ſpatij circunſcribentis, per quod mobile mouetur: & tamen immediate poſt hoc non peruenit ad punctum immediatum: ſed ad aliud mediatum, quæ ſolutio poteſt etiã accomodari motui rationis ſecundum quem etiam ſi concedamus, quod immediate poſt hoc tangit in puncto planum: non tamen in puncto immediato: ſed mediato non ſequitur continuũ conſtare indiuiſibilibus, planum ſcilicet & eodem modo. Ad confirmationem Reſpondetur negando paritatem rationis inter indiuiſibile motum per ſe, &

per

per accidens, quia motum per se immediate tangerent indiuisibilia spatij: motum autem per accidens lineæ immediatæ post hoc sequentur, & ita tangit indiuisibile spatij per accidens, vt non tangat secundum punctum in parte lineæ, cum impossibile sit punctum tangere lineam: sed mediate tangat quasi per saltum puncta, quæ sunt, post partes lineæ quę motus spherici corporis non est continuus, ex eo quod fiat per planum: sed quoniam per corpus ambiens illud, vt per eum continue mouetur, quamuis per planum diferete puncta tangat, & hoc videtur mihi firmius dici, tam in motu rotationis, quam in motu terminationis. Nam illud, quod diximus prima solutione cum mouetur rotando corpus sphericum, quod immediate post hoc tangit in parte diuisibili non videtur satis firmum, quia non est minus perfectum sphericum corpus, cum mouetur, quam quiescit: sed cum quiescit tangit in puncto: ergo cum mouetur impossibile est, tangere in parte: sed in puncto reuera tangit, sed nō, in puncto immediato, sed mediato correspondente parti spatij ambiētis, quod sphericum tangit, & ab illo continuus erit motus nō á plano, cuius pūcta quasi per saltum tangit.

Ad tertium respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia illud solum dicunt Mathematici, vt naturam lineæ nobis explanet non tamen, quia illud realiter contingere possit. Quare cum motus ille, aut dictus sit imaginarius non sequitur quod moueri possit.

Ad calcem huius quęstionis est notandum vtrum omnia indiuisibilia, saltim motu alterationis moueri possint, nam videtur alicui, quod sic. Primo, quia ex eo quod omne agens prius agit in propinquum quā distans: sed vltima superficies propinquior est agenti, quā illius profunditas: ergo prius agit in vltimam superficiem, quam in profunditatem: cum ergo illa sit indiuisibilis, sequitur quod prius aget in indiuisibile. Secundo, quia omne alterans cum sit quoddam agens agit contractum passi: sed tangit passum, quia contractus fit secundum vltima illorum, quæ se tangunt: vltima autem sunt indiuisibilia: ergo agit, & alteratur ipsum indiuisibile. Verum tamen in hac re certum debet esse apud omnes, quod hæc indiuisibilia possint alterari per accidens simul dum alteratur magnitudo, in qua sunt, quia alteratis, & motis nobis alterantur, & mouentur omnia, quę sunt in nobis, sicut huiusmodi indiuisibilia, sunt in continuo: ergo alterato & moto continuo mouentur & alterantur: ergo hæc indiuisibilia, quæ sunt in continuo. Dubium tamen est an si separata darentur alterari possunt in qua dubitatione dicendum est, quod si huiusmodi indiuisibilia essent separata, & relinquerentur proprię eorum naturę alterari non possint. Cuius ratio est, quia non est alterabile id, quod ex natura sua non est capax qualitatis, quæ est terminus alterationis, sed indiuisibilia ista non sunt capacia qualitatum, quæ sunt termini alterationis: ergo alterari non possent. Minor probatur, quia qualitas, quæ est terminus alterationis est qualitas corporalis: ergo ex natura sua pendet ex corpore habente trinam dimensionem, sed nullum istorum indiuisibilium est trina dimensione præditum: ergo nullum istorum est alterabile. Secundo, quia alteratio non á natura sua est dispositio ad formam substantialem, sed forma substantialis non est, nec esse potest, cum solum indiuisibilibus: sed cum trina dimensione, sed quamuis potentia diuina absque omni diuisione: tamen non potest esse longa substantia, & non lata, aut lata sine profunditate: ergo istæ dimensiones adinuicem sunt inseparabiles: ergo qualitas, quæ est terminus alterationis

nullo modo esse potest in his indiuisibilibus.

Vnde ad rationes Respondetur ad primam, omne agens prius agit in propinquius quã in distans, quando propinquum fit capax talis actionis: quando vero non est capax non est verum, nam propinquior est Deus: & tamen non agit in Deum prius, quam in passum: ergo cum indiuisibile non sit capax alterationis nihil probat argumentum. Ad secundum respondetur, quod quamuis necessario requiratur contactus agentis ad passum in aliquo indiuisibile, vt fit alteratio: non tamen fit tam secundum illud indiuisibile: sed ille contactus est conditio sine qua non fit alteratio per partes diuisibiles. Sed dices modo de facto colores sunt in sola superficie: ergo saltim superficies separata secundum colores posset alterari. Antecedens patet, quia color definitur ab Aristotele, quod sit extremitas perspicui in corpore terminato. Respondetur, quod quamuis color videatur in sola superficie reuera est in profunditate, quod ex eo constat, quod diuerso corpori in corpore in partibus diuisis color apparet. Definitur autem per superficiem, vt visibilis est, vt sic non est nisi in vltima superficie.

Dices secundo indiuisibilia alterantur per accidens: ergo similiter si essent separata possent alterari, patet consequentia, quia partes continui, quæ simul sunt in continuo per accidens alterantur cum sunt separata possent per se alterari Respondetur longe disparem esse rationem, nam vt docet Aristoteles quarto Physicorum text. 31. quæ mouentur per accidens sunt in duplici differentia: alia enim sic per accidens mouentur vt possint moueri per se, quales sunt partes mouiles, quę cum sint tota quædam potentia possunt per se moueri, & in his subiectatur motus totius, & si non primo, sed per suum motum: illa vero si per accidens mouentur, vt nullo modo possint moueri per se, qualiter mouentur accidentia, quæ mouent subiectum cui in sunt, & in his quidem necessario subiectantur motus, & talia sunt indiuisibilia.

Si autem quæras, an saltim diuina potentia possint alterari huiusmodi indiuisibilia separata: duo sunt in hac sententia probabiles inter Theologas: si enim cum quibusdam dicamus qualitates corporeas non posse etiam diuina potentia separari á trina dimensione, quamuis á substantia possint separari dicendum est indiuisibilia separata alterari non posse, quia non essent capacia qualitatis, quæ est terminus alterationis. Si vero cum alijs sentiamus, quorum sententias examinare non vacuat has qualitates posse esse absq; omni quantitate dicendum est posse in solo puncto linea, & superficie, & per consequens hæc indiuisibilia diuina potentia alterari posse.

QVAESTIO, III. & vltima.

De naturalis entis termino, secundum quantitatem permanentem.

EX dictis, in explicatione literæ huius lib. & præfatione nostra ad illum planè constat, Philosophum, hic disputare de termino quantitatis successiuæ, ideſt de mensura entis naturalis inceptione, & desitione; quod vt efficeret, prius de indiuisibilibus in comuni disseruit, & nos hac ratione, etiam hac secunda quæstione prius terminos quantitatis permanentis, disputamus, nam vt infra patebit quæstione tertia intelligibilis ab ommibus redditur finitio

finitio quantitatis successiuæ, sine plena cognitione quantitatis permanentis termini, quam ob rem hanc in partem in primo lib. huius, disputationem istam remisimus, cuius nunc memores tria videnda sunt. Primo de termino, viuentium quantitatis. Secundo de non viuentiũ. Tertio de accidentiũ limite.

ARTICVLVS. I.

Vtrum viuentia naturalia habeant terminos secundum maiorem, & minorẽ quantitatem.

IN præsentia de substantijs animatis viuentium acturi primo notandũ est, quod in quantitate rerum naturaliũ quatuor terminos debemus cõsiderare, duos magnitudinis, & duos paruitatis quorum alter est intrinsecus: alter vero extrinsecus, & alios duos terminos paruitatis, quorum alter est intrinsecus alter vero extrinsecus: terminus intrinsecus magnitudinis est quãtitas illa sub qua res potest conseruari, & tamen sub maiori non potest propter magnitudinẽ vt ii datur quod summa quantitas sub qua homo potest conseruari sit duarum vltimarum quantitas illa á termino intrinseco magnitudinis, edicitur maximum quod sic, quia inter omnes quantitates sub quibus potest conseruari illa est maxima, termin⁹ extrinsecus magnitudinis est quantitas illa sub qua res non potest cõseruari, & sub maiori potest, & dicitur maximũ quod non, quia inter omnes quantitates sub quibus res non potest conseruari propter magnitudinem, illa est minima: terminus autem intrinsecus paruitatis est quantitas illa sub qua res potest conseruari, & sub maiori non potest, vt si demus quod minima quantitas in qua homo potest conseruari sit pedalis hæc est terminus intrinsecus paruitatis, & dicitur minimum quod sic, quia inter omnes quantitates sub quibus homo potest conseruari hæc est minima: terminus vero extrinsecus paruitatis est quãtitas illa sub qua res conseruari non potest, vt quælibet quantitas infra pedalem minor, terminus extrinsecus paruitatis hominis edicitur maximum quod non, quia inter omnes quantitates sub quibus res non potest conseruari illa est maxima, sunt itaque duo termini magnitudinis maximum quod sic & minimum quod nõ, maximum quod sic est terminus intrinsecus, minimum quod non, est terminus extrinsecus

Similiter sunt duo termini paruitatis, minimum quod sic, quod est terminus intrinsecus illius, & max mũ quod non, quod est terminus extrinsecus illius.

Secundo notãdum est quod duo sunt modi quibus res incipiunt. & desinunt esse quorum alij sunt intrinsici, alij vero extrinsici, terminus intrinsicus incipiendi est per primum sui esse. v. c. quãdo verũ est dicere de re aliqua, quod modo est, & immediate ante hoc tẽpus nõ fuit qualiter incipiunt esse viuentia animalia, & instãtaneę mutationes vt sensatio & intellectio, & illuminatio, modus vero extrinsecus incipiendi est per vltimum sui non esse, quãdo. v. c. verũ est dicere de re aliqua modo non est, & immediate post hoc erit, & hoc modo incipiũt esse mot⁹ & tẽpus, & successiua omnia. Similiter sunt duo modi desiniendi alter intrinsecus: alter vero extrinsecus terminus intrinsecus desiniendi est per vltimum sui esse, vt quando verum est dicere de re aliqua modo est, & immediate post hoc tẽpus non erit, qualiter desinũt esse indiuisibilia tẽporis, & motus, & instans, & mutationes, modus vero extrinsec⁹ desiniẽdi est per primũ sui nõ esse quãdo est verũ dicere de re modo nõest, & immediate ante hoc fuit qualiter desinũt esse cõtinua pmanẽtia, &

successiua, vt precedenti quæstione latius dictum est.

His suppositis est esse vltimum, & ab omnibus receptum, quod de facto, & de partercidatur maximum, non solum negatiue, quia non sit aliud maius: sed etiam positiue scilicet, quod maius sit omnibus quale est cœlum Impireũ, quod est corporeum omnium cœlestiũ supremum, & omnibus corporibus inferioribus maius, & inquacumque specie, & minimũ quãuis non sit nobis notũ secundo certum est etiam, quod si loquamur per potentiam vniuersalem non dicitur maximum, nec minimum, quia Deus potest conseruare quanlibet rem sub quacumque quantitate, siue maxima, siue minima, vel potius sine illa quantitate. sed quæstio est an secundũ ordinem, & discursum communem naturæ sit præfixus, & determinatus terminus quantitatis viuentibus magnitudinis, & paruitatis, quam viuentia possint pertingere, & eius fines transire minime queant.

In qua quæstione sic intellecta conueniunt omnes. videlicet quod ex natura sua sit præfixus, & determinatus gradus quantitatis quem viuentia pertingere possint, & eius fines excedere non valeant quod probatur ex Aristotele vbi ait plantæ, & animalis limitatus terminus quantitatis, & quod non dicitur minus minimus, & secundo libro de Anima capite quarto ait omnium natura constantium ideſt viuentium certus est terminus augmenti, & decrementi, & septimo Physicorum capite quarto dicit ciuitates habere certos & determinato slimites, & fines sicuti animalia viuentia & plantæ: ergo ex sententia Aristotelis viuentia habẽt determinatam quantitatem.

Rationibus hoc ipsum suadet. Prima quia viuentia sunt ethereogenea ideſt quorum partes non sunt eiusdem rationis cum toto, sed hæc partes non sunt sub quacumque quantitate, quia nunquam videmus cypreso maiorem hominem, nec formica minorem, nec magnum hominis vt mons magnam, nec vt formica paruam atque ideo debent esse in determinata quantitãte.

Secundo, quia instrumenta debent esse indeterminata, & proportionata quãtitate, in ordine ad exercendas operationes: sed corpora viuentium sunt organa, & instrumenta quibus medijs animalia exercent suas operationes: ergo debent habere determinatam quantitatem, minor probatur ex Aristotele secundo de Anima capite primo, vbi ait anima est actus corporis organici, maior aperte constat, quia ad nauigandum non vtimur naui cubita nec ligone triginta cubitis, vel cubitum: sed in proportionata quantirate, & certa.

Tertia ratio, quia omnis modus est causa augmenti in viuentibus est limitata, & finita: ergo & ipsum augmentum probant, quia causa instrumentalis in viuentibus augmenti est calor naturalis, qui conuertit alimentum in substantiam aliti, & reparat partes deperditas, & hic est limitatus, & finitus, quia quó magis reparat, eò debilior reddit, & non tamen reparat quantum est deperditum: ergo cum hic sit limitatus erit consequenter augmentum.

Et consequens, quia anima est finitæ virtutis: ergo non potest actuare quodcumque corpus: sed illud tantum informabit, quod est iuxta naturam suæ perfectionis inductione. Hoc ipsum etiam probatur, quia quod non est factũ á natura nunquã est visum credibile, & fabile sed nunquã visus est homo cypreso maior, nec formica minor: ergo viuentia habent determinatam quantitatem cuius fines excedere non possunt cum inqualibet specie sit determinatus terminus á natura.

Sed antequam hic discedamus obijciet aliquis detur minima quanttitas in quo forma plantæ possit conseruari, & agens vellit ibi introducere suam formam

formam prius agitur in partes propinquiores & remotiores quia viuens prius agitur prius in propinquioribus quam in posterioribus atque ideò forma plantæ conseruabitur in minori parte quam minima, & illa & consequenter, quia quantitas illa minima, & debilis in sem per debilia, & ita nulla est assignabilis pars, quia non sit alia prior, & ita nulla est pars adeò propinqua agenti, qua nõ sit alia prior, & ita non est determinatus animalis viuentium Resp. quod viuentia in via corruptionis, & in statu præter naturam non terminantur intrinsice, & extrinsice tantum, & ita forma plãtæ poterat conseruari in minima parte, quam illa minima, quia quando agens ille introducit suam formam in partes quibus forma plantæ conseruatur, iam forma plantæ est in via corruptionis: sed tota quæstionis difficultas in hoc cõsistit, an si viuentia terminentur intrinsice aut extrinsice, quo ad paruitatem, & magnitudinẽ, quod est quærere vtrũ terminentur per maximum, quod sic & per minimum quod sic, an per maximũ quod non, aut per minimum quod non. In hac quæstione sic intellecta est duplex sententia prima est Pauli Beneti quem sequitur Vallesius Controuersias, qui asserunt viuentia non terminari intrinsice per maximum, quod sic, & per minimum quod sic: sed extrinsice per maximum, quod non, & minimum quod non. Probant autem suam sententiam hac ratione, si viuentia terminantur intrinsice per maximum, quod sic, & minimum, quod sic: sequitur ergo, quod viuentia desinũt esse per vltimum sui esse, hoc autem est maximi absurdum in Philosophia, quia inde esset, quod materia esset informata simul secunda forma, vel sine vlla: ergo viuentia non terminantur intrinsice. Consequentia probatur, detur homo maximus in maiori quantitate, quæ possit conseruari, qui homo morsu pipere in tumescat tumor ille incipit per vltimum sui non esse, quia incipit per motum: ergo verum est dicere tunc modo non est tumor, & immediate post hoc erit, & sequenter verum est dicere similiter modo non est, & quantitas causata per tumorem, & immediate post hoc erit: ergo verum etiam erit dicere modo est homo, & immediate post hoc non erit, quia immediate post hoc erit quantitas sub qua homo non potest cõseruari atque ideo desineret homo per vltimum sui esse. Probatur vltima consequentia detur in viuenti minimum, quod sic, & illi minimo applicetur condensatiuum, condensatio incipit per vltimum sui non esse, quia incipit per motum: ergo tunc verum est dicere modo non est condensatio, & immediate post hoc erit: & consequenter verum est dicere modo non est quantitas condensata, vel causata per condensationem, & immediate post hoc erit per condensationem: ergo similiter erit verum dicere modonõ est viuens & immediate post hoc erit, quia erit minor, qua non poterit conseruari, & ita viuens desinit esse per vltimum sui esse, quod est maxime absurdum in Physica vt dictum est.

Vallesius confirmat suam sententiam hac ratione detur homo maximus in summa magnitudine, quæ potest, & homo ille de summat alimentum tũc impossibile est, quod homo ille non augeatur, quia calor naturalis naturaliter agit in alimentum, & conuertit illud in substantiam animalis: ergo non datur maximum, quod sic in viuentibus aliás cum augmentatio incipit per vltimum non esse: ita aut verum sic dicere nunc non est augmentatio, & immediate post hoc erit sequeretur, quod viuens desineret esse per vltimum sui esse, quia verum est dicere modo est viuens, & immediate post hoc erit, quia erit quantitas in qua non possit conseruari.

Secunda sententia est Alex. Simpli. & S. Tho. asserentiũ viuentia, & in via corruptionis terminari intrinsice quoad

magnitudinem per maximum quod ſic, & quoad paruitatem per minimũ quod ſic, probant autem ſuam ſententiam ex Ariſt. in hoc loco: vbi inquit animalis & plantæ, & ſimilium determinatas eſſe quantitates, & hoc ipſum inquit. 2. de anima cap. 4. & in hoc loco tex. 38. loquẽs de ſeparatione, quæ eſt via corruptionis ait quod á minima carne non eſt ſeparabilis alia caro: caro autem eſt animata: ergo Ariſt. ſentit, quod in viuentibus detur minimum, quod ſic.

Tertia ſententia media via incidit, quam ſequitur Ferra. quæſt. 7. Sot. q. 4. & pater Tol. cum quibus ſit noſtra concluſio, viuentia in via generationis naturalis diſpoſitionis, terminantur intrinſice quoad magnitudinem per maximum quod ſic, & quoad paruitatem per maximum quod non, minimum inquã quod ſic, & in via corruptionis, & qualiscumq; conſeruationis præter ſtatum naturalẽ terminantur intrinſice quoad magnitudinem per minimum quod non, quoad paruitatem per maximum quod non.

Concluſio habet duas partes quarum prima pars ſcilicet, quod terminantur intrinſice, ſcilicet viuentia ſi non terminẽtur ratione dicta ſequeretur, quod inciperent per vltimum ſui non eſſe, hoc eſt abſurdum in Phyſica, quia omnis ſubſtantia ſaltem animata incipit per vltimum ſui eſſe: ergo viuentia via generationis, & naturalis diſpoſitionis terminantur ratione, dicta conſequentia probatur, quia ſi detur minima quantitas in qua viuens non poſſit conſeruari, vt quãtitas continuo augeatur, nec vero deueniendum eſt ad aliquod viuens in quo viuens fiat in illa quantitate, per primũ ſui eſſe, & ita ſit verum dicere nunc eſt viuens, & immediate ante hoc tempus non erit: ergo quantitas illa eſt minimum quod ſic, aliás, cum ſit ſemper verum dicere modo non eſt viuens, & immediate poſt hoc non erit cum non poſſit conſeruari ſub illa quantitate, & poſt minorem poſſet ſequeretur, quod viuens inciperet per vltimum ſui non eſſe.

Secũdo probatur detur maxima quãtitas in qua viuens non poſſit cõſeruari quantitas illa cõtinuo deminuatur, nec vero deueniendum eſt ad inſtans in quo viuens fiet in illa per primum ſui eſſe, quia erit verum dicere nunc eſt viuens, & immediate ante hoc non fuit: ergo quãtitas illa eſt maximum quod ſic aláis cum ſemper erit verum dicere, modo nõ eſt viuens, & immediate poſt, hoc erit cum non poſſit conſeruari poſt minorem quantitatem, & ſub maiori poſſit ſequeretur, quod viuẽs inciperet per vltimum non eſſe.

Probatur deinde eadem pars concluſionis omnis forma viuentium requirit determinatam diſpoſitionem vt informet materiam, & in illa conſerbetur, at inter diſpoſitiones præcipue eſt quantitas: ergo habet determinatam quantitatem: atq; idem in viuẽtibus detur maximum quod ſic, & minimum quod ſic & hoc idem expreſsit Ariſt. 4. lib. de generatione animalium cap. 4. dicens cuiuſcumque animalis eſt determinata magnitudo, tum ad maius, tum ad minus quem terminum non ſuper grediuntur, ita vt maiora, vel minora fiant: ſed in medio magnitudinis ſpatio exceſſum & defectum inter ſe capiant.

Secunda autem concluſionis pars, quod viuentia in via corruptionis vnius cuiuſque conſeruationis præter ſtatum naturalem terminantur extrinſice efficacitet conuincit ratio illa prioris ſententiæ, ſcilicet Valleſ. Quia alias viuentia deſinerent per vltimum ſui eſſe. Vnde ad argumẽtum ſententiæ. Vall. Reſp. quod ex dictis ſolutio ſolũ enim probat quod viuentia in via corruptionis, & in ſtatu præter naturã terminãtur extrinſice quod nos cõcedimus. Vnde homo ille maximus inflaret nõ deſineret ſemper per vltimũ ſui eſſe: ſed deſineret bene ſe habere & incipere eſſet ægrotus, ſi infirmus, quia acquiſita maiori quantitate

tate quam pro eius naturale statu postulabat, & in via corruptionis, & præternaturalem dispositionem existit.

Sed obijciet Vallesius contra nostrā obiectionem, non videtur possibile quod animus male dispositus sit potentior ad informandum maius corpus, quam animus bene dispositus secundum naturalem dispositionem: ergo & via generationis, & instanti viuentia terminantur per maximum quod sic, & minimum quod sic, sic etiā in via corruptionis iste homo male dispositus in via corruptionis, sic etiam se potest habere in via generationis si sit infirmus ergo & viuentia terminantur extrinsice in via corruptionis, sic etiam in via generationis. Resp. vtrumque nihil contra nos esse, quoniam concedimus plura requiri ad generationem quam ad quamcumque cōseruationem præter statum naturalem. Vnde fieri potest, quod forma illa, quæ non potuit introduci in materia nisi illa esset debita quantitas ad exercēdas suas operationes, quia incipit per primum sui esse postea possit conseruari in minore, aut maiori quantitate in via corruptionis.

Ad primum autem respondetur in forma, quod quamuis informare maius caput cum debito temperamento, & dispositione naturali sit maioris potentiæ: tamen informare maius corpus cum debito temperamento, & naturalibus dispositionibus non est maioris potentiæ: sed impotentiæ quia tum forma nō perfecte animat atque ideò non requirit tam perfectas dispositiones. Ad confirmationem respondetur, quod licet verum sit, quod in illa assumitur, nihilominus diuersa est longe ratio hominis in via generationis, & in via corruptionis, quia in via generationis terminatur intrinsice cum incipiat per primum sui esse, at vero in via corruptionis extrinsice terminatur, quia desinit per primū sui esse.

Sed confirmationi prioris sententiæ respondetur, quod hominem illum maximum prohibitum ad statum naturalem posse augeri etiam si sumat alimentum, quia tunc est potentia nutritiua non habet vim augendi, sed reparandi deperditum, præsertim in statu naturali, quod si plus formam posset in via corruptionis non est mirum illi.

Ad loca Arist: dicimus duo ex illis esse pro nostra sententia, quod si in via generationis viuentia intrinsice terminantur ad vltimum, dicimus quod Aristot. loquitur ibi de via generationis secundum quam viuentia terminantur á ratione dicta: non autem loquitur in via corruptionis secundum quam non est mirum, quod detur maius minimo, nam vt sic terminantur extrinsice per minimum quod non, & maximum quod non.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm inanimata habeant certos terminos quantitatis, quoad magnitudinē, & paruitatem?

CVM autem inanimata sint duplicia, quędam mixta, qualia sunt illa quæ componuntur á qualitatibus diuersorum elemētorum, vt lapis, aurum & argentū: quædā vero simplicia nō quidē, quia non cōstant materia, & forma, sed quia non componūtur ex qualitatibus diuersorū elemētorum, vt quatuor elemēta, certū vero est, quod inanimata mixta terminātur quoad magnitudinē eodē modo quo diximus simplicia terminari. De quibus fit prima cōclusio, inanimata habent certum limitē, quoad magnitudinem, saltim per accidēs, probatur minor supposito ordine vniuersi quo corpora inferiora continentur sub corporibus cœlestibus. Probatur conclusio,

quia inanimata tantum crescere possunt intra spatium interceptum inter corpora cœlestia: sed hoc est finitum, & limitatum: ergo & ipsa inanimata sunt finita, & limitata; atque ideó habent certum limitem quãtitatis quoad magnitudinem, saltim per accidens.

Probatur secundo, quia ignis tantum potest crescere in quantum sunt combustibilia: sed combustibilia finito numero comprehenduntur: ergo ignis finitus est, & ita habet determinatum limitem quantitatis quoad magnitudinẽ, saltim per accidens.

Secunda conclusio, inanimata ex natura sua nullum habẽt terminum magnitudinis, nec intrinsecum, nec extrinsecum. Probatur maior ex Arist. secundo de Anima cap. 7. vbi postquam dixit, quod omnium natura constantium habent certum terminum augmenti, & decrementi, subdit quod si igni applicẽtur plura combustibilia crescet in infinitum. Secundo probatur ratione, quam aduersarij tenẽt quamq, sufficienter dissolbunt, quia si detur ignis maximus quod sic, & illi applicetur stupa ridiculum est dicere, quod ille ignis non cõbureret stupam: ergo dabitur maius maximo, vel inanimata nullum habent terminum quoad magnitudinem, solutio namque quam adhibet tenera in hoc loco insufficiens est quod si illi ignis maximus comburat stupam nõ tam sibi vniat hoc inquam est insufficiens, quia quilibet ignis, & si maior comburit stupam, & combustibilia sibi debitè applicata, & sibi vni: & illa ergo similiter ille maximus ignis nõ comburet stupam, & sibi vniet cum non sit maior vnius, quam alterius, atque ideô dabitur maius maximo.

Probatur conclusio alia ratione non minus efficaci, & primo pro eius intelligentia notandũ est hoc discrimen inter augmentum viuentium, & non viuentium, quod viuentia non augentur ex eo quia in augmentatione addatur noua forma, aut noba materia: sed quia forma præexistens viuentis extenditur ad nouam materiam, quæ processit sub forma alimenti; at vero inanimata ex eo augentur, quia in illorum augmentatione additur noua materia, aut noua forma, vel pars formæ, vt in augmentatione ignis additur noba materia, & noua pars formę.

Nunc sic firmatur ratio ex eo viuẽtia terminãtur, quoad magnitudinem, quia in eorum augmẽtatione nõ additur materia, nec tota forma, sed forma præexistens viuentis extenditur ad materiam noui alimenti quę cũ sit finita, & virtutis limitatę non potest informare infinitam materiã: sed illam, quę est pro capacitate suæ perfectionis: sed in augmẽtatione non viuentium nõ solum additur noua materia: sed etiam noua forma: ergo & materia in infinitum addi potest, sic & forma, & consequenter inanimata nullum habent determinatum terminum quantitatis quoad magnitudinem ex natura sua, siue rei.

Sed si dicet aliquis sartim viuẽtia imperfecta, vt plantæ nullum habẽt determinatum terminum versus magnitudinem, quia etiam augẽtur per additionẽ nouę partis formæ ad nouam materiã. Prob. consequentia, quia forma plantæ extensa, & diuisa in omnes eius partes, quid inde constet, quia si scindas plantæ partẽ ita germinabit, & tota plãta: ergo signum est, quod tota plantæ forma est diuisa, & extensa in omnes partes plantæ negãdo consequentiã, quia quamuis certum sit, quod planta augeãtur per additionẽ nouæ partis formæ ad nouã materiam, & inanimata: nihil omnius tamẽ semper manet natio quare viuentia imperfecta terminentur quoad magnitudinem, & non crescant in infinitum: inanimata vero minime.

Quod tribus cõstat rationibus. Prima est quia viuentia augẽtur circa quãlibet partẽ. Vnde cũ eorũ partes sint etheroge neę, scilicet diuersę rationis cũ toto quę libet

libet requirit determinatā quātitatē ad suos operationes exercendas at vero in animata non augentur, per omnes partes: sed possunt augeri per vnam partem & non per aliam & cum omnes partes sint homogeneæ, primo eiusdem ratio nis cum toto quælibet non postulat determinatam quantitatem vt exerceat suas operationis, sed in maiori potest exercere, secunda ratio quia viuentia suscipiunt alimentum, per certam, & determinatam partem scilicet perradices: quæ cum sint finitæ, & limitatę virtutis non potest per illam ęgredi & ministrari alimentum in infinitum at vero in animata in animata non suscipiunt alimē tum per determinatam partem, sed per quamlibet possunt suscipere ideoque in infinitum crescunt.

Tertia ratio quia augmentatione viuentium inquam quia viuentia habent virtutem & causam augmenti limitatā at vero in animata habent illam illimitatam & infinitam quod inde constet quia in augmentatione viuentium deprehendet aliquid de humiditate radicaliter, quia calor naturalis agit in illam & deperditur etiam aliquid de calore naturali quod repatitur ab alimento quia omne agens in agendo repatitur ex Aristote. at vero in augmentatione in animatorum omnia fortiora fiunt per incrementum quia ignis & calor fortiora & præstantiora euadunt quam agis combustibilia plura applicantur atque ideo nihil deperditur in eorum augmentatione & sic in infinitum potest crescere.

Quam sententiam non bene recipit Ferrariensis sed asserit quod si viuentia terminantur versus magnitudinem sic & in animata, quod probatur primo ex Arist. in hoc loco dicenti illis omniater minari versus vtranque partem & magis & minus & secundo de anima dicit quod omnium natura constantium est certus termin⁹ augmēti & decremētiqua ratione quia si in animata nō terminantur quoad magnitudinē sequitur ꝙ sint infinita in actu quod est absurdum. Debili tamen argumentatione deiectus recessit a communi sententia: vnde ad vtrumque testimonium Arist. respondetur quod vtrobique loquitur Aristot. de viuentibus quod inde patet quia in hoc loco solum ponit exemplum in viuentibus & plantis secundo de anima etiam postquam dixit quod omnīū natura constantium est certus terminus augmenti & decrementi subdit, quod si addes igni infinita combustibilia siue in infinitum ergo loquitur Aris. vtrobique de viuentibus.

Ad rationem dub respōdetur, dicendo verum esse quod in animata & infinita in potētia & syncathégorematicæ quia non potest dari tā maximus ignis quin non possit dari maior.

Sed adhuc insurgit Ferrari, quia forma in viuentibus & finitæ & determinatæ virtutis, non potest informare infinitam materiam sic etiam in non viuentibus forma & finita & limitatæ virtutis seu perfectionis ergo non potest in formare infinitam materiam sed tanta potest traddi vt illam non possit informare & consequenter non crescunt in infinitum atque ideo viuentia terminātur quoad magnitudinem sic etiam & non viuentia.

Respondetur quod si in non viuentibus forma prꝫexistens informaret materiam combustibilis aduenientis recte concludet argumētum quia forma præexistens non informat materiam aduenientem sed noua forma quę producitur cum noua materia hinc est quod argumentum non concludit quod tamen non contingit in viuentibus in quibus forma prꝫexistens informās materiam aduenientem alimenti.

Sed maius dub. est vtrum non viuentia terminentur quoad parbitatem in qua difficultate S. Tho. 1. par. quæst. 3. arti. 5. & ibidem Caietanus Ferras. Sot. & Pater tol. in hoc loco & Nimph. & Aegidi.

cenſent ꝙ eadẽ eſt ratio de viuẽtibus & nõ viuẽtib⁹ atque ideo ꝙ nõ viuẽtiæ terminantur quoad paruitatem via generationis intrinſice per minimum, quod ſic; via autem corruptionis, & per accidens terminantur extrinſice per minimum quod non.

Oppoſita ſententia, quæ magis principijs phyloſophis cõueniat nobis ample ẽtenda eſt, quam tenet Scotus. Secundo ſententiarum diſtinctio. ſecunda, & Va. controuerſia. 5. & pater Percy. 10. Phyſicorum queſtione vltima, quæ hac concluſione explicatur quæ quidem eſt 3. in ordine, in animata ex natura ſua nullũ habẽt terminum magnitudinis ſic, nec etiam paruitatis; quam concluſionem optime explicat Vall. dicens, quod non viuentia ex natura ſua nullum habent terminum magnitudinis: ſed per accidens & ſuppoſito ordine vniuerſi omnia hæc inferiora ſub habitu cæli continentur, atque ideò non poſſunt creſcere in infinitum: ſed tantum intra ſpatiũ ſpheræ corporum cæleſtium, ſic etiam in animata nullum habent terminum paruitatis ex natura ſua: ſed ſolum per accidens, quia ſi ignis poteſt ad totam paruitatem deuenire: & non poſſit ſe defendere à contrarijs illud medium erit extrinſecum, quia tunc verum erit dicere ignis non poteſt ſe á contrarijs defendere, & ante hoc tempus poterat quod intelligendum eſt via corruptionis cum adſunt omnia contraria quæ corruptionem intendunt, non autem via generationis cum omnia jubent ad defendendum ſe á contrarijs. Nam ignis quod potens fuit inducere formam, potens erit ad defendendum illum a contrarijs,

Quo ſuppoſito probatur cõcluſio, quia in animata nullum habent terminum ex natura ſua. quoad magnitudinem, ex natura ſua; quoad magnitudinẽ; nec quoad paruitatem probatur conſequẽtia, quoniam tota ratio propter quam in animata non habent terminum quoad magnitudinem eſt, quia in eorum augmentatione additur in noua materiano ua pars formæ, ſed in eorum diminutione. Etiam poteſt auferri noua materia cum noua forma, ergo & materia poteſt creſcere in infinitum cum maiori, & minori forma ſic etiam materia poterit minui ſimul cum forma vſque in infinitum: ergo non viuentia nullum habent terminum magnitudinis ex natura ſua ſic etiam nec habebunt, quoad paruitatem.

Confirmatur concluſio ſi detur minimũ ignis ille ignis erit diuiſibilis in partes ergo vel datur maius minimo vel dicendum eſt in animata non terminari quo ad paruitrtem: probatur cõſequẽtia quia ſi propter aliquam rationem diuiſio repugnaret illi igni maxime ratione formę, quia forma ſcilicet ignis non poteſt conſeruari in minori quantitate ſed in hoc nulla eſt repugnãtia: ergo ille ignis eſt diuiſibilis in partes, minor vero probatur quia ſi illi repugnaret diuiſio maxime propter organizationem, quia ſi vt dixim⁹ in viuẽtibus habẽt partes ethereogeneas idſte diuerſę rationis cũ toto, & ita adquirũt certã quantitatẽ ad exercendas ſuas operationes ſed hoc nõ quia ille maximus ignis eſt corpus homogeneum, & habet partes eiuſdẽ rationis cũ toto; quę nõ requirũt certã quãtitatem ad ſuas operationes: ſed quęlibet pars poteſt in maiori & minori quãtitate ſuũ munus exercere ergo ſequitur quod ille minimus ignis fit diuiſibilis in partes, nã quęnam ſit repugnãtia rogo vt in minima parte ignis forma diuiſa non caleſiat.

Prob. deinde vrgẽtius, quia poſsito igni cui applicetur conbuſtibile, ſcilicet ſtupa, aut papirus tunc ille ignis prius agit in partes propinquiores; quam in remotiores: ergo prius producit formã ignis in partes propinquiores quam in remotiores: ſed nulla eſt aſsignabilis pars in qua ſit introducta forma ignis reſpectu cuius non ſit eadem forma introducta in alia maiori & minori, atq; ideo ignis

nis nõ terminatur quoad paruitatem.

Nec est solutio, quæ pro contraria sententia adhibuit huic argumento, quod forma ignis non potest introduci nisi in parte capaci: hæc autẽ est determinatę quãtitatis sufficiens, & nullius ponderis quia quælibet minima pars est capax, vt in ea introducatur forma ignis: ergo forma ignis potest introduci in ea. Antecedens prouatur nam in qualibet minima parte reperitur vltima dispositio ad introductionem formæ ignis: ergo reperitur etiam capacitas. Antecedẽs prouatur in qualibet minima parte potest reperiri calor, vt vnum ergo calor vt octo, quia sunt eiusdem speciei: sed calor vt octo est vltima dispositio ad introductionem formę ignis, ergo in ea reperitur vltima dispositio: & consequenter forma ignis poterit in qualibet minima parte introduci.

Prętera interrogo an in sequẽtibus partibus papiri necesse sit formam ignis introduci in tanta, & determinata quantitate? quanta fuit illa prior in qua ignis prior introductus fuit? an non si dicatur necessarium esse sequitur, quod generatio sit per minima, si autem dicatur non necesse esse, quia tunc non dicitur minus minimo quoniam materia papiri restantis est continua, quia tã igni quam genito, & ita illi vnitus nõ est minor minimo, tunc sic arguo, Tota ratio quare ignis, qui fuit primo genitus nõ potuit introduci nisi determinata quãtitate in materia papiri & quia in papiri erat discõtinuata igni efficiẽti? sed similiter procedẽti generatione materia papiri restãtis est discõtinuata igni, qui est imo genitus, quoniam materia est quãtitas vtriusque, & informata forma specie distincta ergo aut datur minimus, minimo, aut inanimata non terminantur quoad parbitatem. Præterea, quia fieri potest vt efficiens agat in materiã desissimam, vt si licet nec agat at indurissimum lignum non vniet sibi præsertim si sit distans, tum etiam quia generare prius est quam vnitum: ergo saltim in illo priori dabitur minus minimo.

Quod si respondeatur, quod si efficiens vnit secum effectum deterior est solutio sentẽtia est cũ per distent iam fieri potest, aut nõ potest fieri, vt nõ possit sibi vnire, tum quia aliquando fit ignis & non igne, quia contingit ignem fieri per reflexionem radiorum solarium tunc forma ignis potest conseruari in minori, & minima quantitate vsque eo quod vniatur efficienti, quia nõ est efficiens cui possit vniri.

Tertio & principaliter probatur detur minimus ignis, & diuidatur in duas partes tũc rogo an forma ignis maneat in materia partis? an non? si dicas quod manet habeo intentum sin minus dabitur materia sine forma, quoniam ex necessitate naturæ ne detur, idem in conueniens materia scilicet sine forma forma circunstantijs introducitur in materiam illam hoc inquam fribolum est, tunc quia si forma illa cuius erat in minimum non potest in illo minimo conseruari multo melius cõseruabitur forma circunstantijs, tunc quia si diuisio illa fuit in vacuo ab Angelo tunc nullum erit circunstans vnius formæ, aut rei in animatæ non terminentur vel nõ habeant terminum quod sic.

Patri enim Tolet. Solutio non placet, quod si illud minimũ non possit diuidi hæc inquam solutio nulla est, quia illud minimum ex natura sua est corruptibile ergo diuisibili, atque ideo nihilvetat quo minus diuidatur vsque ad corruptionem; & ita argumentum obstat.

Probatur vltimo conclusio ignis non potest generari nisi præuia dispositione quam supponamus esse calorem vt octo hæc dispositio cum sit motus incipit per vltimum non esse: atque ideo non potest terminate in hac parte esse calor quin prius fuerit in minori, & minori vsque ad infinit. m

finitum, ergo similiter non est dicēdum determinate in hac parte est forma ignis quin prius fuerit in minori & immi nori ita non terminabitur versus mini mum.

Sed oportet iam ad contrariorum rationem dissoluendam, accedamus est enim non lebis primo arguent ex Arist. hoc loco dicenti, ac minima carne nōest separabilis alia caro sed caro est homo genea ergo non solum est ætherogenea sed etiam homogenea quoad parbitatē terminatur,

Respondetur quod caro dupliciter cō siderari potest vno modo vt pars viuentis & est informata forma viuentis & ab hac carne non est separabilis alia caro quia est terminata in non viuentib⁹ non datur minimum quia est viuens & viuentia habent minimum quod sic. Aliomodo potest considerari vt est separata viuentium & ab hac carne est separabilis alia caro quia est in animata & in viuentibus non datur minimum Ari. vero loquitur de carne primo modo dicitur enim equibocæ caro de carne animata, & de carne in animata vt & homo de homine viuo & picto & si cutis oculus de oculo dicitur arquiboce deoculo fico & sano & viuo. Rationibus tamē procedendum est primo sic quæcunque incipiunt per primum sui esse terminantur ad minimum sed in animata incipiunt per primum sui esse ergo terminātur ad minimū patet cōsequētia quia quæ incipiunt per primum sui esse fiūt instanti atque ideo fiunt indiuisibiliacō sequens tot. ex Arist. 6. Phy. dicente per manentia per primum sui esse incipere sed in animata sunt permanentia vt terra, ignis, & aqua ergo incipiunt per primum sui esse.

Pro solutione huius argumēti est notandum quod cum generatio vnius sit corruptio alterius & econtra vnius sit generatio alterius quoties aliquid corrumpitur aliud generatur & econtra vt quando corrumpitur homo generatur cadauer & quando homo generatur corrumpit semen vel embrio sed hoc discrimen est quod quando illud quod corrumpitur desinit per primum sui esse quod generatur incipit per primum sui esse & quod idquod corrumpitur desinit per vltimum sui esse quod generatur incipit per vltimum non esse ita vt idem instans sit terminatiuum vnius & inciatibum alterius quanuis vni sit intrinsecum alteri extrinsecum & quod hoc sic non vero ex eo constat quia alias sequeretur dari materiam sine forma vel cū secūda forma sequella prouatur cum homo corrumpitur verū dicere est nūc non est homo & ante nunc era tunc rogo ante forma cadaueris sic in hoc tūc quia desinit homo & si ita est habetur intentum quod in eodem instanti quovnū corrūpitur aliud generetur forma cadaueris & antea hoc nunc cum dua instantia non possint continuari quia duo indibisibilia nō possunt cōtinuari alias cōtinuū cōstaret ex indibisibilibus inter hoc nomen & illud intercederet tempus quo homo desinit & incipit forma cadaueris daretur materia sine forma ergo idem est instans terminatibum vnius & initiatibum alterius & ita nec datur materia sine forma nec cum secūda forma.

Vnde ad argumentum respondetur negando in animata incipere per primum sui esse sed incipiunt per vltimū sui non esse ad autoritatem Arist. respondetur ibi loquutum fuisse de viuentibus nō vero de non viuentibus.

Sed contra obijcitur primo quęcunque producuntur in instanti incipiūt per primum sui esse: sed res in animatæ producuntur in instanti ergo incipiunt per primum sui esse minor probatur quæcūque producuntur de noncontradictorio in contradictorium Fiūt in instāti quia inter contradictorium non est dare medium sed in animata á tatione producūtur quia producuntur ex non esse ad esse. Ignis enim ex non igne & aqua ex non a-

non aqua ergo producuntur in instanti atque ideo per primum sui esse respondetur quod verum est quæ fiunt ex non contradictorio in contradictorium producuntur in instanti in quam ex parte substātiæ quæ producuntur nisi aliquid obstet maximatis aut obstat extēsio subiecti atque ideo ratione quantitatisque habet partes inanimata nec vero producuntur per partes proportionabiles ex quo fit quod productio non fit in instanti sed successibe. Sed dices viuentia habent partes quātitatis & materia in qua introducendaest forma viuētis non minus extensa est quam illa in qua introducēda est forma in animatimateria enim in qua introducenda est forma hominis non minus extensa est ratione seminis quantitates quam materia ligni in qua introducenda est forma lignis ratio quantitatis ligni ergo siue a in animata producuntur successibe sic etiam animata respondetur longe disparem esse rationem deextensione viuentis & de extensione in animati quia animata propter organicationem requirunt terminatam quantitatemratione cuius forma viuentis non introducitur in materia nisi sit determinataquantitas & ita in instanti producitur in animata vero cum non requirant(determinatam quantitatem)dico organicationē inde est quod forma non viuētispossit introduci & conseruari in minori & minori quantitate.

Obijces deinde lumen producitur in instanti licet subiectum in quo reperitur sit extensum ergo extensio ex parte subiecti non sufficit vt productio fiat in instanti respondendum est quod lumen producitur in instanti in diaphanoatque ideo verum est quod nisi sit repugnantia contrariæ qualitatis sola extensio ex parte subiecti non sufficit vt productio fiat in instanti vnde quia lumen recipitur in diaphano sine repugnantia contrariæ qualitatis & ignis introducitur in ligno cum repugnantia qualitatis contrariæ hinc est quod lumen producitur in instanti ignis vero successiue

Obiecis adhuc scientia producitur in instanti intellectu cum repugnantia contraria qualitatis scilicet erroris ergo repugnantia contrariç qualitatisnō obstat quo minus productio fiat instanti respondetur quod scientiaproducitur instanti cum huiusmodi repugnantia quia in intellectu non est vlla extensiō cum sit in corporeus vnde duo requirūtur ad hoc quod impediatur productio in instanti alterum repugnantia contrariç qualitatis alterum extēsio ex parte subiecti cum ergo in intellectu extensio deficiat inde est quod scientiam instanti producatur. Sed contra hoc obijcies si substantiæ in animatę fiunt successiue sequitur quod incipiant per vltimum non esse ergo productio illarū est successio atque ideo motus & consequenter datur per se motus ad substantiā quod est contra Arist. 5. Phys. dicentem dari per se motum ad tria prædicamenta scilicet quantitatem qualitatem & vbi respondetur quod differentia essentialis inter motum & mutatum non est quod alter sit successiuus alter vero minime sed consistit in hoc quodmotus dictus est a contrario incontrarium vtraque sint positiua vt a calido in frigidum ab albo & in nigrū mutatio vnde & contradictio vt contradictorium vt ab esse & non esse vel econtra, vnde quia substantia in animata fit ex condictario ad contradictorium vt ex non esse adesse quamuis sit successiua productio non est proprie motus atq; ideo nō incipit per vltimum non esse, Cōtra hoc tamen insurgit Vallesius tunc incipit ignis quando incipit vltima dispositio ignis incipit per primum sui esse ergo & ipse ignis minor probatur terminus ad quem cuiuscunque motus incipit tunc cum desinit motus sed vltima dispositio ignis quę est calor vt octo est termin⁹ ad quem calefactionis ergo incipit cum desinit calefactio sed hæc definitio per vltimū

timum ſui non eſſe ita vt ſit verum dicere modo non eſt calefactio & immediate ante hoc fuit ergo calor vt.8.qui eſt vltima diſpoſitio ignis incipit per primũ ſui eſſe & conſequenter ipſe ignis pro ſolutione notandum eſt quod calor vt 8.poteſt duos habere modos incipiendi ex eodem Vall.vno modo abſolute alio modo determinataquãtitate incipit abſolute quando incipit per partes proportionales vt per minorem & minorem, & tunc incipit per vltimum non eſſe & incipit in determinata quantitate quando incipit in tanta digi tali tunc incipit per primum ſui vnde reſpondetur quod calor vt.8.incipit per primum ſui eſſe in determinata quantitate & ſimiliter ignis abſolute incipit per primum ſui eſſe ſed incipit per vltimum non eſſe & ita non datur minimum. Vnde ad argumentum reſpondetur concedimus quod calor vt.8.non eſt terminus calefactionis vt cumque ad quem ſed in certa & determinata quantitate & vt ſic incipit per primum ſui eſſe & conſequenter ignis vt recte probat argumentum quod nos concedimus negamus tamen quod ignis ſimpliciter & abſolute incipiatper primum ſui eſſe quod vt ſic detur, minimum quod ſi importune redarguas ſi ignis incipit per vltimum nõ eſſe ſequitur ergo quod aliqua ſubſtantia deſinat per vltimum ſui eſſe conſequens eſt contra Ariſt. 6. Phyſ. aſſerentem nullius rei dari vltimum eſſe ſequela probatur ſi ignis incipit per vltimum non eſſe ergo verum eſt dicere modo non eſt ignis & immediate poſt hoc erit ergo & ſimiliter erit verum dicere modo eſt lignum & immediate poſt hoc non erit & ſi deſinit per vltimum ſui eſſe alias verũ erit dicere modo eſt lignum & immediate poſt hoc etiam erit ſequeretur, ꝙ cũ eſſet forma ligni & ignis media ſecũda forma informatur. Proſolutione notandũ eſt primo ex eodẽ Valle.quod ſicuti aliquid poteſt duobus modis incipere abſolute & totaliter & vt tamen ſic etiam poteſt deſinere totaliter tunc aliquid deſinit totaliter & abſolute vt lignum quando in tota materia quæ erat informata forma ligni introducitur,& forma ignis deſinit vt tamen quandode ſinit in certa & determinata quantitate quando lignum deſinit abſolute & totaliter deſinit per primum non eſſe ita vt ſit verum dicere tota materia quærerat informata ligni forma modo non eſt & immediate ante hoc tẽpus erat, quãdo deſinit vt tamen deſinit per vltimum ſui eſſe vt quando lignum deſinit vt tamen & per vltimum ſui eſſetũc incipit ignis abſolute & totaliter per vltimum non eſſe & idem quod diximus de ſubſtantijs ita legendum eſt de accidentibus, nam cum calor deſinitto taliter abſolute per primum non eſſe frigus incipit in determinata quantitate & per primum ſui eſſe & quando calor deſinit vt tamen in determinata quantitate per vltimum ſui eſſe frigus incipit totaliter per vltimum ſui noneſſe quo ſuppoſito Reſpondetur ad argumentum nullum eſſe inconueniens ꝙ aliqua ſubſtantia deſinat per vltimum ſui eſſe non totaliter & abſolute ſed vt tanta & ita determinata quantitate Ariſt.vero dixit nullius rei dari vltimum & totaliter abſolute.

Sed dicet aliquis calor eſt ſubſtantia non viuens & incipit per primum ſuieſſe ergo aliqua ſubſtantia non viuens incipit per primum ſui eſſe probatur ſequela quia homo qui corrũpitur. Deſinit per primũ nõ eſſe ergo cadauer incipit per primũ ſui eſſe reſpõdtur quod cadauer incipit per primũ ſui eſſe per accidẽs tamẽ quia ſequitur corruptionẽ hominis at vero per ſe nullũ habet terminũ quia poteſt diuidi implures, partes,& ſub qua manet forma cadaueris vnde quãuis videatur cadauer habere partes eterogeneas reuera non habet quia iã caput nõ exercet munus capitis nec manus munꝰ manuũ atq; ideo talia equiuoce dicũtur, ſicuti ſ.homo pictus

Secũ

Secūdū argumētū est, reliqua accidē tia rerū etiā in animatorū terminātur ad minimū ergo & quātitas patet antecedēs quia calor .v.c. Ignis ad tantāpo test deuenire remissionem vt sub illa forma ignis nō possit cōseruari respondetur longe disparē esse rationē de accidētibus & quātitate nā cū accidētia ad operationes exercendas ordinenturnaturæ confines & cōuenientes ita quod tamen possit addimi de accidentibus vt substantia non possit operari ideo accidentia terminantur ad minimum at vero quia quantitas non ordinatur ad operationes sed ad extensionem a substantia sub qualibet quātitate in minori & minori quantitate possit esse extē sio hinc estquod quantitatis ratione nō terminetur ad minimum.

Vltimū argumentumest, etherogenea terminantur ad minimum ergo ethomogenea prouatur consequentia quia homogenea sunt partes ethereogenarū, Vc. Caro & ossa sunt partes hominis qui est ætherogenus respōdetur ꝙ homogenea quæ sunt partes etherogenorum terminātur ad maximumquod nos cōcedimus negamus tamen homogenea quæ nō sunt partes etherogenarum, terminari ad minimum.

ARTICVLVS. III. & vltimus.

V. Accidentia terminentur ad maximum & minimum.

Decreuimus tertio agere de accidē tibus & nō procedet quest. de omni accidēti sed tātū corporali & sensibili sed nec de omni sensibili sed solū de quātitate & qualitate de quibus habito iuditio facile erit de reliquis iudicare. primode quātitate dicam⁹ quæ duplicitер. pōt. sumi primo secundum sunt in subiecto præcisse & secundū propriam naturā qua ratione cōsideratur a mate maticasi primo cōsideraturterminatur quoad magnitudinē & paruitatē sicutī ipsum subiectū si vero sit in subiectonō viuēti nullo modo terminatur sicuti, & ipsum subiectū si secūdo modosumatur nullū habet terminū nec magnitudinis nec paruitatis quia si potestcrescere & ita in infinitū in actu sic etiam potest decrescere imprimis patet de paruitate ex Aristo. in hoc loco tex:17.vbi dicit cōtinuum esse diuisibile in semper diuisibilia de magnitudine etiā patet ex eodē.3.Physicor. capitu.6. vbi dicit infinitū in potētia nō repugnare quātitati solū autē loquimur de quātitate cōtinua nā de quātitate dissueta aliud est iuditiū nā quānis quātitas nullū habeat terminū quoad magnitudinē quia non pōt dari numerus ita maior qui nō possit esse maior addita vnitate habent tamen terminū quoad paruitatē quia si nō potest dari numeros minor binario. Iā ergo oportet vt de qualitatib⁹ agam⁹ & nō de accidentib⁹ sed solū de gradualib⁹ de his quæ possunt intēdi & remitti nā de his quę cōstituūtur in indiuisibili nulla est quæst. qualitatis ergo illę de quib⁹ est quæst. dupliciter possuntcōsiderari vno modo secūdū latitudinē intensionis quā habēt ex propria perfectione, si primo modo cōsiderētur duobus modis possumus loqui de illa vno modo ā habeātterminū secūdū latitudinē extēsionis rationesub recti dicimus ꝙ terminātur illo modo ꝙ ipsum subiectū ita qui ꝙ si sint in subiecto viuētis nominētur intrinsice quo ad magnitudinē & paruitatē sicuti ipsū subiectū. Si vero sint in subiecto nō viuēti nullo modo terminētur sicuti ipsū subiectum si autem loquamur de illis secundo modo scilicet ratione sui dicimus quod nullum habent terminū quo ad maximum nec quoad minimum.

Si autem loquamur secundo modo scilicet secundum latitudiem

dinem remiſsionis quam habent ex ſua perfectione adhuc eſt dupliciter ſcilicet ſecundum quod ſunt diſpoſitiones conſeruatibæ ſubiecti vel ſecundum ſuam tiam propria m naturam.

Ariſt. fundamentis præiactis ſit concluſio huiuſmodi, ſi accidentia conſiderentur vt ſunt diſpoſitiones conſeruatinæ ſubiecti ſecundum iutenſionem habent maximum & minimum ſiue ſitin viuentibus ſiue ſit in non vibentibus pro uatur concluſio quia huiuſmodi accidẽtia ſi conſiderentur ratione dicta ordinantur ad operationes ſubiecti ſed operationes ſubiecti ſunt finitæ cum eſſet eius virtus finita ſi ſit creatum ſubiectum ergo huiuſmodi accidentia ſit conſiderata finita ſunt & verſus vtranque partem terminanturprouatur etiam experiencia quia & ſi non recipit quencunque calorem ſed in certo gradu aliter corrumperetur & in ignem trãſiret, notanter autem diximus huiuſmodi accidentia ſi conſiderentur vt ſunt diſpoſitiones conſeruatiuę ſecuti verſus vtranque partem terminari nam ſi ſit quantitas extranea ſubiecti vt calor aquæ aqua recipit quencunque calorẽ ſed in certo gradu tamẽ verſus paruitatem nullum habent terminum quia ſicuti aqua poteſt conſerbari in nullo calore ſic etiam poteſt cõſeruari in minori & minori ſecunda concluſio huiuſmodi accidentia ſi conſiderentur ſecundũ ſuã naturam; ſecundũ intenſionem non terminantur quoad maximum & minimum niſi ſint mediæ qualitates vt fuſcum & viride quod non terminẽtur quoad paruitatẽ probatureaquęincipiũt per motum non habent minimũ ſed huiuſmodi accidentia vt ſic incipiunt per motum ergo nõ terminãtur adminimũ minor probatur & materia patetquia accidens ſimul incipit cũ motu vt calorcũ calefactione ergo nõ poteſt aſignari calefactio quæ non ſit minor & minor ſic etiã nec eſt aſignabilis calor quo nõ ſit minor & minor in hec autẽ ſequti ſum mus Bal. & Tole. ſecundo de generatione c. 6, egidum et Auer, qui aſignãt minimũ ꝙ ſit in huiuſmodi accidẽtibus ratione dicta cõſideratis ſed plane dicipiũ tur, ꝙ nõ terminẽt quoad magnitudinẽ prouat ſicuti ſe habet quãtitas inextẽſione ſic etiã & qualitas in intenſione ſed quãtitas ex natura ſua nõ habet maximũ ꝙ ſic quoad extenſionẽ quia poteſt extẽdi in infinitũ citra infinitũ in actu ergo qualitas ſimiliter poteſt in infinitũ extẽdi & in hoc differimus Sco. 3. ſententiarũ d. 13. & Caie 3. p. q. 1. art. 11. qui ponũt in huiuſmodi qualitatib⁹ maximũ ꝙ ſic ex natura ſua adduientes in exẽplũ gratiã Chriſti quã infinitam eſſe volũt ſed hoc nihil cõtra nos nã licet inter Theologos poſsita ſit cõtrouerſia an gratia Chriſti ſit finita an infinita ſolũ certũ eſt ꝙ ſicuti quãtitati materiali ex natura ſua nõ repugnet in infinitũ extẽdi vt docet Aug. epiſt. 8. ad nibridum ſic etiã nõ repugnat⁹ naturæ qualitatis in infinitũ intẽdi quãuis prout eſt in ſubſtãtijs ſit finita & limitata ꝙ gratia Chriſti nõ eſt denegandũ fuiſſe enim actu finita quanuis maior quacunque alia quæ in omni creatura de potentia Dei ordinaria potuit reperiri dicitur autem infinita ſecundum quid quia habetomnes affectus quos gratia infinita ſimpliciter poſsit habere ſcilicet redimere plures mundos ſicuti eſſent fuit autem finita gratia vnionis illa ſcilicet quæ ex vnione verbi diuini cum humanitate reſultabat, notanter autem diximus in concluſione dum non finitæ qualitates media inter extrema quia in his vt docet S. Thomas. quæſtion. 24. prima ſecundæ articulo. 9. non datur intenſio in infinitum id rebera habent terminum augmenti: & decrementi quoad intenſionem ratio eſt quia huiuſmodi qualitates clauduntur extremis atque ideoquocunque tendit intenſio neceſſe eſt alterius extremi rationem inducere quia cum componuntur extremis vt ex contradictorijs opportet intenſionem fieri per

riper modum relationis a cõtrario atq; ideo necesse est alterũ extremũ resolui.

Sed contra.2. cõclusionem est argumẽtum accidentia incipiunt in instantificuti substantia quibus insunt sed hæc terminantur ad minimum ergo & accidentia habent minimum quoad intensionẽ respõdetur quod accidẽtia dupliciter incipiunt per se & per accidens, incipiunt per accidens quando producũtur ad productionem substantiæ nam eodẽ instanti quo substantia per se producitur producuntur accidentia per accidens & hoc nihil refert per re vero incipiunt quãdo incipiunt in tempore & simul cũ motu atq; ideo per se nõ habent minimum in cõclusione aut loquimur de his quæ per se habent & non per accidens.

Sed obijcies lumem producitur in instanti & lumen,est accidẽsgraduale ergo aliquod accidens incipit in instantiat q; ideo habet minimum quoad intensionem respondetur berum esse quod quoties lumen producitur incipit in instanti quia recipitur sine resistentia cõtrariq qualitatis tn.non habet id per se sed secundum exigentiam luminosi nã per accidens incipit esse ta vt determinata intensione cum possit in minori & minori incipere id autem habet ratione luminosi quia non potest nisi lumen vere si luminosum posset producere maius lumẽ sic ex natura sua lumen possit in minori & minori intensione incipere. Cõtra alteram partem cõclusionis insurgit Sc. effectus non potest præstantior esse sua causa sed calor est effectus ignis ergo non põt.esse prestãtior igne sed ignis postulat calorem vt.8.vt conaturalem & proportionalem & non in maiori gradu ergo calor habet certum gradum quoad augmentum intensionis prouatur accidentia eo magis intenduntur quomagis radicantur impotentia subiecti sed hæc est finita & limitata ergo accidentia limitatum habent gradum intensionis. Ref.Arist,argumentum huiusmodiaccidentia non includere per accidens habere terminum intensionis quoad magnitudinem vt sunt dispositiones conseruatiuæ subiecti vnde sicuti diximus ignẽper accidens terminari quoad magnitudinẽ quia deficiunt combustibilia quæ sunt finita sic etiam calor per accidens terminatur sine intensione quoad magnitudinem ex partes subiecti.Subiectũ autem te ad suas operationes exercendas postulat determinatum calorem vt.8. & ad optimum statum sui esse vnde gerit calorem ignis non esset super naturalis aquibus præcedit calor non potuit maiorperciperi non enim ignis ex natura sua recipit maiorem calorem nisi secundum ordinem agentium sicuti cenciatasnaturitate non respicit vissum ex natura sua sed secundum agentia naturália:

Ad confirmationem Respondeo,quod per accidens potentia subiecti est vltimata,quia ex natura sua accidens potest intendiin infinitum si subiectum sit capax vel secundo.Respondetur falsum esse potentiam subiecti esse limitatam, nam sicuti lumen potest produci in maiori & maiori intensione,sic etiam subiectum per illud magis ac magis potestintẽsum recipere & si Deus conseruaret aquam vt non corrumperetur,posset reciperecalorem maiorem & maiorem in infinitũ vnde calor per accidens habet maximũ intensione & ex parte subiecti,quia requirit certum calorem in certo gradu, ex parte agentis naturalis,quia est finitum & limitatum,& ea quæ de caloredixmus,de cæteris accidẽtibus dictum sit gradualibus quidem,& præsertim de accidentibus qualitatiuis,primę & tertiæ speciei,nam de qualitatibus, secũdę speciei,qua ratione terminẽtur secundum potentiam passiuam,& impotentiam,intra spheram actiuitatis suæ,partimdiximus secundo l.huius.q.42.p.q.& lib.de cœlo Deo dante fæsius dicemus, & hũc de hoc lib.dicta sint.

SVPER SEPTIMVM LIbrum Physicæ, auſculationis Ariſto. de motu in ordine ad mobile. Cõmentaria perquęſtiones.

AVTHORE P. F. PETRO DEOÑA Burgenſi. Sacræ Theologiæ Doctore.

PRAEFATIO.

DE INTENTIONE AVTHOris, ſumma, & diuiſione totius libri ſexti per quæſtiones.

PRæcedenti lib. ſexto traddidit Ariſt. theoremata, quæ ad motum & tempus & ad id quod mobetur pertinebant deinceps autem vt perfecta ſit de motu diſputatio ea proponit quæ eſpectant ad cauſam mouentem quæ quidem tractat, tum hoc libro tum inſequenti multo copioſius, in hoc enim ſolum docet quæ duntaxat ad octauum vel viam ſternuntper quinque c. in primo docet q̃ quidquid mouetur neceſſum eſt vt ab alio moueatur in. 2. c. probat mouens & motum debere eſſe ſimul, in c. 3. probat quod alteratioper ſe. 1. tantum, fiat in. 3. ſpecie qualitatis in c. 4. demonſtrat omnes motus, cõparari poſſe inter ſe in velocitate & tarditate: de cõparatione nãq; illorũ imperfectione ſpecifica & numerica: ſupra. l. 5. a nobis dictum eſt. ar. vlt. in cap. 5. & vltimo agit de proportione inter id q̃ mouet & tẽpus, & ſpatiũ ubi proponit quædã theoremata circa hoc, quæ omnia vnica ſola, quæ amplectenda ſunt, vbi alti⁹ quæ hic ab Ariſt. docentur, & ab authoribus circa illum, examinanda ſunt.

Quæſtio vnica.

De naturalis entis motu cõparatione ad mobile.

MVlta ſunt quæ ideo ignorantur, quia a conſiderantibus parui habentur, nulla autem ſiunt in his li. quæ talia merito poſsint iudicari: vnde non poſſunt non mirari, breuitatem eorum qui de hoc ſuſcripta mandarunt, ſed ignoſcamus illis vt & nobis ignoſcant, & de præſenti negocio, quatuor exacte examinemus primo ſi mouens & motũ debeant ſemper eſſe ſimul & quomodo ſecundo vi rationes quibus Ariſt. probat ad qualitates primæ. & 4. ſpeciei non eſſe per ſe motum, verum habeant. 3. ficõparatio ſimplex Phyſica debeat fieri in ſpecie infima quarto & vltimo vndeproueniat maior velocitas in motu.

ARTICVLVS. I.

V. mouens & motũ debeant eſſe ſimul & quomodo.

SVpra. 2. l. huius. q. 5. 2. p. q. non nulla de hac recipimus ibi dicere ſed pro com

cõplemẽto doctrinſt, nunc autem ex profeſſor videtur quod nõeſt dubi primo quia ſol mouet hæc inferiora & in illa agit & tamen non eſt ſimul cum illis ergo mouens & motum nõ ſemper debẽt eſſe ſimul nec valet dicere q̃ ſol inmediate agit in corpora intermedia & mediis illis mouet hæc inferiora nam corpora inter media ſoli contigua ſunt orbis cęleſtis incapaces alterationis corruptione qua ſol mouet hæc inferiora ergo &c. ſecũda ratio atrahens eſt mouẽs & atractũ eſt motũ ſed atrahẽs & atractũ nõ ſunt ſemper ſimul ergo mouens & motũ nõ debent ſemper eſſe ſimul patet minor triplicit̃ nã magnes atrahit ferrũ diſtans & electum paleas diſtãtes & pharmaca diſtãtes humores ergo, &c. 3. ratio angelus mouet cœlum & tamẽ nõ eſt ſimul cum illo ergo mouẽs & motum non ſemper debent eſſe ſimul probatur minor quia illa ſunt ſimul quorũ vltima ſe tangunt ſed angelus nõ habet vltimum quo tangat cœlum cũ ſit indiuiſibilis ergo non eſt ſimul cum illo. Pro intelligẽtia tituli 1. notandum eſt q̃ dupliciter põt aliquid aliud mouere primo improprie & metaphorice per modũ finis & q̃ hac ratione mouet non eſt neceſſarium q̃ ſit ſimul cum moto. Imo fere ſemper nõ exiſtit in rerum natura quãdo mouet ergo nõ põt eſſe ſimul cũ moto patet quia ſi multas nõ tantum requirit duo extrema exiſtẽtia ſed exiſtẽtia & cõiũcta. 2. põt aliquid moberi proprie & effectiue & ad hoc requiritur exiſtentia in rerum natura & de iſto modo mouendi procedit quæſtio nõ vero de 1. de quo iam partim dictum eſt. l. 2. huiꝰ q. 4. Secundo eſt notandum q̃ dupliciter põt eſſe aliquid ſimul cũ alio, 1. ſimultate temporis ita q̃ 1. exiſtant eidem parti temporis diuiſibili. 2. ſimultate loci q̃ nõ eſt coexiſtere eodẽ loco proprio quia duo corpora diuerſa vt ſunt mouẽs & motũ non poſſunt eſſe ſimul in eodẽ loco proprio ſine penetratione dimenſionũ in eodẽ loco quæ naturaliter eſt impoſſibilis vt ſuperiꝰ diximꝰ neq; ſufficit ſi multas in loco cõmuni ſed ſimultas de qua eſt quæſtio eſt immediatio locorum propriorũ ita q̃ inter illorũ vltima nihil mediet ꝺ hac ergo ſimultate loci eſt quæſtio nõ de prioribꝰ eſt ergo ſenſꝰ quæſtionis vtrũ mouẽs & motũ propriedebẽt eſſe ſimul ſimultate loci dicta circahãc rẽ ſunt duę ſententię oppoſitæ. 1. eſt Sco. in. 2. d. q. 2. §. ad iſtã quęſtionẽ & in 1. d. 17 Ale. & ſimp. aſſerẽtiũ mouẽs & motũnõ debere ſẽper eſſe ſimul ſed poſſe agẽs. l. mouẽs agere indiſtãs ſine eo quod agat in inter media quos ſequitur. Villal. quæſtũ ad generationẽ ſuſtãtialem. 2. eſt Fer. 7. Ph. & 3. cõtra gent. c. 68. Valles cõtro. 39. Toleti & Soti hic & ibi omniũ Thomiſtarũ aſſerẽtiũ mouens & motũ ſemper debere eſſe ſimul ita q̃ indiſtãs non poſſit agere mouens niſi prius agat in inter media quos etiã ſequit Villalpã. quãtũ ad reliquos motꝰ ſit ergo. 1. fundamẽtũ pro illius diuiſione duplex eſt mouẽs aliud. 1. inter q̃ & paſſum mediat aliud agens, l. mouens aliud vltimũ inter q̃ & paſſum nõ mediat aliud ſimiliter eſt duplex paſſum aliud, 1. inter quod & agẽs nõ mediat aliud & aliud vltimũ inter q̃ agẽs & mediat aliud quæ omnia poſſũt patere in hoc exẽplo moueat manꝰ lapidẽ medio vaculo & lapis palea. 1. mouẽs eſt manꝰ quia inter ipſũmet lapidẽ mediat vaculꝰ vltimũ mouẽs eſt vaculus quia inter ipſum & lapidem nihil mediat cõtra lapis eſt passum vel motũ quia interipſum & vaculũ nihil mediat palea vero eſt vltimũ paſſum quia inter ipſã & vaculũ mediat lapis nõ ergo hic procedit quæſtio de vltimo & primo mouente ſed tãtũ de vltimo mouenti &, 1. motu an iſta ſint ſemper ſimul modo dicto.

Sit ſecundum fundamentum aliquod agens agit in medium ſibi proximum immotum at vero motum non ſemper producit effectũ ejuſdem rationis & ſpeciei in vtroque ſed aliquando longe diuerſe quod patet multis exemplis v. g. quando ignis medio vitro emolitcæram per calorem a ſe emiſſum in vitro quod

est mediũ proximum tantum producit calorẽ non molitiẽ, at vero in cæra quæ est obiectum remotum producit calorẽ & molitiem ratio huius disparitatis est diuersa natura & ratione materiæ missis passis imo nõ solum hoc cõtingit eodem aere recepto ab ipso agenti vtroq; in passo vtcontingit in cassu adducto eodem calore in vtroq; passo recepto sed etiã aliquando ipsum agẽs diuersum aeri se mittit ad vnũ passum quã ad aliud vt patet in sole qui in orbes sibi immediatos tatum emittit lucẽ nõ caloré quia illi orbes cũ sint incorruptibiles nõ sunt capaces talis accidẽtis at vero in hæc inferiora producit calorẽ & aliquãdo non lucem vt quando ipsa sunt opacca nõ habentia diaphaneitatem quę requiritur ad recipiẽdum lucem. Sit tertiũ fundamentum secluſa tractione finali quam ponit Toletus in 1. loco. 3. fundamenti qua ratione atrahit finis ad se mediaque illius gratia fiũt & locus naturalis atrahit locatum quia de hac nõ est quæstio sicut neq; de motione impropria ipsa atractio propria & effectiua de qua est quæ. sicut de motione propria quę abipsa prouenit duplex est prima qua ipsum atrahens in se in motum manens est per virtutẽ impræssam inatracto illud adse atrahit qua ratione media virtute accepta a magnete ferrũ ad ipsum mouetur, & similiter paleæ ad electum & cibi & humores ad nostra mẽbra ipsis in se immotis manentibus non secus ac grauia per virtutem a generante acceptam ad sua loca naturalia mobentur est tamen hoc discrimen quod grauia nõmobẽtur ad illud agens aquo accepere prædictã virtutem sed sua loca naturalia, scilicet ad centrũ & huiusmodi atractamouentur ad illa agentia a quib⁹ prælictã accepere virtutẽ alia vero est atractio in qua ipsum mouẽs vel atrahens simulcũ atracto aut moto mouetur & de hac loquitur Ar. in tex. His ergo fundamentis iactis sit cõclusio respõsiua quęstionimo uẽs vel agens vltimum debet esse simul cum 1. motu, l. passo simultate locali ita ꝙ in distãs agere nõ possit pro cuius intelligentia notãdum est ꝙ agentia sunt duplicis ordinis quædam sunt materialia & corporea quædam vero in materialia & in corporea inter quæ est hoc discrimen quod in materialibus ratio essendi in loco est quãtitas molis qua media dicuntur agere nõ per suas operationes: vnde cum operatio impertinenter se habeat in illis ad essendum in loco tã dicuntur esse in loco quando nõ operantur in passo ac quando operentur in immaterialibus vera ratio formalis essendi in loco est sua operatio trãsiẽs ex quo fit ꝙ soluni dicantur esse in loco dumerga passum operantur. quia per illud finiũtur ita ꝙ sint ibi & non alibi sicut materialia per quantitatem cessante tamen operatione non dicuntur esse in loco ex quo nascitur discrimẽ. 2. ꝙ agentia materialia non dicuntur esse simul cum passo in quo operantur per suam operationẽ sed per suam quantitatem molis ita ꝙ tum dicantur esse simul quãdo vltima eorum se tangunt & ita bene põt uerti in quęstionem de illis an sint simulcum eo in ꝙ agunt at vero agentia incorporea dicuntur esse simul cum passo per suamoperationem & ita nõ põt de illis verti in quæstionẽ an sint simul cumpasso in quod agunt quia eo ipso ꝙ in illud agunt debent esse simul cum illo modo illis possibile scilicet per operationem tertium discrimẽ est ꝙ in agẽtibus corporeis simultas loci est conditio requisita & præsuppositа vt agant in passum at vero in incooperis nõ est conditio præ requisita sed potius cõcomittansipsam operationẽ imo lõge diuerso modo hæc simultas acipitur in vnis ac in alijs quia in corporeis mouens & motum sunt in eodẽ loco prorsus licet diuersimode quia motum est circunscriptiue per suam quãtitatẽ molis mouens vero definitiue tãtũ per suam operationem imo ipsum mutum deseruit mouenti tamquam locus quia in illo dicitur essedũ in ipso operatur

ratur in corporis vero mouens & motũ non possunt ita esse simul quod sint prorsus in eodem loco quia hoc nõ potest fieri sine penetratione quę est impossibilis per naturã sed ita sunt simul quod vltima locorũ in quibus sunt se tãgunt ita ꝙ mouens nõ dicatur esse in moto vtin loco quia non est in loco per operationẽ sed per quantitatem molis quo supposito probatur cõclusio adducta rex Ar. tam hic quam in l. de anima dicente ꝙ si iuxta cœlũ poneret aliquod coloratũ & istud spatiũ inter medium esset vacuũ nõ possit ex hinc videri a potentia vissiua sed huius nõ põt alia traddi causa nisi quia deficit contiguitas vltimi agẽtis v.g. aeris cũ potẽtia vissiua perquãipsa deberet recipere species visibiles ab illo colarato ergo in ônia actione requirit prædicta continguitas inter agens vltimum & 1. passum alias enim sequeret ꝙ sine aliquo intermedio possit videri illud coloratum ꝙ si hoc cõcedatur vt sic oppositum sentiẽtib⁹ tũc sequiturne cessario ꝙ potẽtia vissiua posset videre colorẽ & si paries esset interpositus inter ipsum & colorem quod est absurdũ & patet quia si ob aliquid nõ possit maxime quia paries non est mediũ capax specierũ visibilium quas ille color medio ipso deberet mittere ad vissiuam potentiã sed hoc nõ obstat quia etiam vacuum est subiectum in capax taliũ specierum & nihilominus per ipsas nõ obstat quominus videatur illud coloratũ ergo similiter non obstabit in nostro casu aut si in illo obstat quare non obstabit etiam in illo de vacuo imo admisso ꝙ non requiratur talis contiguitas medij impertinens erit ratio illius ad quã cũq; operationem probatur primo quia si aliquod agens possit immediate afere indistans non agendo immedia ergo si tuti potest agere in pacum distãs posset agere in maxime distans patet quia si non posset maxime ratione maioris vel minoris medij sed ista ratio maioris vel minoris medij per ipsos est ad hoc impertinens ergo non obstabit ad prædictam actionem maius medium plusquã minus dũ immediate agens mittit species aut virtutẽ ad passum nõ mitteudo prius ad media cõsequens autem illud est aperte falsum & contra experientiã & quia sequeretur nullũ agens habere determinatã sphęrã suæ actiuitatis ergo & antecedens dicendum est igitur prę dictã cõtiguitatem & simultatẽ inter vltimum agens & primum passum necessario requeri ad quamuis operationẽ vel motionẽ prætera ea. 3. probatur quia ex S. Tho, 1. p. q. 8 & 3, contra gent. c: 68 operari sequitur ad esse ergo licut non põt aliquid absolute operari nisi absolute sit ita nõ poterit immediate in aliud operari nisi immediate sit simul cũ ipso sed vltimum agens immediate operatur in primum passum vt patet ergo necessario debet simul esse cum ipso immediate & tandem vltimo quia si vltimum agens posset immediate agere in primum passum licet nõ sit immediate simul cũ ipso sequeretur inde eneruari argumẽtum illud Theologorũ quo probat deũ esse vbiq; immediate quia vbiq; immediate operatur cõsequẽs est falsum quia sequeretur nõ efficaciter probari immensitatem Dei ergo & antecedens sequela autem probatur quia per istos authores nõ cõiunguntur esse simul cum alio & in illud immediate agere ergo quãuis Deus immediate agat in omnia nõ efficaciter probabitur neq; bene colligetur ꝙ debeat esse immedtate & simul in omnibus ergo dicẽdum est ꝙ agẽs vltimum debet necessario esse simul cum 1. passo simultate locali ia dicta.

Quibus sic detractis facile respõdetur ad rationes dubitandi ad primamenim dicimus ꝙ sol non est agens vltimũ respectu horũ inferiorum & ita nõ est necessarium ꝙ sit simul cum ipsis sed tantum est agẽs immediatũ respectu orbis sibi cõtigui cũ quo est simul si multate loci & in illo producit lucẽ & ipse posset in reliquos quo vso; aduenit adelemẽtã

quibus medijs debeãt ad hæc inferiora & ita in illis producuntur effectus vnde vltimum agẽs istorum debet esse simul cum passis non vero sol neq; est inconueniens quod in illo orbe sibi contiguo tãtum producat lucem & in hæc inferiora nõ solum lucem sed etiã caloré quia vt iam vidimus quando aliquid agit in proximum & in remotum, nõ debet vtrobiq; effectum eiusdẽ rationis producere sed põt diuersæ rationis producere ratione materiæ passorũ & ita in illo orbe cũ incorruptibilis sit nõ põt causare calorẽ in hęc inferiora quæ sunt corruptibilia. Ad 2. respondet Albe. ꝙ magnes atrahit ad se ferrum nõ effectiue sed finaliter & ita quamuis agit in distans nõ est cõtra nostrã cõclusionẽ verumtamẽ hæc solutio merito reijcitur a S. Thom. qui quidem efficaci ratione falsitatem ipsius probat quæ talis est ratio est quoniam si magnes finaliter atraheret ad se ferrum indesequeretur quod quamuis magnes aut ferrum cõiungerentur aliis non impediretur illa attractio nec similiter quamuis ponerentur in presentia adamantis impediretur talis atractio cõsequens aũt est falsum ꝙ experientia docet ꝙ si magnes aut ferrũ alijs cõiungantur non fiet atractio & similiter solinus docet ꝙ si ponantur in præsentia adamantis etiam cessat illa attractio ergo antecedens sequela probat quia atractio finalis non fit per aliquam virtutem causatam ab alio sed ab ente in atractu sicut fit atractio effectiua ergo quãuis talis vnitio aliorum illis fieret nulla cessaret virtus vnius ab alio neq; si ponerẽ tur in præsentia adamantis & ita in neutro casu cessaret atractio cũ ergo in vtroq; casu cesset dicendum est, ꝙ cessat virtus qua media effectiue trahebatur ferrum a magnete propter vnctionem aliarum virtutum a adamantis ex cuius cessatione cessat atractio & quamuis ista experientia de vnitione aliorum aliquando deficiat vt docet Tolet. ex cõcilii tõge differentia si & tradit rationem quare aliquãdo deficiat & quare aliquando nõ quia inquit calor aliorũ & nimius & maxime mordax & ita est de bulsibus partiũ subtilium magnetis quibus deberet fieri atractio ferri quia in illis continebatur virtus atractiua sed quia aliquãdo calor aliorũ nõ est ita mordax sed debilis potius propter aliquas causas occurrentes hinc est ꝙ tũ tẽporis quantũuis magnes aut ferrũ alijs iũgantur nõ impediatur atractio quia ille calor nõ sufficit euelere prędictã virtutẽ abnegãte magnete vnde supposito ꝙ magnes effectiue ad se atrahat ferrũ dicẽdum est ꝙ in tali casu ipse magnes nõ est vltimum agens sed potius primum quia producit illam virtutem in aere cõtiguo ferro & ita ipse aer est vltimum agens & ita est cõtiguus ferro quia media illa virtute a magnete causata tanquam principio effectiuo facit ferrũ moueri ad magnetem, & eodem modo est respondendũ ad illud destlero trahẽte ad se paleas & de pharmaco trahẽte ad sehumores nõ enim sunt ipsa agẽtia vltima sed potius prima quia causant virtutẽ in alio quæ media agunt impassum mediate & eodẽ modo est dicẽdũ ad illud ꝙ solet aferri de pisciculo dicto torpedo qui causat stuporẽ in manu piscatoris nõ enim illã causat immediate & ita nõ sequitur ꝙ aliquod agẽs agat indistãs sed primo emittit in arundinẽ virtutẽ quãdam quæ per ipsam diffunditur & perueniens ad brachium piscatoris ibi causat stuporem & ita illa arũdo est agẽs vltimum & est simul cum illo brachio & parum refert ꝙ in arundine nõ causet stuporemquẽ causat in brachio quia orũdo nõ est capax stupori: cũ nõ viuat cuius est capax brachium quia viuit nã iam supra diximus ꝙ quando aliquid agit in proximũ & remotum nõ est necessarium ꝙ in vtroq; causet effectum eiusdẽ rationis sicut ignis calefaciens cæram medio vitro in vitro tantum producet caloré in cæra vero vltra hunc molitiam eodem modo est dicendum de oculo fascinanti respectu

fascina

faſcinati nō enim cauſat faſcinationē in mediate in ipſum ſed pri⁹ exvehemētio ri viſſu emittit in aerem qualitatēquan dam malignam & quia poſtea faſcinatus illum aerem atrahit ad ſe per in ſperationem ideo faſcinatus non ſecus ac ille qui habet peſtem quam emittit in aerem proximum quam fitionatus aer poſtea illam emittit in reliquos homines qui aerem illum ad ſe atrahunt & ita nunquam ſequitur quod agens vltimum poſsit immediate agere indiſtans ſed ſemper debet eſſe ſimul cum primo paſſo. Ad tertiā reſpondetur ꝙ cum angelus ſit agēs ſpirituale nō indiget cōtactu quantitatiuum vtęlum moueat ſed illi ſufficit virtual⁹ per ſuam operationē quā immediate in ipſū operatur nihilominus tamen quia eſt in loco per operationem eo ipſo ꝙ agit immediate in cœlū eſt ſimul cum ipſo modo ſibi poſsibili. In. 4. p. quæſti. eſt primū argumentum cōtra cōcluſionē adductā in qua diximus ꝙ vltimum agens & primum paſſum debēt eſſe ſimul cōtingit aliquando vltimū agens agere indiſtans ergo concluſio eſt nulla probatur. Idemus caſum in quo aliquis ignis calefaciat lignum & ſecūdum priores partes & nō ſecūdum poſteriores illud tāgat in tali caſu partes poſteriores calefaciūt lignum & nō medijs alijs partibus quia illæ habent calorē in ſummo & ita nō poſſunt aliū recipere ergo dicēdum eſt ꝙ agūt immediate in ipſum & nō ſunt ſimul cum illo Reſ. ꝙ in tali caſu ex omnib⁹ conſi cietur vnum vltimū agēs reſpectu ligni ꝙ illud tāget ſecundū aliquas partes ꝙ ſufficit vt ſint ſimul vt Ariſt. docuit. Sed ob has rationes ſupponam⁹ ꝙ illę partes ſunt ſeparatæ ita ꝙ cōſtituant duo agentia totalia in tali caſu agens poſteriusca lefacit lignū & nō medio priori quia nō eſt capax caloris cū illū habeat in ſūmo ergo dicendū eſt ꝙ aliquod agēs immediate agat indiſtās Reſ. 1. ꝙ tūc licet nō mittat cœlo rē in ignē antoriorē mittit tamē in partes aeris illi cōtiguas per quas deueniet ad lignum vel ſecundo ꝙcō ſeruauit anteriorem ignē & ratione illius cōſeruationis agit in lignū & vtroq; modo erit agēs nō vltimum. vel pōt tertio dici ꝙ ſe habent ſicut vnū agens ꝙ 2. diuerſas partes tāgit paſſum & eodē modo dicēdum eſt ad caſum cōmunem de lamina ſumme ignita dicit enim ꝙ quādo iſta ponatur inter lignū & ignēil le ignis calefaciet lignū & nō media lamina quia nō eſt cadax caloris cū illum habeat in ſummo ergo immediate aget indiſtās dicim⁹ enim, 1. ꝙ calefaciet partes aeris cōtiguas laminæ & per illas deueniet calor ad lignum & ita erit agēs nō vltimum vel. 2. ꝙ cōſeruauit laminā ratione cuius cōſeruationis dicet agere in lignum mediate tamē vel tandem 3, dici pōt ꝙ illa duo agētia habēt ſe per modū vni⁹ vt ſupradictum eſt. Prouatur ſecundo licet inter. 2. agēs & primum paſſum mediet ſecundum agēs ꝙ dicitur vltimū vires primi agētis puta attingere ād illud. 1. paſſum ergo quāuis illud vltimū agēs inde abſtraheretur & nō media ret poſſūt vires primi agētis eodē modo attingere ad illud paſſū iā ergo in illo caſu poſſet aliq⁹ agēs immediate agere in paſſū localiē diſtās R. negādo cōſequētiā quia ratio propter quā vltimū agēs debet eſſe ſimul localiē cū primo paſſo nō eſt vt bene obiecti quia illi⁹ vires debēt numero attingere cōtactu quātitatiuo parte illius paſsi qua eſt cōtigua agēti quia cum ſphera actiuitatis ſit cuiuſcunq; agētis diuiſibilis ſit & habeat partes nō tātū poterit agere in illas partes qui tāgit cōtactu qnātitatiuo ſed etiāinalias diſtātes ſed ratio eſt quā iā ſupra adduxim⁹ quia ſcilicet operari ſequit̄ ad eſſe vnde quemadmodū nō pōt aliquid abſolute operari niſi abſolute ſit ſimiliternō poterit immediate operari erga aliud quin ſit illi immediatum localiter ſed eo ipſo quod ſit mediatum ab illo debebit agere in illud mediate medio ſcilicet alio per quod tranſeūt actio vſq; ad paſſum.

Sed obijcies vltimo fieri potest quod aliquod agens agat inmediate in distās nontranseundo actio per mediumergo solutio est nulla probatur antecedēs demus cassum in quo ignis & aqua agant in se in vicē medio aere ita q̄ quelibet existat in sphera actiuitatis alteri⁹ in tali casuignis calefaciet aquā &aquafrigefaciet ignē sc. distæ actionesnō possūt trāsire per mediū ab agēti ad passūalias sequeretur quod aer simul moueretur motibus contrarijs ergo &c. Respondēt ad hoc multipliciter nulla tamen solutio difficultatem euacuat nisi illa quam insinuauim⁹ si. Phi. scilicet quod aliquid potest moueri simul motibuscontrarijs in gradibus remissis sicut potest simul habere contraria in gradibus remissis vnde dicendū est quod in tali casu vltimum agens respectu aquæ nō est ignis sed aer pro illa parte qua est illi contiguus & ita illam calefacit per calorem receptum ab igne & similiter ecōtrarespectu ignis non est vltimum agensaqua sed aer contiguus ipsi igni pro illa parte & illum frigefacit per frigiditatem receptam ab aqua & ita nō sequitur quod vltimum agēs distet localiter à primo passo quāuis distet agens nō vltimum.

Secundū argumētum est cōtra eandē cōclusionē huiusmodi Deus inmediate operatur in omnibus reb⁹ vtraq; immediatione virtutis & supositi vt vidim⁹. 2. l. Phy. sed nō est simul localiter in omnib⁹ ergo cōclusioest nulla prouaf minor ex Ar. 2. de generati. te. 19. de dicētehec inferiora nō posseteſſe æterna quiamul tū distāt a deo nō ergo est simul localiter cū illis deus ibi Ar. tñ loqui de distantia imperfectione & essentia nō aūt de distātia locali sed hoc modo poterit esse simul cū illis sicut nos solemus dicere ligni maxime distare abhomine quāuis sit illi cōtiguſt ex eo q̄ distat ab eo in essētia & perfectione sed cōtra hoc est Ar. 8 Ph. t. 84. dicēs deū esse in vltima superficie idest mobilis tā quā in loco ergo nō tātūintelligit q̄ imperfectione distet ab his inferioribꝰ sed etiā distātia locali ref. q̄ Ar. ita asserit deūesse in vltima superficie idest mobilis q̄ nō neget etiā localiter esse in omnibus rebꝰ immediate nā asserit ibi esse tāquā in loco eminētiori vbi magis viget motus velocitas q̄ nō tollit quo minus sit simul localiter in reliquis rebus sicut nos dicimus Deū esse in cœlo nō negātes propter hoc q̄ sit in omnibus rebus simul localiter sed potiusita tentur. Sed obijcies primo Ari. l. de mundo ad Alexan. inquit ridiculum esse dicere deum esse prēsentem per suam substātiam in omnibus rebus ergo non solum dicit illam esse in vltima superficie 1. mobilis sed negat esse in reliquis rebus Ref. quod vt vidimus 2. li. Deus est inmediate in omnibus rebus & in illis operat vtraq; inmediatione virtutis, & suppositi sed dicimus primo quod ille liber nonhabetur procerto vt Arist. sed potius censetur vt Apocriphus & 2. Ref. quod ibi tantū vult dicere quod Deus nō preducatomnes effectus inferiores se solo sedmedijs causis secundis, vt excluderet illam positionem qua aliqui dicunt se solo omnes effectus producere eo quod in omnibus est præsens sed voluit dicere quodse solo non potest effectus producere sedneceſſario debet medijs causis secundis ad hoc co asumptis sicut reges terræ regnū gubernant medijs ministrijs ad hoc assumtis diuerſo tamen modo hoc facit Deus ac reges terræ quia ipsi propter suamsinitam capacitatem non possunt omnibus attendere & ad hoc alijs indigent & propter hanc exigentiam illos consumunt Deus autem causas secundas assumit ad producendos effectus propter suam liberalitatem quia licet possit se solo omnia producere & omnibus simul attendat nihilominus ob suam liberalitatem voluit hoc impertiri causis secundis & illas accipere tanquam secum cooperatrices.

Sed obijcies secundo iam quod Deus propter suam immensitatem non possit in omnibus operari quin sit simul cum omnibus saltim agentia finita possunt agere

agere immediate in passum distans localiter: ergo, &c. Probatur minor, quia in generatione substantiali generãs quod est vltimum agens non est simul localiter cum passo: sed maxime distans cum passum sit materia seminis existens in motiuo fœminæ imo aliquando contingit, quod quando est introducẽda forma generans sit corruptum, & in rerum natura nõ existat: ergo aliquod agẽs potest agere immediate indistãs localiter propter hoc argumentum Villalpand. conuictus est ad asserendum in generatione substantiali non requiri simultatem localem vltimi agentis cũ primo passo in merito tamen quia si ad effectũ ignobiliorem, vt est generatio accidentalis requiritur prædicta simultas, vt ipse concedit multo melius requiritur ad nobiliorem, vt est generatio substantialis, & secundo, quia sicut potest contingere, quod generans non solum sit distans: sed etiam sit corruptum tempori, quo debet introduci forma substantialis potest etiam contingere in producto quod durante productione non solum sit distans proijciens: sed etiam corruptum: ergo sicut cõcedit in hoc casu hoc non obstante requiri prædictam simultatem debet concedere in priori. Vnde ad vtrumque dicimus, quod licet agens principale, vt est generans & proijciens distet à passo localiter: agens tamen instrumentale, vt est virtus seminalis in generatione illa, & impulsus á proijcienti causatus in proiectione non distat localiter á passo, & ita non sequitur, quod aliquod agens agat immediate in localiter distans: sed si agit immediate debet esse simul cum passo, & hac ratione Arist. probans in proiectione esse simul agens, & passum recurrebat ad illum impulsum de quo dicebat esse simul cum proiecto, non vero ad ipsum proijciens. Sed inquires iam quod de potentia naturali, & ordinaria non possit aliquod agens immediate agere in aliquod passum à quo distet localiter si agens sit vltimum, & passum Primum requiratur, ne hoc de potentia, etiam absoluta & responderetur sub distinctione quod si agens illud sit corporeum & materiale cum in illo simultas localis distinguatur realiter ab operatione sicut Deus de sua potentia absoluta potest supplere totam causalitatem, causæ efficiẽtis poterit similiter supplere illam simultatem localem inter agens Vltimum & primum passum faciendo, quod res corporea immediate agat in localiter distans, non agens in medio, sicut põt etiã aliam conditionem magis necessariam causæ efficientis nẽpe existentiam actualem supplere, sicut facit in sua passione, quæ modo non existens causat gratiam. & similiter in reliquis sacramẽtis, vt in baptismo quia sanctificatione causat gratiam, qua ratione dicitur sacramenta agere in localiter distans: si autem agens sit spirituale suppositto, quod sit in loco per operationem est impossibile adhuc de potentia absoluta, quod aliquod agens immediate operetur erga aliquod passum, & non sit illi immediatum localiter modo sibi possibili, quia in illo simultas loci non nidistinguitur realiter ab ipsa operatione, imo potius est eadem met operatio prout coniungit passum cum agẽti. Vnde quemadmodum est impossibile, quod aliquis Angelus operetur, erga aliquod obiectum, & non sit in loco definitiue similiter est impossibile, & immediate erga illud operetur, & non sit illi immediatus localiter, & quamuis Dus augeret illi suam virtutem, vt posset operari erga plura eo ipso, quod immediate operatur deberet esse immediatus illis localiter quemadmodum superius diximus, quod si Angelo augerentur, viris, vt possit operari in duplici loco non ex inde esset in duplici loco adæquato: sed ex illis duobus locis, tamquam in adæquatis fieret vnus adæquatus in quo esset, ita adæquate ac priori loco naturali: ergo similiter est

dicendum quod quamuis Angelo augeretur vis, vt posit erga plura obiecta operari suppositio, quod immediate operaret effetque in loco per operationem deberet esse ita immediatus localiter vtriq; ac antea erat naturali tantum. Notanter autem diximus si sit in loco per operationem nam dicunt alij, quod est per suam substantiam, vel virtutem, & ita dicunt, quod habet relationem præsentiæ in loco antequã erga ipsum operetur, si hoc ita sit dicendem est, sicut in casu quo agens esset male. sed disputare quomodo Angelus sit in loco nõ nostri, sed Theologi negotij est.

ARTICVLVS. II.

Vtrum rationes quibus probat Arist. ad qualitates, primę & quartæ speciei non esse per se motum sint efficaces.

IN hac re prima ratio dubitandi est si aliqua ratio hoc comunicaret maxime illa prima, qua probatur adqualitates Quartæ speciei non esse per se alterationem: sed hęc non ergo, &c. Prob. minor, quia ista ratio, sicut & alia, qua probatur ad virtutes morales non esse per se alterationem nititur huic principio, quod ad illud, quod consequitur ad mutationem alterius non sit per se motus: sed hoc principium est falsum alias neque ad quantitatem esset per se motus cum ista etiam consequatur ad mutationem factam in substantia, scilicet ad nutritionem, & similiter ad secundas qualitates, vt sint albedo, & nigredo nõ esset per se motus, quia etiam istæ consequuntur ad mutationem, vel alterationem factam in primis qualitatibus: ergo istę rationes nihil concludunt, & confirmatur, quia illa secunda ratio de prædicatione per vocem æqualem, vel inæqualem nulla est cũ iste modus prædicandi impertinens sit ad hoc vt ad aliquam formam sit, vel non sit per se motus, & tandem vltimo quia quemadmodum in cõcreto valet ista prædicatio homo est humidus, & humidum est homo ita valet hęc prædicatio lignum est statuatum, & statuatum: est lignum ergo sicut hoc sufficit, vt ad humidum sit per se motus ita sufficiet vt sit ad statuatũ, vel statuam, quæ est quartæ speciei.

Secunda ratio si præter istas rationes aliqua includeret intentum maxime illa, qua probatur ad habitus non esse per se alterationem ex eo quod sint ad aliquid: sed illa non ergo, &c. Probatur minor, quia vel intelligit, quod sint ad aliquid secundum esse, & hoc est plane falsum, vt vidimus in primo dubio, vel intelligit, quod sint ad aliquid secundum dici, & hoc est verum: sed non probat intentum, quia etiam quantitas, & primæ qualitates sunt relatiua secundum dici, & nihilominus ad illas terminatur per se motus: ergo similiter ad illos habitus, & confirmatur nam vbi est ita relationem, secundum dici fundans relationem secundum esse, sicut reliqui habitus, & tamen ad vbi est per se motus: ergo similiter debet esse ad prædictos habitus. Tertia ratio si propter istas rationes aliqua conuenirẽt maxime illa sententia qua probatur ad istos habitus, & virtutes morales, non esse per se alteratione ex eo quod per ipsos subiecta perficiuntur, & ad id, per quod aliquid perficitur non est per se motus: sed hoc est falsum: ergo illa ratio est nulla, & ita omnes ruunt. Probatur minor, quia etiam per secundas qualitates, vt per saporẽ & odorem & cętera subiecta perficiuntur, & tñ ad illas est per se motus & præterea, quia saltem per vitia istis virtutibus oppositа subiecta nõ perficiuntur: ergo ad illa erit per se alteratio, quod est contra Arist. & tandem vltimo, quia for-

ma

ma arguendi vitiosa est cum sit ab inferiori ad superius negatiue, sic enim arguit in vrtute ad istas virtutes non est per se alteratio corruptiua: ergo nulla est alteratio, quæ consequentia non valet cũ præter istã alterationẽ sit alia perfectiua, quæ poterit ad ipsas terminari.

In secunda parte quęstionis pro intelligentia tituli primo notandũ est, quod Arist. ratio propter quã hic probat ad solas qualitates. Tertiæ speciei esse per se alterationẽ est quia in superioribus probauerat in solis illis quod alterans, & alteratum sint simul & vt ostẽderet se hoc sufficienter probasse, & declarasse ideò modo ex professo voluit probare, quod ad illas tantum sit per se alteratio.

Secundo notandum quod omnes qualitates & habitus possunt ad quatuor genera subalterna reduci vt habetur in Arist. c. de qualitate primũ apellatur habitus & dispositio ad quod reducuntur omnis tam corporeæ, vt sanitas ægritudo robur. &c. quam spirituales, vel animę, quę sunt in duplici differentia quędã in parte appetitiua, vt virtutes morales aliæ in intellectiua, vt sunt habitꝰ in tellectuales, secundum est naturalis potentia, & impotentia ad quod reducuntur vtra genera potentiarum, quæ cũ subst ntia comproducuntur. Tertium est passio, & possibilis qualitas ad quod reducũtur oia obiecta sensuũ externorũ vt color, sapor odor, &c. & qualitates tãgibiles, vt calor frigiditas. Quartũ est forma, & figura forma inquam non substantialis: sed ista externa, quę est in vltima superficie est ergo sensus quæstionis vtrum rationes Arist. efficaciter concludant ad solas illas qualitates, quæ sunt in tertia specie alterationem terminari vel secus.

Pro quæstionis decisione primum notandũ certum est, quod ad qualitates solum secundũ speciei, & quartę non terminatur per se alteratio siue hoc probent rationes Arist. siue non prima pars fundamẽti dicit notanter solius primæ speciei, quia si aliquæ qualitates secũdæ speciei sint etiã in tertia vt calor & frigiditas ad illas erit per se alteratio non ea ratione, qua sunt secundæ ad quas sunt quartæ speciei, & hæc pars ita est nota, quod Arist. illã non probauerit: sed vt vidimus suppossuit, vt nota: sed illius duplex est ratio altera quã traddidimus S. Phi. quia scilicet nõ habẽt propriũ cõtrarium nec latitudinẽ diuisibilẽ quorũ vtriusq; opposita requiruntur ad motũ prima est quam insinuant S. Tho. & Tolet. quod scilicet cum ipsa substantia cõ producuntur, & ita non præsupponunt contrarium nec sui priuationem in termino á quo, & ad quem iam autem dixi mus cum S. Tho. quod ad nullum accidens subiecto coębum & omnino simul tantum per se possit motus, vel mutatio terminari, secũda pars ita est certa apud authores quod nullus dubitet, verum tamen in illa assignanda varie diuisi sunt nam quidam dicunt rationem propter quam ad illas qualitates nõ est per se alteratio esse quia consequuntur ad alterius mutationem, hæc tamen ratio nulla est, vt vidimus prima ratione dubitandi alias neq; ad quantitatem, & secundas qualitates esset per se motus cum hęc etiam ad alterius mutationem consequantur nec valet solutio Vallesij disparem scilicet esse rationem, quia qualitas quartæ speciei consequatur eodem motu cum illa re ad cuius mutationem consequitur qualitates vero secundæ diuerso motu nam sine dubio hoc est petere principium cum huius causa quæratur quam deberet tradere quare inquam qualitates, quartæ speciei consequantur eodem motu ad aliud, secundæ vero qualitates diuerso alij secundo afferunt aliam rationem hanc simultatem distinguentes duplicem alterationem aliam primam quæ ad primas aliam secundam, quæ ad secundas qualitates terminatur ad qualitates, vero quartæ speciei nullam dicunt istarm terminari verum

hoc

hoc etiam est petere principium cum deberent afferre causam propter quam aliqua alteratio saltem, secunda ad secundas qualitates possit terminari, & ad illas quartæ speciei nulla adhuc secunda terminaretur, Tertio dicunt alij huius esse rationē, qua ista quarta species realiter non differt á quantitate, & ita eodē motu ac ipsa debet produci licet autem hæc ratio melior sit sufficiens tamen non est propter duo, Primo, quia etiam vbi secundum communem sententiam á quantitate realiter non differt, & tamen ad ipsum est per se motus: ergo non sufficit illa causa tum etiam. Secundo, quia ex eo quod termini aliquorum motuum realiter nō differant tantum probatur, quod ipsi motus non differant realiter: sed tantum formaliter non autem probatur, quod idem omnino motus, sit ad vtrumq; vera ergo causa est, quam sepius traddidimus. quia scilicet istæ qualitates. Quartę speciei cōtrarium non habent proprium, neque aliquam latitudinem diuisibilem, quæ duo requirūtur vt ad aliquā rem sit per se motus.

Secundo aduertendum sit dupliciter posse imaginari alteratio, altera perfectiua, altera corruptiua: alteratio perfectiua est illa per quam introducitur forma subiecto conueniens, sicut est reductio aquæ ad pristinam frigiditatem ex calore illi violento alteratio corruptiua est contra quādo per illam introducitur forma disconueniens subiecto, & expellitur conueniens, sicut é contra calefactio respectu aquæ qer quam naturalis pellitur frigiditas & introducitur violētus calor: sed rursus alteratio corruptiua est dupliciter alia propria, & in rigore corruptiua, & est illa per quam disponitur subiectum ad substantialem corruptionem, sicut per calefactionē disponitur aqua, & ita talis alteratio debet habere subiectum corruptibile alia est alteratio non ita proprie, & in rigore corruptiua est, quæ illa per quam, licet expellatur forma subiecto conueniens, & introducatur disconueniens nihilominus quia tale subiectum est in corruptibile per illam non disponitur ad sui substantialem corruptionē, licet per eam quodammodo extraneetur, ita se habet intellectus quando errorem recepit, aut voluntas quando recipit vitium, quia vitium reuera contratiatur virtuti, & eam expellit, sicut & error scientiæ. Vnde aduertendum est male negare Tol. quæst. 3. ad vltimum, quod inter hęc non sit vere contrarietas, eo quod nō sunt formæ inuicem actiuæ ob quod negat ad habitus esse per se motus alterationis male inquam hoc negat, quia positiua, & determinata incōpossibilitas inter duo extrema est contrarietas sufficiens ad motum, vt vidimus. 5. lib. & hac ratione diximus ad quantitatem dari per se motū sed inter hos habitus reperitur incōpossibilitas positiua (vt ipse fatetur) & determinata, quia est inter duo tantum extrema ergo est vera contrarietas inter hos habitus saltem, quæ sufficit ad motum per se terminandum, & confirmatur, quia licet inter hos habitus non sit mutua pugna effectiua: quia nō sunt qualitates actiuæ suarum similium tamen pugna formalis in eodem subiecto a quo mutuo se expellunt: sed hæc pugna est, quæ ad motum requiritur nō illa: ergo est pugna, & contrarietas sufficiens ad motum maior patet, & probatur minor, quia talis pugna requiritur ad motum qualis est inter terminum á quo, & ad quem illius: sed hæc est pugna formalis non effectiua, quia, vt vidimus. 2. lib. accidens in eodem subiecto in quo est, sicut non potest agere effectiue: sed formaliter tamquam suum cōtrarium expellere effectiue: sed formaliter at terminus ad quem pugnat cum termino á quo in eodē subiecto in quo est motus cum iste sit transitus ab vno contrario in aliud ergo reperitur inter habitus sufficiens pugna, & contrarietas ad motum alterationis per se termi-

minandũ,& ita si aliud nõ obstat hoc nõ tollit quo minus ad illos sit per se motꝰ.

His iactis fundamentis fit conclusio reſpõſiua quæſtioni rationes omnes qui bus Ariſt. hic probat ad quartam & primam ſpeciem qualitatis non dari per ſe motum alterationis omnino ſunt in efficaces,vnde nihil aliud roboris habent quam quod Ariſt. ſint pro intelligentia huius concluſionis.Primo examinandũ eſt an in rei veritate , ſit vera concluſio quam per illas intendit vltimate probare nempe ad ſolas qualitates,tertiæ ſpeciei dari per ſe motum alterationis in qua re,primo eſt certum ad ſecundam. & quartam ſpeciem qualitatis,non dari per ſe motum alterationis rationibus iam dictis,quia ſcilicet carent contrario poſſitiuo,& latitudine diuiſibili propria non vero rationibus Ariſt.vt dicemus tota ergo difficultas,vtrum ad qualitates primæ ſpeciei ſit per ſe motus tales qualitates ſunt omnes habitus tam corporis quam animę ſiue ſecũdum partem appetitiuã in qua ſunt virtutes morales ſiue ſecundum intellectionem in qua ſunt virtutes intellectuales in quare etiam debet eſſe certum, vt vidimus ſecundo fundamento,quod inter hos habitus reperitur ſufficiens contrarietas ad motum per ſe terminandum ſupereſt ergo examinare vtrum reliquæ ad ſint contradictiones eſt etiam primo adhuc, ſecundo certum illis conuenire,ſecundam cõtradictionem requiſitam ad motum , ſcilicet quod formans motum recipiatur in enti in actu ſicut eſt motꝰ quia cum ſint iſti habitus vera accidentia neceſſarium eſt in ente in actu ſubiectari:ſed ſic eſt,quod etiam cõuenit tertia ſcilicet quod habeat diuiſibilitatem propriam,ſcilicet intenſiuam:ergo habẽt aliquę qualitates,primæ ſpeciei omnes contradictiones,vt ad illas ſit per ſe motus notanter dico aliquas, quia non habent omnes contrarium , vt patet in lumine,& alijs. Probatur conſequentia quoniam iſtæ tres conditiones requirũtur ad motum per ſe terminandum habere poſitiuum cõtrarium,quod expellant per motum,& diuiſibilitatem propriam,vt ſucceſsiue acquirantur & recipi in ente in actu:ſed omnes iſtę conueniunt dictis habitibꝰ, tam corporis quã animæ:ergo patet de tertia cum ſint accidentia,& inductione probantur reliquæ,quia ſanitas contrariatur ægritudini,& virtus vitio,& ſcientia errori , & hæc omnia poſſunt intendi,& remiti ergo ad illã poteſt eſſe per ſe motus. Secũdo probatur ex ipſo Ariſt 5.Phyſi.c.5.vbi ſæpe docet eſſe motum per ſe ad ſanitatem,imo illum contrariari alteri motui á ſanitate ad ægritudinem , & eodẽ libro agendo de vnitate motuum ait, quod ille motus eſt vnus in ſpecie ſub alterna cuius terminus eſt vnus in ſpecie ſubalterna,ſicut diſciplinatio , quæ eſt motus ad diſciplinam vnam genericam ſubſtineat varias ſcientias in ſpecie at ſanitas,& diſciplina habitus ſunt in prima ſpecie qualitatis poſſiti: ergo ad primam ſpeciem qualitatis ſenſitibi Ariſt.eſſe per ſe motum & ita hic nimis dubitatiue procedit ſub conditione aliquando dicendo ſi ad ſanitatem eſt per ſe motum,& aliquando abſolute,& cum ad iſtum librum non pertineat hæc diſputatio: ſed potius ad quintum magis debet credi illius dictis illic quam hic præcipue cum magis illis ratio conſoret tandem.Tertio, quia ſanitas habet diuerſum eſſe realiter á reliquis qualitatibus primæ,ſicut habet albedo,& reliquę ſecundæ qualitates:ergo debet habere,ſicut iſtę diuerſum fieri; ſed iſtud fieri habet omnes concluſiones neceſſarias vt ſit per ſe motus:ergo ad ſanitatem eſt per ſe motus,& idem argumentum poteſt fieri de reliquis habitibus: non ergo ad ſolas qualitates,tertiæ ſpeciei eſt per ſe alteratio: ſed etiam aliquã do ad qualitates primæ.

Modo ergo hoc ſuppoſito pro noſtra concluſione cum verum debeat conſonare vero non poſſunt eſſe veræ,& efficã-

ces

ces rationes, quæ ad probandam conclusionem falsam adducuntur: sed talis conclusio est falsa, vt vidimus: ergo rationes istæ efficaces esse non possunt, & secundo hoc probant efficaciter rationes dubitandi, & ideò manent solutę, & tertio, quia omnes illæ rationes nituntur principijs falsis: ergo non concludunt. Antecedens probatur, quia vel nituntur hoc principio, quod omnes habitus sunt ad aliquid, quod est falsum, vel huic, quod non sit motus per se ad illud, quod supponit aliud prius per prio rem motum factum, quod etiam esse falsum probauit. Prima ratio dubitandi, vel alteri ꝙ ad id per quod aliquid perfi cit nō sit per se alteratio ꝙ euidenter esse falsum demōstrat prima ratio dubitādi, quia tā primæ quā secundæ qualitates perficiunt subiectum quando sunt, ei connaturales, & tamen ad has est per se alteratio perfectiua tamen nec dum quod illæ corruptiones quas dicit Aristot. esse vitiorum, quę naturam destruunt cum sint transitus à positiuo in positiuum necessario sunt motus non lationis, vel augmentationis cum non ad vbi, vel ad quantitatem terminentur ergo alterationes, quæ ad qualitatē est at vitia, ita sunt in prima specie ad virtutes: ergo ad qualitates, primæ speciei est per se alteratio imo, & corruptiua, licet non proprie, & tandem. Quarto, quia falsissimum est id quod Aristot. assumit, vt certum in vltimis rationibus ad probandum non esse per se alterationem ad virtutes morales, & intellectuales dicendo, quod ex sola mutatione facta in sensu, qua passiones fiant, vel singularia cognoscuntur resultant tales virtutes in voluntate, & intellectu, quæ sunt longe diuersa subiecta à sensu: ergo per solam mutationem factam in sensu non possunt tales virtutes produci. sed indigent alia mutatione per quam immediate fiant existente in tali subiecto patet, quia isti termini sunt spirituales, & in materiales, & subiecta eorum: ergo actiones debent similiter esse in materiales: sed actiones sensus materiales sunt, & corporeæ, vt pote organo corporeo exercitæ: ergo per illas immediate non possunt immediate tales virtutes causari: sed citra talem mutationem est alia signanda. Secundo probatur, quia vt bene aduertit Tolet. quarto argumento, quia licet virtutes morales supponant quietem passionum & scientia quietem humorum: sed in tali quiete nequaquam consistunt, sed qualitate positiua existenti in sublimiori potentiæ intellectus vel voluntatis realiter diuersa á tali quiete, quæ est in sensu ergo præter alterationem corpoream, quę facit talem quietem debet poni alia mutatio spiritualis per quam fiant tales virtutes non ergo potuit Aristot. excludere omnem aliam mutationem vel alterationem, sed tantum corpoream, & sensibilem de qua ipse hic loquebatur. Tertio, quia quis erit ita amens, quod neget media intellectione generari in nostro intellectu habitum scientię, & media volitione in voluntate virtutes morales, sed intelligere ex eodem Aristotele, est quoddam pati. & pati est mutari: ergo non possunt istæ virtutes causari est sola mutatione, vel alteratione sensus.

Contra dicta est primum argumentum, saltem illa secunda ratio, qua probat Aristotelis ad quartam speciem qualitatis non esse per se alterationem, quia alteratio est rei iam existentis, & factæ ad quod recipit figuram sit cum iam recipit, efficax est male ergo dicimus omnes esse inefficaces. Probatur antecedens, quia vt nos concessimus, hic & sepius libro quinto, diximus ad rationem motus, vel mutationis requiritur subiectum prius tempore existens quam terminus ad quem, sed figura est in eodem instanti in quo subiectum fit de nouo: ergo ad eam non posse esse per se alterationem efficaciter patet hęc ra-

tio

tio. Respondetur negando consequentiam, quia licet aliquæ figuræ ita se habeant: aliæ tamen sunt, quę præexistenti prius tempore subiecto aduenium, quia talem subiectum ex vna mutatur in aliam, vt patet in figura per dalationem, aut pictionem præexistentis subiecti facta: ergo non potest vniuersaliter ad quartam speciem non esse per se motum alterationis, vt intendit patet, quia sat est lignum præexistere in esse ligni, vt per formam cathedræ aduenientis posset mutari. Vnde quamuis sit ridiculum Aristot. ait domum alterari cum fit alterantur tamen ligna, & lapides, quæ sunt subiectum domus, sicut quamuis album non alteretur, quia fit alteratur subiectum habens albedinem ratio vtriusq; est, quia tam album quam domus significant compositionem ex subiecto, & forma, quæ fit & ita tale compositum nõ potest dici alterari cũ includat terminum ad quem alterationis at vero si præesse vtrobique sumeretur subiectum vere diceretur alterari.

Sed obijcies cum Toleto ad finem tertij argumenti huius quæstionis iam ante Arist. probasse subiectum scilicet figuram non alterari secundũ aliud accidens prius Respondetur hoc nihil valere, primo quia ille motus, qui præcessit vel ad partes ablatas, vel ad liquores de nouo positos non est motus alterationis vt patet, sed localis quando partes præexistentes separantur à suo priori loco, vel quando tales liquores de nouo aduenium ad talem locum. Vnde deberet probare citra hunc motum localem non posse alium motum alterationis ad figuram terminari, & qua de causa neque enim sufficit dicere, quod quia figura consequitur istum motum localem non possit alium motum alterationis per se terminari, sicut non sequitur ex eo, quod fames consequatur motum localem corporum durorum ex quorũ collisione fit, quod non possit per se terminare motum alterationis, & ita recurrendum est ad causam à nobis allata nõ vero ad rationem Arist. cum ita sit infirma.

Secundum argumentum videtur, quod prima ratio Aristot. maneat in sua vi quod scilicet ad quartam speciem nõ sit per se alteratio, quia non prædicatur de subiecto æquali vel dicendo statua est lignum: sed lignea, & probatur, quia quamuis hæc ratio á priori hoc non probet saltem á posteriori probat, quod cum non reperiatur hæc æqualitas prędicationis informis quartę speciei accidentalibus, sicut in reliquis ad illas non per se alteratio, sicut ad reliquas, & vt fortiorem hanc efficiat rationem Toletus aduertit in accidentibus esse concreta duplicia primum est, quod sit ex forma accidentali, & illius in existentia in subiecto vt calidum & frigidum verum est, quod vltra hæc sit ex productione talis formæ in subiecto, vt calefactum frigefactum, quæ duo concreta inquit etiam reperiri in accidentibus quartæ speciei, nam ratione primi dicimus statuam, & figuram prædictam esse á, ratione vero duplici illa dicimus figurata, aut statuata inquit ergo, quod vt ad liquam formam sit per se motus debet vtrumque concretum prædicari æquali voce de subiecto, & contra vt dicimus subiectum est calidum, & calefactum, & contra calidum, vel calefactum est subiectum, & quia in illis accidentibus quartæ speciei solum potest prędicari, secundum concretum æquali voce, sicut dicimus lignum est statuatum, & contra non vero primum cõcretum hinc est, quod ad ista accidentia non sit per se motus alterationis verum tamen hæc doctrina in duobus deficit. Primo enim constituit eiusdẽ formę duo concreta, quod est ita impossibile, sicut eiusdem formæ ponere duos effectus formales, & primarios nam statuatum, & calefactum nõ sunt concreta ipsius figuræ, vel caloris: sed potius

potius actionum, scilicet statuationis, & calefactionis, & præterea secundo quia primum concretum significat formam permanentem in esse quieto obstrahendo à motu & mutatione, vt patet in statua, & calido, at vero secundum significat ipsam formam prout concernit mutationem, vt patet in calefacto, & statuato: ergo ex hac ratione potius colligitur oppositum, scilicet quod ex eo, quod ista, secunda concreta prædicentur æquali voce de suis subiectis ad illa debeat esse per se motus, quod non ita bene colligit ex æquali modo prædicandi in primis concretis. Vnde hæc ratio cõcludit oppositum eo q̃ intendit, & ita videtur nobis dicendum aliam esse causam huius disparitatis prædicandi subiectum in accidentibus quartæ speciei au in reliquis, & est q̃ qualitas quartæ speciei significatur ad modum per se stantis, quia est ita similis substantiæ, quod aliqui istã externam formam pro substantiali habuerint & ita quando substantia in concreto non prædicatur, quia non dicimus homo est materia: sed ex materia, vel materialis ita ista accidentia quartæ speciei non possunt in cõcreto prædicari de suis subiectis, & ita non dicimus statua est lignum: sed ex ligno, vel lignea: at vero reliqua accidẽtia significantur per modum alteri adiacentis, vt album calidum, & ita possunt prædicari in concreto per æqualem vocem de suis subiectis, & è contra, sed quemadmodum non valet arguere calor significatur ad modum per se stantis: ergo ad illum nõ potest per se terminare motus, ita non valet figura, vel statua significatur admodum per se stantis: ergo non potest ad ipsam per se terminari motus, nec valet si dicas esse disparem rationem quia accidentia in abstracto, & figura in concreto, & ita est dispar ratio non inquam valet, quia licet sit dispar ratio quantum ad prædicationem: non tamen est quantum ad terminandum motum vnde quemadmodum calidũ quantumuis significaretur per modum per se stantis hoc non tollit quo minus possit terminare alterationem paret ratio in statua, vel figura quantumuis significetur ad modum per se stantis, & propter hoc non prædicetur æquali voce de suo subiecto hoc non tollit, quo minus per se posit terminare motum alterationis.

ARTICVLVS. III.

Vtrum cõparatio simplex et Physica solum fiat in infima specie?

PRima ratio dubitandi est communiter dicitur homo est perfectior animal quam equs, & substantia perfectius ens quam accidens: sed animal est quoddam genus entis quoddam analogum: ergo comparatio non tantum debet fieri in specie infima. Secunda ratio communiter hoc esse magis vel minus coloratum quam illud, sed coloratũ est quoddam genus: ergo comparatio non debet fieri semper in sola specie infima: sed in alijs poterit fieri. Tertia ratio, sicut albedo est accidens respectu hominis, & equi ita velocitas respectu motus circularis, & recti sed homo & equs comparantur in albedine: ergo motus rectus & circularis poterunt comparari in velocitate.

Pro intelligentia tituli est primo notandum, quod duplex est comparatio alia simplex, quę fit in vnica tantum forma in quantum magis, aut minus æqualiter, vel inęqualiter perfectius aut imperfectius ab extremis participatur qua ratione dicimus vnum subiectum habere intensiorem albedinem, quam aliud, & hęc solet dici comparatio propria, & distinctionis gratia dicitur proportionis, quia proportio apud Geometras est induplici tantum extremo qua ratione

ratione cõparatur vnus numero ad aliũ vt binarius ad quaternarium alia est cõ posita, quę fit secundum plures formas proportionabiliter, se habentes qua ratione dicimus, quod filij huius sæculi sunt prudentiores filij lucis ideſt magis vigẽt in sua caliditate quam iusti in sua prudentia, & qua etiam ratione dicitur, quod cygnus est albior coruo ideſt, quod habet intensiorem albedinẽ quam corbus nigredinem, & hæc dicitur comparatio in propria. & abusiua dicitur tamen claritatis gratia comparatio proportionalitatis, quia apud Geometras proportionalitas est proportio duarum proportionum, vt dicunt eodem modo se habere duo ad quatuor ac quatuor ad octo' & de hac non loquitur Arist. tum quia est impropria tum etiam, quia ad propriam reducitur: sed tantum est de priori inter quas est hoc discrimen, quod ad priorem solum requiruntur, duo extrema participantia formam in qua fit comparatio ad posteriorem vero requiruntur quatuor extrema, quia est proportio duarum proportionum quarum quęlibet habet duo extrema.

Secundo est notandum, quod comparatio simplex ad hoc est duplex alia est latissima, quæ potest etiã fieri inter analoga: alia vero non latissima quę debet fieri inter aliquomodo vniuoca, quę rursus est duplex, alia Logica vel Metaphysica, quæ fit in forma vna generice, alia vero Physica, quæ tantum potest fieri in eadem forma vnitate speciei infimæ est ergo sensus quæstionis. Vtrum comparatio illa simplex & Physica debeat semper fieri in forma vna vnitate speciei infimæ, an vero possit fieri in forma vna alia vnitate.

Pro decisione aduertendum eorum, quæ sunt quædam sunt pure æquiuoca, vt æquiuoca á casu quædam pure vniuoca vt species infimæ, quædam vero media & hæc duplicia quædam, quæ accedunt ad pure æquiuoca, vt analoga quędam, quę ad pure vniuoca vt genera non est ergo difficultas de pure æquiuocis quia in illis numquam fit cõparatio sed intermedijs an in illis, sicut in pure vniuocis possit fieri simplex comparatio Physica in eadem 3. p. quæstionis pro illius decisione fit secundum fundamẽtum cum sit differentia inter Physicum ex vna parte, & Logicum, & Methaphysicum ex alia ex eo quod diuerso modo cõsiderant res & sub diuersis abstractionibus hinc est quod aliqua vnitas reperiatur, quo ad logicum & methaphysicũ sufficiẽs ad comparationem methaphysicam & logicam, quæ non sufficiat ad cõparationem physicam, nam v. g. logicus & methaphisicus considerant res in cõmuni abstrahendo á differentijs etiã specificis, & ita apud illos vnitas generica & analogica sufficit ad cõparationẽ at vero Physicus considerat res prout tãtum abstrahunt á singularibus. & concernendo semper vnitatem specificam speciei infimæ, quia genus Physicum, vt cõmuniter dicitur includit equiuocationem, & multiplicitatem, & ideò ad istã comparationem physica requiritur necessario vnitas specifica speciei infimæ.

Vnde sit conclusio respõsiua quæstionis cõparatio simplex & Physica tãtum potest fieri in specie infima, & probatur primo ex Aristot. testimonio hic illam docentis & secundo ratione sic simplex comparatio debet necessario fieri in his quę habent vnitatem simplicem secundum illam scilicet: ergo, simplex comparatio Physica in his, quæ habent simplicem vnitatẽ Physi. sed ista vnitas tantum est illa, quę reperitur in specie athomа: ergo in illa tantum potest fieri predicta comparatio probatur, vltima quia comparatio Metha. & logica potest fieri in vnitate generica, & analogica: sed cõparatio physica ab illis distinguitur ergo in talibus vnitatibus fieri non potest: sed in vnitate Physica speciei infime fieri debet.

Vnde ad primã rationem dubitandi

Resp. quod vnitas animalis cum sit generica tantum sufficit vt comparatio illa facta in animali sit Logica, vel Methaphysica, & impropria: non vero Physica de qua loquitur nostra conclusio, & ita illi non obstat similiter cum vnitas homis sit Analogica comparatio in ipso facta est magis impropria, de qua non loquitur conclusio, & eodem modo. Respondetur ad illud, quod ponitur loco secundæ rationis dubitandi. Vnde aduerte, quod secunda ratio dubitandi debet esse hæc commune est axioma Geometrarum, quod omnium linearum, quæ ab vno ad aliud punctum ducí possunt brevissima est recta: sed inde possunt duci etiam circulares ducentes á recta specie: ergo iam diuersa specie erunt comparabilia ad quam Respondet Auerro. illam esse abussiuam comparationem, ex eo quod vtitur linea recta non manente in esse rectæ: sed in esse circularis, & ita per ipsum hic est sensus omnium linearum, quæ ducuntur ab eodem puncto ad idem punctum brevissima est recta, ideſt si fiat circularis minorem constituit circulum, quam quælibet alia, quę solutio displicet Toleto, eo quod hoc iam non esset vltima recta, vt recta: sed vt circulari, & ita axioma tantum restringeretur ad solas lineas circulares cum ipse de omnibus loquatur. Vnde ipse Respondet, quod quamuis linea recta, & circularis specie differant tantum in ratione figuræ: non tamen differunt in ratione longitudinis, quia vt vidimus capite de quantitate linea vnam constituit tantum speciem infimam quæcumq; illa sit, & ita quem admodum homo, & equus non obstanti diuersitas specifica in qua non fit comparatio propria possunt comparari in albedine, quæ est vna infima species similiter linea recta, & circularis non obstanti diuersitas specifica in ratione figuræ in qua non fit comparatio poterunt comparari in ratione lineæ, & longitudinis, in qua sunt vna species infima, & ita est sensus, quod omnium linearum, quæ ab eodem ad idem punctum ducuntur, quæ minorem habet longitudinem est linea recta.

Ad tertiam rationem, vt Respondeamus est notandum cum Toleto aliud esse aliquos motus esse longiores, & breuiores, & aliud tardiores, & velociores, quia longitudo, & breuitas motuum debet attendi ex tempore intrinseco, quod conficiunt. Vnde fieri potest quod aliquis motus tardus, & alius velox sint æqualiter longi, vt si imaginemur circulum maiorem sub se includentem minorem simul cum illo moueri prædicti motus erunt æqualiter longi, quia eodem tempore perueniunt ad finem suorum terminorum: sed tamen non erunt æqualiter veloces, sed motus circuli maioris multo velocior erit motu minoris cum multo maius, spatium pertranseat, at vero motus esse tardiores, & velociores debet attendi nõ ex solo tempore: sed ex ipso cum ordine ad spatium, & ita ille motus erit velocior qui in tempore æquali maius per tranſit spatium, aut in minori æquale est tamen secundo notandum, quod velocitas, & tarditas alio modo accipitur in circularibus, alioque in rectis motibus nam in circularibus, ille erit velocior, qui in tempore æquali describit maiorem circulum erga aliquod centrum aut in minori æquale, & è contra in motu tardiori, at vero in motibus rectis velocitas, & tarditas debent attendi penes lineam rectam per quam fiunt. Vnde ille erit velocior, qui in tempore æquali maiorem pertranseat lineam, aut in minori æqualem, & è contra in tardiori, & rursus, quod longitudo, & breuitas motus distinguantur á velocitate, & tarditate ex eo patet, quia potest fieri, quod aliquis motus sit breuior, & tardior alio vt si aliquod mobile per vnam horam percurrat vnam lineam, & aliud per duas decem prius mobile breuiorem habet motum cũ prius perue-

perueniat ad finem motus,,& tamen talis motus est tardior motu alterius mobilis,quia eius spatium in comparatione ad spatium alterius est multo minus vnde dicimus,ꝙ motꝰ in longitudine,& breuitate possunt cõparari etiã si ex alia parte,sit alius rectꝰ & alius circularis,& neq; hoc negauit Arist.vt bene dicit Toletus quamuis rationem non tradat, quæ nostro iudicio, hæc est quia quodlibet tempus est vnum in specie infima, & cum longitudo,& breuitas ex tempore proueniant hinc fit, vt in illis possint quicunq́ motus comparari,at vero in velocitate , & tarditate non sic, quia cum istę proueniant ab spatio , & motu recto,& circulari sint diuersa spatia,& incomparabilia nempe linea recta,& circularis in ratione figuræ sub qua percurruntur ab istis motibus hinc est,quod Aristot.dicat istos motus nullatenus inter se esse comparabiles in velocitate & tarditate quo supposito. Respondet Toletus in forma ad prædictam rationem concedendo, quod quemadmodum albedo est quoddam accidens, & forma simplex eiusdem speciei in illo duplici subiecto(verbi gratia) homine & equo similiter velocitas est quędã forma simplex eiusdem speciei infimæ in vtroq́ue subiecto, scilicet motu recto,& circulari sed dicet disparem esse rationem quantum ad comparationem in istis formis , quia albedo in vtroq́ue subiecto habet eundem modum regulandi,& mensurandi , & propter hanc identitatem in illo possunt comparari simplici,& Physica comparatione prædicta subiecta,at velocitas in vtroq́ue illo motu non habet eundem modum regulandi,& mensurandi:sed diuersum potius,præterea quod prædicti motus per spatia omnino diuersa,& incomparabilia fiunt,vt sunt linea recta, & circularis proter quam diuersitatem non possunt prædicti motus simplici,& Physica comparatione in velocitate comparari neq́ue obstat inquit Sotus,quod prædicta spatia in ratione longitudinis non differant specie,vt motus per ipsa facti incomparabiles sint, nam etiam diameter , & costa sunt incomparabilia , ita quod numquam pars aliquota vnius possit fieri pars alterius,& nihilominus in ratione longitudinis non differunt specie:ergo similiter illa spatia quamuis non differant specie in ratione longitudinis erunt incomparabilia & per consequens motus per ipsa facti:nos tamen aliter Responderemus dicendo, quod velocitas in motu non est accidens prædicamentale subiectum præsuponens vnum in specie á se distincta imo,& singulariter. & illi inhærens, sicut est albedo respectu sui subiecti; sed tantum est quoddam accidẽs prædicabile, quod in suo subiecto non præsupponit talem distinctionem specificam nec illi inhæreat quemadmodum intensio in qualitatibus, non est accidens prædicamentale:sed potius predicabile, & ita sicut vna albedo successiue potest intendi, & remitti similiter vnus motus esse tardior,& velocior , & sicut intensiones, quæ reperiuntur in secunda qualitate distincta specie non in specie: sed tantum genere sunt vnæ ita velocitas duorum motuum diuersę speciei non specifice: sed genere conueniunt. Vnde quemadmodum hæc comparatio albedo est intensior nigredine tantum est abusiua,& composita,quia dicit ordinem ad duas formas distinctas specie: non vero ad vnam magis participatam ab vno extremo, quam ab alio finaliter ista comparatio motus rectus , & ideò circularis est abusiua , & composita,quia dicit tendentiam & ordinem ad duas velocitates specifice distinctas:non vero ad vnam magis participatam ab vno quam ab alio extremo , quia si semel admittatur velocitatem in vtroq́ue motu esse eiusdem speciei infimæ difficile quidem erit argumento illi satisfacere.

Contra dicta,sed est primũ argumen

tum conclusionem adductam, vt aliqua sint comparabilia solum requiritur, quod conueniant in aliquo prædicato penes magis & minus à se participato, vt patet ex definitione comparationis: sed hoc habét puré æquiuoca: ergo poterũt comparari, & ita destruitur conclusio, quod comparatio tantum possit fieri in specie infima minor probatur, quia sonus acutus, & sapor acutus, & magnitudo acuta æquiuoce habent acutum ex Aristotele in tex. & tamen conueniunt in hoc prædicato, quod est cito pungere penes magis, & minus à se participato erunt: ergo iã cõparabilia huic argumẽto, vt respõdeat Iabellus adducit doctrinam illam primi fundamenti eodem modo, quo ibi, & ita habeatur, sicut repetita. Vnde respondet, quod licet ea quæ sunt pure æquiuoca numquam comparentur intermedia vero aliquando comparantur non quidem simplici, & Physica comparatione: sed composita, quæ consistit in quadam proportione proportionum, & ita asserit, quod quia illa tria Analogantur in acutie in illa comparantur compatatione composita qnæ in hoc tantum cõsistit, quod sicut se habet magnitudo acuta ad pungendum tactum, ita sapor acutus ad pungendum gustum & sonus acutus ad pungendum auditum, quæ comparatio, vt patet cõsistit in proportione proportionum, & ita est composita, quod tamen non obstat nostræ conclusioni, quæ tantum loquitur de comparatione simplici, & Physica.

Sed obijcies primo adhuc motus diuersi in specie possunt comparari: ergo conclusio est nulla probatur, nam motus sursum & deorsum recti diuersi sunt specie vt patet, & sunt comparabiles. v.g si per aliquam columnam moueantur duo mobilia eiusdem virtutis motiuę & eodem tempore tum dicimus æqualiter moueri tarde aut velociter, quæ vt patet est comparatio hoc argumentum (quod in hac re est difficile cõuicti sunt aliqui ad deserendum Aristotelem dicendo, non tantum motus diuersi specie: sed etiam circularis, & rectus imo omnes qui in eodem genere continentur comparabiles esse inter se (verbi gratia) omnes lationes, & omnes alterationes, &c. Et solum motus pertinentes ad diuersa genera (verbi gratia) latio cum alteratione esse incomparabiles, cuius rationem inquiunt esse, quia motus eiusdem generis habent spatium eiusdem rationis, & diuersi generis diuersæ rationis & ita dicunt priores esse comparabiles in velocitate, & tarditate, non vero posteriores verum esti præter quam, quod Aristoteli contrariãtur dicenti motum rectum, & circularem quorum quilibet in vbi continetur incomparabiles esse imo alterationes diuersæ speciei quamuis eiusdem generis, scilicet qualitatis, vt sunt sanatio, & de albatio in comparabiles esse dixit præterea tamen quia sunt diuersę speciei, rationi etiam contrariantur, quia ad comparationem simplicem, & Physicam (de qua loquimur) vnitas simplex, & Physica sequuntur: sed hæc tantum est in re vna specie infima immediate abstracta à singularibus, vt vidimus secundo fundamento: ergo in hac tantum potest fieri prædicta comparatio præterea secundo quia omnis comparatio inter diuersa specie consistit in proportione, quod sicut se habet, hoc ad hoc ita illud ad illud, sed ista tantum est composita, & abussiua: ergo illa quæ sunt inter motus diuersos specie quantumuis eiusdem generis. Vnde quemadmodum, hæc comparatio Cygnus est albior coruo est abussiua, & composita, quia consistit in hac proportione, quod magis habeat Cygnus de albedine nigri albedinis quam corbus de nigredine, nigri nigredinis ita hæc comparatio de albatio est intensior de nigratione est composita, quia cõsistit in hac proportione q̃ de albatio

habeat

habeat magis detẽdentia ad albedinem quam de nigratio detendentia ad nigredinem: ergo similiter ista comparatio motus circularis est velocior recto composita erit consistens in hac proportione, quod magis habeat circularis de velocitate in spacio circulari quam rectus de ipsa in recto deoique omnes illæ in quibus importatur ordo ad diuersam formam in specie abusiue comparabũtur, & qui ad eandem important ordinem proprie comparabuntur, imo hæc abusiua comparatio inter motus, etiam diuersi generis fieri potest qua ratione, 8. Physic. dicit Aristot. lationem esse magis continuam quam augmentationem, &c. Et tandem omnes res quæcumque sint, hoc modo possunt cõparari per istas proportiones in quibus eadem est ratio de omnibus ac de motibus. Vnde nos aliter Respondemus, quod si illi duo motus recti comparentur in longitudine, & breuitate possunt Physice, & proprie comparari ratio est, quia vt vidimus ista comparatio fit ratione temporis intrinseci cuiuslibet motus, quod est vnum in specie infima, & ita hoc modo comparabuntur, optime sicut aliqui motus. Si autem comparentur ratione sui prout alter est sursum, & alter deorsum abusiua, & composita, erit comparatio consistens in hac proportione, quod eodem modo se habet motus sursum ad deorsum, ac deorsum ad descensum: non tamen erit simplex, & Physica cum non importetur ordo ad eandem formam in specie infima, quæ ratio, vt vidimus generalis est, & sufficiens in omnibus motibus vt comparari non possint.

Sed obijcies primo, iam quod isti motus in ratione ascensus non sint cõparabiles, quia non conueniunt in vna forma in specie saltem in ratione motus erunt comparabiles cum in hac cõueniant, qua ratione tantus dicitur vnus ac albis. Respondetur negando consequentiam, quia sicut de albatio, & de nigratio comparabiles non sunt quãuis vtraque tendant ad colorem ita isti motus quamuis conueniant in ratione motus non erunt comparabiles ratio est, quia quemadmodum coloratum est quoddam genus respectu albedinis, & nigredinis, & ideò in illo comparari nõ possunt vt Arist. docuit similiter, motus est quoddam genus ad hos motus, & ita eadem ratione non poterunt comparari Physice, & proprie in illo.

Sed obijcies vltimo quamuis ascensus, & descensus in motu tantum conueniãt, vt in forma generica, & hac de causa tantum possint in illo comparari improprie, & non comparatione simplici Physica saltem in velocitate conueniunt, vt in forma vna in specie infima cum ista velocitas in vtroq; motu sit eiusdem speciei infimæ: ergo saltem in illa poterunt comparari simpliciter, & Physice. Respondetur primo, nullam esse obiectionem nam eodem modo posset talis fieri argumento Aristot. quod licet motus circularis, & rectus in motu conueniant tantum generice, & ideo in illo non possint comparatione Physica comparari saltem in velocitate conueniunt vt in forma vna in speciem infimam, & ideò in illa poterunt Physice comparari, sicut ergo hæc solutio ibi non acceptatur, ita neque debet hic aceptari, & secundo respondetur, quod vt diximus in tertia ratione dubitandi velocitas in motibus non est eiusdem speciei infimæ, quia non est accidens prædicamentale cum istud præsupponat subiectum constitutum in alia specie á se distincta, & sic constituto illi adueniat, & inhæreat velocitas autem non præsupponat ipsum constitutum in specie á se distincta: sed potius est eiusdem speciei cum ipso. Vnde quẽadmodum intensio in qualitatibus non est accidens prædicamentale: sed prædicabile: quia est quidam modus generícus consequẽs naturam genericam qualitatis, & multiplicabilis specie pre multi-

catione qualitatū ob quod in illo (sicut inquam in qualitate generica) non possunt simpliciter, & Physice comparari similiter velocitas in motibus est quoddam accidens prædicabile, quia est quidam modus consequēs ipsam naturam genericam motus. & pro multiplicatione illius multiplicabilis, & ita in illa (sicut neq; in natura generica motus) non poterunt comparari comparatione simplici, & Physica istī motus: sed semper ad hanc comparationem requiritur, quod motus sint eiusdem speciei infimę & terminentur ad eandem formam in specie infima, vt in ratione tendentiæ ad illam comparari possint: sed aduerte quod hic nō accipitur intensio pro motu illo alterationis ad qualitatem terminato: sed pro modo quoddam tenente se ex parte ipsīus qualitatis, quo medio prædictū motū terminat sicut est maior quātitas ad terminandam augmētationem.

Secundum argumentum est contra aliam conditionem quam Arist. posuit, vt requisitam ad cōparationem scilicet quod receptiuum primū formæ in qua debet fieri comparatio, sit eiusdem speciei infimæ in vtroque extremo contra scientia Angelica, & humana sunt comparabiles simpliciter, & Physice, & tamen prima receptiua scientiæ in Angelo, & homine sunt diuersa in specie, v.g. substantia humana, & Angelica: ergo prælicta cōtradictio est nulla deces ista receptiua non esse proxima: sed tantum remota quorum diuersitas specifica nō obstat, vt forma recepta sit vna in specie infima, & extrema in ipsa comparabilia sicut quānis homo, & equs diuersa sint receptiua albedo est vna in specie infima in qua ipsi comparatur, at vero vnitas speciei infimę, quę ad hoc requiritur est receptiui primi & proximi, qualis est potentia intellectualis in homine, & Angelo respectu vtriusq; scientiæ hæc tū solutio nō valet, quia admisso istas potētias esse receptiua proxima similiter differunt specie cū altera discursiue, & altera simplici intuitu res cōsideret, & ita quānis habeant idem obiectū differunt specie penes diuersum modum cōsiderandi illud, & ita Resp. concedendo libenter, quod prædictæ scientiæ nō sint cōparabiles Physica, & simplici cōparatione, & non tantū propter rationem dictam: sed etiā quia prædictæ scientię tantum conueniunt generice in scientia in cōmuni, & ita illa cōparatio, aut erit cō posita, aut si est simplex tantum erit, vel Logica, vel Methaphysica, sicut est illa comparatio, qua homo, & equs cōparantur in animali, & illa qua scientia humana, & diuina cōparari solent quando dicimus, quod scientia diuina est maior omni creata, quia istæ scientiæ tantum cōueniunt Analogice. ¶ Sed obijcies secūdo videtur, quod Arist. gratis assumat, q̄ Physica cōparatio tantum possit fieri in specie infima: ergo similiter poterit fieri in genere. Resid negando, quia cū cō paratio fundetur in vnitate pro diuersitate vnitatū diuersificatur cōparatio, & ita cum physicus immediate abstrahat res á singularibus eius propria vnitas tātum erit speciei infimę, & ita illius cōparatio in hac vnitate tantū debet fieri at vero quia citra hanc vnitate Logicus, & Metha. habent alias minores, scilicet generica abstracta ab speciebus & Analogam abstractā á generibus hinc est, q̄ citra istam cōparationem sint aliæ minores, scilicet cōparatio Logica & Methaphysica, quę in illis vnitatib⁹ fundat.

Sed obijcies tertio etiā Physica comparatio fieri potest in forma vna generi ce: ergo solutio est nulla prob. cōmuniter dicitur in Physica, quod ignis est actiuior á qua: sed actiuitas vtriusq; tantū conueniūt generice: ergo in Physica etiam fit cōparatione in vnitate generica Resp. quod aliud est aliquā vnitatē esse Physicam, & aliud aliqua vnitate vti in physica, quia licet nulla vnitas physica, possit esse infima vnitate speciei infimę nihilominus poterit physicus vti aliqua cōparatione á Logica, vel Methaphysica quod

quod fiat in forma vna generice, vel analogice, sicut etiá quamuis nulla cõparatio Logica, vel Methaphysica fiat nisi in aliquo superiori genere vel analogo ipse tamẽ methaphysicus, & logicus poterit vti cõparatione physica quando cõparet forma in aliqua vnitate speciei infimę. ¶ Sed obijcies vltimo lumen aeris, & solis sunt eiusdem speciei infimæ & interse cõparabilia, & tamen prima receptiua illius in vtroq; distinguntur specie cum alterũ sit corruptibile, & alterum incorruptibile: ergo dicta conditio nulla est. Resp. quod licet receptiua remota luminis in sole, & aere diuersa sint specie, tamẽ quia proxima sunt eiusdẽ speciei, quia in vtroq; est superficies ideò hoc non obstat, vt illud lumen in vtroq; sit eiusdem speciei, & ipsa in illo cõparabilia quemadmodum, licet receptiua remota albedinis in homine, & equo differant tamen, quia proxima (si superficies vtriusq; receptiua albedinis) sunt eiusdẽ speciei nihilominus possunt optime in albedine comparari physica, & simplici comparatione, & ipsa albedo in vtroq; esse species infima.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum sumatur maior, & minor velocitas in motu, vbi regulæ Aristot de hoc examinantur.

PRima ratio dubitãdi desumitur ex Valles. lib. 3. Controuers. medicarũ c. 8. sequentis Gall. lib. de dignoscendis pulsibus. c. 1. qui asserunt velocitatẽ motus consistere in paruitate morularum, vel manciunculárũ in spatio ducti hac ratione illud mobile velocius mouetur, quod minus immoratur in spatio per q̃ mouetur sed illud per quod distinguitur motus velox à tardo est id in quo cõsistit velocitas: motus ergo in prædictis morulis, & manciunculis debet consistere. Secunda ratio illa regula, quod dicit Arist. quod quando aliqua virtus mouet aliquam resistentia per aliquod spatium in aliquo tempore, quod eadẽ virtus dimidiam resistentiam mouebit eodẽ modo & tempore per duplum spatium est falsa ergo, &c. Prob. antecedẽs, quia potest aliquod mobile cum sua virtute mouere duas libras põderis in vna hora per vnã leucam, & tñ non potest eadem hora vnã libram põderis mouere per duas leucas, imo neq; sine aliquo ponderе: ergo illa regula est nulla & confirmatur, quia potest aliquis iacere aliquem lapidem per vnum stadium, & tamen decimam partem illius non poterit iacere per decem stadia ergo illa regula nulla est. Tertia ratio, etiam alia regula, quia inquit, quod si aliqua virtus per aliquod spatium in aliquo tẽpore mouet aliquã resistentiam quod dimidia virtus eodẽ tempore mouebit dimidiam resistentiã per idem spatium est falsa ergo, &c. Probatur antecedẽs, quia virtus motiua Angeli potest aliquam resistentiam mouere, & tamen dimidia virtus minime, quia cum illa virtus sit indiuisibilis dimidium non habet ergo, &c. Et confirmatur, quia si ex diminutione resistentiæ, diminuatur virtus motiua sequitur, q̃ sicut dimidia virtus potest mouere dimidiam resistentiam, ita cẽtesima pars virtutis poterit mouere centesimam resistentiæ consequens est falsum: ergo &c. Sequella patet, & probatur minor, quia non sequitur, quod si virtus vt centum mouet, centum libras lanæ per miliare in vna hora quod per idem miliare eadem hora virtus, vt vnum moueat vnam libram lanæ, quia ista corpora leuia, quo magis perdunt de pondere difficilius mouentur, ergo, &c.

In .2. p. quæstionis pro intelligentia tituli est primo notandũ quod aliud est inquirere, quę sit causa velocitatis motꝰ & aliud in quo consistat ista velocitas,

quia si de primo inquiram⁹ certum est vt vidimus. 4. Phy. quod velocitas prouenit tam quam á causa, vel maiorâ virtute actiua, vel á minori resistẽtia cũ semper debeat attendi penes excessum virtutis motiuæ supra illam resistentiam ista autem maior virtus, aut minor, est maior grauitas, aut minor, & maior leuitas, aut minor in mobilibus resistentia vero attenditur in spatio penes maiorẽ crassitiem aut subtilitatem illius: si autẽ de secundo inquiramus certũ est, q̃ de ratione formali & essentia motꝰ velocitatis inquirimus: secundo notandũ est, quod regulæ proportionum velocitatis motus hic ab Arist. adductæ sunt septẽ quinque affirmatiuæ, & duæ negatiuæ quas iam explicaturi sumus in tex. & hic habentur, vt repetitæ est ergo sensus quæstionis in quo cõsistit ratio formalis, & essentia velocitatis motus. & vtrum regulæ illę proportionum velocitatis in vniuersum sint veræ.

In 3. p. quæstionis pro illius decisione sit primum fundamentum quies adhuc priuatiua, quæ in tempore fit est dupex alia propria, & totalis, & hæc est totalis cessatio ipsius motus per adeptionem termini ad quẽ in fine motus, quæ cũ sit totalis exclusio motus quãdo mobile illam habet nullomodo potest moueri, alia vero est quies priuatiua impropria, & partialis, quæ non est cessatio totius motus: sed tantum partis præteritę & ita mobile quãdo illam habet adhuc mouetur, quia adquirit reliquas partes motus, Vnde quemadmodum quãdo aliquid mouetur à calido in frigidum habet partẽ de calido, & partem de frigido & quo magis recedit á calido eo magis accedit ad frigidũ pari ratione quando aliquid mouetur localiter, & habet illa quietem partialem partim est sub vno termino, & partim sub alio, & quo magis mouet eo magis habet de illa quiete, quia á pluribus partibus prẽteriti motus quiescit.

Secundo aduertendum certũ est contra Auerro. comen. 35. quod hic Arist. nõ solum loquitur de virtute motiua materiali: sed etiam immateriali, vt est angelica, quia licet illa non sit diuisibilis per quantitatem molis est tamen per quanticatem perfectionis, qua ratione vna virtus dicitur alia perfectior non quidem penes magis & minus intrà eãdem speciem, quia certum est, quod sicut vnus Angelus specie differt ab alio ita virtus motiua vnius debet specie differre á virtute motiua alterius: sed tantum penes diuersitatem in specie, qua ratione vna species substantialis est perfectior alia, imo in seipsa potest virtus motiua Angeli habere latitudinem, non quidem gradualem, vt reliquę qualitates: sed per applicationem in quantum non applicat ad effectum totum suum connatum: sed tantum necessarium, quod patet clarius in virtute diuina, quę immediate mouet aliquid, quia vt bene aduertit Vallesius ita virtus actu est infinita, & tamẽ tantum aplicatur finita ad effectum, quia tãtum aplicat Deus illam, quæ expedit effectui producendo.

Quibus fundamentis iactis vt melius intelligatur illa opinio, quam tetigimus in prima ratione dubitandi est notandũ quod illi authores existimant motum localem non esse continuum: sed potius discretum, & compositum tum ex motulis, & mansiunculis á mobili factis, tum etiam ex transgressionibus quas facit post quaslibet mansiunculas inter quas transgressiones, & motulas vel mãsiunculas hoc docent esse discrimen, quod omnes transgressiones sint æquales in quolibet motu inter eosdem terminos, at vero motulæ ipsę nõ sint æquales: sed potius inæquales tum in multitudine aliquando: tum etiam in magnitudine dicunt ergo, quod ille motus in quo mobile, aut pauciores, aut minores facit mansiunculis est velocior, & é contra in tardo, & ex paucitate aut multitudine istarum motularum proueniunt, velocitas, & tarditas motuum.

His

His tamen non obstantibus sit prima conclusio responsiua quæstioni velocitas motus non attenditur ex paruitate prædictarum mansiuncularum vel ex pacitate sed potius ex veluti intensione totius motus continuit in ordine ad terminum & similiter tarditas non attenditur ex multitudine illarum morularum sed ex remissione motus iam dicta prima pars huius conclusionis prouatur primo contra Galenum hac ratione quando aliquis orbis eœ estis mobetur partes illæ quæ sunt propinquiores centro tardius mobentur quam partes remotiores a centro cum minorem circulum describant & spatium minus pertranseant quam aliæ sed tamen illa tarditas non potest prouenire ex pluribus morulis vel quietibus quas illæ priores partes in suo motu quam posteriores ergo velocitas & tarditas motus non consistunt in paruitate aut multitudine morularum prouatur minor quia omnes illæ partes mobentur ad motum illius orbis cœlestis sed cœlum nõ habet principium quiescendi naturaliter sed debet semper moberi ergo non possunt plures aut maiores habere quietes & morulas vnde partes in suo motu quam aliæ immo nullæ possunt habere quietes dices quod hoc argumentum tantum probat quod velocitas & tarditas in motibus partialibus quæ sunt in mobilibus partialibus. v. g. in partibus eiusdem mobilis totalis non debent accipi ex multitudine aut paruitate morularum sed de his motibus non loquitur Galenus non tamen probat, quod tarditas, & velocitas motuum totalium qui sunt in mobilibus totalibus non debeant accipi ex prædictis morulis & de his loquebatur, Galenus, sed hæc solutio non placet propter duo primo quia eadem est ratio velocitatis & tarditatis in motibus siue sint partiales siue totales ergo si in partialibus possunt saluari sint aliqua morularum ad mixtione similiter poterit saluari in totalibus secũdo quia hoc etiam potest contingere in totalibus eodem modo & prouatur quia in eodem die naturali quo primum mobile expellit suum motum orbis lunę similiter cõplet suum & velocius mobetur primum mobile quam orbis lunæ quia maiorem describit circulum & maius pertransit spatium sed sic est quod illa maiorve locitas non potest prouenire ex paucitate quietum vel morularum quia vt vidimus quies est impossibilis realiter cœlo cum habeat principium quiescendi ergo velocitas & tarditas motuum non consistit in talibus mobilis dices præterea quod hoc argumentum tantum probat quod velocitas & tarditas motuum in corporibus celestibus non attendatur ex prædictis morulis & de illis non loquebatur Gallenus, non tamen probat quod non attendatur ex illis in reliquis mobilibus inferioribus sed neque hoc aliquid valet quod enim accidens ex eo quod mutet subiectum suam essentiam non amittit sed ex eo quod tarditas, & velocitas motus ponantur in orbibus cęlestibus aut in aliquo mobili circulari inferiori tantum variat subiectum ergo non potest fieri quod varietur essentia illarum & ita vtrobique accipiũtur ex eadem parte & secundo prouatur eadem pars quia ex Arist. quinto Phy vnũ numero & continuum sunt idem & præcipue in motibus & mutationibus successiuis cum sint capacia continuitatis, & a tempore dependeant in indiuiduatione sed quilibet motus singularis in quocunque mobili sit est vnum numero ergo debet esse continuum & per cõsequens non poterit habere tales morulas vt ex illis accipiatur tarditas & velocitas & tandem vltimo sic probatur imaginemus aliquam retam habentẽ duos clauos a fixos alterum iuxta circunferẽtiam & alterum iuxta centrum moueri in tali casu clabus existens in circunferentia velocius mobetur vt patet quam existens prope cẽtrum sed ista maiorve locitas prouenire non potest in quieti-

vel morulis eo quod pauciores adsint motui illius quã alterius ergo velocitas motus non prouenit ex talibus morulis patet minor quia vterq; clabus mouetur ad motum rotę ergo non potest habere vn⁹ plures quietes quia alias dices quod licet non habeat plures ille qui est iuxta centrum in suo motu habet tamen illas longiores, & hac ratione tardius mobetur hoc tamen impossibile est, & probatur quia vterq; clabus mobetur ad motum rotæ & quiescit ad illius quietẽ ergo quando rota mobetur debet vterq; moueri alias vnus moberetur, & alter scilicet tardus adhuc quiescit in sua longiori morula sequeretur quod eadem rota simul moberetur & quiesceret quod est impossibile ac quod idẽ homo simul sit videns & cæcus sequella patet, quia cum vnus clabus mobetur, debet rota moueri vt ad illius motum, ille mobeatur & quando alter quiescit simul debet etiam quiescere rota vt ad illius quietem alter clabus quiescat in sua longiori morula nec valet si dicas quod rota mobẽtur .2. aliquas partes & secundum alias quiescit quia istud mobile est continuum & solidum quod eo ipso ꝙ aliqua pars illius mobeatur debet totũ moberi secundum omnes suas partes vt Ari. docet & ita merito Valles. 6. l. Phy. c. 2. & contra 36. refutat illam sentẽtiã quam prius habuerat cum Galeno quia inquit ipse & benedocet Arist. quãdoaliquid mobetur non potest aliam quietẽ aut morulam habere nisi negationem quę est in instanti quæ quidem quietes negatiuæ cum indiuisibiles sint non possunt reddere motum velociorem quia non possunt quędam esse alijs longiores neque possunt esse plures in vno motu, quam in alio quia sunt in instanti, & tot habent instantia tempus vniusmotus ac tempus alterius cum idem sit.

Secunda pars conclusiõnis necessario sequit ex prima quãsi velocitas & tarditas motus non consistunt in morulis secundum multitudinem aut paruitatem restat quod velocitas consistat in quadã veluti intensione & vehementia motus ratione cuius habet quod in rẽpore æquali pertranseat maius spatiũ & in minori æquale & contra tarditas in quadam veluti remissione & debilitate ratione cuius in tempore æquali pertransit minus spatiũ & in maiori æquale vnde maxime decipitur Galenus referens totã differentiam velocitatis & tarditatis ad morulas dicens transgressiones cuiuscunq; motus debere esse æquales hoc enim falsum est imo tota differentia accipitur ex transgressionibus & ita quãdo ipsæ sunt vehementiores motus est velocior & quando debiliores tardior proua tur ergo hæc pars primo ex Ari. dicente ꝙ quado aliq⁹ mobile mobet illud plus moueri est celeri⁹ moberi sed celerius moberi dicit ꝙdã vehemẽtia & veluti intẽsionẽ patet ergo in tali vehemẽtia cõsistit velocitas mot⁹ & pcõsequẽs tarditas in debilitate opposita & prouatur .2. quia illud est mobile velocius quod intẽpore æquali per transit maius & in minori æquale spatiũ sed hoc non posset fieri nisi vi illius motus haberet partes vehementiores & fortiores quã motus mobilis tardioris ergo dicendum est quod velocitas motus consistat in prædicta vehementia & fortitudine & tarditas ecõtra in debilitate & remissione opposita licet verũ sit quod quemadmodũ in qualitatibus quanto magis vna intenditur magis alia opposita remittitur sic in motu velociori quãto est maior & velocior transgressio ex parte termini ad quẽ tãto est minor illa quies partialis & impropria existens in termino a quo & ita solet communiter dici ꝙ quãto mobile celerius peruenit ad terminum ad quẽ tanto minus moratur in termino aquo vnde tota deceptio huius sententiæ stabat in hoc quod ponebat propriã & totalem quietem vel morulam in termino aquo & ex illa sola mensurabatur celeritatum motus non vero ex transgressione efficaciori & fortiori accessu ad terminum ad quem sicut nos vidimus quod

hic vo

hic vocamus quasi intensionem quia sicut se habet hæc ad qualitatem ita velocitas ad motum & idem vt vidimus dicē dum est de tarditate suo modo vt supra notauimus Sic. 1. cōclusio regulæ omnes ab Ari. adductæ de proportione velocitatis motus sunt in vniuersum veræ si bene intelligantur quę conclusio non indiget probatione. nisi declaratione & solutione obiectionum pro cuius intelligētia est notādū quod per virtutem motiuam Ari. intelligit prę cissam illāvirtutem abstractiuam ab omni corpore v.g. quando equs portat pondus per virtutē illā motiuā præcisse intelligit virtutem portatiuam non ipsum equm quia in volunt resistētiam ex parte sui corporis per resistentiam vero intelligit quancunq; siue proueniat ex parte spatij siue ex parte ponderis ex parte spatij considerata crassitie vel subtilitate ex parte mobilis grauitate & leuitate & similiter tenuitate & per spatiū intelligit præcissam distantiā nō cōsiderata resistētia si ergo benefiat cōparatio præcissæ virtutis cū resistentia & spatio oēs regulæ sic intellectæ verissimæ sunt & ita manet solutā secunda ratio dubitandi quia licet in illo casu minuatur resistētia ex parte pōderis cū ex duplici libra fiat vna non tñ minuitur resistentia ipsius mobilis neq; spatij. vnde si acciperetur dimidia resistētia corporis pōderis & spatij posset illud mobile per duplā distātiā cūdimidia virtute illā dimidiā resistētiā mouere eo dē tēpore quo antea totā resistētiam per me liera tē distātia: mouebat & ita nō sequit̄ q̄ si ille homo poterat portare per vnā horā duas libras pōderis per vnā leuiā possit portare vnā libram per duas leucas in eadē hora bene tamē sequeretur si corporis sui aufferretur dimidiū & similiter si acciperetur dimidia aeris resistentia ad confirmationē respōdetur similiter quod ex magna illuis lapidis diminutione crescat resistentia illa spatij. l. aer res qui nō pōt talē aerē facile scindere ac integer scindebat & ita nō sequitur quod si pōt aliquis integrum lapidem proijcere possit decimā partē illi⁹ eodem tempore proijcere per decem stadia quia non est ablata tota decima pars resistentiæ tam ex parte spatij quam pro iecti lapidis quia si hæc sola auferretur per medium spatium nuda virtute motiua bene posset proijci eodem tempore per decem stadia. Ad. 3. rationem dubitā dipatet solutio ex. 1. fundamento vbi diximus, qua ratione virtus angeli licet sit indiuisibilis per quantitatem molis est tamen diuisibilis per quantitatem perfectionis secundum conatum quem applicat ad agendum vnde quādodimidiūapplicat ergamediūresistentiæ bene sequiant quod illam mouet per idem spatium & eodem tempore ad confirmationem respondetur quod propter illam magnā diminutionem lanę cum fiat inpotēs ad scindendum aerem ita bene ac quando antea erat tota vnita & cōiuncta & erescit resistentia spatij respectu ipsius & ita non sequitur quod si virtus motiua vtcūtum poterat centum libras simul proijcere in aliquo tempore per miliare virtus motiua vt vnum possit, vnam libram mouere per idem miliare in eodem tēpore quia in illa libra remanenti collata ad spatium non manet equalis resistētia ad suam virtutem motiuam sed maior quam erat antecentum librarum ad virtutem motiuam vt centum.

Breuiter tamen est examinandū hic qua ratione debeat accipi proportio inter diuersos motus vt vnus dicatur alio velocior & prætermissis in numeris rebus quæ de hoc nimis prolixe dicuntur a Soto ita quod sine cognitione mathematica non possunt intelligi breuiē est notandum cū Toleto in fine huius libri quod nō debet summi ex sola proportione virtutum motiuarum inter se aut rē sistētiarum inter se sed facta collatione virtutum ad resistentias paret. 1: quia si motiba vt. 8. moueat pondus vt duo

vt duo

vt duo & pondus & vnum moueat virtus motiua vt quatuor non est dicẽdũ quod sicut est dupla proportio inter virtutem vt octo, & vt quatuor ita sit duplaproportio inter velocitates horum motuum ratio est clara quia licet vna virtus excedat aliam induplo: sed tamen vna v.g. vt octopondus vt duo excedit æqualimo co ad põdus vnum virtus vt quatuor, & ita tales motus sunt æque veloces quia licet vna virtus alium excedat in duplo secundum se sed tamen in ordine ad suas resistentias eodem modo excedit quæuis virtus suam resistentiam, & ita tales virtus proportionabiliter sũt æquales & quod non sumatur secundũ solas resistentias prouatur quia si põdus vt vnum mobeatur a virtute vt octo, & pondus vt duo a virtute vt quatuor proportio vnius ponderis & resistentiæ ad aliam est tantum duplo at tamen velocitas quia mobetur pondus vt vnum ab agente vt octo resectu alterius quamobetur ab agenti, vt quatuor maior est quam dupla non ergo debent solum cõparari virtutes motiuæ inter se aut resistentia inter se sed simul virtutes motiuæ cum resistentijs sed adhuc potest secundum fieri primo comparando tantũ excessus harũ virtutũ ad resistẽtiasinter ipsos excessus vt si virtus vt octo mouet põdus vt vnum excedẽdo illum in 7. & pondus idem vt vnum moueat virtus vt quatuor excedendo illud in tribus, & tunc fiat comparatio illius excessus septem ad tria qui est in duplo & sexquitertio. c. 1. en doblado y vn tercio & hoc modo non debet fieri quia certum est quod maior est velocitas motus ponderis vt vnum a virtute vt octo quã motus ponderis vt duo ab agẽti vt quatuor est in quam maior in duplo & illo tertio aliomodo potest fieri hæc comparatio conferendo primo quanlibet virtutẽ motiuam ad suam resistentiam & postea faciendo inter has duas proportiones comparationem velocitatum quia in eadem proportione qua vna proportio harum excedit aliam in eadem velocitas nascens exilla proportione excedit aliam velocitatem nascentem ex alia vt si, v.g. virtus vt octo mouet resistẽtiam & demum resistentiam vt quatuor mouet eadem virtus tunc comparanda est quælibet virtus ad suam resistentiam & ita inueniemus quod virtus vt octo excedit vt quatuor induplo & resistentiam vt duo in quadruplo, & quia proportio quadrupla est dupla adduplam resistentiam ideo erit in duplo velocior motus quo virtus vt octo mouet resistentiam, vt duo quam motus quo eadem virtus mouet resistentiam vt quatuor hoc inquam debet intelligi quãdo diuersæ virtutes comparantur ad diuersas resistentias aut vna etiam virtus ad diuersas resistentias quia si diuersæ virtutes comparentur ad eandem resistentiam tunc in eo excessu quo vna virtus excedit aliam, excedit velocitas vnius motus velocitatem alterius vnde si eandem resistentiam vt duo moueat virtus vt quatuor & similiter virtus vt octo sicut secunda virtus excedit priorem in duplo ita secundus motus excedit priorem in duplo sed & hoc incidit imprimũ quia virtus vt octo illam resistẽtiã vt duo excedit in quadruplo & eãdem resistentiã virtus vt quatuor induplo vnde quia proportio quadrupla ad duplam sequitur quod vnus motus erit alio velocior induplo sicut & vna virtus est alia velocior induplo.

Ad primam rationem dubitandi. Respondetur quod ideo mobile velox minus moratur in motu quam tardum & citius pertransit suum spacium quia fortius, & quasi intensius mobetur nõ vero quia minores morulas vel mansiunculas faciat in motu quia vt iam vidimus continuo quo iam motu mobetur sine vlla interruptione aut quiete mobile verotardum ideo magis moratur in motu & tardius illud per transit quia debilius & quasi remissius mouetur & transgreditur suum spatium vnde in iqsa met efficatia

entia vel in efficatia transgressionis consistit motus velocitas & ita hæc non est æqualis in omni motu vt patet colligebant dicti authores Galen. & Valles.

Sed est primum argumentum cõtra primam conclusionem si velocitas motus non consistit in predictamorularum paritate vel breuitate maxime, quia quilibet motus localis est in se continu⁹ & nulla quiete posbitiua inter ruptusc6 sequens est falsum ergo patet maior, & probatur minor quia inde sequeretur, ꝙ mobile velox & tardum æquali mobeantur velocitate probatur quia sicut mobile velox tantum in singulis instantib⁹ quieseit & hoc quiete negatiua mobile tardum tantum in singulis instantibus quieseit & quiete negatiua & sicut in omnibus partibus diuisibilibus illi⁹ temporis mobetur velox etiam mobetur tardum ergo iam nulla differentia est inter mobilia tardum & velox neq; ex parte quietum, neque motuum ita quod æqualiuelocitate mobeantur. Respondetur quod licet non differant in negatibis quietibus differunt tamen inpartibus motus quas habent in partibus tẽporis quia mobile velox habet partes motus fortiores & quasi intensiores vt ita pereas maius spatium possit transire in eodem tempore aut æquale in minori mobile, vero tardum habet partes motus debiliores, & quasi remissiores, vt ita per eas vel⁹ minus spatium per transeat in eodem tempore vel æqualem minori; & ita non sequitur quod talia mobilia mobeatur æquali velocitate sicut non sequitur ex eo quod continuum aliquod parbumbabeat tot puncta ac magnum quia vtrunque habet infinitam potentiam & habeat etiam partes diuisibiles sicut aliud quod sint æqualia quia in ipsis partibus diuisibilibus differunt eo quod vnum eas maiores habet quam aliud sic ergo in partibus diuisibilibus motus differũt mobile velox, & tardum sicut vidimus quia mobile velox eas habet fortiores, & efficatiores quam tardum: vnde falso alij autores dicebant transgressiones vel partes ipsius motus esse æquales cũ in hijs consistat omnis inæqualitas motuum.

Secundum argumentum est contrasecundam conclusionem si tales regulas essent veræ maxime quia cum velocitas motus proueniat ex excessu virtutis motiuæ supra resistentiam eodem modo quo variatur aut virtus motiua aut resistentia deberent variari aut eodem modo quo non variantur deberent inuariari sed hoc est falsum ergo probaturquia in variata virtute motiua scilicet robur si varietur figura ipsius cicis mobetur mobile ergo neque ex resistencia neq; ex virtute motiua tantum debet variari velocitas sed aliunde patet quia si projiciatur corpus rotundum deorsum, & corpus triangulare vtrumque eiusdem virtutis motiuæ scilicet grauitatis, & per medium eodem modo decissum velarum citius per æquale spatium peruenit ad finem triangulare quam rotundum ergo iam illa velocitas aliundeprouenit quam a virtute motiua, & resistẽtia respondetur quod per existentiamvt vidimus non tantum debet intelligi põdus sed omnia quæ viuat vel impediũt ad motum quia hoc est figura ideo ad alteram horum redducitur, vnde notandum est hic cum Valesio controuer. 44 hoc esse discrimen inter motum proiectionis & impulsionis ex vna parte, & vectiones tractionis, & expulsionis ex alia quod ad istos tres motus vltimos maxime conducit leuitas & tenuitas vnde id quod est leuius vel tenuius facilꝰ vehitur trahitur, & expellitur at vero motus proiectionis & impulsionis meritas quædam substantiæ requirit vt ita quod neque sunt nimis tenuia vel leuia quæ projiciuntur quia hæc non possunt optime concipere impetum projicientis, &

tis & ita lana papirus & alia huiusmodi difficilius proijciuntur quam alia minus leuia & tenuia & quia non ita bene concipiunt impetum & quia non ita bene diuiduntaerem ad motum sicut si essent magis grauia vel minus tenuia neque diciteſſe nimis crasse & grauiaquia maxime resistunt impetui quo debent proijci sed in prædicta debent medio critate consistere ex qua desumitur facili tas proiectionis, vnde vt bene aduertit Valles controuersias. 44. non est aliquid tanto facilius proiectuquanto est leuius vel tenuius sed quanto magis de hac mediocritate participat & ad fortiorem virtutem motiuamcō paratur & hæc de septimo libro dicta sufficiant.

(.i.)

SVPER OCTAVVM LIbrum, & vltimum Physicæ, auscultationis Ari. de motu in ordine ad motorem primum.

Cõmentaria perquęstiones.

AVTHORE P. F. PETRO DEOÑA
Burgensi. Sacræ Theologiæ Doctore.

PRAEFATIO.

DE INTENTIONE AVTHORIS, sũma, & diuisione totius octaui & vltimi libri p quæstiones.

LIBER iste octauus, qui & postremus Physicorũ est plenus est vt inquit simplicius, optimis multisq; theorematibus; nam primo in eo disputatur de æternitate motus vbi paratur via, ad illam quæstionem de æternitate mundi, disputatur etiam de primo motore & prima causa, non accurate & ex professo, sed obiter vt docet Arist. non esse in his progressum in infinitum nam disputatio de prima causa ex professo, pertinet ad primum Phylosophũ, vnde hæc disputatio quę adfertur hoc libro tantum vtilis est vt hic docet Arist. ad considerationem naturalem sed etiã ad primam Phylosophiam & disputationem de primo principio, exorditur autẽ hic disputationẽ ab ea parte sit ne motꝰ æternus, vel potius cæperit aliquã do finẽq; sit habiturus quã partẽ. Auer. falso ad cœli motũ cõtrahit cũ sit indefinite accipiẽda, nã sensus illiꝰ est num sit aliquis primus motus, quẽ nullus alius præcesserit vel potius ante omnẽ motũ fuerit motus? & Respondet. Ari. quodnõ datur primus motus, & hoc in. 1. capite continet enim liber hic nouem capita, deinde in. 2. capite reprehendit Aristotelis sententias physiosophorum de hoc loquentes, qui ponebant motum; principiũ habuisse. In capite tertio similiter proponi, quandam diuisionem antiquorum scilicet, aut omnia quiescunt aut omnia mobẽtur, vel, quædam mouentur, vel quædam quiescunt, per singulas partes refellit. In capite quarto, probat, quod omne quod mouetur ab alio mouetur in capite quinto. Demõstrat nõ esse procedẽdũ in infinitũ sed deueniẽdũ esse od vnum primum motorẽ immobilem in capite sexto, probat dandum esse vnum primum motorem æternum. In in capite septimo demonstrat motũ locale esse omnium primum: inter omnes motus, in capite octauo, probat, motum

tum circularem esse æternum ita vt nõ habuerit principium nec habiturum finem. In capite nono & vltimo, probat quod motus in orbem sit continuus per petrum & omnium primus. Quæ omnia per duas quæstiones examinare & alti⁹ (vt soleo) repetere intendo, secundum quod duo sunt præcipua quæ ab Aristotile in hoc libro intenduntur, prima versabitur circa primum motorem immobilem totalem & primum mobile totale. Secunda vero circa primum motum partialem & prima mobilia partialia, vbi etiam nonnulla alia pro doctrinę & totius Physicę complemẽto apponam.

QVAESTIO. I.

De primo mobili naturali totali, & primo motore immobili etiam totali.

DIssentio & cõcertat• est inter Philosophos, an disputatio de primo motore ad Physicum spectet, cæterum sin homine primi motoris intelligam⁹ non quidem primam causam simpliciter, sed contractam ad motus & mutationes rerum naturalium, non dubium est quin Philosophus naturalis ex suo proprio munere, differat de primo motore, quia alioquin non posset perfecte, motus naturales rerumque mutationes intelligere. De primo ergo motore sic cõsiderato, & primo mobili totali Decẽ sunt dilucidanda primum cuius demõstrare primum motorem esse substãtias separatas, secundum si ex sententia Aristo. Deus sit causa vniuersi. Tertium, si Deus produxerit mundum libere vel necessario etiam ex sententia Arist. quartum si Deus ab æterno produxerit omnes creaturas quintum si etiam hoc sit verum in sententia Aristo. sextum si potuerit Deus ab æterno creaturas omnes producere septimũ si ex sententia Aristotelis primus motor sit vnus tantum octauum, si ex sententia Aristotelis primus motor sit omnino immobilis nonenũ, & vltimum si primus motor ex sententia Aristotelis sit infinitæ virtutis, quæ omnia profecto, sicus & quæ in quæstione sequenti dicentur perspicua sũt & scitu dignissima valde enim Theologo prosunt. Physico vero non parum conducunt, ad perfectam Aristotelis doctrinæ intelligentiam, imo omnem hominem decet hæc præscrutari.

ARTICVLVS. I.

Cuius artificis sit demonstrare primum motorem esse substantias separatas.

PRincipio huius disputationis certũ est esse aliquam substantiam æternam & licet id sit omnium consensucõ probatum tamen id colligit Aristotelis ex motus æternitate secundum motus æternus est & motus sine motore esse nequit, motor enim substantia est sequitur plane esse substãtiã ęternam, immo vero tot quod sunt motus æterni sed licet hæc ratio recte colligat tamẽ falso vtitur. Principio quare idem ostendere possumus hac ratione vel mundus est factus in tempore vel in principio temporis si caret principio temporis iam manifestum est esse aliquam substantiã æternam si autem in principio temporis factus sit necesse est factum esse ab alio nihil enim se ipso facere potest alioqui simul esset & non esset, esset quia causa efficiens

ficiens est non esse quia res dū fit non est q; si ab alio factus est certe illud ab alio neque iam potest factum esse ita enim esset regressus in infinitum erit ergo a se ipso, atque est a seipso æternum esse necesse est id enim solus est Deus id etiam probat Aristoteles. 12. Methaphysic. cap. 6. vnde ex defectu potentiæ ad non esse probat æternitatem primæ substantiæ optima item ratione ostendit idem D. Thom. 1. par. quæst. 10. art. 2. æternitas sequitur immutabilitatem vt diximus. 4. libro qu. 3. sed Deus omnino immutabilis est ergo & omnino æternus imo vero non solum sed quidquid est in Deo æternum est sicut enim Deus est æternus ita eius sapientia & bonitas & diuina generatio est æterna pater quod est in Deo est ipsemet Deus sed Deus est æternus ergo quidquid est in Deo æternum est deinde quidquid est in Deo est omnino immutabile ergo æternum hoc ergo posito principio circa præsentem quæstionem Auerr. 12. Meth. com. 5. contra Alex. & hoc libro com. 3. contra Auicenā sentit illud munus esse naturalis Philosophi propterea quod nulla scientia demonstrat suum subiectum esse sed id supponit vt constat primo de demonstratione c. 1. sed substantię separatę sunt potissima pars subiecti primę Philosophię ergo. 1. philosoph⁹ nō probabit esse substantias separatas sed ipsumet a naturali philosopho tanquam probatum prę terea esse substantias separaras ex solo cælorum motum colligete possumus cælorum autem motus subijcitur contemplationi naturalis Phylosophiæ sequitur ergo vt probare esse substantias separatas spectet ad naturalem philosophum deniq; Arist. hoc libro presertim. c. 6. ex professo demonstrat esse vnum primū motorem omnis motus expertem nec valet quorundam resp̄sio. qui aiunt id fecisse Arist. non vt Physicum sed vt primum phylosophum nam argumentū quo vtitur est omnino Physicum scilicet generationi æterna successio & finis ei propositus est omnino Physicus scilicet seruare in rebus naturalem motum tollitur enim naturalis motus omnis ac proinde natura si in causis mouentibus subordinatis sit regressus in infinitum & non detur aliquis primus motor omnino immobilis Alij sentiunt munus esse Physici de quorum numero est Alex. vt refert Auerr. 12. Meth. com. 5. & Auicena 1. lib Meth. cap. 1. & 8. lib. cap. 1. & 3. & Albert. in. 1. Physicorum sub finem & Scotus in. 1. sē tentiarum. q. 2. prologi ad secundū probaturque hæc sententia his argumentis primo quia si alioqui prima philosophia acciperet a Phylosophia naturali esse substantias separatas oportet primum Phylosophū subijci naturali Philosophię si non omnino certe ea expar te quę disputat de intelligentijs quam obrem pars illa esset munus præstā nsnaturali Philosophia deinde Arist. docet in 6. Physi. cap. 2. eiusdem esse mētis hoc est eiusdem esse artis & scientiæ explicare quid res sit & rem esse atque explicare quid sit substantia diuina & separata non potest pertinere ad naturalem Phylosophum sed ad primum Philosophum eiusdem ergo erit probare illam substantiam esse tertio nulla scientia potest probare illam substantiam esse quæ non pertinet ad suam considerationem non enim phylosophus demonstrabit triangulum esse neque geometram esse locum vel materiam at substantiæ sempiternæ non sunt Phylosophiæ cōsiderationis quod expressit Ari. 2, Physi. cap. 7. vbi docet quod mouet in mobile non esse Physicæ considerationis postremo nulla scientia probat sua principia non poterit ergo in naturali Phylosophia probari esse vnum primū motorē. Ceterum quid de hac. q. iudicā dūsit hac distinctione intelligetur vel enim ergo refertur ad existentiam solā, & ita vt argumēta Auer. probant nō est primi Philosophi ostendere esse intelli

gentias nullum enim est medium primi phylosophi proprium ex quo colligere possim esse substantias separatas: vel quęstionis sensus est cuius probare sit esse vnum primum motorem omnis motus ex pertem & nunc Respondeo partim esse primi phylosophi partimve ro phylosophi naturalis primi quidem quia in 12.Meth.capi,7.colligit Aristo. esse primum motorem inmotum nō ex motu physico sed vt aiunt ex motu me thaphysico idest ex cognitione & appetitione quod enim mouet quia intelligitur, & appetitur i l mouet prorsus inmotum sed est quidpiam quod mouet orbium motores quia intelligitur, & appetitur percipiunt enim intelligentiæ mouentes orbes inferiores primum intelligentiam esse primam omnium rerum causam quam iudicant optimī & ideo cupiunt illi esse similes quoniā autem non possunt assequi nisi permotum præterea mouent hinc tandem colligit Metaphysicus esse aliquem primū motorem qui nullo pacto moueatur neq; a se ipso quoniam non potest diuidi in mouentem & motum neque exacciden ti quia non posset mouere ęterno tēpo re neq; ab alio tanquam ad finem cum sit finis omnium certe autē erit regressus in infinitū naturalis vero phylosophi quia ex moto physico id est externa motuū successione colligi potest esse vnum primum motorem in motum, & ex hoc lib.cap.6,perspicuum est vel de niq; tractat,quæstio in attributis essentialibus vt sit sensus cuius offi nū sit demōstrare de intelligētijs illa quę ad naturā pertinēt scilicet quod sint spiritales & sint actus puri: & intelligētis quopacto dubiū nō c.t id mun? esse primi phylosophi. 1.quia in prima phylosophia de his copiose & ex professo disputatur,in physica non item.2.quia quæ sunt amateria & motu separata proprie spectāt ad primum phylosophum & enim naturalis philosophus ea solū cōsideratquæ cum materia & motu coniuncta sunt, & in hac parte sentit Auer.cum alijs vt expresit ipse 2. Physi.com.26,Superest vt argumenta tertię opinionis diluam? primum ergo argumentū nō necessario cōcludit.3.enim Physi.primus accipiat a naturali philosopho esse substantias separatas nō ideo sequitur vt primæphilosophia naturali subijciatur vt patet ex his quæ in prima demonstratione cap.7.requiri diximus vt vna scientia alteri subijciatur:quod enim prima philosophiæ a naturali id accipiat causa est quia illa est princeps & regina scientiarum ob id quod vtatur, alijs tamquam famulis & vt traddit Ari.3.Meth. ca.2. quomodo & diuina essentia sumitrationes & principia ex scientia naturaliterad secundum resp. quod Arist.voluit nihil aliud esse quā ad primam philosophiā pertinere agere de essentia & existentia rerū cū enim solus ipse cōsideret ens vt ens est solus etiā potest considerare ipsum esse & essentias rerū non quidē specie sed in genere itaq; quandocunq; quęrit sit ne res an non quæstio est methaphysica ratione attributi tametsi ratione subiecti & ratione medij qua proter potest ad aliam scientiam pertinere ;& quoniam medium quo demonstrat.existentia primi motoris est physicū id, circo licet quādo. hæc ratione extremorū sit methaphysica dicimus tamen naturalis philosophi esse eam demonstrare, Ad tertium neganda est assumptionam motores orbium cælestium atqueadeo primus motor physicę considerationis sunt quatenus,sunt principia motiuum & generationum rerum naturalium & vero ad fertur ex Arist.nihil facit ad rē quoniam vt ipsemet exponit nihilaliud vult quam non esse res naturales causas mouentes quæ mouēt in motas hoc enim significat id quod statim subiūgit non inquit habēt in se principiū motus & quod subiungit Paulo infiusprincipia ergo quæ naturaliter mouēt duplicia sunt altarū naturale nō est quipe cū in se nō habet principiū motus tale est quod

quod moueat penitus immobile & quod est omnium primum itaque ex hoc loco concluditur quidem recte non esse naturalis philosophi agere de Deo neq; de intelligentijs vt substantiæ quædam abstractæ sunt agere tamen de illis vt sunt causæ mouentes naturales & principia motuum Physicorū naturalis philosophi est ad quartum quid debeat Respondetur constat ex his quæ diximus in primo de Dei. c. 1. quæritur forte aliquis in fine huius partis quid nomine primi motiores intelligat hoc loco Arist. dicendum est intelligere Deū nam simplicius in principio huius libri scribit Arist. per ducere nos in cognitionem primæ & supremæ substantię quæ absque dubio Deus est & Aristo. primo, cap. asserit disputationem de æternitate motus conducere ad cognitionem primi principij nimirum Dei at quo pacto cōducit nisi quia ex æternitate motꝰ colligimꝰ esse tvnū primum motorem eternum & immobilem iam & in. 12. Met. ex 39. primum principium vocat Deum docetque esse primum mouens immobile ex his ergo intelligi potest primum motorem ab Arist. vocari Deum quod etiam sentit D. Tho. hoc libro vltimis fere verbis nec refert quod in primo li. cap. 9. lectione. 13 sub finem doceat Ari 8. Phy. solum probasse esse vnum primū motorem qui se ipsum moueat in quo sit pars mouens scilicet intelligētia primi cæli & pars mota nempe corpus cæleste in. 12. autem meth. inuestigasse ex hoc motore qui est pars mouentis seipsum alium motorem separatum omnino qui Deus est quoniam licet argumēta Aristotelis proxime concludant solum esse primum motorem, primo orbi applicatum & hic iudicio. D. Thom. non sit Deus remote tamen & implicate demonstrate esse vnum primum motorem simpliciter & hic est Deus.

ARTICVLVS. II.

V. ex sententia Ar. Deus sit causa omnium vniuersi.

IN hoc libro duo precipue intēdit tractare de motore & primo mobile atq; vt explicetur qualiter primus motor sit æternus in duobus. 1. capitibus intendit motū in vniuersum esse æternū ac per cōsequens ipsum mūdū esse ab æterno sed vt melius intelligamus mētē Arist. circa æternitatē mundi atq; virationum cuius opus esse dure eius mētē prius implicare circa alia duo. 1. est circa efficiētiam omnium earum. 2. de modo quo ipse Arist. existimauerit Deū optimum maximum omnia producere an scilicet libere vel naturaliter.

Circa primū ergo ꝙ quæritur in hac q. notandum est quod non est. q. quod sit dicēdum in rei veritate nam est articulus fidei omnia esse a Deo effectiue producta ita enī cōstat ex symbolo Apostolorū & ex symbolo Nicem vbi Deus dicitur author de summa Trinitate & de sumptum quia ex concilio lateranensi sub Innocentio. 3. & in scriptura habetur hæc veritas sapientiæ primo creauit Deus vt essent omnia & Esai. 16. qui viuit in æternum creauit omnia & Joannes primo omnia per ipsum facta sunt vnde tantum vbi hæretici de hac redubitant in Ecclesia aduersus quos disputat Augustinus multis in locis cap. 14. ad literam super genesim Athanasius. in lege contra gentiles & S. Thom. secundo contra gentes capitul. 19. & 16. & Ambrosius homilia prima in genesi & alij multi.

Sed tñ quamuis hæc veritas sit de fide est etiam de his quæ a Paulo, vocabātur nota Dei quia lumine naturali constat vt intelligitur ex multis rationibus

quas adducunt scolastici authores in secunda distinctione & præsertim San. Thomas. 1, par. q. 44. artic. 1. Cuius prima ratio est quia effectus vniuersalis reducendus est in causam vniuersalem, & particularis in particularem ex Aris. secundo Phys. sed esse est effectus vniuersalissimus omnium ergo reducēdus est in eam omnium vniuersalissimum qualis est solus Deus.

Tunc vltra in omnibus effectibus includitur esse ergo omnes effectus habēt aliquod quod ab ipso Deo producatur, secundum ipsum esse.

Sed secunda & potissima ratio ad hoc probandum est ita quia omne quod est tale per participationem effectiue procedit ab eo quod est tale per essentiam, sed creaturæ omnes sunt entia per participationem ergo procedunt effectiue ab eo quod est ens p essentiā, sed huius modi ens per essentiam est solus Deus, ergo omnes creaturæ effectiue procedunt ab ipso Deo circa quam rationem quamuis eius illatio sit notissima tamē quantum ad veritatem maioris & minoris quæ in ea subsumuntur dubitaret aliquis & primo cōtra maiorē quia non videtur in vniuersum verum quod id quod est tale per participationem effectiue procedat ab eo quod est tale per essentiam nam hęc maior fundatur in eo quod in vnoquoque genere quod id quod est maxime tale est circa omniū aliorum quæ sunt in ipso sed hoc non est verum de genere causæ efficientis, quia homo qui in genere animalium est perfectissimus non est causa efficientis aliorum sed finalis tantum.

Cap 1. p. q. 44. artic. 1. quod hæc ratio. S. Thom. explicite satis probat Deum esse causam omnium creaturarum tamē quod sit efficiens non probat nisi ex alio discurso quia scilicet cum omnes naturalissimæ habeant similes producere, & ens per essentiam cum sit perfectissimum ens debet etiam hoc habere per fectissimo modo quod producat sibi simile atque adeo quod producat omne ens per participationem quia omne illud est aliquo modo simile ipsi Deo.

Sed mihi videtur non opus esse his ambagibus quia ipsa ratio, Sanct. Thomæ. est satis clara mei autem illa scilicet omne ens per participationem effectiue procedit ab eo quod est tale per essentiam patet ex hoc quod ens per participationem habet esse receptum ab alio hoc enim ens per participationem scilicet quod non est suum esse sed illud habet receptum ab alio ita quod essentia sit potentia & esse actus receptus in potentia necessario debet habere efficiens ita quod illud aliud a quo recipitur esse sit efficiens quia actus non vnitur nec introducitur vnquam in suapotentia nisi actione efficientis vt inductione & patet ergo omne quod habet esse receptum scilicet participatum debet habere efficiens hoc autem efficiens nō potest esse nisi quod est tale per essentiam ergo omne quod habet esse participatum effectiue procedit ab eo quod est tale per essentiam.

Si autem dicas contra hanc rationē quod ex ea tantum constat creaturam omnem habere aliquam causam efficiētem non tamen quia hæc sit ens effectiue & prima creatura a Deo vt posuit Aristotelis. Respondetur quod modo non agimus an Deus sit causa omnium immediata & constat secundum positionē Aristotelis Deus omnium creaturarū est efficiens quamuis non immediata sicut si ignis calefacit ferrum & ferrum calefacit aquam & aqua calefacit manum & omnium calidorum dicitur efficiens ignis etiam mediate.

Secundo Respōdetur quod in præsenti materia in qua agimus de ente p participationem & de ente per essentiam nō solum colligitur, quod ens per participationem sit causa omnium creaturarum: sed quod sit immediata ratio & quoniam si est causa omnium, secundum esse, ergo omnium creaturarū

turarum esse dependet ab ipso Deo atque adeo operatio etiam pendet ab ipso Deo & ita productio qua vna creatura producit alteram est etiam effectiue ab ipso Deo atque adeo non solum primũ ens est causa efficiens aliorum hominium quæ sunt entia per participationem sed etiam est causa efficiens immutata: vnde constat quod hæc maior quã assumpsimus in ratione scilicet omne quod est tale per participationem & deinde per essentiam est etiam vera causa efficiẽte immediata, atq; adeo hic maior non est eadem cum illa omne q̃ est maximum in vnoquoque genere & esse tale per essentiam ita quod alia sint per participationem ipsius nam neque homo qui est primus in genere animalium est talis per essentiam taliter quod sit sua animalitas neque taliter quod alia animalia sint talia per participationem ipsius hominis. Notat enim optime. Cuj loco citato quod vt aliquod sit tale per essentiam requiruntur quatuor conditiones prima est quod sit natura quædam secũda quod huiusmodi natura nullo modo sit contracta aliquo gradu vel subiecto tertia nam sua per se subsistat quarta quod sit talis forma vt nã sua secundum sui communitatem admittat per sui & in alio esse ratione primæ conditionis nullum compositum est ens per essentiam ratione secundæ anima rationalis non est ens per essentiam nec albedo vt quatuor quia sũt istæ formæ contractæ ratione tertiæ etiam daretur, summa Albedo separata non esset ens per essentiam ratione quartę Angelus non est ens per essentiam quia secundum sui communitatem acceptus non admitit per se & in alio esse, vnde istæ conditiones solum conueniũt Deo qui non est compositus sed sua mediętas non contracta & limitata sed infinite est per se subsistens & est denique talis natura vt admittat esse prio suppositto secundum rationem communem sibi & Angelis scilicet in quantum ens habet quod possit esse per se & in alio.

Hactenus ergo satis explicata manet vt arbitror maior illa ratio. S. Tho. mihi etiam ex dictis manifesta scilicet quod creaturę omnes sint entia per participationem nam ens per participationem est illud quod habet esse receptum omnis autem creatura habet esse receptum quia nulla creatura est actus purus ergo habet potentiam & actum receptum in potentia atque adeo causatũ effectio a Deo. Sed veniamus iam his suppositis ad id quod est difficilius in ista quæstione scilicet quod de hac resera serit Aristoteles examinare.

Secundo certum est propter hoc primum principium esse substantias separatas a materia omnino immobiles cui ipsius est principij cõtemplatione sint beatę & patet primo cæli. capit. q. & similiter inter corpora certum est apud ipsum corpora cælestia omnino esse incorruptibilia & quamuis secundum locum mobilia non tamen in substantiam mobilia.

Tertio & vltimo certum est ex eius sẽtẽtia corruptibilia omnia a Deo effectiue esse producta per ministerium angelorum & motum cœlorum vt patet primo Metaphy. & secundo cœli cap. 3. vbi cessante motu cœli omnia hæc inferiora cessare dicet.

Constat ergo ex sententia Aristotelis Deum esse primum motore, vnde tantum est dubium an ex eius sententia Deus sit author vniuersi prout includit etiam substantias incorruptibiles.

De hac re variæ sunt authorum sentẽtiæ nam quidam sunt qui existimant Aristotelem in ea fuisse sententia vt putauerit mundum, quantum ad partes in corruptibiles effectus esse & nullam habuisse causam efficientem de quorum numero est Lactantius Firmianus secũdo libr. diuinorum mot. & Ambrosius in eram & Iusti. Mar. in Apilogo aduersus gentes & in libro aduersus placita Aristelis & S. Boe lib. 4. grecanicarum affe

ctionum & Eusebius Cæsariens. libro de preparatione Euangelica qui omnes hac de causa libentius amplectuntur sententiam Platonis de hac re quã Aristotel. quia ex eius sententia constat mũdum fuisse factum secundũ omnes suas partes vt patet in timeo & alibi, sæpe quod autem hæc fuerit mens Aristotelis, colligi videtur. Primo cœli capi. 10. & 12. vbi asserit quod omne semper ens est ingenitum & quod impossibile est aliquod sempiternum esse factum sed incorruptibilia omnia ex eius sententia sunt sempiterna ergo nullum eorum factum minorem docet Arist. cap. vltimo materiã primam docet esse ingenerabilem & incorruptibilẽ ergo sequitur ꝙ ex eius sententia materia caret aliquo principio effectiuo. Et Conf. quia Arist. omnium rerum quæ habent causam efficientem explicit esse tria principia vt patet in primo Physi. sed incorruptibilia non habent hæc tria principia quia carent priuatione ergo non fiunt neque habent causam efficientem ex eius sententia. Secundo probatur hac sententia facit quia ista incorruptibilia fieri non possunt nisi per creationem at vero Aristo. non cognouit creationem aut simplicem quam vocant emanationem ex nihilo sed potius in eius operibus repetitur ex nihilo nihil fieri nunquam tñ nomẽ creationis inuenitur ergo, &c. 3. quia omne quod habet causam efficientem potest non esse sed incorruptibilia ex sententia Arist. necessario habet esse ergo non habent causam efficientem maior patet quia si causa efficiens est libera pendet ex voluntate alterius & sic potest esse & non esse si autem causa efficiens est naturalis potest impedire ergo sequitur quod potest nõ esse idquod habet causam efficientem minorẽ vero docet Arist. primo cœli. ca. 12.

Quarto omne quod fit prius habet nõ esse sed incorruptibilia omnia ex sentẽtia Arist. nunquam habuerunt non esse quia sunt sempiterna ergo nullum incorruptibile ex eius sententia fit maior probatur quia hæc est differentia inter fieri & conseruari quod conseruari dicit ordinem ad esse eius quod conseruatur immediate procedens fiunt vero ad non esse eiusdem immediate procedens tanquam ad terminum a quo ergo &c.

Sed his non obstantibus oppositam sententiam tenet S. Thom. hoc lib. 8. lectione. 2. vbi dicit ex sententia Arist. materiam primum esse etiam a Deo factam per simplicem emanationem, & eandẽ sententiã tenent multi expositores Aristo. antiqui quos refert & sequitur. Tol. q. 6. huius libri. Simplicius, & Albertus secundo. Physi. text, 45. Amonius. Perhi cap. vltimo in eandem sententiam citat Themistius Abicenã, & Aluertum & Auerroem in libro de substantia orbis capi. 2. ex neutericus maioribus Ciceronem de somno Scipionis in secũdo Cornelius de abditis rerum causis lib. secũdo, & Augustinus. Eug. libr. 4. de perem Philosoph. capit. 6: & ex discipulis San. Thom. Sotus ita tenet, quæsti. 1. huius libri 1 ib qu. 23. & Soncí. 12. Methaphy. quæst. 16.

Probat autem omnium horum authorum sententiam quam ego puto probabiliorem primo authoritatibus Arist. qui expresse id asserit primo Polit, cap. 5. dicens omnia facta esse propter hominem non enim aliquid existimauit esse in mundo infinitum propter Deum, & secundo respondet ad Theodoretum capi. 23. dicit ipsos demones esse opus Dei constat autem demones esse incorruptibiles ergo, &c.

Tertio hoc idem asserit clarius Arist. Alex. in lib. 6. de mũdo cap. 2. dicit enim quod mundus est ordo & digestio omniũ quæ a Deo & per Deum asseruãtur & Paulo ante finem eiusdem libri Deus dicitur quod in naui gubernator quod incurru agitatur, in coro procentor ꝙ denique lex in ciuitate & dux in exercitu hoc Deus in mundo est vnde constari om-

omnium efficiens esse & Paulo inferi' agens de nominibus ipsius Dei dicit q̃ Deus cælestis & terrenus vocatur quod omnium rerum author sit etiam in vltimis fere verbis ipsius libri Deus principium & finis dicitur esse omnium rerum media tenet: &c. quibus verbis nihil clarius dici poterat, at nec melatet quod posset aliquis dicere ad has authoritates librum hunc de mundo non esse Aristo. vt plurimi dicunt quia plures grauissimi viri putant hoc opus esse Arist. vt patet ex Ludouico viu. in centuria quam affert ad opera Aristo. & citat in hanc eandem sententiam Iustinum Martyrem Themistium & cardinalem Vesarionem ad Ioannem Picum Mirandulanum.

Sed his omnibus relictis eandem veritatem docet Aristo. primo cæli cap. 9 vbi a sempiternitate primæ causæ cæteris omnibus cũmunicare esse ac videre dicetur & in secundo Methaph, c. 1. tex. 4. dicet primum in vnoquoque genere dicitur esse causa aliorum dicetur Etiã ibi ea quæ sunt necessaria habere causas suæ virtutis, ergo incorruptibilia quamuis sint necessaria entia possunt habere causam efficientem sui esse nec valet solutio quorundam qui dominii de veritate conclusionem complexarum loqui quæ quamuis sint necessariæ habent causas suæ virtutis scilicet prima principia nam quamuis verum sit quod de his loquatur tamẽ ex his probat suũ intentum in simplicibus quod scilicet quamuis sint necessario entia habeant causam efficientem quia sicut se habẽt res ad veritatem ita ad esse.

Sed obijcies contra nos ea verba quæ habentur in fine illius terminus vbi loquens Aristo. de principijs necessarijs dicit quod non habent causam quare sint sed potius sunt causæ aliorum vt sint respondatur quod nihil contra nos quia hæc verba debent intelligi de principijs complexis sententiarum quæ non habent veritatem causatã ex alijs principijs sed potius sunta quare aliæ conclusiontes sint veræ vnde quamuis in hoc secundo teneat comparatio complexorum cum incomplexis quod scilicet, sicut in complexis conclusiones causãtur esse principijs necessarijs sic etiam cõtra necessaria id est sempiterna causantur. Ex alio principio necessario & sempiterno scilicet Deo tamen in alio estdifferentia quod scilicet incomplexis sint multa principia quæ sunt secunda absque causa at vero incomplexis non est ita sed vnus est Deus optimus maximus qui est author omnium sine hoc vt causetur ab alio.

Sed hoc ipsum quod Arist. docuit in illo textu. 42. metaphy. clare etiam docet capite. 2. huius libri. vbi invehitur contra empedoclem qui dicebat litem, & amicitiam non habere causam quia sunt perpetua reijcit autem hoc dicens aliqua esse perpetua quæ habẽt causas & quanuis adducat exemplum in hoc capitul. de propositionibus complexis tamen non est etiam mens hoc solum dicere sed quod sint aliqua entia simplicia quæ habent causam vt Angeli sic enim explicat. Sanct. Thomas. lectione. 3. alias enim ridicule reijceret Aristotelis sententiam Empedocles qui dicebat in rebus naturalibus ea quæ sunt æterna non habere causas sentit, ergo Arist. mundum esse æternum & habere causam efficientem ad hoc enim propositum loquebatur. cap. 2,

Denique docet eandem veritatem S. Thom. tex. 6. vbi quorundam necessariorum dicit esse causam ergo quanuis incorruptibilia sint entia necessaria apost sunt optime habere eam existendi existentia Aristotelis. Sed iam agemus rationibus desumptis ex doctrina Aristo. primo ex eius sententia Deus est finis omnium rerum & intelligentiarum vt fatentur illi qui tenent oppositam sententiam & docet expresse Aristoles. 12: metha. tex. 36. dicens hoc primum ens esse optimum & id cuius gratia cætero

rum omnium aliorum. Consequentia probatur primo quia finis non potest esse causa alicuius rei nisi per hoc quod moueat saltem motu methaphisicoca sam efficientem illius rei sicut sanitas est finis medici quia mouet illum admedicamenta applicanda & ita docuit hoc Arist. 2. Physi. c. 3. si ergo est causa finalis prima causa respectu intelligentiarũ certe nulla alia ratione nisi quiamouet seipsam motu isto methaphysicoimprio ad efficiendas & conseruandasomnes res.

Secundo etiam eadem consequentia probatur scilicet intelligentiæ habent causam finalem ergo efficientem quia vel intelligentiæ habent esse a se vel ab alio si a se ergo sunt propter se ac percõsequens non pendent ab alio in genere causæ finaiis si ab alio ergo non solũ causam finalem habent sed efficientẽ.

Secundo probatur ista sententia quia ex sententia Arist. ponendus est tantum vnus primus motor, & prima causa vt probatur late. 8. isto lib. Phy. & in meth. ergo ex eius sententia omnia illa pendent ex vno illo principio at vero si ex eius sẽtẽtia ponatur aliquod infinitũ non erit tantum vnum primum principium sed plura ergo &c.

Vltimo tamen hac sententia est argumentum quia si aliqua ratio intelligenda & cælum ex sententia Aristotelis essent infinita & non producta maxime quia ex eius sententia entia sempiterna non habent causam efficiẽtem sed hoc ipsum est contra eius doctrinam expresse ergo sequitur existimasse rectequod habeat causam efficientem id quod est sempiternũ probat minor quia ex eius sententia non est dubium quin motus & tempus sint ab æterno vt patet ex. 8. physi. & ex eius sententia illa habent causã quia primus motor ponitur ab ipso causa motus cęli & temporis ergo,

Confirmatur de anima rationali quã dicemus in tertio libro de anima ex Arist, sententia esse incorruptibilem & tamen constat ex eius sententia & factam quia vt diximus vn? motor & principiũ secundum eius doctrinam ergo. &c.

His suppositis ad argumenta in oppositum respondetur ad primum ex authoritatibus concedimus plures patres antiquos fuisse in hac sententia quia eo tempore non ita erat in vsu doctrina Arist. apud Christianos sicut doctrina Planis propterea quod non erat iste strepitus rationum & argumentorum quimodo in scolis est & hinc potuit prouenire vt nõ ita essent versati sancti in euoluẽdis dictis Arist. sicut modo sunt & sicut fuit S. Tho. & aliis quos citauimus in nostram sententiam & ita non est mirũ quod hoc tempore quo magis clara est doctrina Arist. cum his incidamus & ab antiquioribus illis recedamus. Ad primam authoritatem Arist. quod quando Aristoteles, ca. 10. & 12. docet nullũsempiternum esse factum loquitur. De factione quæ sit vera generatio & motus, & hoc verissimum est quia sempiterna non fiunt per motum sed alio excellentiori modo & sic non negat vnquã Arist. sempiterna habere causam efficientem & eodem modo intelligendum estquod materia prima dicatur esse in generabilis & incorruptibilis scilicet quod nec possit incipere nec desinere per verã generationem quæ sit mutatio quia cum omnis præsupponat subiecti & ipsa materia prima sit primum subiectum impossibile est per mutationẽ produci aut corrumpiic explicat. D. Thomas lectione secunda huius lib.

Ad secundam confirmationem Respondetur quod Arist. in primo Physico tantum agit de principijs rerum generabiliu m & corruptibilium dicẽs esse tria illa scilicet materiam & formam & priuationem postea in libro de cælo & in hoc libro octauo docet cœlum non habere contrarium, nec priuationem.

Ad secundum argumentum quod est quasi replica contra solutiones datas possumus respondere primo cum S. Tho, qui di

qui dicit Ar. cognouisse, quod in corruptibilia omnia simplici quadã emanatione a Deo procederẽt: sed quoniam apud Arist. non ita clarum est ad hoc possumus. Secundo respondere, quod in hoc fuit dubius Arist. de modo, quo hæc in corruptibilia facta sunt a Deo nec hoc mirum est quoniam cum modus alle sit super omnem naturam non potuit ab Arist. comprehendi, & ita cognouit quidem. & quod lumen naturæ docet, scilicet habere vnum principium primum effectiuum dubitauit tamen de modo, quo omnia ab eo processerint, quia neq; istum modum non docet.

Ad tertiũ respondetur dupliciter primo cum Sonc. qui docet ex sententia Aristot. in corruptibilia omnia procedere a Deo necessario, vnde quãuis sint entia necessaria possint habere causam sui esse quæ etiam sit causa necessaria & nõ impossibilis qualis est Deus.

Secundo respondetur, quod dupliciter aliquid potest esse ens necessariũ vno modo ab intrinseco & extrinseco, & est illud, quod natura sua non habet principium non essendi nec pendet ab aliquo intrinseco á quo possit impediri eius esse & hoc modo solus Deus optimus maximus est ens necessario, qui solus est independens ab alio: alio vero modo aliquod dicitur ens necessarium, quia solũ ab intrinseco caret potentia, qua possit non esse ab extrinseco, tamen potest nõ esse, & hoc modo cœlum & Angeli sunt entia necessaria, & id q̃ est necessariũ, hoc modo põt habere causam efficientẽ liberam sicut de facto habent anima, & Angeli, quia quamuis per liberam volũtatem suæ causæ possint non esse absolute tamen & ex natura sua habent principium semper essendi, quia carent materia, vel si habent illam vt cœli non tamen priuationem.

Sed dices omnis creatura facta est ex nihilo: ergo sequitur, quod nulla earum est ab intrinseco ens necessrio. Respondetur, negando consequentiam, quia facta dicetur ex nihilo creatura, nõ quod ipsum nihil sit pars compositionis, hoc enim est impossibile: sed tantum, quia nihil est terminus creaationis creaturę cum per creationem producitur: cum hoc tamen stat, quod aliquid sit ens necessarium ab intrinseco quasi nullum principium habeat intrinsecum suę desitionis.

Contra omnis creatura de se non habet esse: ergo nulla creatura est ens necessarium ab intrinseco. Respondetur quod propositio hęc creaturæ de se non habent esse potest intelligi duobus nio modis, vno modo quod ab intrinseco includat non esse, & non est falsa, alio modo, quod non habeat esse a se, ideſt non sit illi intrinsecum suum esse, sicut Deo & sic est vera, & tunc negatur consequẽtia, quia quamuis in corruptibilia non habeant suum esse intrinsecum essentiale habet tamen illud per se, & necessario admodum, quo propria passio conuenit per se suo subiecto & hoc sufficit vt ab intrinseco dicantur, ista entia necessaria quasi ab intrinseco ipsa semper esse non tñ, quia sit semper illis essentiale esse. Ad vltimum Resp. quod non est de essentia eius quod fit, quod ante ipsum esse procedat prius tempore non esse, vt latius patebit infra vbi dicimus, q̃ potuit mundus esse abæterno quoad aliquas partes: sed satis est, quod prius natura, sicut si sol esset abæterno lux, & splender eius fierent abęterno.

Quando autem obijcies quod tunc nõ differunt productio rei, & conseruatio eiusdem possemus dicere non differre in his, quæ sunt facta abæterno, & secundo respondetur quod differunt, quia productio dicit ordinem ad non esse, quod processit prius natura conseruatio. vero nec presupponit non esse tanquam prius natura nec tanquam prius tempore & hæc de hac quęstione.

ARTICVLVS. III.

Vtrum ex sententia Aristot. Deus produxerit mundum libere, vel necessario.

PRimo lib. Periherm. ca. vlt. tractat. de futuris contingentibus plura diximus de hac re, sed altius illa repetentes, nunc secundum fidē certissimum est Deum libere creaturas omnes produxisse, quod ex essentia liquido constat.

Item rationibus ostenditur nam agēs eo modo producit effectum quo habet in se similitudinem illius cum omne agens intendat producere aliquomodo sibi simile: sed in Deo non est similitudo creaturarum in se intelligibiliter: ergo agit productionem creaturarum per intellectum, & voluntatem ac per consequens libere.

Secundo quia Deus est dominus omnium creaturarum atq; omnium habet dominium: ergo libere omnes producit & conseruat.

Tertio quia si Deus ageret in necessitatem naturæ: ergo agit in quantum potest, quia agens naturale sicut non habet in sua potestate effectum suæ actionis, sic etiam nec modum actionis: si autem Deus ageret in quantum posset semper produceret omnes effectus perfectissimos cum non possit impediri ab aliqua causa inferiori, sicut ignis produceret semper ignem si non impediretur aliquando constat autem a Deo plures effectus prouenire qui non consequuntur suam vltimam perfectionem signum: ergo est quod Deus non agat ex necessitate naturæ.

Vltimo probatur nihil potest euenire præter Dei intētionem omnia ergo quę Deus producit facit secundum intellectum & voluntatem: sed voluntas Dei omnia libere fertur in omnes suos effectus: ergo sequitur, quod agit libere, & non ex necessitate naturæ minor prob. quia voluntas solum fertur voluntario in suum finem, & in media sine quibus non potest consequi suum finem: sed effectus ad extrema non sunt fines respectu Dei, quia omnia propter se metipsum operatur Dominus nec media necessaria ad ipsum finem, quia non indiget Deus bonis nostris sequitur, ergo ꝙ omnia alia à se libere vult Deus ac per consequens libere producit.

Sed contra hæc obijcies Deus produ cit creaturas ex bonitate sua, sed necessario est bonus: ergo necessario produ-cit. Resp. negando consequentiam, quia quamuis Deus sit necessario bonus libe re producit effectus sic vt nunc est, quod per bonitatem creaturarum neq; augetur bonitas, neq; ab ea pendet.

Si vero obijcias quod perfectius est agere ex necessitate quam libere, sicut perfecti' est esse ens necessarium quam liberum cum ergo Deo sit tribuendus perfectissimus modus agendi sequitur, quod Deus agat necessario & non libere. Respondetur negando antecedens nā alia est ratio entis secundū quod est ens alia vero est ratio agentis secundum quod agens est nam ens dicitur vnumquodq; per ordinem ad aliquod intrin secum, quod in se habet: at vero agentis per ordinem ad extrinsecum, & hinc fit, quod inter entia perfectius sit esse ens necessarium quam contingens: at vero inter agentia perfectius est agens liberum, quia perfectius est hac re semper esse quam aliquando esse, vel quam posse habere, & non habere esse, & hac ratione perfectius est esse ens necessarium quam liberum, vel contingens: at vero perfectius est posse esse sine extrinseco effectu, & cum illo, quia necessario pendere ab alio, & ideó perfectius agens liberū quam necessariū, & ita Deus est agēs liberum, & ens necessarium

sarium simpliciter, & omnino.

Sed obijcies tertio, quia sequitur ex hoc quod Deus sit agens liberum, quod possit agere ac non agere ac per consequens, quod in eo possit dari potentia separata ab omni actu, quod est absurdum. Respondetur, quod actus est duplex vnus intrinsecus alius extrinsecus sicut respectu potentiæ actiuæ, actus intrinsecus est actio inmanens. Actus vero extrinsecus est actio non transiens, sicut ipse effectus modo dico, quod cum in Deo non sit potentia nisi actiua, idest principium productibum huiusmodi potentia numquam est sine suo actu intrinseco, quod abæterno vult Deus producere creaturas in tali tempore, sicut in eo in quo post ea producit, & ita voluntas diuina, quæ simul cum intellectu practico est potentia actiua, numquam est sine actu intrinseco, quod abæterno vult Deus producere creaturas in tali tempore, scilicet in eo in quo postea producit, & ita voluntas diuina, quæ simul cum intellectu practico est potentia actiua, numquam est sine actu intrinseco, quia abæterno habet velle, & non velle, & huiusmodi velle est non velle in ipso Deo est necessarium necessitate immutabilitatis, quod autem illa potentia libera Dei sit sine actu extrinseco non est inconueniens, quia actus intrinsecus potentiæ non est perfectio ipsius ex quo patet solutio alterius dubij, quod scilicet, si Deus ageret libere posset agere, & non agere ac per consequens, posset mutari. Respondetur enim, quod posset Deus velle aut nolle quamlibet creaturam tamen postquam hoc vult aut illud, illud velle aut nolle est necessarium necessitate immutabilitatis & est necessarium ex suppositione cũ qua necsitate stat optime libertas simpliciter.

Sed obijcies quarto, quod ille actus volendi, quo Deus vult creaturas se corrumpere est aliqua perfectio in Deo formaliter existens: ergo si nollet producere mundum talis perfectio non esset in ipso ac per consequens, dicit Deo aliqua perfectio ex his quas modo habet. Respondetur negando consequentiam, quia actus ille, quo Deus vult producere mundum duo includit alterum, quod sit actus quidam, & perfectio ipsius Dei, quæ est ipsemet Deus alterũ, quod dicat relationem rationis ad creaturas quas ipsemet Deus vult dico modo, quod actus ille qui dicis vult creaturas producere dicit perfectionem ratione relationis. Vnde si Deus nollet producere mundum nulla perfectio dicit Deo quia illam vero actus secundum substantiam, quo nollet etiam, vt ipse Deus sicut ille quomodo vult nisi, quod haberet aliam relationem rationis tunc ac modo, & ideò esset omnino est ad imperfectionem, quæ modo est illa, quę tunc esset.

His argo suppositis quod difficultatem habet in hac quæstione illud est, quod de hac re senserit Aristoteles, & in hac re dico primo, quod negari non potest ex eius sententia primum illud principium quod possuit ille ens perfectissimum ens liberum arbitrium habens atque non omnia ex necessitate naturæ agere, quod colligitur ex expositoribus eius antiquissimis ex eius etiam testimonijs expressis, & tertio ex rationibus deductis ex eius doctrina. ¶ Expositores autem antiquos citat Plurel. Tol. quæst. 3. tum estiã quæst. vltima super cap. 8. primi Perhir. præsertim Alca. in lib. quem de facto ex sententia Aristot. scripsit Antonium, & Seuerũ Imperatores, Simplicius. 2. Physic. tex. 77. & multos alios quos vidi apud Tol.

Ex testimonijs vero colligitur, hæc veritas quorum primum sit. 4. Thom. capite quinto, text. 57. vbi dicit non aliquem dici prauum aut studiosum propterea, quæ potest facere: sed propterea, quæ agit nam Deus inquit multa potest facere

facere, quæ tamen nõ facit: ergo ex eius ſententia libere agit, ſecundo in eo Ethicorũ. cap. 3. dicit Deum habere curam humanarum, & prȩmia virtutis conferre: hæc autem cura & prouidentia certũ eſt quod non poſſit ſine veritate: ergo ex ſententia Ariſt. Deus liberum habet arbitrium ad aliquas res & in lib. illo de mundo ad Alexan, ſi eius ſit opus non ſe meminit paſſim dicit eſſe authorem omnium & omnibus eſſe conferre & vult.

Tandem hæc veritas confirmatur ex Tertio qui in vita Ariſt. refert, quod cũ ille eſſet morti propinquus Deum creauit, & aliqua iuſſit pro ſe fieri religionis monumenta, quȩ tamen non faceret niſi Deum libere premia conferre, & ad extrema libere operari cognouiſſet.

Sed ratione ex eius doctrina arguitur etiam nam ipſemet Ariſt. aperte fatetur in hoc & liberum arbitrium ad multas res, vt patet. 8. cap. 1. Perhiar. & in ſecundo Ethico. cap. 6. vbi docet in homine eſſe virtutes & vitæ, quȩ ſecundum ipſum in electione conſiſtunt & 3. Ethi. cap. 2. dicit in brutis eſſe quodam ſpontaneũ in ſolo homine electionem ergo eadem ratione in Deo, & ponit liberum arbitrium, & electionem conſequentia tenet ex eius doctrina, quæ ponit Deum eſſe ens perfectiſsimũ ac per conſequẽs habere in ſe quidquid perfectionis eſt in creatione. Secundo, quia Deus dicit homines habere electionem, & non habere bruta, quia carent intellectu, qui viget in hominibus ſed Deus ponitur ab ipſo, quod ſit mens: ergo ſecundum ipſum etiam ponenda eſt electio libera.

Præterea idem Ariſt. 2. Phyſic. docet ſolum hominem mouere ſe in finem cætera vero agit, quia ſolum homo cognouit finem, & media cum habitudine ipſorum ad finem: ſed etia Deus hæc cognouit imo Deus eſt à quo alia omnia dirigũtur in ſuos fines, vt ipſe met docet ibidem. ergo Deus ſe mouet in finem ac per conſequens libere agit nam idem eſt libere agere, quod ſe mouere in finem. ¶ His ita ſuppoſitis, quod mihi videtur habere difficultatem apud Ariſ. in hac re illud eſt an ex eius ſentẽtia prima cauſa habuerit libertatem in productione omnium rerum, an vero aliquã rem produxerit neceſſario ſcilicet vniuerſum cœlum ac intelligentia nam videtur ex eius teſtimonijs colligi, quod huiuſmodi res ſint neceſſario productæ inquit enim in. 1. capit. huius lib. text. 7. quod ſi proceſſerunt primum mouens, & mobile, & non motus neceſſario debet producere aliqua cauſa auferens impedimentum propter quod prius non erat motus ac per conſequẽs ante primũ motum cœli proceſsit aliq̃ motus, ſi motus cœli non ponatur eſſe abæterno hæc tamen ratio nullam vim haberet ſi primum mobile eſſet liberum ex eius ſententia, quia tunc non eſt opus aliam cauſam aſſignare propter quam non ſit motus quamuis eſſent mouens & mobile niſi quia mouens noluit, quod quidem eſt liberum.

Secundo idem Ariſt. hoc libro probãs primum motorem non eſſe in magnitudine dicit, quod ſi eſſet in magnitudine cum ſit actus infinitus moueretur in tẽpore, quæ etiam ratio ſupponit primum motorem naturaliter & neceſſario mouere cœlum alias non includeret

Tertio idem Ariſt. 9. Meth. tex. 17 docet motum cœli non habere potentiam ad ceſſationem quod verum non eſſet ſi libere à Deo moueretur, vel ab intelligentia cum ſponte poſſet ceſſare ab illo motu.

Etiam pro hac parte videtur eſſe, quod ſi primus motor ex eius ſentẽtia libere ageret poſſet cœlum moueri ab Occidẽti in Oriens, ſicut mouetur ab Oriente in Occidens, quod tamen ipſe negat ſecundo cœli cap. 5.

Denique hoc ita eſſe colligitur ex ſententia Ariſt. quia aliàs nec eſſent omnia quæ docet de mundi æternitate.

Propter hæc & alia ſimilia Sonci. exiſtimat Deum ex ſententia Ariſtot. eſſe agens

agens necessarium non liberum saltem circa hæc quæ diximus & Tolet. probabile existimat hoc idem, quod scilicet quamuis Arist. posſuerit Deum agere libere in productione creaturarum, quæ non sunt de perfectione vniuersi, vt indiuiduorum tamen circa productionem specierum in comuni intelligentiarum & ipsius vniuersi non libere: sed ex necessitate naturę operari.

Sed quamuis iste modus dicēdi sit probabilis possemus tamen pro Arist. Resp. quod neq; in istis Deus agat ex necessitate naturæ: sēd omnino liber quando quidē oppositū huius numquā expressit, & ex alia parte cōstat Deū habere liberū arbitriū ex sentētia eiusdem Arist.

Vnde ad rationes istas adductas in oppositum possemus. Respon. primo in generabile, quod cum Arist. errauerit ponens mundum abæterno & iste error sit contra fidem non est mirum, quod etiā illius rationes falso initantur fundamento huic, scilicet quod Deus non libere agat quodquidem fundamentum non dum est contra fidem: sed etiam aduersatur veræ doctrinæ eiusdem philosophi & lumini naturali.

Secundo Resp. ad vnumquodq; testimonium eorum, quæ contra adduxim⁹ ad primum quod illa ratio Aristo. militat contra antiquos phylosophos qui posſuerunt abæterno materiam mundi sed informem, quod si hæc processit simul cum motore, ideſt factore mundi, sicut in tempore fuit mutata materia illa, sic & antea potuit mutari alias fuit aliquod impedimentum se quutum ex tempore ipsius materiæ, vel effectus nō potuit antea fieri mundus vel etiam abęterno & hæc ratio vim habet contra illos sic existimantes, siue circa ea agat libere siue necessario, quia non procedit de impedimento ex partę causæ efficiētis: sed ex illo, quod est ex parte materiæ, vel effectus producēdi tunc enim optime Arist. arguit fore alium motū quo auferatur tale impedimentum ante generationē effectus. ¶ Ad sm̄ Resp. quod quāuis primū mouens ex sentētia Arist. sit liberum tamen si esset actus in magnitudine non esset liberum, quia in merito in materia, & quantitate tollet libertatē circa illum motum. Vnde cum ex alia parte virtus primi motoris sit infinita optime sequitur, quod moueretur infinita celeritate ac per consequens in nō tempore.

Sed dicet aliquis anima nostra etiam est actus corporis, & tament non mouetur naturaliter: sed libere Respon. quod anima nostra respectu aliquorum motuum nō est principium liberum, sed naturale, vt nutritionis actionis, &c. & quoniam si esset actus corporis. Primus motor motus ille cœli esset vitalis, sicut nutritio in animalibus ab anima informāti, & non quomodocumq; vitalis: sed necessario sicut nutritio ideò optime colligit Arist. quod ille motus esset in tēpore.

Ad tertium Respon. Tol. multis modis primo dicit, quod motus cœli ita ex doctrina Arist. est necessarius, & perpetuus, vt non potuerit cessare aliquomodo cum hoc tamen Deum esse liberum non quantum ad hoc, sed quoad alios effectus.

Secundo Respon. quamuis motus cœli cessare non possit dicitur tamen De⁹ libertatem habere non quamcumque circa illum: sed libertatem complacientiæ, quæ Deo spontanea dicitur secundum ipsum mouere, & non violēter.

Tertio Respo. quod motus cœli dicitur esse perpetuus & necessarius ab intrinseco ideſt, quod secundum se non habet potentiam, vt cesset nihilominus tamen aliunde ab extrinseco ideſt ex libera Dei voluntate cessare posset.

Et eodem modo dicitur ad aliud quare motus cęli fiat per hanc partē, & non per illam quamuis enim existimauerit, quod secundum se non habeat potentiam cœlum naturale, vt verius aliā partem moueatur: non tamen negat ab extrin-

extrinſeco, quod poſsit aliter moueri.

Quomodo autem habeant vim rationes eius quibus probat æternitatem mũdi poſtea diſcutietur, & hæc de hac quęſtione.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum Deus abæterno produxerit creaturas omnes vel vniuerſum?

SVnt igitur plurima genera argumẽtorum quibus videtur, probari quod mundus fuit abæterno primum ex parte Dei, qui Deus potuit abæterno producere mundum, & ſimul voluit, vel voluit, & non potuit, vel potuit, & non voluit, vel neque voluit, neque potuit, ſi primum perfecto mundus eſt abęterno non quia volũtati eius, & poteſtati, quis reſiſtet. Si ſecundum voluit, & non potuit profecto magnæ hic eſſet imperfectionis, quæ repugnatio principio. Si tertium dicit, quod potuit, & non voluit, quod videtur, quod neque poſtea voluerit, quia non eſt maior ratio cur nunc quam antea & videtur, quod eſſet inuidus, qui antea voluit communicare eſſe creaturis, ſi deniq; dicas quartũ, quod neq; potuit, neque voluit etiam eſt tribuere Deo imperfectionẽ & limitatam potentiam ergo, &c.

Confirmatur, quia omne agẽs, quod aliquando ſeparatur, aliquando nõ operatur mutatur ſed Deus eſt huiuſmodi ſi mundus non ponatur eſſe abæterno.

Secundo poſita cauſa in actu ponitur effectus in actu, ſed abæterno eſt prima cauſa in actiuum ſua actione, quæ eſt intelligere, & velle mundum producere: ergo abæterno eſt productus mundus, quod ſi neget minorem ſequitur, quod Deus ſit cauſa & opifex in potẽtia quod eſt abſurdius.

Tertio inter cauſam exemplarem & exemplatum eſt relatio realis ſaltem in altero extremo: ergo cum Deus ſit abæterno exemplar omnium creaturarũ ſequitur, quod abæterno ſint creaturæ aliter enim nõ poteſt eſſe relatio realis in vtroque neque in altero tantum extremo.

Quarto ſi ſol eſſet abęterno ſplendor & lux producta eſſet abæterno: ſed Deus eſt abæterno. ergo mundus eſt factus abæterno.

Quinto, quia omne bonum eſt cõmunicatiuum ſui ipſius: ergo ſummum bonũ ſummo modo eſt cõmunicatiuum: at vero non cõmunicaretur ſumme ſi abęterno non produceret mundum & daret illi eſſe ergo, &c.

Sexto vel Deus eſt prior mundo duratione vel natura tantum, ſi natura tantum eſt prior: ergo ſunt ſimul duratione ac per conſequens, ſicut Deus eſt abęterno ita & mundus. Si autẽ Deus eſt prior duratione cõtra vbi eſt prius, & posterius in duratione eſt tempus ſi ergo Deus eſt prior duratione: ergo quã mundus: ergo ante mundũ eſt tẽpus ac per conſequens motus, & mobile & mundus.

Septimo, ſi factus eſt ergo antea erat poſsibilis atq; adeò antea erat in põa, ſed potentia in eſſe mundi eſt materia illius ſaltem ergo materia hæc mundi abęterno, ſed materia nequit eſſe ſine forma: ergo abæterno fuit materia, & forma mundi atq; adeò ipſe mundus.

Confirmatur, quia ſequeretur ex oppoſita ſententia ante creationem mũdi fuiſſe vacuum quia vacuum dicitur locus non repletus corpore aptus tamen repleri: ſed ante mundi creationem erat potentia capax mundi, quia poterat fieri: ergo ſi non erat mundus abæterno, certe abæterno fuit vacũ hæc ſunt argumenta quæ ex S. Tho. & alijs authoribus colligimus pro hac parte.

Sed ex ſententia Ariſtot videntur eſſe alia argumenta ad hoc ipſum probandũ, quæ colliguntur ex eius doctrina tamen hoc libro octauo, tum etiam. 1. cęli cap.

cap.12.primum est omnis motus præsupponit mobile sicut quodlibet accidens presupponit subiectum, sed rursus omne mobile præsupponit motum per quē istud mobile, fit factum & genitum: ergo non est dare, primum motum ac per consequens motus tempus, & mundus est abæterno.

Secundo tempus est abæterno: ergo & mundus est abęterno probatur antecedens, quia vel tempus cepit esse secundū aliquam partem, sui vel secundum aliquod instans non secūdum aliquam partem, quia in tempore nō est prima pars non etiam secundum instans, qui de ratione instanti est quod sit medium inter duas partes temporis, & continuatiuum partis prioris cum posteriori: ergo sequitur, quod tēporis non est initium ac per consequens ipsum atque motus est abæterno.

Tertio omne quod habet potentiā ad semper essendum est ingenitum, sed mundus habet potentiam ad semper essendum ergo est ingenitus, & abęterno maior probatur, quia quod habet potentiam ad semper esse non est maior ratio cur modo incipiat quam antea: ergo potuit antea, & antea incipere, atq; adeò abæterno minor vero probatur mundus est incorruptibilis: ergo nam suā habet potentiā ad semper esse, quia corruptibile generabile conuertuntur: ergo in corruptibile, & in generabile etiam conuertuntur, patet consequentia, quia si duo termini conuertuntur contradictorij eorum etiam conuertuntur, sed generabile & corruptibile contradictorij sunt in generabilis, & incorruptibilis: ergo si priora conuertuntur etiam & vltima cōuertuntur, quod autem illa conuertātur probat Aristo. quia quodlibet conuertitur cum aliquo tertio scilicet aliquādo ens & aliquando nō ens quia generabile est aliquando ens, & aliquando non ens corruptibile similiter est aliquando ens & aliquādo nō ens: ergo conuertuntur ad inuicem ista duo ac per consequēs etiā conuertuntur ingenerabile & incorruptibile, sed mundus est incorruptibilis: ergo abæterno, quarto omne quod generatur, & corrūpitur est alterabile, quia alteratio præsupponit ad has duas mutationes, sed cœlū & vniuersum ipsum nō est alterabile ergo neq; generabile, neq; corruptibile ac per consequēs sempiternum a parte antea, & a parte post minor prob. quia omne quod alteratur habet contrarium vt patet esse, scilicet Phy. cęlum & totū vniuersum non habent contrarium, ergo vltimo generationes, & corruptiones sunt perpetuæ, ergo motus cœli & vniuersum est perpetuum atq; adeo est abæterno antecedēs prob. vnumquodq; natura sua appetit semper esse ergo cū semper est appetitus sit naturalis non debet esse frustra, sed necesse est adimpleri modo quo possibile fuerit, sed in his inferioribus non potest adimpleri appetitus semper essendi in individuo, quod quodlibet est corruptibile ergo debet adimpleri in tota especie ac per consequens generationes & corruptiones debēt esse perpetuæ & mūdus similiter. His tamen non obstantibus certa conclusio & de fide tenēda, quod mūdus fuerit factus in principio aliquo tēporis & non abæterno. Gen. 1. in principio cœlum & terram ideſt in initio tēporis seu in primo instanti durationis creaturarum, vt explicat Gregor. homi. 1. in Ezechi. Ambr. Rupert. Abbas. Diuus Thom. in Genes. &. 1. parte. quæst. 65. Basil. homil. 1. Exame. Ephifan. contra hæreses August. 12. confess. c. 24. &. 28. facit etiam Psalm. 22. num. 26. quem citat Paul. ad Hæb. 1. nu. 10. initio tu Domine terrā fundasti, licet in Paul. habeatur in principio Græcæ tamen vtrobiq; habetur Catarxas ideſt in initijs rerum Prouerbio. 7. antequam quid quam faceret à principio & Ioannes decimo septimo, clarifica me pater claritate quā habui prius quam mundus fierer, & definitum est ab ecclesia capite firmiter de sūma Trinitate vbi de Deo dicitur sic quem

omni-

omnipotenti de sua virtute vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corpoream, etiam si olim Origenes, Gregorius Nazianzenus, Hieronim. Basil. Ambro. Hilar. Isidor. Damasc. & alij tenuerint Angelos licet nõ aeterno tamen ante mundum creatos fuisse imo Casian. lib. 8. collat. significat hanc fuisse suo tempore communem sententiam & D Augustt 11. de ciuitate cap. 32. docuit tum liberum esse cuiq; defendere hanc, vel illam sententiam dum modo non ponat Angelos æternos ipse tamen probabilius putauit simul creatos cum his visibilibus. Sed dubium est circa istam conclusionem, vtrum probari possit id ratione naturali & videtur, quod non quia Sanct. Thom. 1. parte, quæstione. 46. artic. 2. expresse dicit, quod hoc est mundum habere initium sola fides tenendum est nec ratione demonstrari potest, & probat ille, quia si demonstrare tur: hoc vel ex parte ipsius Dei, qui est causa illius sicut in qualibet demonstratione medium est quiditas, & quodquod est eius, quo fit demonstratio ex quo quod est mundi non potest procedere talis demonstratio, quia vnius cuiusque rei quiddi as abstrahit ab his nec ne atque adeò ex illa nequit demonstrare, quod mundus fit factus in tempore suo, & his, & nunc quod autem talis demonstratio non procedat ex parte Dei, quæ est causa mundi patet, quia Deus est agens liberum atq; adeò nequit eius voluntas ratione naturali ostendi aut inuestigari.

Et confirmatur, quia factum esse mundum in tempore est Articulus fidei, & nequit demonstrari alias non esset Articulus fidei ex dictis a nobis capite. 27. posterior. in Logica, sed nihilo minus certum est in hac re. Secunda conclusio, quod ratione naturali potest cognosci creaturas omnes visibiles habuisse principium durationis. Probatur secundo, quia eam lumine naturali á secuti sunt multi, & grauissimi philosophi, Orpheus, Aretus. Esidor. Pythago. Homer. Sophocles. Pholicides. Mercur. tris mag. Auicen. 7. suæ Methaphysicæ Philoponus, hic & alij quotus referunt Theodoret. & Censorinus libro de Naturali die Augustin. Sug. libro quinto, capite decimo, & libro septimo á capite octauo, vsq; 22. contendit hanc esse sententiam Platonis, & omnium, qui Platonem præcesserunt, & ipsius, vt dicunt Diogenes Laert. Euseb. Alexand. Pluth. Philo Iudæus Marsilius Prycinus libro de Philosophia Platonis capite primo, quidquid si tamen parum ad rem, probatur conclusio prima, quia alias præcessisset infinita dierum, & annorum multitudo. atque adeò infinitum esset per transibile, & vnum maius alio imo finitum excederet ab infinito in parte finita, vt patet si motus sit æternus mobile enim deberet esse prius illo induratione finita, & patet etiam in illa muliere grauida in motu solis, qui debuit incipere in aliqua determinata parte. Præterea si homo fuisset ab æterno daretur infinitus numerus animalium imo, & hominum modo viuentium plures enim nascuntur quam moriuntur propterea nullum superest humidum radicale, & homines defuissent ob minimam staturam ad quam deuenissent iam præterea, quia omnium ferarum cognoscimus initia, vt constat ex illis, qui scripserunt de rerum gestarum, & authoribus quorum nullus adducit aliquod gestum ante septem millia annorum eisdem fere rationibus monstrari videtur mundum, vt modo se res habent non potuisse esse abæterno: sed ad illud argumentum, quod per transissent infiniti dies, &c. Respondet Sanct. Thom. 1. parte, quæstione. 47. artic. 2. ad. 6. quod transitus semper intelligitur á termino in terminum, quæcumque autem præterita dies signet ad istam vsque fuerunt dies finiti: sed contra neque enim per transierunt tantum modo illi dies, qui fuerunt

runt medij inter aliquam diem præteritam signatam, & inter hanc: sed etiam per transierunt omnes dies etiam collectiue sumpti quotquot fuissent in tota æternitate vsque in diem istum quia omnes creaturas visibiles sunt propter hominem, & cœli, & eorum motus ordinantur ad conseruationem, & generationem hominum & hoc in lumine naturali cognouit Arist. dicens non esse finem omnium rerū loquitur autem de visibilibus: si ergo ratione naturali constat hominem non fuisse abæterno constabit etiam de reliquis creaturis visibilibus, quia cessante fine cessant ea quæ sunt ad finem, quod autem de homine sit manifestū probatur supponēdo primo quod anima rationalis est forma hominis essentialis, & nō vnitur corpori sicut nauta nauī, vel sicut Angelus vnitur cœlo solū quoad motum: sed etiam quoad esse hoc enim est manifestum in lumine naturali quia alias homo non esset animal rationale essentialiter, & intrinsece, sicut nec dicitur cœlum intellectuale, quia essentialiter vnumquodque dicitur tale a sua propria forma intrinseca cum ergo constet hominem essentialiter rationalem sequitur, quod ab aliqua forma sibi intrinseca atque adeò anima rationalis est forma hominis essentialiter suppono Secundo quod hæc eadem anima est immortalis quod etiam ratione naturali deprehenditur ex eius potentia intellectiua, quæ non est mixta corpori, vt probat Arist. 3. de Anima cap. 4. alias enim nō posset intellectus cognoscere omne genus entis, sed aliquod quemadmodū sensus cum ergo constet intellectum esse potentiam vniuersalem circa omnia similiter & voluntatem circa omne bonum manifestum enim est has potētias non esse corpori affixas atq; adeò anima ipsa cuius sunt potentiæ nō dependent in suo esse à corpore nā potest esse separata ab illo atq; adeò est immortalis.

Ex his duobus sequitur hominē nō esse abæterno, quia iam præcessissent infiniti homines & cum vnusquisque haberet suam propriam animam essentialem, quæ est immortalis sequitur esse numerum infinitum animamque præcessissent infiniti homines, hoc autem ratione naturali cognoscitur esse falsū ergo probatur ratione naturali creaturas visibiles non factas esse abæterno.

Dices non omnes conueniunt in hoc vt repugnet esse infinitum numerum animarū, sed dicere posset aliquis hoc non esse inconueniens. Respondetur, quod eisdem rationibus probatur, quod sit inconueniens dari infinitum numerum animarum, quia esset numerus non numerabilis præsertim, quia modo non disputamus de potentia an talis numerus infinitus possit dari, sed an detur de facto, sicut loquimur & an de facto mundus inceperit tempore de facto autem loquendo certissimum est quod non datur infinitum in actu nec secundum magnitudinem nec secundū multitudinem.

Sed dices Angelos esse ordinatos ad custodiam hominum: si ergo quod homo non est abæterno probatur de alijs creaturis, quod non sint abęterno, quia ordinātur ad hominem & probatur de Angelo. Respondetur quod non est eadem ratio, quia Angelos esse ordinatos ad hominum custodiam, licet verum sit non tamen ratione naturali notum.

Secundo quia non ordinantur ad hominem, vt ad principuum finem, sicut nec perfectius ad imperfectius, hoc modo ordinatur constat autem homines esse minus ab Angelis reliqua vero visibilū rerum multitudo ordinatur ad hominem tanquam ad finem præcipuum non tamen ad vltimum, & ideò non sequitur cessante homine cessare Angelos quamuis sequatur de reliquis creaturis visibilibus, vnde Sanct. Thom. loco citato in solutione ad tertium dicit, quod quamuis de homine constet lumine naturali non abæterno esse id tamen Angelis ac per consequens de mun

do quia creaturarum vniuerſitatem includit non conſtare.

Sed obijcies tertio quod etiam de Angelo ratione naturali cõſtat non fuiſſe ab æterno quia ratione naturali conſtat ipſum eſſe variabilem ſaltem ſecundũope rationem ſed id quod eſt variabile non poteſt eſſe æternum vt Deum vtinferius quęſtione quinta ergo &c. Reſpondetur, quod quamuis conſtet Angelum natura ſua eſſe variabilem, quia eſt creatura cuius eſſe eſt extra eſſentiam & cuius operatio diſtinguitur ab eo ſtamen poſſet Deus illum non relinquendo propriæ naturæ, ſed eleuando ſuper naturaliter creare abſque alia variatione, ſed omnino eodem modo ſemper ſe habentem ſicut ſe habet beatꝰ in clara Dei viſione, & quod hoc modo Deus non creauerit Angelos eſt de fide, non tamen ratione naturali euidens, & quoniam ſi crearet Angelus inuariabilis omnino poſſet eſſe abæterno ideo non eſt euidens ratione naturali quod ipſe Angelus non fuerit abæterno.

Contra quia etiam homo eſt variabilis natura ſua, & per potentiam Dei poſſet creari ſine aliqua variatione, & quod hoc modo non fuerit creatus eſt de fide non tamen conſtat lumine naturali: ergo non conſtat in lumine naturali, quod non ſit abæterno. Reſponde tur, quod vt videbimus quæſtione quinta, & homo per potentiam diuinam poſſet creari ſine variatione aliqua tamen de facto non ita eſſe productum conſtat ex fide, & etiam experientia conſtat, quæ nos docet, quod omnis homo eſt ſenſibilis, & experimur omnes mille mutationes eſſe ſubiectos, & ita fit euidens eos non eſſet æternos indiuiduo ideſt non eſſe aliquem hominem vnum numero, qui ab eterno duraueriꝛ ſed quod nec fuerit abæterno ſecundum ſpeciem probatur argumento illo ſuperius facto de animabus euidens: ergo eſt mundum non eſſe factum abæterno ſaltem, quo ad res viſibiles.

Vnde ad authoritatem Sanct. Thom. Reſpondetur, quod ipſe ſe explicat quęſtione illa ad octauum dicens quod ratione naturali demonſtrari non poteſt mundum ſecundum omnem ſuum habitum non eſſe ad æternitatem, vel ſaltem Angelos non fuiſſe abæterno.

Secundo dico, quod intelligit hoc non poſſe demonſtrari per cauſam, & á priori, & ita probat eius ratio, quod neque per quodquod eſt ipſius mundi neque per cauſam efficientem, quæ eſt libera Dei voluntas non probatur, ſed aliunde etiam à poſteriori bene probatur de mundo iſto viſibili, quod non ſit æteruum, vt viſſum eſt.

Ad confirmationem Reſpondetur, quod multa ſunt de fide non tamquam articuli fidei: ſed vt præambula fidei, quæ tamen lumine naturali poſſunt cognoſci vt Deum eſſe infinitum, & vnum, &c. Et ſic ſe habet hoc quod dicimus creaturas factas eſſe in principio temporis nec obſtat, quod hoc expreſſe habeatur in ſcriptura, quia in ſcriptura non ſolum continentur articuli fidei ſed etiam, quæ ſunt præambula ad articulos fidei, ſicut in ſcriptura habet Deum eſſe vnum.

Supereſt modo Reſpondere ad obiectiones in principio quæſtionis poſitas contra noſtram concluſionem ad primum dico, quod ex illis quatuor membris, quæ aſſumuntur primum eſt verũ quod ſcilicet abæterno potuit, & voluit producere mundum, ita quod actus ille volendi producere eſt æternus non tamen voluit ipſum mundum abęterno fieri, vel quod productio eſſe æterna ſicut ego volo legere erat nec tamen hoc ipſum eſt eſſe inuidum, ſed ſumme proꝛidum, quia non diebat mundum fieri abęterno primo ne vlla creatura eſſet coæterna creatori, & hoc modo melius intelligeretur ab ipſo omnes nos depen dere, & ipſum eſſe authorem omnium rurſus, vt manifeſtaretur Deum non indigere bonorum noſtrorum vix enim

hęc duo cognoscerent homines si mundus esset abæterno, tertio vt magis poterat Deum esse causam liberam mundi quarto vt constaret ex nihilo facta esse omnia.

Ad secundum dico cum S.Tho.quod in agentibus naturalibus verũ est quod posita causa ponitur effectus, at vero in agentibus liberis non ita, & quia Deus est agens liberum ideò nihil probatur.

Pro intelligentia tamen solutionis, nota quod in agentibus liberis duplex est actio ad causandum effectum ad extra vna immanens, qua tale agens intelligit, & vult illum effectũ produci altera, qua tale agens ipsum effectum ad extra producit, & quæ cum effectu identificatur, quæ est transiens.

Modo dico quod posita illa prima actione nõ ponitur effectus ad extra nisi simul etiam ponatur actio trãsiens, qua posita necesse est sequi effectum modo: ergo abæterno Deus est causa in actu per actionem immanentem non tamen transeuntem. ¶ Sed dices ergo Deus est causa abæterno in ordine ad actionem transeuntem. Resp. quod hoc non dicitur esse in potentia proprie loquendo, quia actio transiens non est aliqua perfectio ipsius Dei, sed solũ adueniente ipsa ponitur noua relatio rationis in Deo.

Contra quia si illa actio, qua Deꝰ agit est abæterno ergo abęterno est productio mundi ac per consequens mundus ipse productus. Resp. quod illa actio in manens non est productio formaliter loquendo, sed causaliter, quia est causa productionis, quæ est actio transiens. quæ vulgo dicitur productio passiua altera vero, quæ est in Deo dicitur productio actiua. ¶ Ad tertiũ dico quod inter Deũ & creaturas est relatio abæterno non tã realis: sed rationis quatenus Deus abæterno est exemplar omnium, quæ tunc in ipso prout in ipso sunt postea vero cum eas producit in tempore illę habẽt relationem realem at cum in Deo solũ est relatio rationis.

Ad quartũ dico quod sol est causa naturalis hominis, & ita se habet abæterno lumen & esse productum abæterno vero Deus est causa libera & ideò nõ sequitur. ¶ Ad quintũ vero quod quia Deꝰ est summum bonum habet natura sua, quod hoc sit communicari suo modo, ꝙ autem actu communicetur pendet ex eius volũtate ipse in termino vult coiri nisi in tempore.

Ad sextum vero dico, quod Deus est prior duratione quam mundus tamen illa duratio, quæ procedit non est tempus: sed æternitas quę est propria duratio ipsius Dei factoris vniuersi.

Ad septimum vero dico, quod aliquid potest esse possibile antequem fiat dupliciter vnomodo ratione actiua ipsius agentis secundum quam potest id producere, & etiam dicitur hoc modo possibile aliquod quasi non repugnans, alio vero modo dicitur aliquid possibile antequam fiat secundum aliquam potentiã subiectiuam, quæ sit receptaculum formæ, & actus materiæ primæ ante productionem: ergo mundi solum dicebatur ille possibilis primo modo non autem secundo, & ideò non præsupponebat materiam, sed ex nihilo ipse mundus factus est.

Et per hoc patet ad confirmationem respondetur enim quod ante mundi productionem non erat vacuum, quia cum dicit carentiam in subiecto apto, & nullum erat subiectum capax corporis antequam mundus fieret, quia nulla erat potentia passiua: sed solum dicebatur possibile repleri secundum potentiam actiuam, & quia non repugnauat.

Ad confirmationem vero primi argumenti non respondebimus, quia soluta erat quæst. præcedenti vbi diximus quomodo Deus non mutetur de non volente in volentem cum abæterno voluerit producere mundum.

Ad argumenta ex sententia Aristotelis Resp. ad primũ concedendo maiorẽ ꝙ scilicet motꝰ præsuponat mobile nego

tamen quod mobile præsupponat motum, sed dico factum esse per creationẽ quæ nec est motus nec mutatio vt alibi diximus.

Contra id quod creatur aliter se habet quam prius: ergo mutatur. Respon. quod non se habet aliter quã prius, quia quod creatur ante creationẽ nihil erat id autem quod mutatur prius debet se habere vnomodo posterius vero aliomodo, quia quod mutatur debet esse sub duobus terminis.

Ad secundum Resp. negando, quod tẽpus sit abæterno, sed potius cæpit esse in instanti, quod erat vltimum non esse tẽporis nec de ratione instantis est, quod sit continuatiuum temporis, sed tantum quod sit continuatiuum .l. iniciatiuum sicut de ratione puncti est etiam, quod sit initiatiuum vel continuatiuum.

Ad tertium respondet Sanct. Thom. art. 1. quęst. vt in solutione ad secundum quod scilicet illa maior omne quod potentiam per se ad semper esse est vera hoc modo intellecta, quod scilicet postquam habet illam virtutem semper est sicut anima nostra, scilicet incorruptibilis, & potentiam habet ad semper esse postquam creaturas in tempore, & ita post creationẽ, quæ est in tẽpore semper: at vero abæterno non dum habet illam virtutem ita abæterno non est ita dico de mundo quoad partes incorruptibiles, quæ sunt cœli & intelligentiæ illę enim semper sunt postquam fiunt corruptæ, quia habent virtutem semper essendi quoſtquam creaturę sunt, non tamen habent hanc virtutem abæterno, quia non sunt creaturæ abæterno, quo ad partes vero corruptibiles non est verum, quod habeant virtutem simpliciter essendi adhuc postquam sunt.

Cõtra quia propria passio cõuenit subiecto abęterno, sicut abæterno est homo risibilis ergo potentia ad semper essendum conuenit incorruptibilibus abæterno ac perconsequens mundus semper habet virtutem semper essendi, quia talis virtus est eius passio. Respondetur dupliciter primo, quasdam esse passiones, quæ conueniunt naturę absque existentia, vt visibilitas, &c. Aliæ vero, quæ præsupponunt existentiam, vt virtus ad semper esse corruptibilibus conuenit postquam habent existentiam.

Secundo dico quod sicut abęterno est verum dicere homo est risibilis, quia copula non dicit existentiam: sed coniunctionem extremorum, sic abæterno est verum dicere incorruptibile natura epotens existere semper postquam est ex hoc autem non licet colligere quod abæterno existat quoniam non est eius passio existere á parte ante sed á parte post posse perpetuo existere, & cum obijcis, non est maior ratio cur modo incipiat & non antea inciperit, dico quod voluntas Dei est causa huius ipsa autem creatura non potest esse abæterno suæ naturæ derelicta, sed in quocumque tempore potest incipere secundum voluntatem liberam Dei.

Ad confirmationem vero Respondetur quod generabile dicitur dupliciter vnomodo ratione, quod incipit esse per veram generationem, quæ est motus vel mutatio, & hoc modo conuertitur cum corruptibili, quod est hoc modo generabile est etiam corruptibile: alio vero modo summitur generabile pro eo quod habet initium sui esse siue per creationem siue alio modo, & sic non conuertitur cum corruptibili, & patet de anima rationali, quæ est corruptibilis, & tamen facta per creationem.

Vnde patet solutio ad argumentum, quod id quod est incorruptibile est ingenitum, idest non factum per veram generationem potest esse genitum & factum in tempore esse actione quẽ admodum nos dicimus factum esse incorruptibile.

Ex his etiam manet solutũ quartum argumentum nã summẽdo generabile primo

primo modo semper est alterabile præsupponit enim generatio ista alterationem sumenda tamē generabile pro eo quod factum aliquomodo non præsupponit alterationem vnde vniuersum ipsum neq; est alterabile neq; corruptibile quamuis sit genitum & factum per creationem.

Ad vltimum respondetur, quod non sunt generationes in corruptionis perpetuæ, á parte antea, sed á parte post essent perpetuæ, vt argumentum probat per appetitum naturalem, quem habent omnes res suæ conseruationis perpetuæ nisi miraculose cessaturus esset motus cœli post diem iudicij, quia ab illo pendent generationes & corruptiones, & ita quod generationes, & corruptiones, habituæ sint finem nō natura res, sed ex miraculo proueniit.

ARTICVLVS. V.

Vtrum Deus abeterno produxerit creaturas ex sententia Arist.

POstquam in superioribus satis explicatum manet quid sit dicendum de æternitate secundum rei veritatem in ista quæstione, quod sentit Arist. explicandū est in qua re notat optime Sanct. Thom. tex. 4. & Tol. & alij quod antiqui Philosophi omnes in hoc vno conueniunt, quod ponerent aliquod esse æternum & sine principio suæ durationis, & hoc ita esse dicendum conuincitur manifesta ratione, quia si abæterno nihil esset postea in tempore non posset aliquod esse productum, quia illud nihil non potest facere aliquod neque aliquod potest seipsum facere oportet ergo ponere aliquod ens esse æternum.

Vnde certum est atque verisimum causam efficientem esse æternam, & hanc similiter Philosophi fatentur patet quidem manifeste, quia causa efficiens precedere debet effectum, quod si illa non esset abæterno non posset esse neque in tempore, quia non possit incipere cum nihil seipsum efficiat nec possit similiter ab alio, quia nihil est, quod procedat vt supponit: quæstio, &c.

Tertio conueniunt omnes Philosophi non omnia, quæ sunt facta in mundo esse destruenda, sed aliqua duratura in æternum, quod etiam verum est secūdum fidem, quia quamuis cœlorum motus, & ordo iste vniuersi secundum fidem finiendus sit tamen ipsa substantia cœlorum non finietur de quo statim ergo.

De principio autem durationis ipsius mundi nec inter se conueniunt philosophi nec nobiscum, quidam enim existimantes, quod nullum efficiens ex nihilo posset aliquod efficere posseruīt materiam ex qua factus est mundus esse abæterno quamuis ipse mundus in tē pore ceperit.

Sed non hic intendemus aliorum philosophorum placita exponere, sed solum quid de hac re senserit Aristot. de qua re Petrus Mart. in. 1. cœli cap. 12. dicit quod Aristot. non existimauit mundum esse æternum seu abæterno, sed habuisse principium durationis nam & si oppositum videatur hoc loco & alibi etiam non inquit loquitur ex propria sententia, sed ex sententia aliorum atq; quod hoc ita, sit dicendum colligit ille. Primo, quia semper quod Aristo. loquitur de mundi æternitate aliorum philosophorum placita debet recitare.

Secundo colligit quoniam alias ipse Arist. sibi esset contrarius cum docet 3. Phy. non esse infinitum numerum earum neq; aliarum rerum & tamen supponatur mundus esse abæterno certæ infinitæ essent animę & infinitus numer' a quibus dependeret iste homo qui nūc fuit quoniam præcesserunt infiniti homines.

Sed in hoc cap. oppoſita concluſio eſt tenenda, ſcilicet quod in doctrina Ariſt. mundus fuerit factus abæterno, & hoc ita eſſe dicendum probatur ex communi ſententia omnium oppoſitorum eius quia ſolus Petrus Martinez aſſerit Ariſt. poſſuiſſe mundum factum in tempore alij omnes nobiſcum ſentiunt illa vero epiſtola cuius meminit author ille non extat, quod ſi vere illam Ariſt. ſcripſit, mutauit ſententiam, vel ſenſit, quod multis alijs in locis, vt .2. de generatione. 1. pol. 3. Meth. quod mundus fuit creatus á Deo abæterno tamen, imo Phylop. Simpli. Alexand. Aſtrodi. Soncin. 10. metaphiſi. quæſt 30. aiunt Ariſtot. putaſſe quod eius rationes de mundi æternitate erant euidentes Ariſt. ſecuti ſunt dictus Alexand. Simpli. hic Gallen. Auerr. Proel. & alij quos reffert Alber. mag. li. de mirabili ſententia Dei. 2. p. tit: 1.

Secundo quia non aſſignauit locum in quo Ariſt. verbum habet de mundi inceptione cum tamen hoc loco, & 2. cęli cap. 12. & 12. Meth. ex profeſſo adducat rationes contra antiquos philoſophos preſertim contra Platonem ad probandum mundi æternitatem.

Tertio etiam quia ex ſententia Petri Mart. deſtruitur doctrina Ariſtot. de æternitate primi motoris, quæ tota fundatur ab Ariſt. in æternitate motus nec aliunde ipſe colligit primum motorem vel intelligentias eſſe abęterno niſi ex hoc quod abæterno ſit motus.

Tunc etiam generationes & corruptiones Ariſto. perpetuas ponit vt videbimus cap. 2. lib. 1. de generatione & materiam primam eſſe abæterno, quia dicit eſſe ingenerabilem & incorruptibilem & tamen illam non exiſtimauit eſſe nudam omni forma fuit: ergo abæterno materia cum formis atq; adeo ab ęterno fuit mundus.

Et ad motiuam Petri Mar. Reſp. quod hic mos eſt Ariſt. vt prius quam ſuam explicet ſententiam ſemper aliorum doctrinam in medium adducere, & fecit in propoſito tamen recitatis aliorũ ſententijs poſtea ſuas proprias rationes ad probandum mundum eſſe abæterno.

Ad ſecundum vero dico quod in cauſis per ſe ſubordinatis nunquam Ariſt. conceſsit proceſſum dari in infinitum, nec quamuis mundus ſit abęterno iſtud ſequiſ quoniã infiniti homines, qui proceſſerunt generationem iſtius non ſunt niſi cauſę peraccidens ſubordinatæ, vt diximus. 3. lib.

Ad aliud vero quod negauit Ariſt. infinitum numerum rerum & tamen ſi mũdus eſt abæterno ſequitur eſſe numerũ infinitum animarum multi ſunt modi Reſpondendi, ſed dico quod cum ipſe contrarij veritatem exiſtimauerit mũdum eſſe abæterno nõ eſt mirum ſi hoc ſibi contradicat, qui ſecundum verã philoſophiam animam rationalem eſſe incorruptibilem.

Sed dices quo pacto hæc ſententia Ariſt. mundus eſt abæterno numquid per hoc quod aliqua res vna numero ſit abæterno an quouis alio modo. Reſponde tur, quod ſecundum partes incorruptibiles facile eſt explixare, quo pacto poſſuerit ille mundum fuiſſe abæterno nã ſecundum rei veritatem hoc mei neceſſario cœlum eſt perpetuum á parte poſt ita exiſtimauit ille hoc idem eſſe perpetuum aperte ante ita, quod neque habeat principium neque finem durationis, at vero quoad partes corruptibiles, & eorum motus non exiſtimauit aliquod eorum vnum numero manens eſſe æternum nec á parte antea, nec á parte poſt: ſed ſolum ſecundum ſpeciem, ita quod ſicut dicit ille incorruptibilia ſemper duratura eorum generationes, & corruptiones non habituras finem, quia appetitus ſemper eſſendi adimpletur in iſtis non ſecundum idem individuum: ſed ſecundum ſpeciem, ita etiam dicit eſſe abæterno homines equos leones, &c. & generationes, & corruptiones eorum non quia aliqua generatio ſignari poſſit ęterna, vel aliquis homo

aut

aut equus, sed quia ante quancumq; generationem est alia prior, & non assignare primam generationem aut primũ hominem nec equum nec primam formam quam habuit materia prima, sed prius fuit sub alia, & si cœli existimauit mundum esse abæterno hoc autem in præcedenti quæstione probauimus esse falsum & contra fidem, an vero sit possibile postea dicemus in .q. sequenti.

Ex quibus facile est deducere solutionem alterius dubij, quod mouet Sanct. Thom. & Tol. in principio capite primo an scilicet Aristoteles hoc loco proponens quæstionem vtrum motus sit abæterno de aliquo motu in particulari loquatur, & videtur, quod sit scilicet de motu cœli. Probatur autem quia solus iste potest esse perpetuus quoniam est circularis alij vero necessario sumuntur per quamtitatem mediam, quæ datur in puncto reflexionis.

Sed tamen S. Tho. & alij omnes oppositum dicunt quod vel Aristo. hoc loco non probet sempiternitatẽ alicuius motus in particulari, sed in communi, quia de motu in comuni proponit quæstionem.

Tum etiam, quia de motu cœli postea hoc eodem lib. in particulari est sermo, & de illo probatur, quod sit æternus, vnde optime prius hic de motu in communi agit, vt ex vniuersalibus ad particularia ordine procedat doctrinæ.

Et ad fundamentum Aristot. ex dictis patet solutio, quia quamuis motꝰ solius cœli possit esse æternus idem manens secundum numerum tamen alij motus sunt sempiterni in doctrina Aristotelis per successionem vnius ad aliud, qui sunt idem secundum speciem, vt diximus.

Sed deueniamus iam ad secundum dubium huius quæstionis, quo pacto ere dit Aristoteles mundum esse abæterno numquid vt aliquid probabile an vt aliquid necessariũ & ad quod existimauerit ille suas rationes esse demonstratiuas, vel tantum probabiles. ¶ Ad hoc dicit Soncin. 12. Methaphys. quæst. 30. quod existimauerit ille suas rationes omnes, vel aliquas esse demonstratiuas quia saltem illam primam quam adduxit hoc loco existimauit esse demonstratiuam ad probandum motum esse abæterno, & probat hoc ipse Soncin. quia Aristoteles putauit primum motorem esse æternum & agere naturaliter saltem quantum ad productionem rerum incorruptibiliũ: ergo necessario existimauit quod incorruptibilia sint abęterno, imo de aliquibꝰ corruptibilibus. hoc etiam videtur colligi quoniam si materia prima, quæ est incorruptibilis est ab æterno cum non possit esse nuda cum aliqua forma debet esse ac per consequens corruptibilia etiam existimauit quod sunt abęterno necessario.

Sed notandum est intelligentiam istius dubij quod rationes Aristotelis possunt comparari ad duo scilicet, vel quantum ad hoc, quod est ipsas probare mundi æternitatem absolute, vel quantum ad hoc quod est destruere sententiã Platonis, & aliorum dicentium mundũ esse factum per veram generationẽ ex materia prosupposita.

Dico ergo quod aliquę rationes ex his quæ diximus ex sententia Arist. quęstione præcedenti demonstratiuę sunt & euidentes contra illos philosophos quęstione, 1. euidenter ostendit non esse factum mobile illum primum in tempore per motum quia ille motus præsupponit aliud mobile similiter. Secunda ratio cũ sua confirmatione, quæ desumitur ex 1. lib. de cœlo cap. 12. euidenter ostendit, quod id quod est incorruptibile nequit esse generabile per mutationem neque contra id quod est ingenitum posse per veram corruptionẽ desinere & idẽ dico ꝺ quarta illa ratione qua prob. omne generabile esse corruptibile, quia est alterabile, vnde cũ mũdus sm̃ Platonẽ sit incorruptibilis non potest esse generabilis nec materia ipsa mundi, quæ est in

genita est corruptibilis hoc modo istud: ergo manifeste demonstratur contra antiquos & cum Arist. recte penetrarit vim suarum rationum dicendum est, quod credidit se demonstrare ex suppositione contra antiquorum sententiam mundũ non cæpisse tamen, quod absolute loquendo dicendum sit non dum explicauimus.

Dico ad hoc cum S. Thom. Artic. 1. quæst. 46. quod opinatiue crediderit mũdum esse abæterno quod colligit ille primo, qui ad probandum hãc sententiam suam vtitur aliorum authoritate mediũ autem ex authoritate tantum est probabile.

Secundo colligitur hoc quia idem Arist. 1. thopicorum cap. 49. dicit quod est problema dialecticum an mundus sit ab æterno nec ne ergo nec existimauit esse necessarium hoc.

Sonci. dicit quod exemplum adducit ex aliorum sententia sed reuera nõ constat cum ibi non adducat sententias aliorum sed ex propria ibi disputetur.

Tertio quod hoc ita sit dicendum colligitur ex eis, quæ diximus quæst. 1. &. 2. quod Arist. vel existimauit posse aliquid fieri ex nihilo vel saltem dubitauit, sed cum nõ stat quod existimauerit esse necessarium ponere mundum esse abæterno: sed oppinatiue tantum sequitur: ergo quod ipse credidit absolute quidem loquendo suas rationes solum esse probabiles.

Ex quibus patet solutio ad fundamentum Sonci. negandum enim est antecedens similiter quod ille adducit authoritatem S. Tho. 12. Metha. lect. 4. qui ait ex sententia Aristo. relinqui probatum quod mundus sit abæterno, hęc tamen ratio nullius est momenti cum S. Tho. non dicat esse probatum euidenter, vt aut demonstratum cũ ipse dicat expresse loco citato. 1. p. tantum opinatiue credidisse Aristot. quod mundus fuerit abęterno.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum Deus potuerit creaturas abæterno producere.

DE hac quæstione quæ difficilima est & in ea magna grauissimorum D.D. dissensio, prius illorum opiniones recensendę sunt pro quorum explicatione notandum est quod dupliciter potest intelligi quęstio vnomodo loquendo de mundo quoad oẽs eius partes successuas & permanentes non relictas propriæ naturæ: sed si Deus conseruaret illas inuariabiles omnino successiuas vero non potest hoc modo conseruare quo ad essentia successiui est vanitas & mutabiles.

Prima ergo sentẽtia est Son. 12. Meth. q. 31. & Fer. q. 3. & Tol. q. 2. qui dicũt mundũ quoad omnes eius partes sicut modo sunt potuisse fieri abæterno ita etiam videtur sentire Sanct. Thom. 1. parte. quæstione. 46. articu. 1. &. 2. & secundo contra Gent. capite. 38. & 2. distinct. 1. quæstione. 1. artic. 5. vbi Capreol. & de potentia. q. 3. Gregor. in. 2. distinct. 2. q. 3. Gab. & Ocham ibi Iabell. 12. met. q. 14, quem tribuit Hæbr. Son. ibi. q. 31. Vasal. q. 5. Villalp. & alij in Physicis, Scotus & Gandau. v. g. hanc defendunt vt probabilem & etiam Astudillo. hi fere omnes excipiunt homines in cogantur ponere infinitum in actu, probatur multis rationibus quia si Deus ageret ex necessitate naturę faceret mundum abęterno quoniam ageret statim, quod possit, & abęterno nõ potest: sed posibile Deũ agere aliquod ad extra ex necessitate naturæ, ergo posibile est pruducere mundum abęterno.

Secũ-

Secundo detur instãs in quo Deus produxit mundum vel potuit antea producere vel nou si non ergo limitata est virtus diuina ad hoc instans si sit ergo potuit antea in infinitum & sic ab æterno mundum producere, &c.

Tertio omnis causa agens in instanti & sine motu non est necessarium quod procedat effectum secundum durationem: sed secundum naturam sed Deus produxit mundum in instãti & sine motu ergo non est necesse quod procedat secundum durationem ipsum mundum productum sed satis est quod natura procedat sunt ergo simile durationeac per consequens. Mundus est ab æterno sicut Deus est æternus.

Quarto tota ratio quare res modo existant vt sunt est volũtas Dei ergo tota ratio quare antea nõ fuerit est etiã præcissa voluntas Dei e go tota ratio quare non sit ab æterno mundus est quia Deus non vult ac per consequens potuisset fieri ab æterno.

Et confirmatur quia eadem mensura mensuratur priuatio & habitus cuius est priuatio ergo eadẽ mensura mẽ surantur non esse mundi , & mundus sed non esse mundi mensuratur æterni tate quia eterno tempore mundus non habuit esse ergo esse mundi potuit etiã æternitate mensurari ac per consequẽs habere esse ab æterno.

Vltimo Deus ab æterno est omnipotens ergo ab æterno in sua potentia mũdus habet esse possibile ac per consequens mundus ab æterno potuit fieri.

Sed his non obstantibus opposita conclusio statuitur quæ sit prima in ista. q. quod tempus aut motus vel deniq; quælibet res successiua vel mutabilis quæ tempore subijcitur & a tempore dependet non potuit esse ab æterno, ita tenet imo etiam de orbis permanentibus. Damascen. Ambros. Bas. qui oppositum ait esse blasphemum Aug. Athanasius. Grego. Nazianzenus. Hylarius. Hugo de S. Victa Bonauentura Phylopon⁹. Gandauensis quodlibeto. 1. q. 7. & 8. & 17. Mar. Alber. Mag. Bur. Aurcol. Ricardo. Vbaldus. Ianter. Duran. de succesiuis id tenet ,2. d. q. 2. & 3.

Probatur hæc conclusio quã plurimis rationibus a finibus quarum præcipua adducimus prima si sit tempus est ab æterno ergo processerunt infiniti Deus, & anni sed in quolibet die possit Dies producere hominem vel lapidemessent iam infiniti lapides simul vel homines dum etiam produxisset Deus abæterno ignem comburentem aplicaretque illi combustibile aliquod iam crearet quotidie ignis & factus esset magnitudinis infinitæ ex hoc ergo quod Deus produxisset tempus ab æterno sequiturquod detur. Infinitum necessario & etiam secundum magnitudinem quorum vtrũque probatum est esse impossibile tertio lib. Physi.

Et confirmatur de animabus nostris quas supposita fide quod sint immortales & vnita corpori distinctæque secundum diuersitatem corporum non possumus negare nisi quod essent actu in finitę quod ita est impossibile sicut dari numerum infinitum actu corporum.

Et confirmatur secundo quia infinitum nequid penetrari sed si tempus esset ab æterno esset infinitum ergo impertranſibile ac per consequens nonpossumus peruenire ad hoc instas quoniã ex hoc vsque ad æternum versus terminum aparte ante est infinita distantiatẽporis impertranſibilis.

Contra quia non est magis infinitum tempus quod est æternum a parte ante quam si sit æternum aparte post sed potest dari infinitum a parte post quia potest Deus conseruare mundum & motũ cœli sine fine ergo potuit etiam a parte ante esse æternum. Respondetur quod est diuersa ratio de æterno tẽpore aparte ante & aparte post nam quod est æternum aparte post nunquam secundũ to-

tum per transiri possit, vnde quamuis vt ad infinitos in actu sed tantum sinca thegoremarice imo ex eo forte argumentum sumitur pro nostra conclusione quia non est minor distantia ab hoc instanti vsque in æternum a parte post quia versus æternitatem a parte ante sed sic est quod illud quod est a parte post nunquam potest per transiri ergo illud quod est a parte ante nunquam posset omnino esse pertransactum ac per consequens nunquam deueniendum esset ad hoc instans.

Sit tamen secunda ratio de ratione motus quod sit posterior duratione quā mobile ergo motus non potuit esse ab æterno ac per consequens. Nec tempus actuale quod successiuum antecedens probatur quia mobile v.g. potest incipere per primum sui esse ita quod sit verum dicere nunc est, & antea non erat motus vero non potest esse in illo instanti quo est mobile quia motus non habet esse in instanti sed in tempore ergo necesse est quod motus sit posterior duratione quam mobile ac per consequens quod habet principium durationis.

Et confirmatur quia vel producens Deus tempus produxit illud secundū aliquam partem diuisibilem simul aut secundum instans indiuisibile non primum quia est contra naturam temporis cuius esse est omnino successiuum si secundum dicas iam ergo tempus habuit initium scilicet indiuisibile instās.

Tertia ratio sit vel produxit Deus in oriente vel in occidente vel in vtroque situ simul non in vtroque simul quia repugnat fieri vt vidimus quarto physico. ergo in altero tantum est sit v.g. in oriente eadem enim ratio vtriusque aut ergo pernenit ab oriente in occidens tēpore finito scilicet infinito non infinito quia semicirculatio, tempore duodecim horarum fit quæ est tempus satis finitum alias enim fit in tempore infinito fieret illa semicirculationum quam fit illa semi circulatio per transacta præcessit, ergo tempus finitum a creatione solis vsque ad hoc vt esset in occidenti sed ab illo instanti quo fuit in occidenti vsque nunc est finitum tēpus ergo totum tempus quod præcessit est finitum nam finito si addas finitum scilicet tempus duodecim horarum totum ipsum manebit finitum ac per consequens non est ab æterno nec valet si dicas quod illud tempus quoprecesit ex quo sol peruenit ad occidens vsque nunc fit infinitum nam sequitur quod infinito possit fieri additio versus eandem partem quæ est infinitum, quod est absurdum sequela autem patet quoniam fit additio duodecim horarum quæ præcesserunt in semicirculatione illa antequam perueniret sol vsq; ad occidens.

Hoc ipsum argumentum solet fieri de muliere grauida quęsi ponatur ab æterno aut eius partus similiter est ab æterno vel non si sit consequentia quia opus per octo menses grauidam præcessisse partum, ergo partus non est ab æterno nam solum præcesserunt nouem menses analogice partum quod est tēpus finitum ac per consequens totum tempus est finitum & non ab æterno.

Solutio autem quæ solet adduci ab aduersarijs & hoc omnino ridicula mihi videtur scilicet quod non est assignare aliquod indiuiduum ab æterno determinatum neque aliquam dispositionem determinatam ab æterno, sed solum quod antequencunque hominem fuit alius & antequam esset in oriēti fuerat in occidenti & sic in infinitum hæc inquam solutio irrationabilis videtur. Nam quamuis verum appareat, quod si essent homines ab æterno non possemus assignare primum tamen non possumus assignare nisi quod in aliqua dispositione determinata creatum fuit vnumquodque indiuiduum, & sic etiam in aliquo situ determinato cœlum aut nullibi aut in vtroque simul, nullibi autem non potest quia depen-

pendet necessario a loco, & si nullibi crearetur modo etiam esset nullibi quia quæram ego de tempore quod præcessit ex quo cæpit esse alicubi vsque nunc vel est finitum vel infinitū si infinitum est maius alio versus eam partem qua est infinitum si autem dicas quod est finitum ergo totum tempus quod præcessit etiam est finitum nam per additionem vnius finiti super aliud non fit infinitum in actu illud autem quod duravit mobile cum erat nullibi est finitum quia est pertransactum omnino ergo &c. dicendum ergo est quod productum est cœlum vel in vtraque dispositione scilicet in altera in vtraque simul iā dixim⁹ repugnare ergo in altera ac per consequens modo militat argumētum factum.

Dices vltimo productum esse in altera illarum vage non in altera determinate, & sic non habet locum argumentum factum contra hoc est quod productio rei determinatur ad individuum determinatum non ad aliquod individuum vagum ergo non potuit produci cœlum nisi in altera dispositione determinata ac per consequens vel in oriēti vel in occidenti.

Ex dictis sumitur fortissimum argumentum contra Aristotelem quod scilicet non potuit generatio esse ab æterno quia si generatio est ab æterno aliqua determinate debet esse ab æterno, & aliquod individuum determinatum ab æterno sed sic est quod nullum tale datur nam antequancunque generationem procedit motus & alteratio secundum ipsum ergo iam generatio non est ęterna. Dices quod generatio vage est ab æterno non tamen aliqua determinate contra hoc est quod omne quod producitur & habere esse debet esse in individuum determinatum vt diximus.

Vnde ad argumenta in oppositum respondetur ad primum negando maiorē & minorē, si Deus esset causa naturalis produxisset mundum ab æterno nego enim istam maiorē nā quamuis Deus esset causa naturalis non produceret successiuum aliquod vel ea quæ tempori subijciuntur, ab æterno nam huiusmodi res non sint capaces habendi esse ab æterno.

Contra quia si Deus esset causa naturalis non impediretur ab aliquo quo minus ab æterno egisset respondetur quod non impediretur ab aliquacausa inferiori quia nulla datur impediretur tamen extra effectus quem implicat ab æterno produci hoc modo quo diximus.

Secundo dico quod quamuis maior cō cedatur minor est manifeste falsa scilicet quod possit dicit aliquid agere ex necessitate naturę nam sicut non potest non esse per suam essentiam bonus sic non potest necessario velle alia a se ex hoc enim quod per suam essentiam est bonus sequitur quod non indigeat alijs ac per consequens, quod non necessario velit alia a se.

Consequentia quia si sol esset etiam splendor esset ab æterno & lux producta ab ipso ergo similiter cum Deus sit ab ęterno & sit agens necessarium mundus erit ab ęterno respondetur negando consequentiam nam sol & splendor eodem modo sunt mutabiles, & ita si donum eorum potest esse æternum alterum etiam erit æternum at vero de Deo non eadem ratio est quia cum sit omnino immutabilis est æternus eius vero effectus omnes sunt mutabiles ac per consequens nullus potest esse æternus,

Si dicas cur tempus posset esse infinitum a parte post & non a parte ante respondetur quod id quod a parte post est infinitum solum Syncathegoremmatice est tale quia nūquam illa duratio est omnino non facta at vero si daretur duratio temporis a parte ante infinita esset talis simpliciter & in actu.

Ad se-

Ad secundum respondetur, quod bene potuit produci mundus ante hoc instãs in quo productus est, & ante quodlibet aliud non tamen ab æterno sicut potest Deus facere corpus maius & maius non tamen actu infinitum.

Ad tertium dico quod cum causa & effectus mensurentur eadem mensura non est necesse procedere secundum durationem sed satis est quod causa sit prior natura at vero quia Deus & creatura succesiua aut quæ tempori subditur diuersa mensurãtur. hinc est quod nonpossint mensurari eadem mensura unde quia Deus agat in instãti producens mundum nihilominus debet esse prior diuersa ratione quã eius productus quia duratio Dei est æternitas.

Ad quartum respondetur quod quãuis respectu cuiuscunque rei possibilis Deus sit præcissa causa essendi & nõ essendi quia quælibet res possibilis a sua volũtate Dei pendet quantum ad suum esse actualẽ vel non esse tamen res impossibiles quam natura sua implicat esse non solum non est quia Deus nõvult sed quia talis res non est factibilis: vnde quoniam mundus incipere in quolibet instanti temporis est aliquod hinc est quod ex voluntate Dei pendet quod incipiat hoc aut alio instanti & quoniam res succesiuas vel quæ tempore subijciuntur implicat esse ab æterno. Hinc est quod illas esse ab ęterno est im possibile & ideo non habuerũt esse quia Deus non voluit sed quia ipsæ natura sua sunt impossibiles,

Ad confirmationem respondet quod ante constitutionem mundi non precessit priuatio mundi quia non erat subiectum capax cum potentia adesse mundi sed tantum præcessit mera negatio. & ideo nihil inconuenit hanc negationem fuisse ab æterno quamuis esse mũdi mensuretur tempore.

Ad vltimum quod Deus dicitur esse æternus quia habet ab æterno potentiam producendi omne verbum id est quidquid non implicat contradictionem, & quia mundum quoad succesiua implicat esse ab æterno non sequitur, ex hoc quod est omnipotens ab ęterno quod ab æterno sit possibilis mũdus sicut & modo est Deus omnipotens & tamen non sequitur quod eius potentia se extẽdat ad chimeram nam chimera est aliquid impossibile.

Sed hæc reacta sententia addiuit nobis controuersia maxima. Vtrũ aliquæ res permanẽtes potuerint esse ab æterno in qua re est certissimum apud omnes relicta iã illa. 1. sentẽtia quod creatura permanens sibi corruptibiles siue incorruptibilis relicta propriæ naturæ potest esse ab æterno quia omnis creatura ex natura sua mutabilis.

Probatur autem hæc sententia quia omne quod est mutabile prout sic mẽsuratur aliquo tempore quod habet prius & posterius sed tempus non potest esse ab æterno vt diximus ergo nec creatura aliqua subiecta mutationi,

Et secundo argumento illo supra facto hoc ipsum constat quia si Angelus. v. g. creatus esset ab æterno vel creatura retur intelligens vel non intelligens, si intelligens quærãde illa intellectione an durauerit tẽpore finito vel finito in si infinito nunquam esset per transatum ac per consequens nunquam esset illa intellectio finita si finito sequitur quod totum tempus & tota duratio quam habuit illa res sit finita nam duratio quæ est ex illo nec ne quo cessauit illa intellectio vsque nec ne est finita quando quidem habet mitium sed finitum per apditionem alterius finiti non fit infinitum ergo tota illa duratio est finita ac per consequens non est abæterno idem argumentum fit de qualibet substantia mutationi nam quæram de mutatione subqua res illa creata & procedit simul argumentum.

Superest erge difficultas an si Deus subtraheret aliquam creaturam ab omni mu-

ni mutatione ita quod crearet Angelũ, v.g. qui semper inuariabilis conseruare tur sub illa definitione qua creatur fuit v.g. semper intelligens & volens idem obiectum posset sic fieri ab æterno, & idem est de quacunque alia re permanẽ ti sicut enim potest Deus facere Angelum qui nunquam susceperit variationẽ secundum operationem potest etiã corruptibilia facere quæcunque variẽtur: secundum esse vel secundum operationem.

De hac re Tol. dicit quod neque isto modo aliqua creatura adesse ab æterno & adducit pro se plures doctores ex sanctis & scolasticis. 1. Dam. lib. 4. cap. 9. dicit non aptum natum est quod ex non esse ad esse deducitur coæternum esse quod est sine principio & semper est & idem omnino asserit Hugo de sancto Vict. lib. 1. de sacramentis dicit quodinfabilis potentia virtus nõpotest aliquod coæternum præter se habere.

Sed rationibus etiam prouatur hæc sententia primo qui nullum attributum proprium Dei communicari creaturis sed æternitas est attributum proprium Dei ergo non potest creaturæ communicari.

Et confirmatur quia æternitas illa secundum quam diceretur creatura æterna est duratio infinita quia sine principio & fine sed nullam durationem infinitam potest Deus facere alias enim etiam posset tempore facere infinitũ ergo nec potest creaturas hoc modo facere æternas.

Confirmatur secundo quia natura & duratio sunt idem sed Deus est principium & causa naturæ cuiuscunq; creaturæ ita quod sit prior illa ergo etiam est prior durationeq uacunque creatione ac per consequens non potest esse vlla creatio creaturæ æterna quia æternum nihil habet prius durationesecundo sic vel Deus produxisset hunc mundum in tempore scilicet in instanti si in tempore non ab æterno quod sit prior illa ergo etiam est prior durationefiin instanti vel ante illud instans præcessit aliud, & tunc iam est ab æterno vel non precessit aliud esse tunc iam illud instans esset initium durationis creaturæ ac per consequens non esset ab æterno.

Tertio quia tunc fieri & conseruari nullo modo differunt si ab æterno fuerit aliqua creatura ac per consequens sicut cum mundus fit est verum dicere ipsum fieri ita & nunc esset verum dicere res illas æternas fieri.

Quarto quia res illæ quę esset hocmodo ab æterno necessario produceret necessitate absoluta nam omne quod est quando est necesse est esse si ergoaliqua creaturã est ab æterno semper est necesse esse nec ista est necessitas secundum quod quoniam nullum tempus aut duratio præcessit in qua posset illa creatura non esse.

Et confirmatur quia creatura illa sic facta ab æterno posset anichilari, & tũc quæram de tempore quod præcessit ante anichilationem in quo creatura erat atque procedit idem argumentũ supra factum ad probandum quod res prout subduntur mutationi non possunt esse ab æterno.

Vltimo anichilatio & creatio opponũtur. Sed anichilatum habuit esse ante non esse ergo creatum omne prius fuit sub non esse ac per consequens ab æterno.

Sed his non obstantibus statuitur, concluso ꝙ creatura hoc modo ideſt omnino inuariabilis tam secundum esse quam secundum operationem potest esse ab æterno. Probatur primo quia omne inuariabile omnino mẽsuratur æternitate sed potest Dus aliquam creaturam omnino inuariabilem constituere ergo potest illam facere æternã maior prouatur quia inuariabile commensuratur tempore quod est numerus motus neque vero quia duratio habet coniunctum prius & posterius in variationem

tionem primo creaturas nos ponimus tam secundum esse quam secundum operationem ergo illa nequit mensurari tempore vel euo ac per consequẽs æternitati minor viso quod scilicet creatura aliqua possit hoc modo creari satis nota est & ab aduersarijs concessa.

Secundo arguitur & hoc esse fundamentum conclusionis vt late per sequitur. Duran. q. 2. d. 1, in 2. quoniam creaturam aliquam esse ab æterno vel repugnat ex parte creantis vel ex parte creaturæ vel ex parte creationis nõ ex parte creantis quia Deus est ab æterno omnipotens non etiam ex parte creationis quia est quædam simplex emanatio quæ non requirit durationem sed est instantanea ac per consequẽs potest esse ab æterno.

Dices quod quamuis creatio sit instãtanea tamen præsupponit tempus prius ac per consequens non est ęterna contra quia quod aliqua productio instantanea præsupponat durationem aliquã priorem ex eo prouenit quoniam præsupponit motum siue per se vt generatio siue per accidens vt illuminatio sed tamen creatio, nec per se, nec per accidens pręsupponit motum ergo non prę supponit durationem aliam ac per consequens non ex parte creationis, nõ implicit creaturam esse ab æterno.

Quod autem neque repugnet ex parte creaturæ quæ fit probatur quia si repugnat ex parte creaturæ, quæ fit aut hoc esset quia oportet id procedit ex alio esse durationę posterius illo vel quoniã necesse est creaturã factã ex nihilo habere esse post non esse non primum quia verbum diuinum procedit a patre & tamen est coæternum illi dicesquod verbum habet eandem naturam cum patre.

Contra etiam si ignis esset ab ęterno procederet ab illo splendor coeternus qui non est eiusdem naturæ cum igne tum etiam quia siue habeat eandem naturam siue diuersam vtrunque procedat ab illo necesse est ergo creaturam non repugnat esse coæternam creatori quia procedit ab illo, sed aliunde debet repugnare quod autem non repugnat creaturæ esse coeternam creatori ex eo quod ex nihilo est, probatur quia creatura non dicitur esse ex nihilo ita quod particula ex dicat ordinem prioris ad posterius sicut dicimus Deum fieri ex nocte neque ita quod nihil sit subiectũ aut materia ex qua fiat creatura sed ita quod dicat negatiuum totius entis ex parte termini a quo & subiecti hoc autem a parte saluatur quamuis ipsum nihil non procedat vt patet ergo &c.

Et confirmatur quia si crearetur. Ignis simul cum aere illuminaretur aer in primo instanti sui esse & tamen non præcesserunt tenebræ secundum aliquam durationem priorem non ergo est necessarium quod terminus a quo proce dat duratio est ipsum terminũ ad quẽ. & ita nulla ex parte apparet repugnãtia qua min⁹ creatura inuariabiliter sũpta potuerit esse ab æterno quod magis patebit in solutione argumentorum.

Vnde ad authoritates adductas Respondetur quod loquuntur sancti illi de creaturis secundum modum mutabilitatis cum dicunt non potuisse esse ęternas.

Secundo quod quamuis creatura omnino immutabilis est ab æterno non diceretur simpliciter coæterna Deo propterea quod coæternum non solum dicitur quod habet durationem æternam simul cum alio sed etiam videtur significare æqualitatem quandam constat autem quod quamuis creatura esset ab æterno nihilominus esset in infinitum perfectior duratio Dei quam creaturæ quoniam altera est æternitas per essentiam altera, per participationem, & ideo negant simpliciter creaturam posse, esse coæternam Deo.

Ad primum autem rationẽ quod attributum

butum Dei proprium nequit communicari creaturæ secundum quod est proprium Dei potest tamen communicari secundum aliquam participationem sicut sapiens & bonus est Deus per essentiam tamen creatura dicitur, talis & per participationem similiter Deus est æternus sine dependentia ab alio, at vero creatura dicitur esse æterna cum participatione & dependentia a balio.

Sed dices contra quia creatura non potest esse bona vel sapiens sapientia, & bonitate infinita adhuc secundum participationem ergo neque externa respondetur quod est diuersa ratio quoniam sapientia & bonitas insunt formaliter subiecto quod denominatur, sapiens & bonum ita inquit esse sapientia & bonitas infinita & participata, & quoniam creatura non est capax habendi in se perfectionem aliquam infinitā at vero duratio ista æternitatis non est formaliter nisi in Deo infinita in alijs vero solum extrinsice & sic extrinsice dicuntur. A Eeternæ ab illa æternitate Dei sicut omnes res corruptibiles mensurantur tempore quod est formaliter in primo mobili in alijs vero extrinsice.

Tertio in his inferioribus propter durationem quin primo mobilæ est alia duratio intrinseca ergo etiam si res essent ab æterno propter durationem quæ est in Deo esset alia duratio in vna quaque respondetur quod duratio quæ est propria cuiuscunque rei nihil aliud est quam suum proprium esse vnde sicut proprium esse creaturę est finitæ perfectionis ita etiam quælibet duratio tamen dico quod non esset infinita nisi extrinsece quamuis aliqua creatura esset ab æterno dicetur, enim infinita per ordinem ad durationem Dei cui existeret sicut quantitas propriæ durationis quæ est immotibus inferioribus summitur per ordinem adduration em cœli & ideo non est inconueniens aliquā durationem creaturæ esse hoc modo infinitam quia simpliciter loquendo est finitæ perfectionis.

Ex quo patet solutio ad confirmationem dico enim quod potest Deus facere aliquam creaturam infinitæ durationis & sine principio & fine non tamen tempus quia tempus habet prius & posterius ratione cuius non potest æternū esse.

Ad secundam vero confirmationem respondetur quod eomodo quo habeat principium etiam nam eo modo eius duratio si enim creatura aliqua esset ab æterno solum haberet principium efficiens duratio in quam prout participata non tamen esset principium secundū durationem id est initium durandi ita quod esset verum dicere nunc & antenō erat.

Ad secundum principale respondetur quod mundus vel creatura illa quæ fuerit ab æterno non inciperet esse in tempore sed in instanti illud tamen instans non esset fluens sicut nunc tempo ris sed omnino permanens quia esset instans æternitatis & quādo colligis quod iam sequitur, quod res habet principiū suæ durationis si illud instans respondetur quod non sequitur quia illud instās æternitatis est sine principio & fine, & ita id quod semper eo existit illi in instāti caret principio & fine durationis.

Ad tertium concedimus quod essent omnino idem fieri & conseruari si res illę essent ab æterno sicut dicimus modo aliquid fieri cum de nouo incipit sic etiam postquam factum est diceremus fieri imo & modo cœlum & incorruptibilia perpetuo fieri & conseruari dicuntur. Sed possumus dicere esse aliquam differentiam rationis inter ipsum fieri & conseruari penes ordinem ad terminos a quibus quoniam terminus a quo ipsius fieri est nihil ipsius vero conseruari res ipsa quæ immediate præcessit.

Ad 4. respōdetur negādo consequentiā nam quamuis aliqua res producatur ab

æter-

eterno producitur, mere libere & nō necessario, nisi secundum quid & ex suppositione sicut dicimus omne quod est quādo est necessario esse, & cum obijcis quod omne, quod est semper est necessarium absoluta necesitate respondetur negando antecedens quia quamuis id quod est ab æterno semper tamen poterat nunquam esse quia poterat Deus non producere sicut actus liber quod Deus producere voluit creaturas est eternus tamen liber & poterat non esse si Deus nollet producere eas.

Ad confirmationem respondetur concedendo quod si Deus anichilaret creaturam aliquam postquam produxisset ab eterno sequitur idem inconueniens quod supra diximus atque ideo nosdicemus creaturam illam debere esse omnino immutabilem & non posse anichilari vel desinere esse postquam est ab æterno vel aliquo alio modo mutari neque hoc est inconueniens quoniam hæc necesitas solum est ex suppositione ꝙ Deus voluerit producere res ab æterno ex sua enim voluntate qua voluit tales res producere ab æternosequitur, necessario quod velit omnino immutabilis seruare & ipse Deus per voluntatē priorem sicut in alijs multis contingit.

Ad vltimum respondetur dupliciter primo quod quamuis id quod anichilatur habet non esse potest esse tamenhoc est per accidens quamuis enim multa esset duratio si omnino desineret id quod prius erat diceretur anihilari per accidens autem est quod non esse rei quæanihilatur duret postea.

Secundo quod est diuersa ratio de anihilatione & creatione quoniā in anichilatione nec esset in esse ex parte termini ad quem in creatione vero ex parte termini a quo & ideo opus quod in anihilatione ipsum non esse duret post esse quia terminus ad quē cuiuscunque mutationis necesse est durationem aliquā habere at vero non est necesse non esse quod est terminus a quo creationis durare aliquo tempore nam terminus a quo ens est quod procedat priusnatura

Tertia sic non esse est terminus aquo creationis ita esse anihilationis sed id ꝙ anichilatur necessario pro aliquo tēpore prius habet esse ergo id quodcreatur presupponit pro aliquo tēpore non esse respōdetur negādo cōsequentiam quia anichilatio est destructio creatio vero est constructio destruere autē non potest id quod nō erat prius & ideo necesse est pro aliquo tēpore esse id quod anichilatur at vero quod construitur, quamuis fiat in non esse tamen nō præsupponit quod illud non esse duret pro aliquo tempore.

Contra prius cōuenit alicui quodper se conuenit quam id quod conuenit ab alio sed non esse conuenit creaturæper se quia omnis creatura ex se non habet esse ergo prius conuenit non essequam esse ac per consequens non habet esse ab æterno. Respondetur concedēdo maiorem nam dupliciter potest intelligi creaturā de se non habere esse vno modo sic quod non ens sit de essentia illius vel dimanet ab essentia & hoc modoest intelligibile omnino quod creatura ex se non habet esse quia solum impossibilia hoc modo dicuntur, nonhabere esse aliter tamen creatura potest dici ex se non habere esse quia non habet à se sed ab alio & sic est verum tum etiam quia illud esse non est sibi intrinsecum aut necessario conueniens & itaetiam est verum tamen non sequitur quod prius conueniat creaturæ non essequā esse sicut homo ex se non est albus nec non albus tamen quodlibet istorum habet accidentaliter ita habet creaturaac cidentaliter esse vel non esse & potest habere prius non esse quam esse & potest similiter habere esse ex voluntate Dei vt diximus.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum tempus, & duratio omnis creata habeat naturaliter terminum a parte post.

CErtum est rem quæ a parte antehabet initium suæ durationis nõ posse deuenire vnquam in aliquod nunc in quo sit verum dicere per transijt duratio infinita ita vt coexiterit infinitæ durationi successiuæ imaginariæ, nam sicut non possunt infinita spatia imaginaria successiue pertransiri ita nec ali quæ res creata potest fieri præsens infinitis durationibus imaginarijs tantum ergo quæritur vtrũ prædicta duratio possit esse infinita syncathegoremmatice ita vt non tantæ coexisterit duratio quin possit maiori. & hoc posse fieri supernaturaliter certum est nihil enim repugnat quod Deus entitatem creatam conseruet amplius, & amplius in infinitum, & ita de facto conseruabit in æternum id est in infinitum non modo entitates ex natura sua incorruptibiles vt cœlos Angelos & animas rationales: sed etiam entitates corruptibiles ex natura sua, vt hominum corpora & ignem inferni &c. ideoque tantum est quæstio, vtrum talis conseruatio inæternum possit alicui creaturæ naturaliter contingere prima conclusio sit affirmatiua quoad omnia entia quæ naturaliter sunt incorruptibilia hæc enim vt constat relicta suæ naturæ nunquam desinent esse.

Secunda conclusio mundus relictus suæ naturæ posset durare in infinitum, ita communiter antiqui phylosophi. Proclus libro de æternitate mundi argumentati decimi Aristotil. secundo de generatione. 10. textu. 59. & sæpe alias Cicero libro de vniuerso sic aiunt ita coheret mundus vt dissolui nullo modo queat nisi ab eodem a quo est colligatus & quidem quoad partes quę in mundo sunt incorruptibiles constat ex præcedenti conclusione quoad elementa probatur quia nihil est in rerum natura a quo secundum se tota corrumpi possint quoad mixta inanimata probatur quia hæc resultant ex mutua elementorum actione inter se quæ actio perpetua est naturaliter loquendo quoad aliqua viuentia imperfecta qualia sunt herbæ, & quædam arbores patet quia illa ex sola cœlorum influentia, & elementorum concursa produci possunt quoad animalia probatur quia licet sæpe contingat genita, imbeciliora esse gignentibus sæpe tamen contingit fortiora esse & exiltimo aliquas superuenire cælestes influentias quæ ibi influunt, & renouant ipsas rerum naturas, & hac ratione possent etiam alia inæternum conseruari licet in vnoquoque posterius statum naturaliter incipiat decrementum, & biliter humidum radicale & aliæ virtutes naturales, vnde dico vt dissoluamali qua argumenta quod forte olim cum homines plus viuebant præter quam, quod natura tunc erat minus debilitata habebant cælorum aspectus magis beneuolos & conformes naturæ forte etiam Deus in peccatorum suplicium coarctauit hominum vitam vt significãt aliqui sancti. Præterea confirmo conclusionem quia materia horum omniũ inferiorum naturaliter est incorruptibilis & expulsa vna forma exigit aliam nec potest naturaliter manere nuda, & ita naturaliter non possunt defficere rerum generationes præterea omnia visibilia sunt propter hominem atque adeo naturaliter apperunt homines con-

seruationem & statum perfectum ergo naturaliter potest impleri talis appetitus at hoc imo in statu perfecto, non potest conseruari commode ac iocunde nisi conseruentur reliqua omnia visibilia quæ ideo a Deo creata sunt ergo præter ea quia vt supra diximus singulæ partes vniuersi ita cõsulũt bono totius vniuersi vt vel deserta priuata inclinatione illi prouideant noluit tamen Deus mundum cum suis generationibus in æternum durare quia voluit vt omnes prædestinati simul aliquando in cœlo fruerentur ipso Deo vbi iam non indigebant homines his generationib⁹ atque a Deo cessante fine cessare debuerunt media ad illum ordinata.

Tertia conclusio quodlibet ens homogeneum nisi ab extrinseco corrumpatur conseruabitur in infinitum quia in se toto habet easdem dispositiones atque adeo vna pars non aget in aliam ergo nisi ab extrinseco corrumpatur nunquam desinet esse.

Quarta conclusio omnia æterogenea & maxime viuentia habent ab intrinseco terminum suæ durationis quia habent partes diuersimode dispositas atq; adeo mutuo in se ipsas agentes & ita se destruent etiam si nullum sit extrinsecum corrumpens confirmo quia indigent alimento quod re agit in illa. Hęc conclusio magis constabit in quæstionibus supra libros de anima vbi ostendet omnibus viuentibus esse præfixam naturaliter certam vitæ periodum alijs breuiorem longiorem alijs nec posse naturaliter arte vlla vitare illorum mortem seu decrementum perpetuo.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum primus motor sit vnus tantum ex sententia Aristotel.

Conclusionem affirmatiuam huius quæstionis colligit Aristot. in presenti, vt dictum est, in literæ explicatione, ex illo principio ab omnibus receptissimo, omne quod mouetur ab alio mouetur, non est processus in infinitum ergo.

Vt autem melius hoc principium intelligatur contra ipsum sic argumentor. Primum viuentia mouentur a se ipsis ergo non omne quod mouetur ab alio si dicas quod viuentibus est quædam pars per se mouens & alia per se mota contra quia saltem cor mouetur, a se ipso tum etiam intellectus quicunq; mouetur a se ipso ad intelligendum.

Sed pro solutione nostra quod aliquid potest moueri a se ipso dupliciter vno modo per se aliomodo per accidens vt nauta mouens nauim mouetur per accidens per se vero adhuc dupliciter: vno modo per se primo ita vt aliquid secũdum eandem partem, primario moueat & primario moueatur aut per se secundario ita secundum vnam partẽ primario moueat & secundum alterã primario mouearur.

His ergo ita suppositis propositio Aristotelis debet intelligi sed omne quod mouetur ab alio mouetur per se primario ita quod nihil potest se ipsum primario mouere ratio huius est quia id quod mouet est in actu id vero, quod mouetur impotentia: sed nihil potest se primario & ratione eiusdem partis esse in actu & potentia ergo nihil potest per se primario mouere.

Scio ab aliquibus responderi quod aliquid potest esse simul in actu & in potentia secundum eandem partem: ita quod sit in potentia formali, & in actu virtuli respectu eiusdem sicut se habet circa respectum passiuum sed ad hoc iam diximus secundo Physi. in quo erat sermo de grauibus & leuibus, & quia circa solum est instrumentum tam ad producendas passiones vnde solum est in actu virtuali ad modum instrumenti non

ti non admodum causæ propriæ.

Vnde propositio Aristotelis scilicet omne quod mouetur. Debet intelligi de causa principali & per se primario mouens se ipsum, quia quod est causa principalis debet esse in actu per se primario, & quod mouetur debet esse in potentia respectu eiusdem, & hoc implicat.

Vnde ad primum patet solutio quod viuens mouetur a se secundum diuersas partes & sic non est in actu & potētia respectu eiusdem per se primo.

Ad replicam de corde quæ est prima pars mouens iam diximus quod mouetur a generante similiter ad illud quod dicit de intellectu nempe quod a se mouetur. Respondetur primo quod Aristoteles loquitur de motibus corporalibus secundo quod etiam in spiritualibus habet verum hęc propositio nam intellectus mouetur a Deo qui est author naturæ in quibusdam actibus in alijs vero se ipsum mouet sed non per se primario de ratione vnius actus mouet alium vt ratione cognitionis principiorum mouet se ad cognoscendum conclusionis.

Hoc supposito fundamento deuenia mus ad nostras quęstiones & explicare opus an primum mouens sit tantum vnum & an sit mobile infinitum, & primo de fide tenendum est primum mouens tantum esse vnum: ita enim dicitur Deutheronomio.6. Audi Israel dominus Deus tuus vnus est constat autem primum mouens est idem, quod Deus ergo.

Rationibus etiam probat Sanc. Tho. artic. illo.3. quęstionis.11. quoniā quando aliquid constituitur: necesse singularis in eodem principio constituitur, in circa illud tale tantum est vnum & multiplicari non potest: sed hęc conuenit Deo sua natura cum Deus sit propter eius simplicitatem sequitur quod ex sua natura cum Deus sit ac per consequens non sunt plures Dei,

Secundo quia Deus continet totam perfectionem entis ergo tantum est vnus & singularissimus Deus consequentia probatur, quia si essent plures iam esset aliqua perfectio in vno quæ non est in alio.

Sed contra istam conclusionem omnino verissimam, Obijcies quod si Deus est vnus aut vnitate prædicamentali & hoc non quia caret quantitate aut transcendentali & hoc non similiter, quia vnum transcendentale dicit priuationem quæ non potest reperiri in Deo ergo, &c. Respondetur quod Deus dicitur vnus vnitate transcēdentali & quamuis in Deo non sit proprie priuatio tamen secundum modum meum intelligendi aliqua quæ sunt in Deo admodum priuationis intelligimus sicut intelligimus ipsum esse incorporeum in materialem etiam sic intelligimus vnum admodum indiuisi quamuis non sit hęc proprię priuatio in Deo vel dicitur quod quando habitus dicit imperfectionem sicut materialitas & diuisio nihil conuenit priuatiua opposita dici de Deo, & hinc est quod dicamus Deum esse vnū in materialem.

Sed dices Deum esse vnum numero dicimus ergo in Deo est vnitas numeralis & prædicamentalis negatur consequentia quia vnitas necessaria ad omnia prędicamenta se extendit & appellatur vnum numero id quod est singulare & distinguitur contra commune, & rationale abstractum & in hoc sensu dicimus Deum esse vnum numero.

Sed quæres hoc pacto a Deo qui sic est vnus, & singularissimus prouenit multitudo respondetur quod quamuis Deus sit singularissimus continet tamen eminenter plura. & ita ratione eminentię ab ipso dimanat multitudo creaturarum.

De ſecundo vero quod propoſuimus quod ſenſerit Ariſtoteles de hac re non eſt dubitandum nam certum eſt, quod ipſe ſenſerit eſſe tantum vnum primũ mouens imo vero. hoc illi probatur multis rationibus preſertim libro. 8. textu,48.vbi facit hanc rationem fruſtra ponentur,plura plurima principia vbi vnum tantum ſufficit at vnum primum mouens ſat eſt ergo non debent poni plura minor probatur quia ſi ſunt plura vel quæ poteſt vnum poteſt aliud vel non ſi ſic ſuperfluit alterum ſi non neutrum eſt perfectum principium ac per conſequens neutrum eſt primum.

Secunda ratio eſt.12.Metha. tex.49. ſi ſunt plura principia prima vel ſunt æqualiter perfecta vel vnum eſt perfectiſsimum ſi dicas hoc ſecundum habeo inſitum quod tantum ſit vnum primum principium mouens ſcilicet perfectiſsimum illud ſed dicas primum ſequitur quod ſint eiuſdem ſpeciei, nam plura æqualiter perfecta non poſſunt, non differre ſpetie at vero quæ ſunt eiuſdem ſpeciei habent materiam primam ergo mouens haberet materiam quod refutat Ariſtote.8.phyſic. capitulo. vltimo.

Tertia ratio deſumitur ex eodem Ariſtotile.12.Metha.tantum eſt vnus vltimus finis ergo tantum eſt vnum primũ mouens antecedens probatur quia ſi eſſent plures vel vnus in alium ordinatur vel non ſi ſic ille inquam alius ordinatur eſſet ſolum vltimus finis ſi vero dicas non ordinari vnum in alium ergo nec media ſimiliter omnia ordinantur in vnum finem ſed quædam in vnum quædam in aliũ ac per conſequens diſſolueretur ordo vniuerſi & ipſe mundus.

Contra hoc tamen obijciet aliquis plura loca Ariſtotelis in quibus videtur ponere plures Deos vt ſecundo Ethicorum cap.14. & 7.politicorum capit. 14. ſed in his locis & alibi Deos appellat ſolum eos qui ſunt tales per participationem id eſt ſpirituales ſubſtantias vel homines Deo coniuntiſsimos.

ARTICVLO. IX.

Vtrum primus motor ſit omnino immobilis ex ſententia Ariſt.

IN hac quæſtione duo explicauimus ſimiliter primum eſt quod ſecundũ rei veritatem ſecundum quod ſententiam Ariſtotelis tenendum ſit & quamuis certiſsimum ſit Deum eſſe omnino immutabilem natura ſua tamen alicui videbitur fortaſis quod ſit aliqua ratione mobilis primo quoniam ſapientiæ.7 ſapientia diuina dicitur mobilior omnibus rebus & Iacob.4.dicitur. A.propinqua Deo & ipſe appropinquabit vobis.

Et omiſsis authoritatibus ratione quia ſi aliqua ratione non eſſet mobilis ſed Deus eſt in omnibus creaturis, vt dictum eſt in.2.phy.ergo motis creaturis mouetur primum mouens quod eſt in ipſis.

Confirmatur quia primum mouens incipit eſſe in quacunque creatura quã nouo producit in qua antea non erat ergo mouetur localiter conſequentia probatur quoniam moueri localiter eſt acquirere locum quem prius non acquierat ſed his non obſtantibus ſtatuitur concluſio certiſsima & de fide tenenda quod ſcilicet primum mouens ſit omnino immobile ita enim habetur Malachia tertio,ego dominus: & non motor & rationibus probat Sanctus. Thomas quarum prima eſt Deus, eſt purus

purus actus ergo nullo modo est immobilis consequentia probatur quoniam quod mouetur aliquo modo est in potentia sicut quilibet motus est actus entis in potentia antecedens vero probatur quod scilicet sit purus actus quoniam quælibet potentia præsupponit aliquem actum priorem cum actus in vniuersum sit prior potentia sed primum mouens nihil præsupponit prius lege ergo primum mouens nullam habet potentiam ac per consequens est purus actus.

Sed si obijcias contradictã rationem quod hoc argumento bene probatur quod Deus non sit mobilis motu Physico est actus entis in potentia non tamen quod non sit mobilis motu intellectus & voluntatis isti enim actus sũt motus entis in actu & perfecti vt dicitur tertio libro de anima respondetur, quod quamuis in Deo sint isti actus intellectus & voluntacis non tamen dicitur mobilis secundum ipsos proprie loquendo nisi forte methaphorice vt solemus dicere Deum moueri ex præcibus sanctorum &c. ratio autem est quoniam isti actus voluntatis in Deo semper eodem modo se habent, & semper eadem intelligit, & vult nec variatur ex vno velle in aliud hoc autem prouenit ex eo quod est purus actus, & nunquam in potentiam ad aliquem actum in rinsecum quem semper non habuerit.

Sed dices non semper effectus ad extra sunt idem ergo, neque actus volendi aut intelligendi in Deo sunt idem quod probatur quoniam, ex huiusmodi actibus causantur effectus ad extra respondetur negando consequentiam quia tota diuersitas effectuum causatur ex actu intellectus & voluntatis quo vult ab æterno quædã sic fieri quędam aliter & vnum effectum succedere alteri & non oportet per hoc mutari voluntatem Dei quia ab æterno omnia sic ordinauit.

Sed sit secunda ratio ad probandam cõclusionem ex simplicitate Dei quia omne quod mouetur facit aliquo modo cõpositionẽ cum imo acquisito per motum quoniam id quod mouetur se habet veluti subiectum terminus vero ad quisitus vt forma sed in Deo nulla potest esse compositio ergo nec vllus motus.

Tertia ratio ex infinitate Dei quoniã id quod mouetur acquirit aliquid quod prius non habebat scilicet terminum productum per motum at vero in Deo nihil potest esse de nouo quod ab æterno non fuerit quia est infinitus ac per consequens habet in se omnem perfectionem ergo impossibile est primum mouens moueri,

Quod autem Aristoteles fuerit in hac sententia non est dubium legenti caput quintum huius octauo libr vbi etiam probat istam conclusionem rationibus quarum summa hęc est omnequod mouetur ab alio mouetur sed in motibus, & in mouentibus non est dandus processus in infinitum ergo dicendũ est ad vnum primum motorem qui sit omnino immobilis nec aliquo modo mouea tur maiorem huius discursus iam probauim⁹ scilicet minorẽ probat illequia si esset processus in infinitum non esset ordo in rebus quia infinitum secũdum numerum non habet ordinem tum etiã quia non esset primum mouens ac per consequens nec alij motus quia est in essentialiter ordinatis si tollas primum tolles similiter qnæ dependent a primo

Sed contradictam rationẽ obijciet aliquis quod ex hoc principio omne quod mouetur ab alio mouetur non sequitur dari vnum primum mouens immobile nec processessus in infinitum quia dicere potest aliquis omne quod mouetur mouari similiter ab ipso mobili quod est reciprocari ipsos motus atque ita ratio. S. Thom. nihil concludit respondetur tamen quod hoc non potest esse propter duo. Primum est quod hoc quod est

ipſum mouens moueri a mobili ſolum poteſt contingere in his quæ agunt & repatiuntur. Conſtat autem quod non omne agens repatitur ſed illud tantum quod habet communem materiam cum paſſo cum ergo ſint aliqua mouentia, quę non habeant materiam vel non eiuſdem rationis cum materia paſsi ſequitur, quod illa non moueantur ab ipſis mobilibus atque adeo in his neceſſe eſt deuenire ad primum mouens immobile vel dari proceſſum in infinitum.

Secundo dico quod quamuis motibus violentibus poſſent ſe mutuo moueri duo aliqua corpora per mutuam expulſionem vnius ab alio tamen immotibus naturalibus non ita quoniam motus naturalis ſolum cauſatur ab intrinſeco vel extrinſeco quod deditnaturam ideſt a generante quoniam ergo non poteſt eſſe quod aliqua duo corpora ita ſe habeant quod mutuo ſibi naturam tribuant ideo nec poſſunt ſe mutuo mouerí motu naturali ac per conſequens in motibus naturalibus ſaltem deuenię dum eſt ad primum mouens immobile.

Vnde ad primum eorum quę in principio poſita ſunt. Reſpondetur quod dicitur ſapientia diuina mobilior cunctis alijs rebus non quia mutetur. Sed ſimilitudinarie propterea quod ad omnes creaturas defunditur per ſuam participationem quod eſt methaphorice moueri.

Ad aliud ſimiliter dicitur Deus ad nos apropinquare quia producit effectum in anima ſcilicet gratiam per quam dicitur proprie eſſe & nos illi apropinquari non autem propoſitio aliquem motum.

Ad primam rationem reſpondetur quod non ideo primus motor eſt immobilis quia eſt ſpiritus nam etiam Angeli ſunt ſpiritus ſed dicetur immobilis, quia eſt purus actus & propter aliquas rationes quas diximus.

Sed dices quod Ariſtoteles tribuit intelligentijs quod ſint immobiles ſicut primo motori quia dicet quod nec mouentur per ſe nec per accidens reſpondetur quod non eſt ſic intelligendum hoc quaſi intelligentia vſquam moueatur, id quod non moueatur per ſe, nec per accidens ad motum ipſius cœli ratio huius eſt quia intelligentia eſt in loco per operationem circa idem cœlum ſemper manebit immobilis moueretur autem ſi relinqueret cœli motum, & aliud corpus moueret ſicut corpus quod eſt in loco ratione quantitatis nõ mouetur. Dum ſecundum ſuam quantitatem ab eodem loco circunſcribitur, ex quo ſequitur, quod non ſe habet intelligentia in cœlo ſicut nauta in naui quoniam nautæ eſt in loco circunſcriptiue & quoniam dum moueretur. Nauis moueretur ſimul ſuperficies illa aeris ideo mouetur, Ille ſimiliter per accidens at vero intelligentia non eſt in loco vt diximus niſi ratione motus quo mouet corpus, & ideo quandiu iſte motus manet idem non mouentur Intelligentię ex quibus etiam ſequitur, quod quamuis intelligentia moueret corpus aliquod motu recto dum motus idem manet atque reſpectu eiuſdem mobilis intelligentia non mutat locum quãuis corpus illud quod mouetur. Sic etiam contingit in motu recto propter eandem rationem ſolum enim intelligentia mutat locum cum definit mouere vnum corpus & mouet aliud, vel mouet illum idem diuerſis motibus, aut motu diſcontinuo dum tamen mouet idem corpus motu continuo nõ mouetur ipſa.

Sed dices intelligentia eſt animacœli ergo mouetur ſaltem per accidens, ad motum cœli Reſpondetur quod nõ eſt anima infirmans nam tunc neceſſe eſt moueri ſed eſt ſolum aſiſtens & ideo non mouetur ad motum cęli.

Ad ſe

Ad secundam rationem Respondent quidam quod quia Deus est in qualibet creatura & in omnibus simul vt in loco in adæquato neque si essent infiniti mundi adęquarent virtutem Dei ideo motus creaturis non mouetur primum mouens quod est in omnibus alijs.

Tamen hæc ratio est insufficiens, nam moto subiecto in adæquato anima mouetur, & ipsa anima saltem in adquate vt cum mouetur manus cæteris partibus hominis quiescentibus in adæquate mouetur anima scilicet prout informat manum nam est in intelligibile oppositum, & ita potest anima simul moueri secundum vnam partem, & quiescere secundum aliam quia in adæquate mouetur, & in adæquate quiescit ergo ex eo quod Deus sit in omnibus creaturis in adæquate non tollitur quod non moueatur ad motum earundem dicendum ergo est quod alia est ratio quia Deus dicitur esse vbique tanquam efficiens non tanquam informās & ideo motis creaturis non mouetur, ipse Deus.

Contra quia intelligentia quę in loco ratione operationis mouetur, dum diuersam operationem habet circa corpus sed similiter.

Deus habet diuersas operationes in creaturis ergo &c. Respondetur negando consequentiam quia Deus est vbique intelligentia vero definitiue. Vnde relinquere potest vnum locum & acquirere alium & hac ratione moueri Deus autem non propter suam infinitatē, quæ ad ora extenditur.

Ad vltimum respondetur quod per hoc quod Deus incipiat esse in aliqua creatura quam de nouo producit nihil ponitur in ipso sed in creatura & ideo ex hoc non mutatur Deus sed creatura.

ARTICVLVS. X. & vltimus.

Vtrum primus motor sit infinite virtutis etiam ex sententia Aristotelis.

IN hac re primo est certissima conclusio de fide tenenda quod primus motor sit infinitæ virtutis quam rationem probat Sanct. Thom. primo quia id quod producit aliquid ex nihilo habet infinitam virtutem, sed primus motor producit aliquid ex nihilo per creationem ergo &c. mai. probat Sanct. Thom, dupliciter primo quia producere aliquid ex aliquod subiecto quod iuuat ad talem productionem arguit aliquam virtutem in causa efficienti ergo quo minus iuuat secundum illud eo magis augetur. Ius causę effectiuis ergo si nihil iuuat subiectum quia nullum est tale sequitur, quod virtus causę efficientis ergo augeatur in infinitum.

Secundo probatur eadem mai. nam qui producit aliquid ex nihilo producit ens in quantum ens ergo habet virtutem ad producendum totum ens, sed ad producendum totum ens requiritur virtus infinita ergo omnia sunt nota ptopter primum quod probatur quoniā talis est terminus per se primo acquisitus per motum qualis est negatio aut priuatio quæ processit ex parte termini a quo sicut in generatione hominis per se primo acquiritur homo quoniam in termino a quo præcessit priuatio hominis similiter licet in creatione terminus a quo est nihil q̄ est negatio totius entis ergo terminus. 1. aquisitur ergo est ens in

quantū

quantum ens atque adeo potest producere totum ens & habet virtutem infinitam.

Secunda ratio sit ad probandum istã conclusionem nam id quod habet esse, illi mutatum est finitum quia nullo limite & termino clauditur. Eius perfectio, sed primus motor est huiusmodi ergo est infinitus probatur antecedens nam esse alicuius rei potest limitari ex duplici parte vel ex efficienti in quo recipitur, sed esse primi motoris nulla ex parte istarum potest limitari quia non habet, causam efficientem a qua fiat neque habet similiter receptiuum aliquod in quo recipiatur, quia ipsum esse in Deo est de existentia atque adeo non est esse receptum si esse creatum ergo, illimitatum, &c.

Sed obijcies si aliqua magnitudo infinita non esset aliqua magnitudo propter illam ergo si primus motor est infinitæ virtutis extra illum non est aliqua alia virtus sed videmus creaturas esse extra ipsum ergo &c. Respondetur negando consequentiam quoniam alias ratio de infinito secundum magnitudinem eo secundum virtutem nam magnitudo occupat locum, & si sit infinita occuppat omne in locum, & ita nihil potest esse extra illam quia nullus est alius locus at vero infinitum secundum virtutem non occupat locum, & ideo non excludit res imo potius ex eius infinita virtute alia omnia habent esse propterea quod bonum est definitũ sui ipsius.

Sed obijcies secundo quia esse primus motor est infinitæ virtutis ergo potest producere effectum aliquem infinitum vel infinitas effectus sed neutrum istorum fieri potest ergo &c. Respondetur negando consequentiam quoniam effectus aliquis infinitus aut numerus infinitus non est factibilis ex hoc autem quod ipse sit infinitus tantum colligitur quod effectos infinitos syncathegorematice possit producere id est quocunque dato potest aliud perfectiorem, & perfectiorem producere.

Sed tamen quod hæc nostra sententia sit expressa sententia Aristotelis, nulli potest esse dubium quoniam ex hoc quod primus motor sit infinitæ virtutis probat ille esse incorporeum quia si in corpore ageret naturaliter ac per consequens secundum vltimam potentiam & cum habeat potentiam infinitam ageret in instanti vbi iam apperte supponit ipsum esse infinitæ virtutis.

Sed & clarius hoc colligitur ex eodem capitulo . vltimo huius libri quo probat primum motorem esse infinitæ virtutis quia mouet tempore infinito vnde expositores omnes tam Arabes quam græci quam latini in hoc conueniunt quod asserãt ex sententia Aristotelis primum motorem esse infinitæ virtutis vt refert Toletus loco citato.

Sed tota difficultas huius quæstionis consistit in ratione ista non enim videtur sequi quæcunque potest moueri tempore infinito imo de facto secũdum sententiam Aristotelis qui posuit mundum ab æterno intelligentiæ motus cœlorũ mouentur tempore infinito, & tamen nõ habent infinitam virtutem ergo, &c.

Propter hoc quidam sentiunt quod Aristoteles solum mutatur hac ratione ad probandum primum motorẽ esse infinitum secundum durationem non autem esse infinitum simpliciter aut intensiue.

Sed hæc sententia merito reijcitur ab omnibus quoniam tunc esset petitio principij in ista ratione tum etiam quia Aristoteles non colligit primum motorem esse infinitum secundum durationem quod est esse infinitum atque adeo loquitur de infinito secundum durationem.

Vall.

Vall. Respondet quod Arist. probat ista tatione, quod primus motor sit infinitus in potentia & syncathegorematice non infinitus simpliciter & in actu, sed neque hanc solutionem ego possum intelligere, quia id quod est infinitum syncathegorematice solum est infinitum in potentia per additionem aliquam vt numerus aut secundū durationem diuisionem vt continuum: sed primo motori nequit fieri additio aliqua nec potest suscipere diuisionem ergo non potest primus motor esse infinitus syncathegorematice neq; istud sentit Arist.

Tolet vero dicit quod Arist. senserit primum motorem esse infinitum in actu & quod eius ratio tantum sit probabilis probabilitas autem consistit in hoc quod sicut est maioris virtutis cæteris paribus substinere maius pōdus, vel mouere illud quam minus ita esse maioris virtutis mouere vnum, & idem corpus maiori tempore quam minori atq; mouere tempore infinito est virtutis infinitæ.

Sed tamen hæc solutio Toll. in hoc videtur differe quod non explicat quare ex hoc sequitur primum motorem esse infinitæ virtutis, & non intelligentiā cum similiter intelligentia moueat tēpore infinito sicut primus motor.

Vt igitur explicemus sententiam S. Tho notandum est, quod ista tria in motu habent commensurationem secundū extensionem, scilicet spatium mobile, & tempus vtrumq; maius spatium maius est semper vnde quando tempus est infinitum spatium deberet esse infinitū nisi reiteratur quamuis per spatium finitum moueatur cœlum infinito tempore tamen inde prouenit quod reiteratur idem spatium sæpius similiter quāuis mobile infinitum moueat tempore infinito tamen hoc etiam prouenit ex eo quod finitum istud mobile infinitum per transit spatium idem per se ergo & ex natura sua semper hoc est verum, quod quantitas temporis sequitur quantitatem mobilis ita vt si est aliqua virtus quę possit mouere corp⁹ aliquod tempore infinito eadem similiter posset mouere corpus infinitum secundū magnitudinem si daretur & quoniam virtus quæ possit mouere corpus infinitum, secundum magnitudinem est aliqua actu infinita hinc est quod si primus motor habet virtutem ad mouendum tempore infinito optime colligatur habere virtutem infinitam.

Sed obijcies quod ratio Arist. non potest procedere isto modo, quia non procedit ex suppositione alicuius impossibilis qualis est hoc quod detur corpus infinitum secundum magnitudinem: sed procedit solum ex his, quę de facto sunt Respondetur quod quamuis sit impossibile dari infinitum secundum magnitudinem. tamen hęc ratio nō supponit dari illud: sed tantum supponit, quod virtus ista quæ potest mouere corpus aliquod finitum tempore infinito possit similiter mouere corpus infinitum si daretur. Vnde cum de facto in primo motore sit virtus quæ possit mouere magnitudinem infinitam quantum est ex parte ipsius virtutis si ipsa magnitudo infinita poneretur sequitur quod optime concludat de facto dari virtutem infinitam in primo motore.

Sed hæc ratio sic exposita mihi visa est semper difficilis primo quia non videtur sequi ex hoc quod quāuis habeat virtutem mouendi corpus tempore infinito, quod habeat similiter virtutē mouendi corpus infinitum nam tempus infinitum potest prouenire ex spatio non ex mobili, si enim corpus infinitum moueatur per spatium infinitum tempus illius motus erit infinitum ad hoc autē quod moueatur corpus finitum per spatium infinitum non requiritur virtus infinita ergo &c.

Secundo quia si hoc modo intelligatur ratio Arist. militat contra ipsum argumentum si perius factum de intelligentia, quæ etiam habet virtutē ad mo-

uendum tempore infinito, & tamen nõ dicendum est quod habeat virtutem infinitam ergo.

Scio quod respondet Sanct. Thom. ad primum quod scilicet tempus infinitum primario sequitur, & per se ad magnitudinem quæ mouetur infinitam. Secundario vero ad spatium, quia quantitas temporis per se primo commensuratur cum quantitate mobilis non cum quantitate spatij, & ideo sequitur, quod mouere magnitudinem infinitam, qui posset moueri tempore infinito.

Ad secundum vero quidam respondent pro Sanct. Thom. quod mouere tẽpore infinito hoc modo, quo ex possuimus stat dupliciter vno modo dependenter ab alio: alio modo independenter id ergo quod mouetur infinito tempore independenter habet infinitam virtutem id vero quod dependenter non ita, vnde quoniam intelligentia in eo quod mouet ab alio dependet, scilicet a primo motore, & motor á nullo alio sequitur quod primus motor sit infinitæ virtutis non autem intelligentia.

Sed si objcias quod si primo procedit hæc ratio de primo motore quoniam mouet independenter habet infinitam virtutem, id vero quod dependenter nõ ita, vnde ab alio etiam habet moueret tempore infinito per breuissimum tempus, quia mouere quomodocumque dũ modo sit independenter arguit infinitã virtutem. Respondetur, quod licet verũ sit, quod mouere independenter quomodocumq; arguit infinitam virtutem tamen multo magis hoc est manifestum in motu infinito, & ideô vsus est hac ratione si mouetur tempore infinito, ergo est infinitæ virtutis.

Sed his suppositis adhuc alio modo posse opponi mihi videtur ratione istã Aristotelis, & quod habeat vim pro quo notandum est quod secundum sententiam Aristotelis cum mundus fuisset æternus á parte antea, & sic etiam æternus à parte post necesse est esse infinitas generationes & corruptiones & infinitos etiam effectus omnes autem isti effectus causantur á primo motore medio motu cœli atque ideò necessario sequitur, quod primus motor, qui est causa omnium effectuum istorum, qui sunt infiniti effectus in actu siue sint cathegorematici recte sequitur quod sit actu infinitum.

Sed objcies contra hoc, quia intelligentia est causa istius motus per quæ fiunt omnes isti effectus, & tamen non est infinitæ virtus ergo Respond. quod isti effectus infiniti numquam proueniunt ex influxu vnius cœli vel alterius sed omnium cœlorum simul atq; adeò necesse est dicere, quod primus motor, qui est causa omnium istorum motuum sit infinitæ virtutis intelligentia vero non item, quia solum mouetur, vnum aut alterum cœlum non omnes simul.

Vnde Aristoteles in hac ratione per motum intelligit omnium corporum cœlestium circulationis simul, quia ex omnibus corporibus componit, quasi vnum animal & motus omnium est quasi vnus continens eminenter effectus, & quod est causa istius motus prout sic necesse est habere virtutem infinitam.

Sed dices saltem sequitur, quod omnes intelligentiæ simul habent virtutem infinitam, quia omnes simul causant istos motus generabiles & incorruptibiles. Respondetur, quod nec omnes simul sine concursu Dei possent causare istos effectus infinitos, & ita solum primus motor continens actu, & eminenter omnes effectus, quia solum eius concursus pertingit ad omnes effectus quos dixi infinitos saltim Cathegorematice.

Sed contra rationem illam qua probat Arist. primum motorem esse in corporeum propterea quod est infinitæ virtutis & moueat in non tempore.

Dubitauit aliquis quomodo primus motor est infinitæ virtutis, & termini

non

non mouet in istanti ergo nec si esset actus in magnitudine moueret in instanti. Respon. quod modo agit libere, & nō secundum totum quod potest at vero si esset actus in magnitudine non ageret libere: sed naturaliter.

Contra quia anima est actus corporis, & tamen agit libere: ergo Respond. quod anima est actus corporis organici, vnde vtitur corpore ad intelligendum, & ita potest in illo libere agere at cœlum est magnitudo sine organo, & ita non apta vt ea vteretur motor ad intelligendum, ac perconsequens, nec vt ageret libere.

Secundo vt diximus Anima licet sit principium liberum aliquorum actuum tamen aliquorum est principium necessarium, vt propriæ nutritionis, & auctionis atque adeò, licet primus motor esset liberum respectu aliquarum actionum aliarum vero debet esse principiū necessarium, ideſt primarium, & quoniā nullus est motor prior quam ille, qui est in primo mobili ideò respectu illius esset agens necessarium atq; adeò cum sit infinitę virtutis mouetur in nō tēpore.

QVAESTIO. II.

Deprimo motu totali, et de alijs totam physicam concernētibus.

IN hac secunda, & vltima totius Physicę quæst. videndum restat de. 5. motu totali, qui est localis quem sic libuit appellare, quia in omni enti naturali, eiꝰ principiū reperitur vt vidimus. q. 1. 2. li. huius operis agendū est etiam de alijs, quæ ad motus localis explicationem & eorum, quæ Arist. hic docet conducentibus de quibus quibq; mihi venerunt examināda primo a quo moueātur proiecta in motu locali? Secūdo si in puncto reflexionis detur quies? Tertio si motus localis sit primus, & totalis. Quarto, si sit velocior in fine quā in principio. Quinto & vltimo si quinteꝰ motor proxime voluat localiter primū cœlum.

ARTICVLVS. I.

A quo moueantur proiecta motu locali.

DVæ sunt diuersæ sententię in hac re altera est Perey. qui dicit proiecta moueri ab aere circunstanti alia est cæterorum omnium, qui dicūt proiecta moueri ex impetu impresso sibi a proijciente.

Primo probatur ex Arist. qui ita videtur tenere expresse hoc lib. 8. cā. vltimo & ratione primo quia si proiecta moueātur ex impetu illo vel ergo impetus est ipse motus vel aliqua qualitas distincta à motu non est ipse motus quoniam nō causatur à se ipso, at vero causatur ex illo impetu, ergo. &c. Si autem dices ꝙ ille impetus est aliqua qualitas distincta á motu contra hoc est quod non est facile assignare, quæ nam sit ista qualitas, & in quo tempore collocetur, ergo, &c.

Secundo quoniam sequeretur prius alterari vnumquodq; proiectū á suo proijciente quam moueatur localiter, quia producit istam qualitatem prius quam moueat. ¶ Tertio quoniā si iste impetus esset qualitas esset grauitas aut leuitas propria quod inclinat in motū sursum & deorsum: sed tamen nec est grauitas ergo aut leuitas mihi tamen probatur quoniam vel est grauitas eiusdem speciei cum grauitate naturali, vel diuersę nō eiusdem, quia iam sequeretur, ꝙ dū graue proijcitur deorsum habet duas grauitates eiusdem speciei non diuersæ quia vtraq; istarū inclinat in eundē locū. ergo. ¶ Sed his nō obstantibus opposita cōclusio est tenēda ꝙ scilicet motꝰ proiectorū causet ab impetu sibi impresso

á pro-

á proijciente,& non a sola aeris commotione hanc tenet Sot. & Vall.& probatur quia ipsa aeris commotio causatur ex proiectis ita quod primo motum recipit á proijciente quam medium ipsum moueatur ergo non solum ex aeris cõmotione causatur motus proiectorum.

Secundo experientia constat res leuissimas, & tenuissimas difficilius moueri á proijciente quam res alicuius ponderis,quod sia solo aere mouerentur non ita esset: sed multo proijcerentur leuiora,quia flante vento aliquando solent moueri palia nõ tamen lapis.

Sed secundo arguitur experiẽtia, quia flante vento aliquo velocissimo vehementius commouẽtur partes aeris, quã cum solet moueri aliquod à proijciente & tamen quando sic commotus est ille aer non mouetur palea quantumcumque minima : ergo nec mouetur proiectum ab aere solo circunstanti.

Et confirmatur,quia alias sequeretur quod dum aer commouetur á vento vehemẽtissimo si proijciatur lapis aliquis ille reuertatur rursus ipsum proijcientem,quia fortius mouetur aer ille contrarius quam qui mouetur á proiciente.

Vltimo,quia potest contingere moueri proiectum aliquod per fistulam. v. g. sagittam aliquam,quæ tamẽ non potest moueri ab aere, qui nullus est nisi, qui est post ipsam sagittam,&iste potius mouetur ab ipsa sagitta quam contra.

Vnde ad primum Respondetur,quod cum Aristoteles dicit moueri proiectũ ab aere circunstanti non sic est intelligẽdus quasi ipse sit totalis causa : sed quia multum iubat ad motum proiectorum cum tamen præcipua causa sit impetus impressus á proijciente.

Ad primam rationem concedo istum impetum non esse ipsum motum vt recte probat Vall.quia alias non esset causa motus sicut neque aliquid in vniuersum esse potest causa sui ipsius: sed iste impetus est qualitas primæ speciei, scilicet dispositio quædam,disponens ad istũ motum. ¶ Ad secundum dico quod omnia proiecta alterantur dum recipiunt istum impetum violentum dum mouentur á proijciente.

Ad tertium quod iste impetus non est grauitas ipsa aut leuitas naturalis quãuis inclinet in hoc motus,quia grauitas & leuitas sunt naturales quædam potẽtiæ á natura existentes in ipsis grauibus & leuibus ad tales motus,at vero iste impetus non est á natura,& ideò quamuis inclinet in eosdem motus non tamẽ est à natura,&ideò non est eiusdem speciei cum illis.

Sed dubium est his á quo moueantur proiecta,quæ resultant.v.g.mouetur pila ab animali,& attingit parietem à quo repercussa pila reuertitur ad ipsum proijciẽtem dubitatur ergo á quo causetur iste motus.

Quidam enim volunt quod causetur ab illo primo proijciente non à corpore in quo proiecta resiliunt, & probatur, quia nullum corpus est sufficiẽs ad mouendum aliud dum manet ipsum omnino immobile, sed sic est quod paries in quo resilit pila.v.g.manet omnino immobilis:ergo non causatur ab ipsa pariete motus pilę quando ipsa reuertitur ad proijcientem.

Sed nihilominus dicendum est quod mouetur pila in illo suo secundo motu á corpore quem percussit,& vniuersaliter,quæ resiliunt mouentur ab eo corpore in quo resiliunt. Probatur primo, quia si aliquis lapis cadat deorsũ,& percussus ab alio reuertatur ille secundus motus non causatur ab eodem principio á quo primus,quia primus erat naturalis,& causabatur á propria natura instrumentaliter,& á generante,vt a causa principali. Secundus vero motus est violentus:ergo non potest causari ab eodem principio á quo Primus causabatur ac per consequens recta solutio,vt causetur ab eo corpore quod percussit in quo resoluit.

Secundo cum pila proijcitur ab homine

mine, & tangit parietē neceſſe eſt, quod quieſcat ibi paules per prius reuertatur quoniam duo motus contrarij non poſſunt continuari abſq; media quiete: ergo finitus eſt impetus proijcientis ibi cum quieſcit ac perconſequens ſi iterū mouetur & reuertitur iam non à proijciente: ſed a pariete mouetur.

Tertio experientia conſtat, quod pila percuſſa á pariete velotius mouetur, & per maius ſpatium quam ſi non percuteretur ergo iſtius maioris velocitatis, & maioris extenſionis motus nō eſt cauſa ipſum primum proijciens, ſed impetus de nouo receptus á pariete.

Et ad argumentum in oppoſitum. Reſpondetur. quod paries dum percutitur à pila mouetur ab ea, & mouet illam quamuis enim non moueatur motu locali: mouetur tamen aliquo motu alterationis, & hoc ſufficit vt paries poſſit iterum mouere pilam.

Dico ſecundo quod cum aliquod corpus incipit mouere aliud id quod eſt neceſſaria aproximatio ipſius neceſſe eſt, vt moueatur dum tamen non eſt hoc neceſſarium poteſt mouere, quamuis ipſum mouens ſit immobile, ſicut ignis comburit ſtupam ſine hoc quod moueatur: per hoc autem quod moueatur ſtupa, & aproximetur illi, & ita ad hoc q̄ paries moueat, pilam non eſt neceſſe vt ipſe moueatur ſed tantum quod pila accedat id ipſum nam illud axioma, quod agens in agendo repatitur non ſemper ita eſt verum, quod repatiēdo imprimat ſibi aliquid de nouo aut moueat, ſed tātum, quod reſiſtentia aliqua fiat ſuæ operationi vt dicimus lib. 1. de generatione.

Sed dices contra hæc agens dum fortius repatitur min⁹ ac debilius agit, ſed quo fortius pila percutit parietem eo velocius reuertitur: ergo non eſt cauſa illius motus paries ille.

Reſpondet Vall. quod quamtum ad hoc alia eſt ratio de qualitatibus motiuis alia de his, quæ agunt qualitatibus actiuis, quę ſunt calor, &c. nam dum aliquid agit per has qualites repatitur amitendo aliquid ipſius qualitatis, qua agit, & ideò neceſſe eſt, quod dum fortius repatitur remiſſius agat. v. g. ignis calidus agit, & calefacit aquam, & dum ſic calefacit neceſſarie, eſt vt repatiatur ab aqua amittendo aliquem gradum caloris, & ideò neceſſe eſt quod dum magis repatitur debilius agat: at vero agit per qualitates motiuas, ſecundum locum non repatitur amittendo aliquid qualitatis nam corpus in quo alius reſiluit tā habeat per hoc quod reſiſtat motui prioridum fortius percutitur fortius reſiſtit & eo fortius mouet, & fortius pila reuertitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in pūcto reflexionis detur quies?

SEnſus quæſtionis eſt an cū lapis moueatur a proijciente ſurſum in fine illius motus vbi ceſſat motus proijcientis antequam incipiat deorſum moueri detur quies corporis proiecti.

De hac re Vall. tenet quod non ſit neceſſarium ſemper quieſcere proiecta in puncto a quo refletuntur, & probatur primo quoniam ſi proijciamus magnā ſagitā ſurſum & deſcendat magna quædam moles occurrent illi per eandem viam tunc ſagita illa non quieſcet ante quam tangat molem eaden tamen, quia ſuppono, quod magno impetu feratur ſurſum neque quieſcet tangens molem quia ſequeretur ipſam molem tum etiā quieſcere: ſed non eſt dicendum molem quieſcere nam hoc eſſet mirabile quod quieſceret molis impedita per motum ſagitę, ergo ſequitur quod in eo caſu dicendum eſt reuerti deorſum ſagitā abſque quiete media.

Secundo quia ſi ſagita aſcendat ſurſum

sum, & descendat deorsum iterum per diuersas vias non quiescit in medio, ergo dicendum est quod quiescat quando ascendit, & descendit per eandem viam.

Sed his non obstantibus statuitur cõclusio opposita, quod scilicet proiecta non possint reuerti á puncto, quo reflectuntur sine eo quod quiescant ibi, quæ conclusio est expressa sententia Aristotelis, ita quod neq; diuersarij hoc negẽt sed ipse Vall. se tenere in hac re contra Arist.

Sed probatur secundo quia motus ille quo lapis ascendit sursum, & descendit postea motus sunt distincti numero, quia habent diuersos terminos, ad vnitatem autem numericam motus requiritur vnitas numerica termini: sed sic est quod motus, qui sunt numero distincti non sunt continui alias non essent duo, sed vnus ergo motus isti non sunt continui ergo discontinuantur isti motus in puncta reflexionis atq; adeò ibi quiescit proiectum.

Confirmatur quia quę dicuntur specie necesse est differant numero, & non possunt continuari: sed motus, quo lapis proijcitur sursum, & quo descẽdit deorsum differunt specie ergo non sunt continui ac perconsequens mediat quies inter eos.

Sed rationibus quas adducit Aristoteles in hoc loco probatur nostra conclusio primo, quia omnis motus ordinatur ad quietem, loquendo de motibus rectis, motus autem quo proiecta mouentur ordinatur ad quietem, ideſt ad esse in aliquo loco, sed non ordinatur motus proiectorum ad quietem violentam ordinatur: ergo ad quietem in loco ad quem proijciuntur necesse est motum quemcumq; habere suum terminum.

Secunda ratio est quia tamdiu proiectorum motus durat quandiu impetus proijcientis superat, & vincit propriam virtutem naturalem proiecti cum vero impetus proijcientis vincitur, & superatur á virtute naturali ipsius cessat motus proiectorum, & incipiũt moueri ad proprium locum, sed non potest impetus ille, qui prius erat maior nisi prius fiat æqualis fieri minor, & pro tempore, quo est æqualis non est motus: ergo necesse est vt tantum sit quies ac perconsequens necesse est quod proiecta in puncto reflexionis quiescant.

Sed vltimo probatur ista conclusio si moueatur aliquod corpus motibus, naturalibus, sicut mouetur cordilatione, & constrictione, & mouetur hoc etiam motu progressiuo necesse est istos motus discontinuari & esse quietem mediã ergo multo magis cum mouetur corpus motu violento, & postea motu naturali necesse est dari quietem mediam inter hos motus.

Sed Resp. Vall. esse diuersas rationes in hoc nam cum natura sit determinata ad vnum non potest esse principium illorum duorum motuum naturalium, qui reperiuntur in corde aut in homine cum mouet progressiue, & ideò necesse est, vt prius sit vnus motus deinde alius facta quiete media: at vero quoniam isti duo motus violentus, & naturalis non procedunt á natura ambo ideò nõ est inconueniens vtrumq; fieri sine quiete.

Sed contra hoc est quod natura nõ solum dicitur determinata ad vnum ex eo quod posit vnum tantum motum determinate: sed quia nec simul, nec successiue potest esse principium plurium motuum: ergo si eius ratio aliquid probat non solum illi motus possunt esse simul, sed neq; successiue ab eodem principio naturali.

Vnde ita est quod non causantur á natura, sed ab anima quæ non est determinata ad vnum, sed indifferens ad plura ratio ergo quare illi motus non sunt continui est quia sunt distincti specie, sed multo magis distingũtur motus naturalis, & violentus: ergo minus possent esse continui ac perconsequẽs, quod mediat quies.

Pro

Pro solutione autem primi argumenti notãdum est quod quies cũ sit cum carentia motus est duplex, scilicet priuatiua, & negatiua, quies scilicet negatiua carentia motus siue in subiecto apto siue non apto, sicut negatio visus in lapide in quo nulla est aptitudo ad visum quies vero priuatiua non reperitur nisi in subiecto apto nato moueri & quia motus non est aptus esse in instanti: sed in tempore hinc est quod quies priuatiua non possit esse in instanti, sed in tempore.

Nunc ergo sunt quidam, qui asserant in puncto reflexionis semper esse quietem non solum negatiuam, sed priuatiuam, ita vt pro aliquo paruo tempore non sit motus & ad argumentum Vall. Respondetur, quod in eo casu quiescit sagita pro aliquo paruo tempore paulo antequam accedat magna illa moles propter aerem commotum á magna mole, quæ detinet sagitam, & ita est causa qua requiescat antequam tangat molem non detinetur aut quiescit cadens moles.

Sed hæc solutio non omnino placet, quia potest sagita tanto impetu ferri sursum vt non detineatur per aerem commotum á magna mole cadente, sed potius ipsa sagita diuidet aerem illum quousque tangat molem: ergo tunc non potest esse quies priuatiua in sagita, quin sit etiam quies lapidis, vel molis cuiuscumq; alterius cadentis.

Quare dicendum est quod quamuis proiecta semper quiescant quiete priuatiua, & pro aliquo tempore quando non impeditur eorum impetus, sed peruenirent ad locum ad quem proijciuntur. hæc enim probant rationes quas adduximus ex sententia Aristotelis pro nostra conclusione, tamen quando impetus ille impeditur, & non attingunt proiecta locum ad quem proijciuntur potest discontinuari tunc motus per solam quietem negatiuam, & sic contingit in proposito, quia cum cadit magna moles impedit impetum sagitæ, ita quod vnico instanti, quod est continuatiuum motus lapidis cadentis discontinuatur motus sagitę per hoc quod detur primum non esse motus sursum, & vltimum nõ esse motus deorsum, & hoc sufficit vt illi duo mot' sint discontinui.

Sed dices in quolibet instanti quod est in tempore, quo lapis mouetur deorsum non est motus lapidis, & tamen ab hoc non dicitur, ille motus esse discontinuus: ergo nec dicitur etiam discontinuus motus sagitæ per hoc quod detur aliquod instans in quo non moueatur, versus sursum, aut versus deorsum. Respondetur, quod est diuersa ratio nam quamuis in quolibet instanti non sit motus lapidis tamen in quolibet instanti est continuatiuum partis motus subsequentis cum præcedenti, quia cuilibet instanti correspondet vnum tantum mutatum esse continuatiuum, at vero in illomet instanti sunt duo mutata esse in motibus sagitæ quorum alterum est primum non esse motus sursum alterum vero non esse motus deorsum, sicut cum duo corpora continent vnum loca totum, verbi gratia, aqua & aer continet vaculum in aqua, & aere sunt duo puncta in vaculo vnum tantum correspondens illis duobus, & ideò vaculus est continuus aqua, & aer sunt contigua sic ergo in casu posito motus lapidis cadẽtis est continuus, at vero motus sagitę sunt duo quippe ad duos terminos tantum sunt contigui, quia nihil mediat inter istos.

Ad secundũ respondetur, q; si lapis moueatur sursum, & deorsum per diuersas lineas taliter, quod non fiant duo motus recti, sed vnus circularis per medium circulare tunc non erit discontinuus motus, sed vnus tantũ ac perc õsequens nõ erit quies, si tamẽ fiat per diuersas lineas assensus & descẽsus taliter

quod

quod vtraque sit linea recta tunc erunt duo motus, & mediabit quies sicut quãdo faciunt per eandem lineam.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ motus localis sit prior alijs motibus.

IN .5. lib. huius in hanc partem dubitationem hanc disputandam relinquimus tamquam in commodiorem locum.

Notandũ est in principio huius quæstionis, quod Aristoteles docet text. 47, huius libri motum localem esse priorem omnibus motibus triplicitèr primo prioritate vniuersalitatis, & substantiæ, quia vbicumque sunt alij motus est etiam motus localis, non tamen contra sicut hoc modo animal est prius homine, quia vbicumque est homo, est animal: non tamen contra, sicut hoc modo animal. Secundo dicitur motus localis prior alijs quantum ad perfectionem, quia scilicet est perfectior alijs. Tertio, quantum ad durationem, & ab hoc vltimo modo prioritatis incipiendo motus localis, aut comparatur ad alios in diuersis subiectis, vel in eodem si in diuersis patet, quod motꝰ localis est prior duratione quocumque alio quoniam reperitur in corporibus cœlestibus, quæ sunt priora duratione, quam corpora corruptibilia, si autem comparetur ad alios motus respectu eiusdem subiecti, est motus localis posterior duratione, vt patet in viuentibus perfectis, quæ prius alterãtur nutriunt, & augetur quã mouentur suo proprio motu locali, quia est progressiuus in nõ viuẽtibꝰ aut prior est motus localis quocumque alio si auferatur impedimentum ratione cuius nõ sunt in proprijs locis, sed hoc est supposito, quod ipsa grauia, & leuia non sint in suis locis, quod est peraccidens illis, & contra naturam, & ita per se loquendo, & non præsuppositio aliquo peraccidens tempore. Verum quod motus localis est prior duratione omnibus alijs respectu diuersorum subiectorum est tamen posterior duratione in eodem subiecto.

Si autem loquamur de secunda prioritate, scilicet secundum perfectionem docet Aristoteles esse priorem motum localem hoc modo cæteris omnibus alijs motibus, & probatur, quia id quod est prius duratione alio in diuersis subiectis posterius, aut enim vno, & eodem subiecto est perfectius cum non procedat de imperfecto in imperfectum, sed licet quod motus localis est huiusmodi respectu aliorum vt probatum est ergo, &c.

Secundo quia inter motus ille est perfectior quo minus transmutatur subiectum, & qui habet minus alteritatis, & nouitatis, sed motus localis est huius modi. quia cum aliquod transmutatur secundum alterationem, & mutationẽ transmutatur, secundum aliquam formam intrinsecam, scilicet qualitatem, & quantitatem cum vero trasmutatur secundum locum nihil habet nouꝰ nisi habitudo ad extrinsecum ad locum.

Sed cõtra primam rationem obijcies quod ex ea sequitur accidẽtia multa esse perfectiora substantia, quia sunt posteriora duratione quam ipsa. Respondetur negando consequentiam quæcumque sunt posteriora duratione debent esse perfectiora debet intelligi in his quæ sunt eiusdem generis accidentia vero & substantia non sunt eiusdem generis, & ideò non habent locum in illis.

Sed potest adhuc confirmari magis sententia Aristotelis, quod scilicet motus localis sit perfectior alijs motibus, primo quia est in subiecto perfectiori quam alijs scilicet in corpore cœlesti, quod est perfectius alijs corporibus.

Et vltimo hoc probatur quoniam mo

tus



FALTAN DOCUMENTOS
(paginas, cuadernillos...)
ISO 9878/1990

ſuum locum, & tamen ſpatium æqualem habet reſiſtentiam quo vtrũq; moueatur per.b. c, ergo hæc cauſa non eſt ſufficiens.

Quare alij rationem reddebant ex parte virtutis atractiuæ loci quę fortius agit in propinquum quam indiſtans ac perconſequens fortius atrahit mobile quando eſt in fine ipſius motus quam in principio.

Sed neq; iſta ratio eſt ſufficiens quoniam in loco non eſt virtutis atractiuæ locati in genere cauſę efficientis, ſed in genere cauſa finalis quod patet ex dictis in.4.Phyſic.hic vero quærimus cauſam efficientem maioris velocitatis quam habet motꝰ naturalis in fine quã in principio.

Quare Sanct. Thom: aliam reddit cauſam quod ſcilicet virtus motiua grauium,& leuium,quæ eſt ipſa grauitas, & leuitas eſt fortior,quam ipſa grauia, & leuia magis accedunt ad propria loca.Declarat autem Petrus Marr.quo modo iſta virtus ſit maior, quia inquit per hoc quod grauia,& leuia ſint extra ſuũ locum ſunt violentis, at quam propter continuam pugnam,quam habent cum contrarijs remittuntur in his propriæ qualitates actiuæ,& paſſiuæ verbi gratia calor,& frigus, &c. quibus remiſſis neceſſe eſt debilitare ratione virtutẽ motiuam, quæ eſt grauitas, & leuitas poſtea vero quo magis accidunt ad porpria loca eo magis ſeparantur a ſuis cõtrarijs atq; adeo magis neceſſe eſt reduci in priſtinum & naturalem ſtatum ſiue ſit reductio ab alijs qualitatibus ſimilibus,ſiue a generante,& quoniam in fine motus naturalis magis ſunt ſeparata à contrarijs quam in principio ideò quidem neceſſe eſt in fine motus fortiores eſſe qualitates motiuas ac per conſequens velociorem eſſe motum ergo in principio.

Sed contra hanc ſolutionem, & ſunt duę difficultates prima quoniam ſequeretur aliquam rem maioris ponderis eſſe in ſuo loco quam extra quod experientia nos docet,& ſi dicas quod ſunt ibi maioris ponderis niſi quod non diſtinguatur.

Contra quia ſequeretur,quod nec maior velocitas motus,qui cauſatur ex maiori illa grauitate nõ eſſet per ceptibilis.

Secundo poteſt cadere lapis deorſum á loco in quo non fuerat extrannatus, vt ſi in manu detineatur, & tamen tunc velocius mouebitur in fine quodin principio ſine hoc quod grauitas creſcat:ergo,&c. quare alius eſt modus dicendi communis pro quo notandum eſt quod eſt duplex grauitas, vel leuitas altera naturalis:altera vero acquiſita ſeu aduenẽtitia, quæ impetus ſolet expelli, quod enim iſte impetus ſit ponendus in rebus dum mouentur dicit experientia quoniam animalia dum incipiunt moueri ſolent in apta eſſe ad motum quo vſque impetum aliquem ſuſcipiant tum etiam lapis aliquis per impetum, quo fertur ſolet aliquando circulariter ferri præſertim, ſi ſit figuræ rotundæ ſignum:ergo eſt tale in impetum eſſe in his,quæ mouentur hunc ergo impetum dicimus maiorẽ eſſe in fine motus quã in principio,atq; adeò ob id velociorem eſſe motum.

Sed quæres cur iſte impetus ſit maior in fine quam in principio.Reſponde tur,quod huius duplex poteſt eſſe cauſa prima ipſe motus,quia cum atquiratur per motum,& in fine ſit maior motus, eſt etiã maior impetus quã in principio.

Secũdo propter partes aeris cõmotas, quę plures ſunt in fine motꝰ quã in principio iſtę vero impellũt ipſum mobile& quo maiores, & plures ſunt fortius impellũt a tq; adeò velocior fit motꝰ quoniã ergo in fine motꝰ ſunt plures iſte partes cõmotæ quã in principio ideò maior eſt in pulſus atq; adeò velocior motus.

Sed contra primam rationem obijcies quomodo iſte impetus eſt cauſa maioris velocitatis motus ſi cauſatur per motum.Reſpondetur quod hoc poteſt eſſe

secundum diuersas partes motus nam prima pars motus qui præcessit est causa impetus & recursus illo motus causat in quo rem velocitatem in alia parte motus quæ sequitur, sicut causatur aliquis habitus ex actibus præcedentibus & rursus ille causat alios actus qui sequuntur.

Contra secundam rationem est etiam obiectio quoniam si tempus istud causatur ex partibus aeris commoti sequitur quod sit violentior quoniam est ab extrinseco sicut est violentus impetus qui imprimitur lapidi ab aliquo vt tendat deorsum velocius exigit eius natura, respondetur quod non est eadem ratio quod quoniam quamuis impetus iste in motibus causetur naturaliter ex partibus aeris commoti tanquam ex proxima causa tamen radicaliter prouenit á natura quoniam a natura prouenit grauitas lapidis & eius motus ex motu autem causatur ista commotio aeris atq; inde etiam causatur impetus vnde in naturam reducitur ille impetus quod si partes ille aeris aliunde fortius commouerentur, vt propter vehementē ventum & magis impellerent lapidē tunc maior ille impulsus esset violētus sicut est in exemplo adducto dico qui proijcit lapidem vehementius quam eius natura exigat.

Ex dictis sequitur quomodo sit intelligenda sententia S. Tho. qui dicit esse maiorem grauitatem quo res magis appropinquant ad sua loca si enim intelligat de grauitate ista aduentitia quā impetum vocamus vera est cuius sententia secundum vniuersum si autem de grauitate quam a natura habet graue ipsum verum etiam est hanc augeri quando graue magis accedit ad suum locum dummodo prius fuerit extra natum grauitate quantum ad suas naturas qualitatis sed tamen quoniam non est semper hoc modo extrane autum vt probat argumentum secundum factum contra. D. Tho. ideo non semper hęc grauitas crescit & ideo non semper est maioris ponderis graue quod est in proprio loco quam extra si tamen quandoque contingat extra eā locum extraneari tunc necessario dicendum est quo sit minoris ponderis cum extra illum.

Sequitur secundo quomodo sit intelligenda ratio Aristotelis primo cœli cap. 8. qua probat determinatum esse locum grauium & leuium alias velocitates motuum naturalium crescerent in infinitum ac per consequens grauitatem, & leuitatem debet enim intelligi de grauitate ista acquisita & aduentitia non de naturali.

Sed obijcies si locus non esset determinatus nunquam graue vel leue magis & minus accederent ad suum locū ac per consequens nunquam velocius tardius moueretur respondetur quod quamuis in eo casu non magis accederet graue ad suum locum quia non esset illi determinatus tamen magis recederet a termino a quo & hoc sufficiet ad hoc vt esset velocior motus quod si in infinitum cederet infinita esset velocitas & grauitas illa aduētitia.

Sed quæres vtrum grauitas ista aduentitia differat specie a naturali respondetur quod iam diximus quod sic nam grauitas naturalis est naturalis de secūda specie qualitatis at vero altera grauitas aduentitia est dispositio de prima spetie.

Sed contra hæc quæ dicta sunt obijciet aliquis quoniam ex dictis sequitur quod grauia, & leuia dum mouentur motu violento etiam moueantur velocius in fine quam in principio quia tunc est maior etiā impetus propterea quod est etiam maior motus tum etiam quia plures partes aeris sunt commotæ respondetur negando consequentiam quoniam est disparatio in motibus naturalibus & in violentis nam in motu naturali grauitas naturalis est æqualis in fine & in principio & ideo semper æqualiter mouet partes aeris quantum est ex

parte

parte lua & in alia parte creſcit impetus quia plures ſunt commotæ & ideo creſcit impetus at vero in motibus proiectorum non ita quoniam impetus violentus impreſſus ſibi a proijciente minor eſt in fine quã in principio & ideo in fine eſt remiſſus motus.

Sed quæ res quando ergo iſte motus proiectorum velocior num quid in fine vel in principio vel inmedio reſpondetur quod in medio cuius ſignum eſt quod ſi proijciamus aliquem lapidem ad locum parum diſtantem non tanto impetu proijcimus ſicut in locum magis diſtantem dum modo ſit diſtantia determinata ſequitur ergo quod in principio non eſt velocior motus violentus conſtat autem quod nec in fine ſit velocior ergo ſequitur manifeſte quod erit inmedio velocior & ratio eſt quoniam plures partes aeris ſunt commotę inmedio quam in principio & ex altera parte impetus proijcientis adhuc durat in ſuaui.

Sed obijcies contra hoc authoritatẽ Ariſtotelis primo cœli cap,8.quid dicit ea quæ mouentur violenter moueri tardius quo magis elongantur reſpondetur quod debet intelligi quo magis elõgantur a medio verſus finem non tamẽ a principio verſus medium ibi enim volebat probare motum naturalem grauium non eſſe per diſtinctionem quia quæ hoc modo mouentur tardius mouentur quo magis elongantur at vero quæ mouentur motu naturali velocius mouentur quo magis elõgantur adhoc autem quod hæc ratio habeat cum ſatis eſt quod illa verſus finẽ tardius moueantur.

ARTICVLVS. & vltimus.

V. infinitur, & immobilis Deus proxime voluat primum cęlum.

DE hoc, quod pro complemento, fine doctrine appoſuimus libr. de cœlo clarior redibit ſermo Deo [illegible]. interni adhuc. Aliqui exiſtimarũt Deũ proxime mouere primum cœlum his rationibus perſuaſi primo quod Ariſtote. per primum motorem intelligat Deũ ſecundo quod in.12.Meth.tex.38.faciat quandã ſubſtantiam immobilem addatque ab illa pendere cœlum, & natura tertio quod hoc lib.cap.6.ſcribat primũ motorem neceſſario primum ideſt proxime mouere primum cœlum & illius interuentu hæc inferiora quod.12. Metha.cap.8. ex numero cœleſtium motuum colligat numerum intelligẽtiarum ſi quæ ad ſit quæ non moueat illã putet eſſe otioſam. Poſtremo ſi Deus nõ mouet primum cœlum cur potius tribuimus illi primum motum quam aliũ quemuis cæterum vt Deus ex ſententia Ariſtotelis moueat primum celum, & tanquam finis & tanquam efficiens cauſa falſum tamen eſt illum cum primo cælo eſſe coniunctum illudque ipſe met moueat primo quod moueat vt finis ex.12.Meth.cap.7.perſpici poteſt vbi Ariſtoteles ſcribit illum mouere tanquam amatum & deſideratum quæmouẽdi ratio eſt peoprie finis deinde quod mouet tanquam efficiens eam intelligi poteſt ex cap.5.huius libri & ex ſecũdo Meth.cap.2.vbi ſentit quæ neceſſario in agendo coniunta ſunt ita eſſe affecta interſe vt poſteriora ſine principio gere nequeant cum ſit ergo Deus primum principium plane & motus primi & cæterorum cauſa erit poſtremo quod ipſe proximi non vertat cælum ex tribus colligi poteſt primo quod eſſet pars alicuius totius quod a ſe ipſo mouere tur nam cæniunctum ex corpore cæleſti & ex intelligentia vt placet Aſſot. eſt velut quoddam animatum ſe ipſum mouens abſurdum eſt autem Deum eſſe partem: & quia eſſet imperfectus, & quia non eſſet vniuerſalis & generalis motor cum eſſet applicatus cuidameer to cor

corpori, deinde deſiderans & deſideratum non poſſunt eſſe idem quoniam deſiderium naſcitur ex cognitione boni abſentis nihil enim quod natura in eſt deſideratur ſed motor principi cæl mouetur deſiderans ergo Deus qui mouet vt deſideratus non eſt motor primi cæli denique nihil ſibi ipſi efficitur ſimile quoniam cum ſimilitudo ſit relatio rei requirit extremare diſtincta ſed motor primi cæli mouet quia cupit fieri ſimilis Deo in eo vt ſit cauſa generalis vt ergo Deus noa ergo motor primi cæli eſt Deus atque hæduæ poſteriores rationes conſtant exir. Meth. capi. 7. & in hac ſententia eſt aperte. D. Thom. in quæſtionibus diſputatis de creaturis ar. 6. ad decimum, & Auerro etiam ex illo ſentire. 12. Metha. com. 4. rationes autẽ obiectæ ſic diluuntur ad primum ſecundum & tertiam ratio nomine cæli ſæpe Ariſtot. intelligere non ſolum corpus cæleſte ſed compoſitum ex cæleſti corpore & intelligentia velut cum cælum dicit eſſe animatum & ſecundo de cælo. cap. 2. vt cum dicit cælum mouere & amans & deſiderans vt cõcluditur ex 12. Meth. cap. 2. hic ergo Deum mouere primum cælum vocarique primum motorem ait: non quod ipſe proxime moueat per cælum ſed quod ſit prima cauſa cuius vi cætera moueantur ad quartam reſpondeo Ariſt. ex numero motuum cæleſtium corporum non colligiſſe numerum omnium intelligentiarum ſed earum dunta xat quæ mouent deinde ex motu cognitionis & deſiderij colligiſſe eſſe Deum hoc enim ordine progreſſus eſt vt Deum eſſe oſtenderit partim enim hoc lib. docuit quidquid mouetur a alio moueri deinde in his, quæ mouent & mouentur non eſſe progreſſus in infinitum, vnde ſtatim colligit in quoque ſingulari motu eſſe primũ mouens quod non moueatur ab alio ſed a ſe. Rurſus & eſſe aliquod communeomnium principium quod moueat in motum ex his quæ hoc libro. demonſtrata ſunt. 12. Meth. Paulo altius extendẽs colligit ex intellectione & appetitionequa primus motor ideſt intelligentia primi cæli circum agit cælum, eſſe Deum. Ad vltimam reſpondeo licet Deus ipſe nõ voluat primum cælum tamen peculiari nomine illi primum motum adſcribimus motorenique primi cæli facimus propterea quod primum ſuam vim exercet in incælo & illius interuẽtu in reliquis in viuimus mouemur & ſumuscui ſit gloria per infinita ſeculorum ſecula Amen.

Omnia ſubijcio Sanct. Romanę eccleſiæ correctioni.

Dicte da libreria Cota M.d de Burgos
Fr. Gonçalo de Baeza
Año del 1554

Pr
Luengo oppeñó mense Decb
bris anno 1713
hoc scripsi pridie
nonas Decembris nocte h.a 10

169

247